5208

XII. C. 16

Digitized by Google

DD. NN.

IMPERATORUM,

CÆSARUM AUGUSTORUM,

REGUM ET PRINCIPUM ELECTORUM

S. IMPERII ROMANO-THEUTONICI,

STATUTA ET RESCRIPTA IMPERIALIA,

IN PUBLICIS COMITIIS PROMULGATA, AUT ALIAS EDITA, A CAROLO MAGNO, PRIMO E GERMANIS IMPERATORE, USQUE AD CAROLUM V. ET REFORMATIONEM RELIGIONIS

In quibus quicquid de Juriſdictione Imperii & Eccleſiæ, Poteſtate Imperatoris & Papæ, Auctoritate & Libertate Regum & cæterorum Imperii occidentalis ordinum per Theutoniam, quæ & Magna Francia dicta, id eſt, per Germaniam, Galliam, Italiam, Angliam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Daniam &c. de Juribus civilibus & Feudalibus, Pace Religioſa & Profana, aliisque rebus omnibus ad Eccleſiam & Politiam ſpectantibus, ab Anno Chriſtianæ ſalutis DCCLXXIV. usque ad Annum MDXII. conſtitutum eſt, & in prioribus Tomis non habetur, fere comprehenditur.

TOMI QUARTI & ULTIMI

IN DUAS CLASSES DIGESTI

CLASSIS I.

Hiſce turbulentis rebus & præſentibus controverſiis decidendis apprimè commoda, nunc primum maximam partem ex MSS. & vetuſtis monumentis eruta, compoſita, bonoque publico producta

à

MELCHIORE GOLDASTO HAIMINSFELDIO.

Singulorum Indicem ſequens Præfationes Pagina ſubminiſtrabit.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
EX OFFICINA ZUNNERIANA,
Sumptibus JOHANNIS ADAMI JUNGII,
Typis PETRI BECKERISII, *A. O. R.* 1713.

NAPOLI

SERENISSIMO PRINCIPI,

DN. FRIDERICO IV.

COMITI PALATINO RHENI, S. ROM. IMPERII ARCHIDAPIFERO, ELECTORI ET VICARIO INTERREGIO, DUCI BAVARIÆ, &c.

Domino meo gratioſiſſimo.

DE *præcellentia dignitatis & juribus Romani Imperii*, PRINCEPS ELECTOR, *inter ſummos orbis Chriſtiani Monarchas, Imperatorem ac Pontificem, graviſſima & benè vetus controverſia eſt. Nec defuerunt unquam ſuæ utriusque cauſæ acerrimi patroni. Pontifex, qui dignitatem & jura Imperii in unam poteſtatem ſuam aſſerit, haut ſecus ac Solis ſplendor ſuperat pallidos Lunæ radios, ſeſe Imperatori facit antiſtare, & ȧmminiſtrationem Imperii ait ſuo illum beneficio, non jure proprio poſſidère. Quibus cæmentis exædificatur illa argumentorum ratio, quando ad hanc conditionem diſputat: cùm non ſit Imperator niſi delegatus, & in jurisdictione vices delegantis Pontificis repræſentet, nec in Imperio eum quidquam proprium habere, & ab eodem Pontifice revocari poſſe mandatam jurisdictionem, ac ipſum Imperatorem officio abdicari, à quo fuerit mandatum. Contra ea Imperator & dignitatem & jura Pontifici ſanctè præciſeque negat, utrumque liberali cauſſa manu Regia vindicans, ipſum Pontificem ſuæ ſubeſſe poteſtati, ejusque ponendi ac deponendi facultatem ſibi competere divino atque humano jure contendit. Agitata diu quæſtio absque judice, ſed exacerbari demùm cœpta eſt ab A. C. N. ∞L. inter Henricum III. Imperatorem & Gregorium VII. Pontificem. Quibus ſe non rari nec pauci viri docti velut arbitratores interpoſuerunt, ex æquo & bono, ſua cuique gubernationi diſtincta aſſignantes munia,*

diſcriminatione Sacerdotii & Regni, ſive Pontificatus & Imperii, ex jure divino & ſacris canonibus demonſtrata. Verumenimvero neque horum dictis audire voluerunt Pontifices, nec Imperatores temerè juri ſuo cedere ex dignitate atque commodo Imperii eſſe exiſtimaverunt. Itaque Imperatoriam ſuam Majeſtatem non armis tantùm decorare, ſed & legibus atque conſtitutionibus armare contra obtrectatores fas & juſtum cenſuerunt: in quibus rationes, quibus jus ſuum in perſonas Pontificias affirmant, non obiter adjectis cauſis exponuntur ac declarantur. Quibus ſanctionibus cùm hodie utamur, fruſtrà laborantibus aliis ut obliterarent atque ex uſu prorſus abolerent, feci cùm ſtudioſè tum libenter ut inquirerem, inquiſitas mea manu deſcriberem, deſcriptas componerem, compoſitas ederem ac recenſerem. Hos igitur tales tantoſque auctores, PRINCEPS ELECTOR, *Imperatores, (dico) Reges, & Electores, ſuper Imperio, Regno, & Electura conſtituentes, meis laboribus quà renatos quà illuſtratos, Sereniſſimo Nomini tuo inſcripſi, & ex antiqua voventium formula, libens meritiſſimoque dedi, dicavi, conſecravi. Libens, inquam, propter obſervantiam, quæ tibi à me omni jure debetur, me inente non ſemel expertæ comitatis dicam? an benignitatis tuæ: meritiſſimò autem, propter nobile officium tuum, cui ipſo jure incumbit harum legum conſervatio; propterque divinas in omni genere majorum tuorum, qui primas partes habent in hoc theatro, virtutes. Nam Ludovicus Bavarus Imperator, cum omnibus Carolis, Ottonibus & Fridericis merito ſuo comparandus Princeps, unus fuit è tuis majoribus: & Robertus Palatinus, non tuo ſolùm generi, ſed univerſæ Germaniæ invidendus Cæſar, probitate ac juſtitiæ, cui cederet, ſuperiorem nactus eſt neminem. Omitto alia, quæ in meis vetuſtis libris unica & ſingularia ejus facta memorantur, unum ejus ſtudium in ſedando Pontificum ſchiſmate & Concilio convocando quale quantumq́; fuit? Quo id impetravit, haut ſcio an umquam alter quiſquam, ut Cardinales Romani ejus honori publicum monumentum epigrammate conſtituerent. Quod cùm & dignum ſit lectu, nec uſquam publicè (quod ſciam) exſtet, ex Collatione Cardinalium coram ipſo habita, ſacratiſſimæ memoriæ hìc adſcribere numquam intermorituri majoris tui placuit. Eſt verò hujuſmodi:*

Ruperto dignus non eſt ſtatus iſte malignus,
  Sub quo viget, habet, pullulat omne bonum:
Virtus, juſtitia, libertas, Philoſophia,
  Pax & vera fides, & ſalus atque quies.

Eadem

Eadem de te ſcripta putant, Sereniſſime ELECTOR, *qui & gnaviter has majoris tui virtutes in Principatu oſtentes, & exſequaris ſtrenuè. Nec minimam illa amminiſtratione exſpectationem tui apud pleroſque excitaſti, qui aliquando tibi debituri ſint, ſi veniat uſus, illa tua, inquam, in vicinos declarationes; qui, cùm ſtatim initio gubernationis tuæ non deeſſent irritamenta vindictæ, quibus denique aſperſa ſemina quoque motus bellici, tamen prudenti moderatione multa diſſimulare maluiſti, nec in omnia anxiè inquirere. Jam verò quanta illa tuorum Domeſticorum moderatio, quanta prudentia, quanta eruditio, quanta cum gravitate juncta humanitas? Nihil gratiæ cauſa loquar: Sed, Deus bone, quæ vidi ipſe ſemper in Aula tua! Quam nemo umquam exterorum contemplatus eſt, quin ſacrarium quoddam non Juſtitiæ tantùm, ſed & Modeſtiæ ac Civilitatis eſſe pleno ore prædicaret. Cæteri plerumque viri literati ſola doctrina audiunt: hi verò tui Domeſtici, quod difficillimum eſt, civilitatem unà cum doctrina & gravitatem, hoc eſt, (ut Græci loquuntur) τὸ χαρίεν καὶ πολιτικὸν conjunxerunt. Si verum eſt oraculum prudentiſſimi Hiſtoricorum, (ut eſt veriſſimum:)* Nullum majus indicium bonæ mentis Principem oſtendere poſſe, quàm ut adjungat ſibi, & familiariter utatur, viros virtute & fama celebres: *talem te certiſſima conjectura judicant omnes eſſe, quales ii ſunt, qui circa te. Quorum judicio acquieſcens, ſi hiſce Statutis & Reſcriptis, quorum ipſe, vi interregiæ à lege delatæ poteſtatis, ſecundum Imperatorem alter atque proximus cuſtos es, ipſius ſummi Principis legitimus judex ac cognitor, locum aliquem in tuorum felicium monumentorum numero reliqueris, næ & illa ego beata judicabo, quæ tam idoneum vindicem fuerint nacta, & me non infortunatum, cujus ſtudium atque induſtriam bene de Republ. merendi, tanta Dei* OPT. MAX. *faventia felicitaverit; qui ut Sereniſſimi Nominis tui annos prolesq; æternare velit, id eum votis meis veneror.*

Sereniſſimæ Celſitud. T.

devotiſſimus Cliens

Melchior Haiminsfeldius
Goldaſtus.

Vorred an den günſtigen Leſer.

GUnſtiger lieber Leſer / Ehrer der Warheit und geliebten Vatterlands / weil der Ober-Titel dieſes Buchs euch vielleicht wolte ſeltzam vorfallen / in Erwegung etlicher Epiſteln und Sendbrief / ſo anſichtig wenig Schein und Glantz einer Conſtitution von ſich geben / habe ich mich bereden laſſen / euer alt Teutſch Gemüth kürtzlich und einfältig zu berichten / wie dieſer Titel / Conſtitutiones Imperiales, durch Wohlmeynung des Druckers obgeſetzt / in keinem Weg widerſtreitet meiner Inſcription und Überſchrifft / Statuta & Reſcripta Imperialia, ſondern mit derſelben gantz und gar in gleicher Noten / übereinſtimmt und lautet. Demnach durch Conſtitution in den Kayſerlichen Rechten verſtanden werden alle Außſprüch und Schrifften / ſo von den Römiſchen Kayſern und Königen aus Vollmacht ihres Gewalts befohlen / verkünd und geſandt werden: Alſo durch Statuta ſolt ihr verſtehen Edicta, Decreta, und die wir heut in noſtro foro Mandata nennen / deßgleichen Satzungen und Ordnungen: durch Reſcripta, Epiſtolas & litteras, Brief und Außſchreiben. Beſehet hievon §. 8. Inſtit. de jure natur. gent. & civ. Dieſer Macht und Gewalt ſtreckt ſich auß über das gantze Römiſche Reich / und ſollen von jedermänniglich in gleicher Demuth aufgenommen / in gleicher Gehorſame obſervirt und gehalten werden. Darvon ſchreibt Ulpianus in l. 3. §. 5. D. de ſepulch. viol. mit dieſen Worten alſo: Quid tamen ſi lex municipalis permittat? Poſt reſcripta Principalia an ab hoc receſſum ſit, videbitur: qüia generalia ſunt reſcripta, & oportet Imperialia ſtatuta ſüam vim obtinere, & omni loco valere. Und Kayſer Theodoſius & Valentinianus in l. 3. C. de legib. & conſtit. gebieten: Leges ut generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſerventur, und was darauf erfolgt / ſo wol und mit ſonderbahrem Fleiß zu leſen iſt. Dann meines Bedünckens / hat die Krafft / Macht / Herrlichkeit / Effect, Marck und Kennzeichen Conſtitutionum generalium kein Apelles gewuſt feiner und artlicher außzuſtreichen / als obberührte Kayſer. An welcher Faden und Schnur / als Theſeus im Labyrintho, habe ich mich in dieſer Collection gehalten / und gäntzlich darnach gerichtet: außgeſchloſſen und in andere Titel geſetzt / alles dasjenige / ſo der Generalität zuwider / als da ſeynd Privilegia und Privata Cæſarum, die ſonderbare Bücher erfordern / und zu ſeiner Zeit ihren Ort und Sitz auch finden werden. So ſchreiben auch unſere Rechtsgelehrten / daß heutigs Tags und zu unſern

Zeiten

Zeiten vor ein General-Conſtitution zu halten/ was in den allgemeinen Reichs-Tägen/ Deputation-Tägen/ oder Taglaiſtungen und Fürſten-Tägen von den Ständen deß Reichs oder mehrern Theil derofelben/ ſtatuirt/ geſetzt und geordnet wird/ zu Wohlſtand und Herꝛlichkeit deß Römiſchen Reichs/ auch Unterhaltung Fried und Ruhe der Unterthanen/ das iſt/ de jure publico & privato. Und weil nun ſub jure publico auch jus ſacrum begriffen und verſtanden wird/ alſo iſt meines Erachtens nicht ſehr unrechter Meynung/ der die Augſpurgiſche Confeſſion von Kayſer und König/ Chur und Fürſten/ ſamt andern Ständen deß Reichs/ auf den groſſen Reichs-Tägen zugelaſſen/ gefreyt und verabſchiedet/ und auf welcher der Religions-Frieden und Paſſauiſche Vertrag gründlich fundirt und gebauet ſtehet/ wolte vor ein General-Conſtitution deß Glaubens/ als von mehrerm Theil der Reichs-Stånd vor bekandt auf und angenommen/ halten.

Darvon und anderm wäre weitläufftiger zu reden/ wo es die Noth erforderte/ und nicht etliche ſpitzſinnige Doctores, ſo ſich ſchämen bey mir erſt in die Schul zu gehen/ ſolches zu ihrem Nachtheil und Verletzung deuten würden. Derwegen wollen wir es auf dißmal in ſeinem Werth laſſen beruhen/ und wiederum auf unſere alte Statuta & Reſcripta kommen.

Es ſagen unſere Doctores mit Accurſio in Gloſſ. ad d. §. 8. omnes Conſtitutiones in Corpore juris clauſas eſſe generales. Daß aber dieſe/ und andere dergleichen Kayſerliche Conſtitution dem Corpori juris nicht einverleibt/ iſt die Schuld und Urſach des Babſts zu Rom. Der nach dem er ſich über den Kayſer/ unter dem Schirm und Deckmantel ſeines Vicariats/ gewaltiglich erhebt/ ſein Dichten und Trachten allein dahin geſetzt/ ſein Thun und Laſſen/ auf alle Mittel und Wege geſtellt/ wie er das Kayſerthum unter den Banck/ ja gar die Füß trucke/ und ſeinen Stuhl erhöhe über alles/ das da iſt: Aber an ſeinem Vornehmen nicht wenig hinderlich zu ſeyn die Novellas oder neuen Conſtitution der Kayſer von Authorität/ Macht/ Gewalt und Würde des Kayſerthums promulgirt/ gemerckt/ hat er ſolche und andere auf den Academien durch Italien/ Franckreich und Teutſchland ferner anzunehmen/ bey Verliehrung ſeiner und S. Peters Huld/ in Straff der Excommunication, verbotten/ und ſeine neue Decretales an die ſtatt geſtoſſen/ wie diß klärlich bezeuget Hr. Jacob Spiegel/ ein hochverſtändiger/ und an dreyer Kayſer Höf/ Maximiliani I. Caroli V. und Ferdinandi, nicht weniger gelehrt als erfahrner Rath. Und damit wir nicht von weitem Exempel hohlen/ wer hat verhindert/ daß die Feudorum conſuetudines, von Kayſer Friderich dem Dritten/ ad preces Bononienſis Collegii confirmirt/ auf den Academien nicht Statt und Platz gefunden/ noch authentiſirt worden/ als eben der Babſt? Welche wir doch jetzund in Teutſchland/ wo GOtt den hochlöblichen Kayſer Maximilianum den Erſten länger bey dieſer zeitlichen Regierung deß Römiſchen Reichs gelaſſen/ unangeſehen deß

Bapſts fulminiern und donnern dem Corpori inſerirt hätten. Und ob wol ſich hernach der erleuchte Mann Georgius Haloander ſolches zu einem Effect zu bringen ſehr und viel bemühet/war es doch bey den frembden Räthen des jungen Kayſers Caroli / und von wegen einfallender Zertrennung der Religion/ alles vergebens und umſonſt / biß endlich das Buch gantz in die Daapen gerathen und vertuſcht worden. Es hat auch ohnlängſt Jacobus Cujacius ein weitberühmter Juriſt/ aus Authorität und Anſehung/ in welchem er bey allen Gelehrten zu ſeiner Zeit geſtanden/ſich unterwunden/Kayſer Caroli IV. Güldin Bull dem Corpori anzuhencken / und den Hohenſchulen aufzutragen. Vermeynt bey ihnen durch berührete ſeine Authorität zu erhalten / was in gleichem Fall vor Zeiten Bartolus de Saxoferrato mit Kayſer Heinrichs des VII. Conſtitution erlangt und erworben hat. Und ob ſchon die Schantz in Franckreich gefehlet / doch auf den Acadamien Teutſcher Nation Kayſer bleibt Kayſer / und ſollen ſeine Conſtitution von den Doctoribus und Profeſſoribus ſo wol als den Richtern und Advocaten vor Authentick und General angenommen/ und als andere Novellæ gehalten werden. Und iſt zwar ſehr lächerlich / kommt mir auch Spaniſch vor/ daß wir der Griechiſchen oder Conſtantinopolitaniſchen Kayſer/ ſo uns im geringſten nichts zu gebieten gehabt noch jemals angegangen/ als von den das Römiſche Reich genommen / und auf die Teutſchen transferirt worden / dem Corpori einverleiben/ und in allen Trucken durch Teutſchland und Franckreich anhängen : Hergegen aber unſer regierenden und gebietenden Kayſer Edict und Satzungen verächtlich hindan ſetzen und in den Wind ſchlagen. Solchem Mißverſtand und frembd kützlichem Affen-Tand zu remediren und begegnen / habe ich mich dieſes vorſtehenden Wercks / zwar nicht ſonder groſſe Mühe und Arbeit / doch mit gutem und geneigtem Willen unterfangen/ und ſo lange Zeit von vielen Hoch-und Niederſtands-Perſonen begehrte und erwünſchte Reichs-Ordnungen/ zu Nutz und Wolfahrt unſers geliebten Vatterlands / allen getreuen Catholiſchen Teutſchen in dieſem betrübten und gefährlichen Stand deß Römiſchen Reichs zur Lehr und Mahnung / ſonderlich jetzt ſchwebenden Händeln zu fruchtbarm und nothwendigem Unterricht / hervor geſucht und zuſammen getragen. Weil aber durch Verkürtzung der Zeit ein guter Theil dahinden geblieben/ auf zukünfftige Meß zu verfertigen/ alſo gelangt mein freundlich Bitt an euch / Günſtiger lieber Leſer / euch diß löblich und nutzbar Werck in Gunſt und Förderung laſſen befohlen ſeyn. Daran thut ihr dem geliebten Vatterland Teutſcher Nation ein Gefällen / euerem treuhertzigen Gemüth ein Ehr und gutem Namen ein Lob. Hiemit GOtt befohlen. Geben in deß Heil. Römiſchen Reichs Freyen Stadt Franckfurt am Mayn/ den 28. Tag Auguſti, Anno 1607.

Melchior von Haiminsfeld genannt
Goldaſt/ ꝛc.

CATALO-

CATALOGUS

CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM, HOC VOLUMINE CONTENTARUM.

I.

Hadriani I. Pont. Max. Bulla de electione & inveſtituro, Rome, Anno 774. *fol.* 1.

II.

Caroli M. Conſtitutio contra Hereſin Felicianam, Francofurti, An. 794. *fol.* 2.

III.

Ejusdem Edictum, de diſciplino Eccleſiaſtica, Lateiniſch und Teutſch/ *Aquisgrani, Ann.* 796. *fol.* 6. 7.

IV.

Ejusdem Conſtitutio pro Eccleſiaſtica poteſtate, Ann. 802. *fol.* 9.

V.

Ejusdem Conſtitutio de pace, in Theodonis villa, Ann. 806. *fol.* 10.

VI.

Ludovici Pii Miſſiva, de Reformatione abuſuum Cleri, Aquisgrani, Ann. 817. *fol.* 12.

VII.

Lotharii I. Conſtitutio de electione Rom. Pont. & legibus Romanorum, An. 825. *fol.* 13.

VIII.

Ludovici Junioris Conſtitutio de pace, Confluentia, An. 860. *fol.* 14.

IX.

Ejusdem Reſcriptum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, An. 871. *fol.* 17.

X.

Caroli Calvi Reſcriptum ad Pont. Rom. de poteſtate Imperatoria ſeu Regio, An. 871. *fol.* 21.

XI.

Caroli Craſſi Conſtitutio de expeditione Romana, VVormatia, An. 890. *fol.* 28.

XII.

Acta Concilii Rom. praſidente Ottone I. Imp. Ann. 863. *fol.* 30.

XIII.

Leonis VIII. Pont. Max. Bulla de electione & inveſtitura, Roma, An. 964. *fol.* 34.

XIV.

Ejusdem Bulla pro reſtituendis Romano Imperio temporalibus, Lateiniſch und Teutſch/ *Rome, Ann.* 964. *fol.* 36. 38.

XV.

Ottonis I. Miſſiva ad Duces Germania, Capue, Ann. 968. *fol.* 39.

XVI.

Ottonis III. Conſtitutio de falſis donationibus à Romana Eccleſia tollendis, Lateiniſch und Teutſch/ *Ann.* 998. *fol.* 40. 41.

XVII.

Henricii II. Conſtitutio de Regalibus B. Petro conceſſis, Bamberga, An. 1014. *fol.* 42.

XVIII.

Henrici IV. Miſſiva ad Abbatem Laureshamenſem, An. 1069. *fol.* 44.

XIX.

Gregorii VII. Pont. Max. Breve ad Principes Germania, An. 1077. *ibid.*

XX.

Ejusdem Henrici Juramentum, Canuſii, An. 1077. *fol.* 45.

XXI.

Acta Comitiorum VVormatienſium, An. 1077. *ibid.*

XXII.

Ejusdem Henrici Imp. & Rudolphi Regis Romanorum Juramenta, Roma, An. 1079. *fol.* 48.

XXIII.

Fragmentum Comitiorum Brixia Norica celebratorum, Ann. 1080. *fol.* 49.

XXIV.

Ejusdem Henrici Miſſivo ad Clerum, Populumque Romanum, Brixine, An. 1080. *ibid.*

XXV. Ejus-

XXV.
Ejuſdem Miſſiva ad Papam, Brixinæ, Ann. 1080. *fol.* 50.
XXVI.
Ejuſdem Miſſiva ad Regem Franciæ, Lateiniſch und Teutſch/ *An.* 1106. *fol.* 51.
XXVII.
Ejuſdem proteſtatio ad Principes Imperii, Leodii, An. 1106. *ibid.*
XXVIII.
Principum Imperii Reſcriptum ad Imperatorem, Apud Coloniam, Ann. 1106. *fol.* 52.
XXIX.
Ejuſdem Henrici Reſcriptum ad Principes, Leodii, Ann. 1106. *fol.* 53.
XXX.
Henrici V. Conſtitutio de inveſtituris Eccleſiaſticorum, cum Paſchalis II. Pont. Max. Decreto, Romæ, Ann. 1110. *ibid.*
XXXI.
Ejuſdem Conſtitutio de electione & inveſtitura, VVormatiæ, An. 1122. *fol.* 55.
XXXII.
Calixti II. Pont. Max. Bulla de eadem re. Romæ, Ann. 1122. *ibid.*
XXXIII.
Senatus populique Romani Miſſiva ad Imperatorem, Romæ, Ann. 1140. *fol.* 56.
XXXIV.
Conradi III. Reſcriptum ad Imp. Conſtantinopolitanum, Ratiſpona, Ann. 1146. *fol.* 57.
XXXV.
Hadriani IV. Pont. Max. Breve ad Imperatorem, Lateiniſch und Teutſch. *fol.* 58. 59.
XXXVI.
Friderici I. Reſcriptum ad Papam, Lateiniſch und Teutſch. *ibid.*
XXXVII.
Ejuſdem Conſtitutio de excellentia & juribus Imperii, Ann. 1157. *fol.* 60.
XXXVII.
Dicti Hadriani Breve ad Epiſcopos Germaniæ, Ann. 1158. *fol.* 61.
XXXVIII.
Epiſcoporum Germaniæ Reſcriptum ad Papam, cum Reſcripto ejuſdem Friderici, An. 1158. *fol.* 62.
XXXVIIII.
Dicti Hadriani Breve ad Imperatorem, Ann. 1157. *fol.* 63.
XL.
Formula Sacramenti fidelium Imperii, Ann. 1158. *fol.* 64.
XLI.
Ejuſdem Friderici Leges Caſtrenſes ſeu Militares, Roncaliæ, Ann. 1158. *ibid.*
XLII.
Ejuſdem Conſtitutio de pace, Mediolani, Ann. 1158. *fol.* 65.
XLIII.
Ejuſdem Miſſiva ad Epiſcopos Transmontanos, Cremæ, Ann. 1159. *fol.* 67.
XLIV.
Ejuſdem Miſſiva ad Antipapam & Cardinales, Ann. 1159. *ibid.*
XLV.
Ejuſdem & Concilii Generalis Reſcripta ex Comitiis Papienſibus, Ann. 1160. *fol.* 68.
XLVI.
Pactum Romanorum cum Imperatore, Romæ, Ann. 1167. *fol.* 71.
XLVII.
Ejuſdem Reſcriptum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, Ann. 1177. *fol.* 73.
XLVIII.
Henrici VI. Miſſiva ad Prælatos Imperii, apud Tranum Siciliæ, Ann. 1195. *fol.* 71.
XLIX.
Principum Imperii Miſſiva ad Innocentium III. de electione Ottonis IV. Imp. An. 1200. *fol.* 72.
L.
Friderici II. Aurea Bulla, Egræ, Ann. 1213. *fol.* 73.
LI.
Ejuſdem Edictum, Ann. 1220. *fol.* 75.
LII. Ejuſ-

LII.
Ejusdem Conſtitutio pro libertate Eccleſiaſtica, apud S. Leonem, Ann. 1220. *ibid.*
LIII.
Ejusdem Conſtitutiones tres contra Hereticos, Peruſia, Anno *fol.*76.77.78
LIV.
König Henrichs deß Siebenden Conſtitution/ Wormbs/ *An.* 1232. *fol.*79.
LV.
Reichs-Abſchied zu Maynz/ *Ann.* 1236. *fol.* 80.
LVI.
Ejusdem Friderici II. Conſt. de juribus ac privilegiis Ducatus Auſtriæ, cum inſerta Conſtitutione Friderici I. Imp. Verona, An. 1245. *fol.* 85.
LVII.
Conradi V. ſive Conradini Regis Roman. Querimonia ad Principes Imperii, Lateiniſch und Teutſch/ *An.* 1267. *fol.*88.90.
LVIII.
Electorum Imperii Conſtitutio de donationibus Eccleſiæ, Rom. factis, An. 1279. *fol.*92.
LIX.
Keyſer Rudolphi deß Erſten Conſtitution/ *fol.* 93.
LX.
Alberti I. Conſtitutio de privilegiis Romanæ Eccleſiæ, Norimbergæ, An. 1303. *ibid.*
LXI.
Henrici VII. Imp. Miſſiva ad Canonicos Modœtianos, Mediolani, An. 1310. *fol.*94.
LXII.
Ejusdem Miſſiva ad Abbatem VValdſaſſenſem, Romæ, Ann. 1311. *ibid.*
LXIII.
Ejusdem Sententia in Regem Siciliæ, Piſis, An. 1311. *fol.* 95.
LXIV.
Joannis XXII. Pont. Max. Bulla, Avinione, An. 1323. *fol* 98.
LXV.
Ludovici Bavari IV. Appellatio à Pontifice, Lateiniſch und Teutſch / *An.* 1324. *ibid. & 99.*
LXVI.
Ejusdem Conſtitutio de juribus & excellentia Imperii, Francofurti, An. 1338. *fol.*99.
LXVII.
Principum Imperii Declaratio ad Papam, Reinſæ, An. 1338. *fol.*100.
LXVIII.
Ejusdem Ludovici Apologia, Francofurti, Ann. 1338. *fol.*101.
LXIX.
Caroli IV. Aurea Bulla, Lateiniſch und Teutſch/ *Norinbergæ, Ann.* 1356. *fol.*105.121.
LXX.
Ejusdem Conſtit. de privilegiis contra Rotunilenum Judicium impetratis, Teutſch/ Nürnberg/ *An.* 1361. *fol.*138.
LXXI.
VVenceslai Regis Rom. Miſſiva ad Regem Franciæ, Burgelins, An. 1398. *fol.*139.
LXXII.
*Electorum Imperii Sententia exauthorationis VVenceslai Rom. Regis, Lonſtein, An.*1400. *ibid.*
LXXIII.
Bonifacii IX. Pont. Max. Bulla, Romæ, Ann. 1401. *fol.*142.
LXXIV.
*Sigismundi Imp. Bulla de jure & ſucceſſione Electorum, Aquisgrani,*1413.*& Baſileæ,*1434.*fol.*143.
LXXV.
*Ejusdem Miſſiva ad Regem Franciæ, An.*1413. *fol.*146.
LXXVI.
*Ejusdem Miſſiva ad Concilium Conſtantienſe, cum ipſius Concilii Reſponſione, An.*1416. *fol.*147.
LXXVII.
Ordinum Imperii Aviſamenta Conſtantienſia, Lateiniſch und Teutſch / *An.* 1416. *fol.*149.151.
XLXVIII.
Conradi III. Archiepiſcopi Moguntini, Electoris & Vicarii S. Rom. Imp. Miſſiva ad Epiſcopum Auguſtin. Frizlariæ, An. 1426. *fol.*154.
LXXIX.
Ordinum Imperii Aviſamenta Moguntina, Lateiniſch und Teutſch/ *An.*1427. *fol.*155.160.

LXXX. Keyſer

CATALOGUS.

LXXX.

Kayſer Sigmunds Güldin Bulle: *aliàs* Reichs-Abſchiede / zu Nürnberg/ *Ann.* 1431. — *fol.* 166.

LXXXI.

Kayſer Sigmunds Reformation aller Ständen deß Heiligen Römiſchen Reichs ꝛc. Baſel/ *An.* 1434. — *fol.* 170.

LXXXII.

Friderici III. Miſſiva ad Regem Franciæ, Viennæ, Ann. 1440. — *fol.* 201.

LXXXIII.

Baßler Concili Ordnung auf der Teutſchen Nation *Gravamina* geſtellt. — *fol.* 202.

LXXXIV.

Kayſer Friederichs deß Dritten Reformation/ zu Franckfurt/ *An.* 1442. — *fol.* 203.

LXXXV.

Concordata Nationis Germanicæ cum ſancta ſede Apoſtolica, cum Declaratione Gregorii XIII. Pont. Max. Lateiniſch und Teutſch/ *Ann.* 1447. — *fol.* 207. 211.

LXXXVI.

Pii II. Pont. Max. Bulla de non appellando, &c. Mantuæ, Ann. 1459. — *fol.* 212.

LXXXVII.

Reichs-Abſchied zu Nürnberg/ *Ann.* 1466. — *fol.* 213.

LXXXVIII.

Keyſer Friederich deß Dritten Conſtitution vom vierjährigen Land-Frieden/ Regenſpurg/ *Ann.* 1471. — *fol.* 220.

LXXXIX.

Maximiliani I. Conſtit. de Notariis & tabellionibus, Coloniæ, Ann. 1512. — *fol.* 222.

HADRIA-

HADRIANI I. PONTIFICIS ROMANI

BULLÆ

PRO CAROLO MAGNO, REGE FRANCORUM, LONGOBARDORUM ET ALAMANNORUM.

Ann. Chriſti 774.

SUMMARIUM,

DE JURE ET POTESTATE ELIGENDI SUMMUM PONTIFICEM, ET ORDINANDI APOSTOLICAM SEDEM, DIGNITATEMQUE PATRICIATUS, ET INVESTITURAS EPISCOPORUM.

CUM

THEODORICIANIEM, EPISCOPI VERDENSIS ET CAMERACENSIS

SCHOLIIS.

Ann. Chriſti 1418.

ROMÆ conſtituta eſt ſancta Synodus à beato Adriano Papa in Patriarchio Lateranenſi, videlicet in Eccleſia ſancti Salvatoris, quæ reverendiſſimè celebrata eſt à centum & quinquaginta tribus viris religioſis, Epiſcopis & Abbatibus, Judicibus etiam & Legis Doctoribus, ab univerſis regionibus & ordinibus hujus almæ urbis, à cuncto etiam Clero hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: exquirentes uſus, leges & mores ejusdem Eccleſiæ & Imperii: quemadmodum etiam hæreſes & ſeditiones aboleri poſſent de Apoſtolica Sede & dignitate Patriciatus & Romano Imperio, ex quibus omnibus nimius error creſcebat in univerſo orbe. Populus itaque Romanus legem condebat more ſolito. Sed difficile erat pro unoquoque negotio totiens in unum congregari: unde ſua in jus & poteſtatem Imperatori conceſſerunt, quemadmodum legitur: Populus itaque Romanus conceſſit ei, & in eum tranſtulit omne jus ſuum, & poteſtatem.

Synodus Rom. *a Hadrianus, 22. diſt. 63.* Hæreſes & ſeditiones ex confuſione Papatus & Imperii. Populus in Imperatorem omne jus ſuum tranſtulit.

SCHOLIUM.

Nota qualiter Adrianus Papa cum Clero & Populo, & univerſa ſancta Synodo, conceſſit eidem Carolo Regi jus eligendi ſummum Pontificem, ut habetur 63. diſt. Adrianus. Et illud privilegium renovatur & confirmatur per Papam, & Cardinales, & populum Romanum, ac generale Concilium, in perſonam Othonis Primi Magni Auguſti, ſuosque ſucceſſores in Romano Imperio in perpetuum, ut ſequitur inferius.

2. Ad eorum autem exemplum prælatus quoque Adrianus Papa cum omni Clero & Populo, ac univerſa ſancta Synodo, conceſſit Carolo Auguſto omne ſuum jus & poteſtatem eligendi ſummum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatemque Patriciatus: inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo accipere inveſtituras diffinivit. Poſt hoc verò conſecrationem accipiant, unde pertineat. Unde tamen abolita ſit veterum ſcientia, moresque in poſterum, quatenus nemo per cognationem, vel amicitiam, aut per pecuniarum acceptionem, ſibi eligat Epiſcopum: Sed ſoli Regi Romanorum hujusmodi reverentiæ tribuatur facultas. Verumtamen ſi ab univerſo Clero & cuncto populo aliqua præſumptione & religionis cauſa eligatur Epiſcopus, niſi à Rege laudetur & inveſtiatur, à nemine * conſecratur.

Imperatoris, Pontificis, Patriciorum, Epiſcoporum eligendorum & confirmandorum poteſtas in Imperatorem tranſlata.

A   3. Ex

al. conſecratur. al. conſecretur.

3. Ex hoc ipſo prolatis ſententiis ab univerſis, qui in hac ſancta Synodo congregati fuerunt, in nomine ſanctæ Trinitatis, Adrianus Papa pro omnibus hoc conceſſit, laudavit, & affirmando conſtituit. Ad hoc etiam totum roborandum decrevit, ut ſi quis poſthæc contra hanc ſanctam Synodum temerator repertus fuerit, ſive contra hoc totum, quod prædiximus, repugnaverit, cujuscunque ſit gradus, ordinis, vel officii, aut dignitatis, vel generis, ſciat ſe in iram beati Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Sanctorum, & prædeceſſorum noſtrorum, caſurum, & anathematis vinculo damnatum perpetualiter victurum, excommunicatione quoque univerſalis Eccleſiæ & cuncti Populi Chriſtiani emerſurum. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis ſuppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui verò pro intuitu cuſtos horum & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus Sanctis ſuis ſine fine habere mereatur in ſecula ſeculorum, Amen.

Ann. Chriſti 794.

CAROLI MAGNI, REGIS FRANCORUM ET GERMANORUM, &c.

CONSTITUTIO

DATA FRANCOFURTI IN CONCILIO CCC. EPISCOPORUM EX ITALIA, LIGURIA, ÆMILIA, HESPERIA, GALLIA, AQUITANIA, BRITANNIA, GERMANIA, ET AUSTRIA PROVINCIIS A REGE CONVOCATORUM, ANNO DOMINI, DCC. XC. IIII.

CONTRA HÆRESIN ELIPANDINAM ET FELICIANAM, ASSERENTEM, CHRISTUM SECUNDUM CARNEM ESSE DEI PATRIS FILIUM ADOPTIVUM.

CAROLUS GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LONGOBARDORUM, AC PATRITIUS ROMANORUM, FILIUS ET DEFENSOR SANCTÆ DEI ECCLESIÆ, ELIPANDO TOLETANÆ CIVITATIS METROPOLITANO, ET CÆTERIS IN PARTIBUS HISPANIÆ CONSACERDOTIBUS, ORTHODOXÆ FIDEI ET FRATERNÆ CARITATIS IN CHRISTO DEI FILIO PROPRIO ET VERO OPTAMUS SALUTEM.

Unitas Eccleſiæ. GAudet pietas Chriſtiana divinæ ſcilicet atque fraternæ per lata terrarum ſpatia duplices caritatis alas extendere, ut materno foveat affectu, quos ſacro genuerat baptiſmate. Et maxima eſt ſanctæ matris Eccleſiæ exultatio ſuorum adunatio filiorum, ut ſint conſummati in unum, qui redempti ſunt ab uno, dicente eodem Redemptore noſtro JEſu Chriſto: *Pa-*
Joann. 17. *ter ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut omnes unum ſint, ſicut & nos unum*
Cantic. 8. *ſumus.* Unde & in Cantico Canticorum de ſancta dicitur Eccleſia: *Terribilis ut caſtrorum acies ordi-*
Eccleſia Catholicæ unitas inſuperabilis. *nata.* Conſtipata exercitus ordinatio & unanimis bellatorum fortitudo magno ſolet hoſtibus eſſe terrori: ſic filiorum ſanctæ matris Eccleſiæ intra murum Catholicæ fidei pacifica adunatio aëreis poteſtatibus nimium conſtat terribilis, & igneis malignæ perfidiæ ſpiculis omninò impenetrabilis extat, ſi-
Ephef. 6. cut & veriſſimus Gentium prædicator & fortiſſimus Eccleſiæ præliator præcipit, dicens: *In omnibus*
Hebr. 11. *ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela Nequiſſimi ignita extinguere*, & hoc ſæculum nequam
Impoſſibile. libero ad cœleſtia volatu evadere. *Sine fide* enim *impoſſibile eſt placere Deo:* impoſſibile eſt, quod omnino ab homine fieri non poteſt Principium eſt ſalutis noſtræ Fides, qua intemerata & integra ſanitate confirmata, totius vitæ curſus per bonorum veſtigia operum feliciter ſinetenus currit. *Per fidem* enim
Hebr. 11. (ſicut idem præfatus Doctor in epiſtola ad Hebræos teſtatur) *omnes ſancti placuerunt Deo.*

Fides Catholica. 2. Hanc igitur Fidem Orthodoxam & ab Apoſtolicis traditam Doctoribus, & ab univerſali ſervatam Eccleſia, nos pro virium noſtrarum portione ubique in omnibus ſervare & prædicare confitemur: quia non eſt in alia aliqua ſalus, niſi in illa, quam pacifica ab initio ſalutis noſtræ unanimitate ſemper ſervabat Eccleſia. Pro qua etiam, Viri fratres, & veſtra bona devotio, quam

vos

vos habere decet in Domino, his partibus fidei veſtræ litteras dirigere * curaſtis, nempe & generales [* ſort. cura-vit.]
ad Sacerdotales ſanctiſſimas aures, ad nos quoque ſpeciales: in quarum utique ſerie litterarum non ſatis nobis elucebat, an quaſi ex auctoritate magiſterii vos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis: tamen ſive hoc ſive illud veſtris ineſſet animis, petitionem veſtram, caritate Chriſtianæ religionis cogente, non ſpernendam eſſe cenſuimus, valde deſiderantes, Deumque ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in veræ fidei ſoliditate firmiter utrimque permaneamus, contra fluctivagos hujus ſæculi æſtus, Spiritu Sancto navigium veſtri cuſtis regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis pervenire mereamur.

3. Ad hanc tranquillitatem capiendam oculus cordis fide purificandus eſt, & aſſiduis ſanctarum orationum precibus mentis acies illuſtranda, ut puræ veritatis lumen, omni errorum nube expulſa, contemplari valeat, ne in opiniones noxiæ falſitatis temeritatis inordinata incautiùs gradientes præcipitet. [Chriſtiani hominis ſtudium.] Non pudeat Chriſtianum, ubi hæſitat, quærere; ubi neſciat, diſcere: quoniam pia humilitas diſcendi ſapientiæ intrat ſecreta: & melius eſt, diſcipulum eſſe veritatis, quàm doctorem exiſtere falſitatis. Ille ad altiora ſemper provehitur; iſte ad inferiora ſemper dilabitur, & inde magiſter efficitur erroris, unde auditor contempſit eſſe veritatis. Hanc igitur, Fratres, pernicioſam devitantes elationem, ſanctorum Patrum & ſanctorum Doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus: diſcamus, quæ ſcripſerunt; credamus, quæ docuerunt, & non declinemus ad dexteram neque ad ſiniſtram, ſed per viam regiam ad Regem & Redemptorem & Deum & Dominum noſtrum JEſum Chriſtum concordi fidei & veritatis curramus profeſſione. [Patribus inhærendum.] *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, eodem atteſtante Apoſtolo: [Roman. 10.] *Juſtus autem ex fide vivit*: [Roman. 1.] Si juſtus ex fide vivit, quomodo, qui fidem non habet rectam, ſe vivere æſtimat? [Hebr. 10.] *Nos* nempe *non ſumus infidelitatis filii in perditionem, ſed filii ad acquiſitionem animæ*. [Habacuc. 2.] Sequamur Sanctorum Patrum venerabilia in caritate præcepta. [Hebr. 10.]

4. Decet enim ut omnium Chriſtianorum una ſit fides & unus animus, ſicut eſt *unum ovile & unus paſtor*. [Una Chriſtianorum fides, unus animus.] Qui enim extra Eccleſiaſtici ovilis ſepta inveniuntur, lupina rabie devorabuntur, qui vocem boni paſtoris non audiunt, qui ante oves ſuas ingreditur & egreditur, ut eos ad paſcua vitæ perducat æternæ. Nobis itaque dictum intelligamus, quod egregius prædicator ſuis cariſſimis filiis præcipiebat, dicens: [Ioann. 10.] *Obſecro vos per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut unum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti in uno ſenſu & in eadem ſententia*. [1. Corinth. 1.] Hæc habentes Apoſtolicæ auctoritatis præcepta, concordate nobiſcum. Diligimus vos hoc vobis volumus in Domino, quod & nobis: quia perfecta, quam habemus in Chriſto, caritas congregare gaudet non ſpargere, adunare non ſcindere, & inconſutilem Salvatoris noſtri tunicam integram ſervare non dividere, prævidentes hoc idem in pace Chriſti cuſtodire, quod milites in paſſione ejus obſervabant. [Ioann. 19.]

5. His ita prælibatis, veſtris in Domino valde congaudemus profectibus, ita ut in cordibus noſtris fraterno vulnerati amore veſtram, quam patimini, lachrymabili gemitu condolemus oppreſſionem; [Unitas & caritas ſervanda.] ſed majore multò triſtitia lugemus, ſi aliquid Diabolica fraude interius oppreſſionis per infidelitatem vel cujuslibet ſchiſmatici erroris patimini cordibus. [Roman. 9. in pr.] Ipſe eſt continuus dolor pectoribus noſtris, & penè irremediabile vulnus; niſi per ejus miſericordiam, [a] *qui ſanat contritos corde*, & [b] *vult omnes homines ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire*, illi nos lætificent, qui triſtaverunt. [a Pſalm. 146. b 1. Timoth. 2.] Veſtra igitur correctio, noſtra eſt lætificatio. Deſiderantes vos ſocios habere in fide Catholica, & cooperatores in prædicatione veritatis, ut gaudium, quod Chriſtus ſuis promiſit diſcipulis, habitet in nobis, & gaudium noſtrum impleatur in vobis. [Ioan. 14. 16.]

6. Ad impletionem verò hujus gaudii, fraterna cogente caritate, juſſimus ſanctorum Patrum Synodale ex omnibus undique noſtræ ditionis Eccleſiis congregari Concilium, quatenus ſancta omnium unanimitas firmiter decerneret, quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quam nuper novis aſſertionibus, & ſanctæ Dei univerſali Eccleſiæ antiquis temporibus inauditis vos ex veſtris ſcriptis intuliſſe cognovimus: [Concilium ab Imperatore convocatum.] immò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem de hac nova inventione noſtræ devotionis ter quaterque direximus Miſſos, ſcire cupientes, quid ſancta Romana Eccleſia, Apoſtolicis edocta traditionibus, in hac reſpondere voluiſſet Inquiſitione. [Concilium de unitate fidei decernit.] Nec non & de Britanniæ partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros convocavimus, ut ex multorum diligenti conſideratione veritas Catholicæ Fidei inveſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hinc & inde roborata teſtimoniis abſque ulla dubitatione teneatur.

7. Idcircò vobis per ſingulos libellos dirigere curavimus, quid prædictorum Patrum pia unanimitas & pacifica perſcrutatio auctoritate Eccleſiaſtica invenire, ſtatuiſſet, confirmaret. [Imperatoris auctoritas & ratio in reducendis ad fidem Hæreticis.] Primò quid Dominus Apoſtolicus cum ſancta Romana Eccleſia & Epiſcopis in illis partibus quaquâ verſum commorantibus, & Catholicis Doctoribus, ſentiret, ſub unius libelli tenore ſtatuimus. Deinde ſecundo loco, quid Eccleſiaſtici Doctores & Sacerdotes Eccleſiarum Chriſti de propinquioribus Italiæ partibus cum Petro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Paulino Forojulienſi vel Aquileienſi Patriarcha, viris à Domino valdè venerabilibus intelligi vel firmiter credi voluiſſent, ſuis propriis reſponſionibus exaratum poſuimus libellum; quia ipſi quoque præſentes noſtro Synodali Conventi adfuerant. Poſt hæc tenet & tertius libellus Orthodoxorum ſanctorum Patrum Epiſcoporum & virorum venerabilium fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ & Britanniæ partibus, dignis Deo deſerviunt officiis, veſtriſque objectionibus ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis roboratas obtinet reſponſiones. Deinde quarto loco meæ propriæ unanimitatis cum his ſanctiſſimis prædictorum Patrum decretis & Catholicis ſtatutis conſenſum ſuboexui, ſicut vosmetipſi in veſtra epiſtola, quam meo ſpecialiter deſignaſtis nomini, rogare cu-

raſtis, id eſt, ne ſubdolis paucorum aſſertionibus conſentirem, ſed plurimorum teſtimoniis roboratam fidem tenerem.

Multorum antiqua fides præponenda paucorum novæ opinioni.

Fides vera ubi inquirenda.

8. Facio certiſſimè, Deo Domino meo JEſu Chriſtn donante, horum me ſanctiſſimæ multitudini & probatiſſimæ auctoritati veræ fidei profeſſione aſſocians, nec veſtræ me paucitati in conſenſione hujus novæ aſſertionis ſocium admitto, ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ & Catholicis traditionibus, tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungo. Quicquid in illorum legitur libris, qui divino Spiritu afflati, toti orbi à Deo Chriſto dati ſunt Doctores, indubitanter teneo, hoc ad ſalutem animæ meæ ſufficere credens, quod ſacratiſſimæ Evangelicæ veritatis pandit hiſtoria, quod Apoſtolica in ſuis epiſtolis confirmat auctoritas, quod eximii ſanctæ Scripturæ tractatores & præcipui Chriſtianæ Fidei Doctores, ad perpetuam poſteris ſcriptum reliquerunt memoriam. Cum his quoque Doctoribus & ſanctæ Eccleſiæ Paſtoribus veram prædico fidem, quos in præſenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Hi ſunt propugnatores fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diverſas ſedes civitatis Chriſti; cujus antemurale eſt Fides Catholica, & caritas firmiſſimus murus, & propugnacula divinarum teſtimonia ſcripturarum, & divitiæ ſalutis in ea ſunt *ſapientia & ſcientia*, ſpes portarum cuſtodia, quæ quatuor clavibus, id eſt, prudentia, juſtitia, fortitudine, & temperantia piis aperiuntur animis. Hujus verò civitatis ipſe Dei verus & proprius filius, Deus verus homo verus JEſus Chriſtus Dominus noſter Regali præſidet potentia; cujus gratia totam illius civitatis ſtructuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc civitatem recta ſibi præviante fide, manus bonorum operum habens pleniſſimas pervenire feſtinat, apertas inveniet portas; & Regem Regum cum millibus ſanctorum agminum obviare ſibi gaudebit.

Matth. 28.
Civitas Catholica.
Eſaias 26.

Preces Hæreticorum non ſunt acceptabiles Deo, nec merentur exaudiri.

9. Sed & gratias vobis agimus de inſtantia orationum veſtrarum, quibus memoriam noſtri aſſiduè vos habere dixiſtis, optantes ut preces veſtræ acceptabiles ſint Domino Deo Salvatori noſtro; & ut ipſe per ſuam miſericordiam dignos vos efficiat exaudiri; & ad unitatem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ revocare dignetur; & ejusdem pietatis humeris in ſanctæ matris Eccleſiæ reportet ovile, qui de cœlis veniens ovem requirere perditam, inventamque cum triumpho gloriæ ad ſedem paternæ Majeſtatis revexit.

Luca 15.
Libellus Hæreticorum in Synodo diſcuſſus.

10. Illud quoque, quod vobis noſtram pietatem flagitare placuit, quatenus in præſentia noſtra libelli veſtri legeretur textus, & perſcrutante plurimorum conſilio, quid in eo rectæ fidei ſanctionibus conſentiens inveniretur, fecimus, ſicut petiſtis, collectiſque undique, velut præfati ſumus, Eccleſiaſticis Doctoribus & populi Chriſtiani Rectoribus, nobisque omnibus pacifico unanimitatis choro conſidentibus, eundem libellum à capite calcetenus per diſtinctiones uniuſcujusque ſententiæ, & per interrogationes & reſponſiones, prout cuique libuit, perlegere juſſimus. Quid verò de illo libello Præſules Eccleſiarum Chriſti, Fideique Catholicæ Doctores intellexiſſent, non eſt opus mihi in hac mea iterare epiſtola, dum illorum libellus proprius hoc vobis evidenter oſtendet.

Libertas uniuſcujuſque in Concilio.
Imperator Præſes Concilii.

11. Scriptam itaque in epiſtola veſtra hujusmodi obſecrationem invenimus: *Poſcentes vos per eum, qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro te mortem pertulit & ſepulturam, ad liberandum electos ad infernum deſcendit, & pro te reſurgens tibi viam ad cœlos revertendi, ſcilicet ad cœleſtem patriam, demonſtravit, ut per teipſum arbiter ſedeas &c.* Ecce ego veſtria petitionibus ſatisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor & arbiter adſedi. Diſcernimus, & Deo donante decrevimus, quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum: ſed modò per eandem obſecrationem vos iterum atque iterum obteſtor, ut in pacifica unanimitate & Catholicæ Fidei profeſſione, nobiſcum firmiter maneatis, nec vos doctiores exiſtimetis univerſali ſancta Dei Eccleſia. Eam fidem tenete, quam Orthodoxi Patres in ſuis nobis* Symbolis ſcriptam reliquerunt; & nolite plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio divina vos myſteria inveſtigare arbitremini, ſed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temerè perſcrutando invenire non valet.

Imperatoris admonitio ad Hæreticos ſaluberrima.
** l. 7. §. 4. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.*

Exemplum Imperatoris conſervandæ Catholicæ fidei.

12. Exemplum mihi Conſtantini Imperatoris propoſuiſtis, cujus initium beatum Iſidorum laudaſſe dicitis, & finem doluiſſe: quod ne mihi accidat, per quendam Bearum (quem per antiphraſin cognominaſtis) benignè ſuadetis. Hoc etiam, divina miſerante gratia, præcavere ſatago, non ab illo tantummodo, ſed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ fidei contrarium docere videntur: aſſiduaque devotione Dominum depoſco, & quotcumque ex filiis ſanctæ matris Eccleſiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco, ne me alicujus verboſa adulatio, vel fraudulenta laudatio decipiens à via veritatis avertat, ſæpius cum Propheta decantans: *Corripiet me juſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Pſalm. 140.

Spes bonorum nulla abſque recta fide.

13. Vos verò vobiſmetipſis cavete, quos vos fraterno monuiſtis amore, procurantes diligentiſſimè, omnipotentisque Dei vobis aſſiduis precibus clementiſſimam convocate gratiam, ne callida antiqui hoſtis verſutia ſenſus veſtros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interiùs Diaboli ſervitium, quàm exteriùs gentis inimicæ: eumque expectate Redemptorem, quem ſalutis veſtræ habuiſtis auctorem. Illum glorificate in corde & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in fide, quæ per dilectionem operatur, quatenus vos illius glorioſa potentia & ineffabili miſericordia ab utriuſque ſervitutis moleſtia, exteriore ſcilicet & interiore, liberet & cuſtodiat, & in magno judicio ante conſpectum gloriæ ſuæ cum multiplicibus laboris veſtri divitiis ſtare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apoſtolicæ Fidei audire faciat: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi, indubitata veritatis Profeſſione ſperatis, ſi Catholicæ Fidei unanimitati voſmetipſos adjungere curetis; exteriores ſervitutis moleſtias

Matth. 25.

leſtias interna fidelitatis ſpe conſolamini & oculos mentis veſtræ ad eum dirigite, qui vos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ.

14. Hactenus antequam hujus adoptionis in Chriſto nomen à vobis exortum noſtros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus; & ſi nos veſtrum corporale ſervitium contriſtaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificavit in nobis. Nunc verò duplici pro vobis afficimur mœrore, Diabolica fraude deceptis in corde, & inimica ſervitute oppreſſis in corpore. Sed redite, obſecro, ad unitatem ſanctæ matris Eccleſiæ, ut vos eruat de anguſtia ſervitutis terrenæ, qui vos per baptiſmi gratiam à vinculo liberavit originalis peccati. Expoliaſtis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti maligna induimini illum? Adoptionis filii Deo Patri facti eſtis per eum, qui non eſt adoptivus ſed proprius. State per fidei inviolabilem confeſſionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis jugum ſubire: expellite vincula Diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Chriſtus, qui ſolvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus veſtris. Habetis nos, divina auxiliante gratia, cooperatores gaudii veſtri, ſi vos nobiſcum Catholicæ Fidei vultis eſſe prædicatores. Certiſſimum namque erit divinæ miſerationis auxilium, ubi una eſt totius Eccleſiæ caritas, & una veræ fidei confeſſio.

Exhortatio ad unitatem fidei & animorum.

Confitentibus unam veram fidem auxilium certiſſimum contra hoſtes.

15. Ad multitudinem populi Chriſtiani & ad Sacerdotalis Concilii unanimitatem revertimini. Si enim duorum vel trium ſancto pioque conſeſſui, ſecundum ſuam promiſſionem, Dominum eſſe præſentem non dubitamus, quanto magis ubi tot ſanctiſſimi fratres, tot filii matris Eccleſiæ in nomine illius pacifica conveniunt unanimitate, eum adeſſe medium non eſt dubitandum, & illorum regere conſilia, qui ſui nominis laudem quærere dignoſcuntur? Ad confirmandum igitur corda veſtra in fide & veritate, hanc noſtri nominis, fraterna inſtigante caritate, epiſtolam ſcribere curavimus, optantes ut noſtra, quam habemus pro fide Catholica, proficiat devotio, & vos divina clementia ad fidem reducat Catholicam.

16. Ante igitur, quàm hujus ſæpè dicti ſcandali à vobis oriretur offenſio, duplici caritate (ſicut prædiximus) dileximus vos, id eſt, in orationibus noſtris per omnes regni noſtri Eccleſias habuimus ſocios, & veſtri memoriam quotidie facientes: itidem quoque, & Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare à ſervitio ſæcularis neceſſitatis ſecundum temporis opportunitatem, & veſtri conſilii adhortationem: nunc verò hac duplice caritate (quod ſine dolore non dicimus) fraudaſtis voſmetipſos, non intelligentes, fraude Diabolica eſſe deceptos, ut utroque juvamine vos denudaret, id eſt, participatione fidei & orationum noſtrarum, vel ſolatio auxilii noſtri. Videte, videte, quam grande malum adverſus voſmetipſos habetis factum, quod nequaquam auſi ſumus orare pro vobis, ſicut pro fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, nec vos adjuvare, quomodo fratres in veſtris maximis neceſſitatibus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem conſolationem, & abjicite à vobis hanc malignam Diabolicæ fraudis verſutiam, ut poſſitis nobiſcum conſortium habere in omni caritate & gaudio opportuno.

Imperator non dat auxilium Hæreticis.

17. Poſt hanc verò correctionem ſive admonitionem Apoſtolicæ auctoritatis & Synodalis unanimitatis, ſi non reſipiſcitis ab errore veſtro: Scitote omninò vos pro Hæreticis haberi, nec ullam vobiſcum communionem pro Deo audeamus habere. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis comprehendant, unde non poteſtis pedes veſtros explicare, ſed interna damnatione irretitos eſſe lugebitis. Adhuc enim pia mater revocat vos in gremium ſuæ miſericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantum nolite vos abſtrahere ab ejus pietate, * qui vos vocavit in regnum filii dilectionis ſuæ.

Cum Hæreticis poſt correctionem ſive admonitionem ſynodalem nulla communio habenda.

* *Galat. 1.*

In Actis Concilii Francofurtenſis interjicitur hic Catholicæ Fidei Symbolum, quo & aſſeritur Dei filius non eſſe adoptivus, ſed proprius. [b]

HAnc fidem vos, Fratres cariſſimi, firmiter tenere, in commune prædicamus: & ſi aliter antè in quolibet verbo ſenſiſtis, corrigite voſmetipſos, & ad unitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ pura fide feſtinate, & contentiones nominum novitateſque vocum devitate, quia juxta Apoſtolum, non eſt Hæreticus niſi ex contentione. Vos igitur, quia pauci eſtis, unde putatis vos aliquid verius invenire potuiſſe, quàm quod ſancta & univerſalis toto orbe diffuſa tenet Eccleſia? Sub tegmine alarum illius requieſcite, ne vos avida Diaboli rapacitas (ſi foris invenerit) nefando gutture devoret. Redite ad pium matris Eccleſiæ gremium; illa vos foveat & nutriat, donec occurratis in virum perfectum, & in plenitudinem corporis Chriſti. Habete nos cooperatores ſalutis veſtræ, Catholicæ pacis auxiliatores; & ſocietas veſtra ſit in Chriſto JEſu Domino noſtro, qui vos nobiſcum incorruptos & immaculatos fide pariter & opere cuſtodiat, & conſtituat ante conſpectum gloriæ ſuæ incontaminatos & irreprehenſibiles, & perpetuæ hæreditatis hæredes pariter perficiat in æternum.

AMEN.

Peroratio.

1. ad Timoth. 1. & 6.

S. Dan. 1.

Ann. Chriſti 796.

CAROLI MAGNI, REGIS FRANCORUM ET GERMANORUM

EDICTUM

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA ET OFFICIO EPISCOPORUM.

Regnante Domino noſtro JEſu Chriſto in perpetuum.

EGO CAROLUS gratia DEI, [a] ejusque miſericordia donante, Rex & Rector regni Francorum, & devotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor, humilisque adjutor, omnibus Eccleſiaſticæ [b] dignitatis ordinibus, ſeu ſecularis potentiæ dignitatibus, in Chriſto [c] Domino Deo æterno perpetuæ pacis & beatitudinis ſalutem.

1. Conſiderans pacifico mentis intuitu, unà cum Sacerdotibus & Conſiliariis noſtris, abundantem in nos noſtrumque populum Chriſti Regis [d] clementiam, & quàm neceſſarium eſt non ſolùm toto corde & ore ejus pietati agere gratias inceſſanter, ſed etiam continua bonorum operum exercitatione ejus inſiſtere laudibus; quatenus qui regno tantos contulit honores, ſua protectione nos noſtrumque regnum in æternum conſervare dignetur. Quapropter placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, ô Paſtores Eccleſiarum Chriſti, & ductores gregis ejus, & clariſſima mundi luminaria, ut vigili [a] cura & ſedula admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, & errantes oves bonorum [b] exemplorum ſeu adhortationum humeris intra Eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare [c] ſatagamini, ne lupus inſidians aliquem canonicas ſanctiones transgredientem, vel paternas traditiones univerſalium Conciliorum excedentem, (quod abſit) inveniens devoret. Ideo magno devotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, imò compellendi, ut firma fide & [d] rationabili perſeverantia intra paternas ſanctiones ſe contineant. In quo [e] opere & ſtudio ſciat certiſſimè ſanctitas veſtra, noſtram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & noſtras ad vos direximus Miſſos, qui ex noſtri nominis autoritate unà vobiſcum corrigerent, quæ corrigerent, quæ corrigenda eſſent. Sed & aliqua capitula ex Canonicis Inſtitutionibus [f] quæ magis nobis neceſſaria videbantur, ſubjunximus. Ne aliquis, quæſo, hujus pietatis admonitionem eſſe [g] præſumptionem putet vel judicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta connectere, ſectas coartare ſtudeamus; ſed magis benevolo charitatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in Regum libris, quomodo ſanctus Joſias regnum ſibi à Deo datum, circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtuduit revocare: non ut me ejus ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed quòd nobis [h] ſunt quæque Sanctorum ſemper exempla [i] ſequenda, & [k] quousque poterimus ad ſtudium bonæ vitæ in laudem & in gloriam Domini noſtri JEſu Chriſti congregare neceſſe eſt. Quapropter, ut prædiximus, aliqua capitula notare juſſimus, ut ſimul hæc eadem vos admonere ſtudeatis, & quæcunque vobis alia neceſſaria eſſe [a] ſcitis, ut & iſta & illa æquali intentione prædicetis; nec aliquid, quod veſtræ ſanctitati & populo Dei utile videatur, [b] omittite, ut pio ſtudio admoneatis, quatenus & veſtra ſolertia & ſubjectorum obedientia æterna felicitate ab omnipotente Deo remuneretur, &c.

2. Primò omnium, ut fides Catholica ab omnibus Epiſcopis & Presbyteris legatur diligenter, & omni populo prædicetur. Quia hoc primum præceptum eſt Domini Dei omnipotentis in Lege: *Audi Iſrael, quia Dominus Deus tuus eſt.* Et, ut ille *diligatur ex toto corde & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute noſtra.*

3. Sed & veſtrum videre eſt, Dilectiſſimi & venerabiles Paſtores & Rectores Eccleſiarum Dei, ut Presbyteros mittatis per parrochias veſtras, ad regendum & ad prædicandum per Eccleſias veſtras populum Deo ſervientem, ut rectè & honeſtè prædicent: & non ſinatis nova vel non Canonica aliquos ex ſuo ſenſu & non ſecundum ſcripturas ſacras, fingere & prædicare populo. Sed & vosmetipſi utilia, honeſta, & recta, & quæ ad vitam ducunt æternam, prædicate, alioque inſtruite ut hæc eadem prædicent.

4. Primò omnium prædicandum eſt omnibus generaliter, ut credant Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum eſſe Deum omnipotentem, æternum, inviſibilem, qui creavit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt. Et unam eſſe Deitatem, ſubſtantiam, & majeſtatem in tribus perſonis Patris & Filii & Spiritus ſancti.

5. Item prædicandum eſt, quomodo Dei filius Incarnatus ſit de Spiritu ſancto & ex Maria ſemper virgine, pro ſalute & reparatione humani generis paſſus, ſepultus, & tertia die reſurrexit & aſcendit in cœlos: & quomodo iterum venturus ſit in majeſtate divina, judicare omnes homines ſecundum merita propria: & quomodo impii propter ſcelera ſua cum Diabolo in ignem æternum mittentur, & juſti cum Chriſto & ſanctis Angelis ſuis in vitam æternam.

6. Item

Chriſti bonitas in Imperium.
a al. ejusdemque.
b al. pietatis.
c Deeſt alias.
d al. clementiam qua neceſſ.
a al. cuſtodia.
b al. exemplo operum, ſeu adhortatione bum.
c al. ſatagatis.
Parochi & Prædicatores ut plebem ad conſtantiam veræ fidei cohortentur.
d al. infatigabili.
e al. operis ſtudio.
Imperatorio eò illos adjuvare promittit. Secundum canones veteris Eccleſiæ.
f al. quia.
g al. præſumptuoſam.
Ex auctoritate Imperatoria, inhibendi ſectas.
2. Reg. 23.
h al. ſint ubiq.
i al. exequenda.
k al. quoſcumque.
Annunciatione prohabita veræ fidei per miniſtros Eccleſiæ.
a al. ſciatis.
b al. omittatis.
Fides Catholica ab Epiſcopis & Presbyteris prædicetur.
Deut. 6.

Matth. 22. *Marc.* 12. *Luc.* 10. Parochas & Prædicatores idoneos, ut Eccleſiæ præficiant Epiſcopi. Nova doctrina non admittenda, nec vetus falſanda. De S. Trinitate. De Filio Dei. *NB. Omiſſus deſcenſum ad inferos, ut in omnibus veterum Germanorum Symbolis.*

6. Item diligenter prædicandum eſt, reſurrectionem mortuorum eſſe; ut ſciant & credant, in iiſdem corporibus præmia meritorum accepturos.

De reſurrectione mortuorum.

7. Item cum omni diligentia cunctis prædicandum eſt, pro quibus criminibus deputentur cum Diabolo in æternum ſupplicium. Legimus enim, Apoſtolo dicente: *Manifeſta autem ſunt opera carnis; quæ ſunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, animoſitates, ira, rixa, diſſenſiones, hereſes, ſecta, invidia, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quod qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Ideò hæc eadem, quæ magnus Prædicator Eccleſiæ Dei ſigillatim nominavit, cum omni ſtudio prohibere, intelligentes, quàm ſit terribile illud quod dixit: *Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Sed omni inſtantia admonete eos de dilectione Dei & proximi, fide & ſpe in Deo, de humilitate & patientia, de charitate & continentia, de benignitate & miſericordia, de eleemoſynis, & confeſſione peccatorum ſuorum: & ut *debitoribus ſuis* ſecundum Dominicam orationem ſua *debita dimittant*, ſcientes certiſſimè, quòd qui talia agunt, regnum Dei poſſidebunt. Et hoc ideò diligentiùs injungimus charitati veſtræ, qui ſcimus temporibus noviſſimis Pſeudodoctores eſſe venturos, ſicut ipſe Dominus in Evangelio prædixit, & Apoſtolus Paulus ad Timotheum teſtatur. Ideo, Dilectiſſimi, toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis, ut poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere, & divina donante gratia verbum Dei creſcat, currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem animarum noſtrarum, & laudem & gloriam nominis Dei noſtri JEſu Chriſti.

De peccatis & bonis operibus.
Galat. 5.
Matth. 6.
Falſi Doctores poſtremis temporibus.

Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino Deo noſtro JEſu Chriſto: Amen. Anno Dominicæ incarnationis DCC. LXXXVIX. indictione XII. anno XXI. regni noſtri. Actum eſt hujus legationis in Aquis, Palatio publico. Datum die decima Calend. Aprilis.

Kayſer Carols deß Groſſen
und Erſten deß Namens

EDICTUM

Von der Geiſtlichen Zucht und Amt der Kirchen-Lehrern.

Im Namen unſers HErrn und Heylands JEſu Chriſti / der in alle Ewigkeit regieret / Amen.

WIr Carolus von GOttes Gnaden / und Gunſt ſeiner Barmhertzigkeit / König und Herrſcher des Reichs zu Francken / ein dienſtlicher Beſchirmer und demüthiger Helffer der Kirchen / entbieten allen und jeden geiſtlichen und weltlichen Stands / was Ordens / Würde oder Herrlichkeit die ſind / unſern Gruß zu ewigem Frieden und Seeligkeit in Chriſto unſerm GOtt und ewigem HErrn.

1. Als Wir mit den Augen Unſers friedſamen Gemüths betrachtet / und mit ſamt Unſern Prieſtern und Räthen angeſehen / die überſchwenckliche Gnad des Königs Chriſti gegen Uns und Unſerm Volck / und wie nothwendig es ſey / nicht allein mit gantzem Hertzen und Mund ſeiner treuen Liebe unabläßlich Danck ſagen / ſondern auch mit Ubung guter Wercken / ſeinem Namen für und für zu Lob ſingen: Damit der / der dem Reiche ſo groſſe Ehr und Herrlichkeit verliehen / Uns und Unſer Reich in ſeinem Schutz und Schirm zu allen Zeiten bewahren und erhalten wolle.

Derenthalben / Ihr Hirten der Kirchen CHriſti / und Führer ſeiner Heerd / die ihr ſeyd hellſcheinende Liechter der Welt / haben Wir vor gut angeſehen / euer Embſigkeit zu bitten / daß ihr mit wachender Sorg und ernſtlicher Anmahnung das Volck GOttes durch die Waid des ewigen Lebens leiten und führen wollet / und die irrenden Schaaf auf den Schultern guter Beyſpiel und Vermahnungen in die Mauren des veſten Kirchenſtalls zu bringen / euren möglichen Fleiß anwenden / auf daß nicht der reiſſende liſtige Wolff jemand / ſo die Schnur der heiligen Kirchen Gebotten übergienge / oder der heiligen Vätter Traditionen in den allgemeinen Concilien gegeben

übertrette / (welches GOtt gnädiglich verhüten wolle) erhaſche und verſchlinge. Derhalben und
in Anſehung deſ/ ſoll man ſie mit groſſem ernſtlichem Fleiß vermahnen und anhalten/ und nach Ge-
legenheit nöthigen/ mit veſten Glauben und rechtmäſſiger Beſtändnus bey der heiligen Vätter Lehr
und Chriſtl. Kirchen zu bleiben und verharren.

In welchem löblichen/ Chriſtlichem Werck und Fleiß euer Heiligkeit die gewiſſe Zuverſicht zu
uns wolle tragen/ daß wir mit allem Fleiß euch wollen helffen und beyſtehen. Darum haben wir
auch unſere Geſandten an euch geſchickt / die im Namen und mit vollkömmlichem Gewalt unſerer
Majeſtät mit euch ſollen alles das corrigiren / beſſern und änderen / was zu corrigiren/ beſſern und
ändern iſt. Haben aber etliche Capitel aus den Canonicis Inſtitutionibus, welche wir am allernoth-
wendigſten zu ſeyn vermeynt/ zuſammen verfaßt und hernach geſetzt. Und wollen euch hiemit gebe-
ten haben / dieſe unſere treue Ermahnung zu keiner Vermeſſenheit nicht deuten noch auslegen /
mit welcher unſer Vorſatz iſt die eingeriſſene Irrthum zu beſſeren / den Uberfluß abzuſchneiden / und
den Rotten und Secten zu ſteuren und wehren: ſondern vielmehr mit treuliebenden Hertzen auf und
annehmen. Dann wir leſen in dem Buch der Königen / wie der heilige König Joſias ſein gantzes
Reich ihme von GOtt gegeben umzogen/ und mit Aenderungen/ Verbeſſerungen und Mahnungen
zum rechten und wahren Gottesdienſt zu bringen befliſſen habe: nicht daß wir uns ſeiner Heiligkeit
wollen vergleichen / ſondern weil uns aller Heiligen Exempel zu nachfolg gegeben und geſchrieben
ſeynd / daß wir nach ſeinem Beyſpiel alle unſere Unterthanen / ſo viel möglich in Ubung eines gu-
ten Lebens/ zu Lob und Ehr unſers HErrn JEſu Chriſti/ zu bringen und ſammlen ſchuldig ſeynd.

Derhalben/ wie vermeldt/ haben wir ihn Befelch geben etliche Capitel zu notiren/ damit ihr uns
zugleich von derſelben wegen Bericht zu geben euch befleiſſen/ und über alles anders/ was euch von-
nöthen ſeyn gedunckt/ gewiſſen Bericht geben. Dann ihr ſolt nichts unterlaſſen / das ihr vermeo-
net eurer Heiligkeit und dem Volck Gottes nützlich und dienſtlich ſeyn/ und uns mit Gottsfürchti-
gem Eifer und Ernſt berichten/ damit ſo wol eurer Emſigkeit/ als der Unterthanen Gehorſam/ von
dem GOtt dem Allmächtigen mit ewiger Seeligkeit wiedergolten werde/ ꝛc.

2. Vor allen Dingen ſoll der alte Catholiſche Apoſtoliſche Chriſtliche Glaub fleiſſig von den Bi-
ſchöffen und Prieſtern geleſen werden/ und allem Volck geprediget. Dann das iſt das erſte Gebott
Gottes des Allmächtigen HErrn: **Höre Iſrael/ der HErr dein GOtt/ iſt ein einiger GOtt.**
Und: **Du ſolt GOtt lieben von gantzem Hertzen/ und von gantzem Gemüth/ und von gan-
tzer Seele/ und von allen Kräfften und Vermögen/ ꝛc.**

3. Und ihr ehrwürdigen und geliebten Hirten und Regierer der Kirchen Gottes ſolt Amts wegen
getreue Prieſter und Lehrer auf die Pfarrkirchen ordnen / die da recht und dem Wort Gottes gemäß
in der Kirchen predigen / und das Volck Gottes in allen guten regieren und führen: und ſolt nicht
geſtatten und zugeben / daß jemands neue Lehr/ aus ſeinem eigenen Kopf und Sinn/ wider die heili-
ge Schrifft und der alten Vätter Statuten/ erdichte und dem Volck in der Kirchen vortrage: ſon-
dern ſolt erſtlich ihr ſelber / was nützlich/ ehrlich und recht iſt/ und zu dem ewigen Leben führet/ pre-
digen: Und dann auch andere unterrichten auf gleiche Weiß und Meynung zu predigen.

4. Vor allen Dingen ſoll man jederman insgemein predigen und verkünden / daß ſie glauben/
GOtt der Vatter/ und der Sohn/ und der heilige Geiſt ſey ein einiger Allmächtiger / ewiger / un-
ſichtbarer GOtt / der Himmel und Erden / und alles was darinnen iſt/ erſchaffen hat. Und daß
ein Gottheit ſey/ ein Weſen und Majeſtät in dreyen Perſonen / des Vatters und des Sohns und
des heiligen Geiſts.

5. Item man ſoll auch predigen/ wie der Sohn Gottes in das Fleiſch kommen und Menſch wor-
den von dem heiligen Geiſt / und aus der reinen Jungfrauen Marien/ zu Heyl und Erlöſung des
menſchlichen Geſchlechts/ gelitten/ begraben/ und am dritten Tage wiederum auferſtanden/ aufgefah-
ren gen Himmel/ und wie er wiederum kommen werde in ſeiner Göttlichen Majeſtät zu richten alle
Menſchen nach ihren eigenen Wercken: und wie die Gottloſen um ihrer Sünden willen mit dem
Teuffel in das ewige Feur geworffen werden: die Gerechten aber zu dem ewigen Leben geführt.

6. Item ſoll man auch fleiſſig predigen / daß ein Auferſtehung der Todten ſey/ damit ſie wiſſen und
glauben, daß ſie eben in dem Leib / mit welchem ſie in dieſer Welt bekleidet ſeynd / werden den Lohn
vor ihre Verdienſt empfangen.

7. Item ſoll man mit allem Fleiß jedermänniglich predigen und verkündigen/ durch welche Sün-
de ſie mit dem Teuffel in die ewige Verdammnüs verſtoſſen werden. Dann wir leſen bey dem heiligen
Apoſtel der da ſchreibt: **Offenbahr ſeynd die Werck des Fleiſches / als da ſeynd Ehebruch /
Hurerey/ Unreinigkeit/ Unzucht/ Abgötterey/ Zauberey/ Feindſchafft / Hadder / Neid / Zorn/
Zanck/ Zweytracht/ Rotten/ Haß / Mord/ Sauffen/ Freſſen / und dergleichen: von welchen
ich euch habe zuvor geſagt / und ſage noch zuvor / daß die ſolches thun/ werden das Reich
Gottes nicht erben.** Derhalben ſolt auch ihr eben die Laſter / ſo der hohe Prediger der Kirchen
Gottes ſonderlich benahmſet hat / mit allem Fleiß verbieten und darwider predigen / wol be-
dencken / wie erſchrecklich ſey / daß er ſagt: **Die ſolches thun / werden das Reich GOttes
nicht erben.** Aber mit allem Anhalten ſolt ihr ſie vermahnen zu der Liebe Gottes und des Näch-
ſten/ zu dem Glauben und Hoffnung zu GOtt / zu der Demuth und Gedult/ zu der Treu und Mäſ-
ſigkeit/ zu der Gutthat und Barmhertzigkeit / zu Allmoſen geben/ und zu Bekändtnus ihrer Sünd/
und daß ſie **ihren Schuldigern** / wie ſie der HERR in ſeinem Gebet gelehret hat/ **ihre Schuld
vergeben.** Dann ihr ſolt vor gewiß halten und wiſſen / daß wer ſolches thut / wird das Reich
GOttes

GOttes beſitzen. Und diß halten wir euerer Lieb darum deſto fleiſſiger vor / weil wir wiſſen/ daß zu den letzten Zeiten kommen werden falſche Lehrer / wie dann der HErr ſelber in ſeinem Evangelio vorgeſagt/und der heilige Apoſtel Paulus in ſeiner Epiſtel an Timotheum bezeuget. Derhalben/ihr Geliebten/laſt uns mit gantzem Hertzen uns vorbereiten in der Gewiſſenſchafft der Warheit/daß wir können denjenigen Widerſtand thun/die der Warheit widerſprechen/damit durch Beyſtand Göttlicher Gnaden das Wort Gottes wachſe und zunehme zu Frucht und Mehrung der heiligen Kirchen Gottes / unſerer Seelen-Heyl und Seeligkeit/und zu Lob und Ehre des Namens unſers GOttes und HErrn JEſu Chriſti. Fried ſey den Predigern / Gnad den Gehorſamen / Ehr und Preiß unſerm GOtt und HErrn JEſu Chriſto/ Amen.

Im Jahr nach der Menſchwerdung unſers HErrn und Heylands / ſiebenhundert und im ſechs und neuntzigſten / indictione XII. unſers Reichs im zwey und zwantzigſten Jahr. Geben zu Aach in unſerm Kayſerlichen Pallaſt/ den 23. Tag/ des Monaths Mayen.

CAROLI MAGNI IMPERATORIS AUGUSTI
EPISTOLA
AD PIPINUM REGEM ITALIÆ.

Ann. Chriſti 802.

Pro Eccleſiaſtica immunitate.

CAROLUS Sereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanorum gubernans Imperium, ac per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum dilectiſſimo filio ſuo Pipino glorioſo Regi ſempiternam in Domino ſalutem.

1. Pervenit ad aures clementiæ noſtræ, quod aliqui Duces, eorumque juniores, Caſtaldii, Vicarii, Centenarii, Venatores, & ceteri per ſingula territoria habitantea, vel diſcurrentes, manſionaticos & * par.... accipiunt non ſolùm à liberis hominibus, ſed etiam ab Eccleſiis Dei, Monaſteriis videlicet virorum ac puellarum, & Xenodochiis, atque per diverſas plebes, inſuper ſervientes Eccleſiarum Dei in eorum opera, id eſt, in vineis, campis ſeu pratis, nec non & in eorum ædificiis illos faciunt operari, ſed carnaticum & vinum contra omnem juſtitiam ab eis * exactare non ceſſant: & multas patiuntur oppreſſiones ipſi Eccleſiæ Dei ſervientes.

Servos Eccleſiæ angariandos & parangariandos non eſſe.
Supple: paratas acc.
al. exigere.

2. Ideo, Cariſſime Fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, ut hoc anno hanc cauſam diligenter & prudenter inquirere facias; & ſi veritas eſt, quod ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare & corrigere ſtudeas; quatenus in diebus noſtris citiùs pax Eccleſiarum Dei, ſive illarum ſervientium in omnibus conſervetur; & ut merces copioſa nobis, & tibi exinde jugiter accreſcat.

Inquirendum in delinquentes.

3. Audivimus etiam quod quædam Capitula, quæ in * Lege ſcribi juſſimus, per alia loca aliqui ex noſtris ac veſtris dicunt, quod nos nequaquam hanc cauſam per noſmetipſos * conditam habeamus, & ideo eam nolunt obedire ac conſentire, ac pro lege tenere. Tu valde noſti, quo modo vel qualiter tecum locuti ſumus de ipſis Capitulis. Et ideò admonemus tuam amabilem dilectionem, ut per univerſum Regnum tibi à Deo commiſſum ea nota facias, & obedire atque implere præcipias.

Ratificatio Capitulorum Legis Longobardicæ.
Sc. in Additione ad Legem Longobardorum.
al. cognitam.

CARO-

CAROLI MAGNI IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 806. *al. De Pace in Theodonis villa.*

CONTITUTIO

DE PACE CONSTITUENDA ET CONSERVANDA, ET DIVISIONE REGNI FACIENDA INTER FILIOS.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

al. ejus. Filii legitimi hæredes. *al. generationum reparationes generantur.* *al. conſervatis.* *al. ad jurgium vel litis.* *al. deſcribere.* *al. qui.*

IMperator Cæſar CAROLUS, Rex Francorum invictiſſimua, & Romani Rector Imperii, Pius, Felix, Victor ad Triumphatot, ſemper Auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & cuncto populo Catholico; præſenti & futuro, gentium ae nationum quæ ſub * noſto imperio ac regimine conſtitutæ ſunt.

1. Sieut omnibus vobis notum eſſe, & neminem veſtrum latere credimus, quomodo nos Divina clementia, cujus nutu ad oecaſum ten lentia ſæcula per ſucceſſiones * generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno nos miletationis ac benedictionis ſuæ ditavit munere, quia per eos ſecundum vota noſtra & ſpem noſtram de Regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxiæ poſteritatis leviorem fecit. Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quòd eosdem per Dei gratiam filios noſtros Regni à Deo nobis * conceſſi, donec in corpore ſumus, & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum hujus à Deo conſervandi Regni vel Imperii noſtri hæredes relinquere, ſi ſic divina Majeſtas annuerit, optamus. Non ut confusè atque inordinatè, aut ſub totius Regni * dominatione jurgii controverſiam eis relinquamus; ſed trina partitione totum Regni corpus dividentes, quam quisquis illorum tueri vel regere debeat, portionem * diſtribuere & deſignare volumus, eo videlicet modo, ut ſua quisque portinne contentus juxta ordinationem noſtram & fines Regni ſui, * quæ ad alienigeuas extenduntur, cum Dei adjutorio nitatur defendere, & pacem atque earitatem cum fratre cuſtodire.

Ludovici portio. *al. conſervatis.* *al. usq. Vaſc.* *al. Ananenſ.* *al. Saubaudiam.* *al. & inde per ser.*

2. Diviſiones verò à Deo * conſecrati & conſervandi Imperii vel Regni noſtri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam * & Waſconiam (excepto pago Turonico) & quicquid inde ad Oeeidentem atque Hiſpaniam reſpicit & de civitate Nivernis, quæ ſita eſt ſuper fluvium Ligerim cum ipſo pago Nivernenſe, pagum * Avalenſem, atque Alſenſem, Cabillionenſem, Matiſconenſem, Lugdunenſem, * Saboiam, Moriennam, Tarentaſiam, Montem Ciniſium, Vallem Seguſianam uſque ad Cluſas, * & inter terminos Italicorum montium uſque ad mare, vel uſque ad Hiſpanias continetur, hoc eſt, illam portionem Burgundiæ, & Provinciam ac Septimanam, vel Gothiam, Ludovico dilecto filio noſtro conſignavimus.

Pipini portio. *al. Baioar.* *al. Lutrahahof.* *al. quas quondam Taſſilo beneficio noſtro tenuit.*

3. Italia verò, quæ & Longobardia dicitur, & * Baioariam, ſicut Taſſilo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina ſunt Ingoldeſtat, & * Lutrahahof, quas * nos quondam Taſſiloni beneficiavimus, & pertinent ad pagum, qui dicitur Northgowe, & de * Alemannia partem, quæ in Auſtrali ripa Danubii fluminis eſt, & de ipſo * flumine Danubii currente limite uſque ad Rhenum fluvium in confinio pagorum Cletgowe & Hegovve in locum qui dicitur Auge: & inde per Rhenum fluvium ſurſum verſus uſque ad Alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad Meridiem vel Orientem reſpicit, unà cum Ducatu * Curienſi & pago Burgovve, Pipino dilecto filio noſtro ordinamus.

al. Alamannia. *al. fonte.* *al Cunenſi & p. Durgovve.*

4. Quicquid autem de Regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt, Franciam & Burgundiam, excepta illa parte, quam Ludovico dedimus, atque Alemanniam, excepta portione quam Pipino * adſcripſimus, Auſtriam, Neuſtriam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Baioariæ, quæ dicitur Northgovve, dilecto filio noſtro Carolo conceſſimus, ita ut Carolus & Ludovicus viam habere poſſint in Italiam ad auxilium * faciendum fratri ſuo, ſi ita neceſſitas extiterit, Carolus per vallem Auguſtanam, quæ ad Regnum ejus pertinet, & Ludovicus per vallem Seguſianam, Pipinus verò & exitum & ingreſſum per Alpes Noricas atque Curiam.

Caroli portio. *al. dedimus.* Fratrum mutua auxilia. *al. ferendum.* Fratres fratri quomodo ſuccedere debeant. *al. fortu.* *al. per Genuam.*

5. Hæc autem tali ordine diſpoſuimus, ut ſi Carolus, qui major eſt natu, priusquam ceteri fratres diem obierit, pars Regni quam habebat, dividatur inter Pipinum & Ludovicum, ſicut quondam diviſum eſt regnum inter nos & fratrem noſtrum Carolomannum, eo modo ut Pipinus illam portionem habeat, quam frater noſter Carolomannus habuit, Ludovicus verò illam partem, quam nos in illa partitione ſuſcepimus. Si verò Carolo & Ludovico viventibus, Pipinus debitum humanæ * naturæ compleverit, Carolus & Ludovicus dividant inter ſe Regnum, quod ille habuit. Et hæc diviſio tali modo fiat, ut ab ingreſſu Italiæ per Auguſtam civitatem accipiat Carolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente uſque ad fines Regienſium & ipſum Regium, & Civitatem Novam, atque Mutinam uſque ad terminos ſancti Petri. Has civitatemeum ſuburbanis & territoriis ſuis, atque Comitatibus, quæ ad ipſas pertinent, & quicquid inde Romam * pergen-

ſi ad

Digitized by Google

Ẽ'ad lævem reſpicit de regno quod Pipinus habuit, unà cum Ducatu * Spoletano, hanc portionem, ſicut prædiaimus, accipiat Carolus. *al. Spoletino.*

6. Quicquid autem à prædictis civitatibus vel Comitatibus Romam eunti ad dexteram jacet de prædicto regno, id eſt, portionem quæ remanſit de * regione Transpadana, una cum Ducatu * Tuſcano usque ad mare Auſtrale, & usque ad Pinvinciam * Ludovicus ad augmentum ſui regni ſortiatur. Quod ſi cæteris ſuperſtitibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ, quam regno ejus adjunximus, cum Provincia & Septimania ſive Gothia usque ad Hiſpaniam Pipinus accipiat; Carolus verò Aquitaniam atque Vuaſconiam. *al. regno Transpadano. al. Tuſco. al. Ludovico cedat.*

7. Quod ſi talis filius cujuslibet iſtorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit, ut patri ſuo ſuccedat in regni hæreditate, volumus ut in hoc conſentiant patrui ipſius pueri, & regnare permittant filium fratris ſui in portione regni, quam pater ejus eorum frater habuit. Filius patri ſuccedat in regno, quem populus elegerit.

8. Poſt hanc noſtræ auctoritatis diſpoſitionem placuit inter prædictos filioa noſtros ſtatuere atque præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuò manere deſideramus, ut nullus eorum fratris ſui terminos vel regni limites invadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum ejus, vel marcas * minuendas, ſed adjuvet unusquisque illorum fratrem ſuum, & auxilium ei ferat contra inimicos ejus juxta rationem & poſſibilitatem, ſive intra patriam ſive contra exteras nationes. Pax & concordia fratrum. *al. muniendas.*

9. Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuslibet cauſis ſive culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat ad interceſſionem pro eo faciendam: quia volumus, ut quilibet homo peccans interceſſione indigens intra regnum Domini ſui vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde juſtam interceſſionem mereatur. Fugitivi non ſuſcipiendi.

10. Similiter præcipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui Dominum ſuum contra ejus voluntatem dimiſerit, & de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiu, neque hominibus ſuis conſentiat, ut talem hominem recipiant, vel juſte retinere præſumant: hoc non ſolùm de liberis, ſed etiam de ſervis fugitivis ſtatuimus ordinandum, ut nulla diſcordiis relinquatur occaſio. Pfalbürger non recipiendi.

11. Quapropter præcipiendum oohis videtur, ut poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, homines unius cujusque eorum accipiant beneficia, unusquisque in regno Domini ſui & non in altero, ne forte per hoc, ſi aliter fecerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hæreditatem autem ſuam habeat unusquisque illorum hominum abſque contradictione in unoquoque regno, quam eum legitimè habere contigerit. Vaſalli in regnis ſuorum Dominorum ſinguli conſiſtant.

12. Ut unusquisque liber homo poſt mortem Domini ſui licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria regna ad quodcumque voluerit: ſimiliter & ille, qui nondum alicui eſt commendatus. Liberi quem elegerint Dominum ſequantur.

13. De traditionibus autem & venditionibus, quæ inter partes fieri ſolent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem, vel venditionem à quolibet homine rerum immobilium, hoc eſt, terrarum, vinearum, * atque libertatem ſervorumque qui non caſatii, ſive terrenorum, quæ hæreditatis nomine cenſentur, auro, argento, & gemmis, armis, ac veſtibus, nec non & mancipiis non caſatis, & his ſpeciebus quæ propriè ad negotiatores pertinere noſcuntur: cæteris verò liberis hominibus hoc * nomine interdicendum judicamus. Immobilium rerum mancipiorumque & mercimoniorum abalienationes aut tranſpoſitiones Regib. interdictæ ſunt. *al. Sylvarum ſuarumque, qui jam caſſati ſunt, ſive cæterorum, quaſ. al. minime.*

14. Si quæ autem feminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna fuerint ad conjugia poſtulatæ, ne denegentur juſtè poſcentibus, ſed liceat eis viciſſim dare & accipere, & affinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſæ verò feminæ poteſtatem habeant, rerum ſuarum in regno, unde exierant, quando in alio propter mariti ſocietatem habitant. Matrimoniorum communio libera.

14. De obſidibus autem, qui propter credentias dati ſunt, & à nobis per diverſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus ut ille Rex, in cujus regno ſunt, abſque voluntate fratris ſui, de cujus regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat, ſed potius in futurum in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulaverit. Idem jubemus & de his, qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi vel mittendi ſunt. Obſides.

15. Si cauſa vel intentio controverſiæ talis inter partes propter terminos & confinia regnorum ortæ fuerint, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſint: tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ, judicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas * exquiratur, nec umquam pro tali cauſa cujuslibet generis pugna vel campus ad examinationem * judicetur. Si verò quilibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra * Dominum ſuum accuſaverit, mittat eum Dominus ſuus ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet, quod de homine illius dixit. Crucis judicium in dubiis controverſiis. *al. inquiratur.* Pugna vel campus prohibitus. *al. indicatur.* Accuſator infidelitatis ad probandum mittendus.

16. Super omnia autem jubemus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem * S. Papæ ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab avo noſtro Carolo & beatæ memoriæ genitore Pipino Rege, & à nobis poſteà ſuſcepta eſt, ut * eum cum omni adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet & ratio poſtulat, habere faciant. Similiter & de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut juſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſtores & rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

17 Quod

al. fratrem Domini ſui. Papæ defenſio. *al. Eccleſia S. Petri.* *al. eum cum Dei adjut.* Eccleſiarum defenſio.

Errores ortus emendandus.

17. Quod ſi de his ſtatutis atque convenientiis aliquid caſu quolibet vel ignorantis (quod non optamus) fuerit irruptum, præcipimus ut quàm citiſſime ſecundum juſtitiam emendare ſtudeant, ne forte propter dilationem majus damnum poſſit accidere.

Filiarum regiarum conditiones.

18. De filiabus autem noſtris, ſororibus ſcilicet prædictorum filiorum noſtrorum, jubemus ut poſt noſtrum ab hoc corpore diſceſſum, licentiam habeat unaquæque eligendi, ſub cujus fratris tutela & defenſione ſe conferre velit. Et qualiſcumque ax illis monaſticam vitam elegerit, liceat ei honorificè vivere ſub defenſione fratris ſui, in cujus regno degere voluerit. Quæ autem juſte & rationabiliter à condigno viro ad conjugium quæſita fuerit, & ei conjugalis vita placuerit, non ei denegatur à fratribus ſuis, ſi & viri poſtulantis & feminæ conſentientis honeſta & rationabilis fuerit voluntas.

Nepotum regiorum conditiones.

19. De nepotibus verò noſtris, ſcilicet filiis prædictorum filiorum, qui eis vel jam nati ſunt, vel adhuc naſcituri ſunt, placuit nobis præcipere, ut nullus eorum per quaslibet occaſiones quemlibet ex illis apud ſe accuſatum ſine juſta diſcuſſione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat; ſed volumus ut honorati ſint apud patres vel patruos ſuos, & obedientes ſint cum omni ſubjectione, quam decet in tali conſanguinitare eſſe.

Conſtitutionis hujus valor ad futuras extenditur.

20. Hoc poſtremò ſtatuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus & conſtiturionibus, quæ ad profectum & utilitatem eorum pertinent, his noſtris decretis atque præceptis addere voluerimus, ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſervetur atque cuſtodiatur, ſicut ea quæ de iis jam ſtatuta & deſcripta ſunt, cuſtodire & obſervare præcipimus.

Clauſularis reſervatio.

21. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus, atque ex ordine firmare decrevimus, ut quàm diu divinæ Majeſtati placuerit nos hanc corporalem agere vitam, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo conſervatum regnum atque Imperium iſtud, ſicut hactenus fuit in regimine atque ordinatione, & omni dominatu Regali atque Imperiali, ut obedientes habeamus prædictos dilectos filios noſtros, atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubjectione, quæ patri à filiis, & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur, Amen.

Ann. Chriſti 817.

HLUDOVVICI PII IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

AD ARNONEM SALZBVRGENSEM ARCHIEPISCOPVM,

Ex Concilio Aquisgranenſi,

De Reformatione Abuſuum Cleri in eodem Concilio edita.

Concilium Aquisgranenſe.

IN Nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JEſu Chriſti, HLUDOWICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, venerabili Arnoni Salzburgenſi Archiepiſcopo in Domino ſalutem.

Sacrum & memorabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquisgrani palatio nuper aggregatum, in quo multa ad propagandam Eccleſiaſticam dignitatarem, præcedente & ſubſequente gratia Chriſti, diligenter tractata atque inſtituta ſunt, tuam nullatenus credimus latere ſanctitatem. Sed quia contigit eidem ſancto & venerabili Concilio tuam non interfuiſſe paternitatem, ad tuam deſtinare decrevimus beatitudinem per præſentem Miſſum noſtrum, nomine Nothonem, Formulas Canonicæ inſtitutionis ab eodem ſacro conventu ex ſanctorum Patrum ſparſim digeſtis ſententiis collectas, atque in unum congeſtas. Quam etiam idcircò penes palatium noſtrum diligenter ſcribi fecimus, ut nihil in ſe ſcriptorum vicio depravationis aut detruncationis habens ad te usque incolumis perferretur. Quapropter volumus atque decernimus, ut juxta Metropolitanæ ſedis tibi canonice collatam dignitatem, noſtræque auctoritatis ſanctionem, dioceſeos tuæ Epiſcopos & cæteros Eccleſiæ Prælatos tempore & loco congruenti ad te arceſſere facias, & his coram Miſſo noſtro memoratas inſtitutionis formulas perlegi jubeas: & quid ob exaltandum Eccleſiaſtici culminis faſtigium & animarum ſalutem idem ſacer conventus crediderit, liquidò demonſtres. Sed & hic, qui in uno collegio canonice degunt, tenendam obſervandamque coram memorato Miſſo noſtro percenſeas. At ſi alicujus cordis obtuſio eam intelligere nequiverit, huic ſive abs te, ſive ab aliis Epiſcopis, comprovincialibus ſcilicet, ejus doctrinæ fulgore nitentibus, ſobriè tradatur: Sed & in hoc nihilominus circumſpectam monemus eſſe tuam prudentiam, ut ab his, qui eas tranſcripturi ſunt, ita tranſcribantur, ut nec depravata vicio ſcriptoris, nec detruncata ab aliquo fiat, ſed ſicut prædicto Miſſo

Formulæ Canonicæ inſtitutionis.

noſtro

Digitized by Google

noſtro eis demonſtratum fuerit, absque aliqua depravatione vel detruncatione tranſcribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplar apud armarium palatii noſtri detentum eſt, ut eo probari patenter poſſit, quis eas incurioſè tranſcripſerit, vel quis aliquam ejus partem detruncaverit. Omnes ergo tuæ dioceſeos Epiſcopi, & cæteri, eas vigilanti cura tranſcribere, ſolerti ſtudio intelligere, inſtantiſſimæ aſſiduitatia exercitio divinitus adjuti operibus complere decertent, ut cùm nos hujus rei gratia inquirendæ veritatis Calendis Septembribus, ſicut eidem ſacro & memorabili Concilio meminimus nos dixiſſe facturos, Miſſos noſtros per Imperium à Deo nobis collatum deſtinaverimus, remota cujuslibet difficultatis oppoſitione, ejusdem ſaluiferæ inſtitutionis, prout Dominus eis poſſe dederit, ſtrenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere jubebimus, quis injunctum ſibi officium ſtrenuè peregerit, vel quis in Clauſtris Canonicorum & cæteris habitationibus conſtruendis, & in neceſſariis ſtipendiis eis tribuendis, & in domibus ad receptacula pauperum reparandis ſanctioni noſtræ paruerit, quisve Clerum ſuum eadem Inſtitutione & cæteris ſpiritalibus documentis inſtruere curaverit; vel quis cauſa avaritiæ eos, quos in Chriſti militia rationabiliter alere poterat, propulerit. Quia unius anni ſpacium dedimus ut ea, quæ promiſſa ſunt, absque ullius difficultatis excuſatione perfici, ubi necdum facta erant, facillimè poſſent. Nos quoque præfatum Miſſum noſtrum ad tuam ſanctitatem ideò direximus, ut tuum, cæterorumque Eccleſiaſticorum in tua dioceſi conſiſtentium, diligenter atque ſubtiliter in hoc negotio intueretur ſtudium, & ut opem in cæteris commonendis ferret: qui etiam nobis referret, qualiter Prælati & Prælatæ eam libenter ſuſceperint, diligenter tranſcribere ſtuduerint, & devotè adimplere juxta vires curaverint quoniam tam diu illum in tua vel conprovincialium tuorum dioceſi morari & diſcurrere unà cum Miſſo tuo juſſimus donec ab omnibus memoratæ formulæ tranſcriberentur: ut videlicet cuncta procurans, diligenterque perficiens, cùm ad nos illum redire opere expleto tempus permiſerit, cuncta, quæ acta ſunt, veſtro utrorumque ſcriptu notentur, atque per ipſum tuumque Miſſum noſtræ dinoſcentiæ intimentur, ut ſciamus quibus gratiarum actiones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus.

Imperatoris ſeveritas in coercenda Cleri negligentia.

Legatus Imperatoris ad redigendos in ordinem Clericos & Monachos.

Si verò aliquis tuæ dioceſeos eidem Inſtitutioni, veſtræque admonitioni, procaciter reniti voluerit, & eam, quæ ab eodem ſacro & venerabili Concilio conſtituta atque decreta eſt, quantum Dominus ei poſſe dederit, obſervare contempſerit, præcipimus ut ſi antea hujuscemodi non ſe correxerit, quicumque ille eſt, ante præſentiam noſtram tua vel Miſſi noſtri admonitione venire feſtinaret, quatenus à nobis juxta quantitatem culpæ dignè corrigatur. Direximus præterea tibi pondua & menſuram, ſecundum quæ Clericis & ſanctis Monialibus panis & potus æqualiter tribuenda ſunt. Quæ ut ab omnibus firmiſſimè atque inviolabiliter teneantur, decernimus; & ne quid incrementi aut detrimenti à quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus.

Diarium Clericorum.

Tuam igitur in calce hujus epiſtolæ admonemus ſanctitatem, ut ſecundum miniſterium tibi divino munere collatum, noſtræ in hoc negotio ſaluberrimæ admonitioni obedienter & inexcuſabiliter pareas, & cæteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe juſtumque eſt, ut quanto ſublimius Sacerdotii dignitate aliis ſuperemines, & à nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei noſtramque voluntatem exequendam, devotiorem te atque promptiorem exhibeas. Vale in Dominô, & ora pro nobis.

LOTHARII I. IMPERATORIS
AUGUSTI
CONSTITUTIO
DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS, ET LEGIBUS ROMANORUM.

Ann. Chriſti 825.

Electio Pontificis libera.

Romani populi Lex.

Leg. Longobard. lib. II. tit. 37.

VOlumus ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire neque liber neque ſervus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quod ſi quis contra noſtram juſſionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur.

2. * Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege velit vivere, [a] ut ea, qua profeſſus ſit vivere velle, vivat; eique denuntietur, ut hoc unusquisque ſciat, tam Duces quàm Judices, vel reliquus populus. Quod [b] ſi in offenſionem ſuam contra eandem legem fecerint, eidem legi, [c] quam profitentur, ex conſtitutione Pontificis & noſtra ſubjacebunt.

3. De rebus Eccleſiarum injuſte occupatis per occaſionem, quaſi licentia accepta à Pontifice, & de iis quæ necdum redditæ ſunt, & tamen fuerunt * à poteſtate Pontificum occupatæ, volumus ut per Legatos noſtros reſtituantur.

a *al. & tali lege, qualem lege vivere profeſſi ſunt, vivant illi.*
b *al. Si offenſionem contr.*
c *al. qua profiſi vivere, per diſpenſationem Pontificis & noſtram ſub.*

Eccleſiaſticarum rerum ablatarum reſtitutio. * *al. absque.*

Judicum numerus & officii admonitio.

4. Placet nobis ut cuncti Judices, ſive ii qui cunctis præeſſe debent, per quos judiciaria poteſtas in hac Urbe Roma exercetur, aut in ceteris provinciis exerceri debet, in præſentiam noſtram veniant. Voluntas numerum & nomina eorum ſcire, & ſingulos de munere ſibi credito admonere.

Papæ ut omnes obediant.

5. Noviſſime admonemus, ut omnes homines, ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac reverentiam huic Pontifici.

CONSTITUTIO DE PACE CONFLUENTANA.

Ann. Chriſti 860.

SUB LUDOVICO JUNIORE IMPERATORE AUGUSTO.

Nomina Epiſcoporum & Principum, qui Comitiis interfuerunt.

HÆc ſunt nomina Epiſcoporum, qui Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimo, Nonis Junii, in ſecretario Baſilicæ S. Caſtoris conſideraverunt cum Nobilibus Laicis firmitatem, quam glorioſiſſimi Reges noſtri Ludovicus, Carolus, atque Lotharius inter ſe fecerunt octavo Idus Junii in eodem Munaſterio, & qui hæc Capitula ab omnibus obſervanda acceptarunt.

Hincmarus,	Thenderieus,
Juniherius,	Leutbertus,
Alcfridus,	Gedebardus,
Salomon,	Chriſtianus,
Adventius,	Vulfadus Abbas,
Addo,	Vuitgarius Abbas.

Archangarius.

Hæc nomina	Laicorum:	Luithatius,
Conradus,	*Exſtangarius.	Luthardus,
Everardus,	Arnulphus,	Hunfriardus,
Vicarrius,	Berengarius,	Adalbertus,
Leuthulphus,	Ruthuenus,	Sigeri,
Hetnodulphus,	Bernoldus,	Harmainus,
Adalbertus,	Burchardus,	Vuigticus,
Luithridus,	Heſſi,	Atto,
Giſlebertus,	Arnuſtus,	Chriſtianus,
Huto,	Hynodulphus,	Herimannus,
Matfridus,	Ratbotus,	Sigardus.
Boſo,	Item Chuanradus,	

Forma jurisjurandi.

1. Ludovicus & Rex Carolus frater ejus, neposque eorum Lotharius cum primatibus ſuis in confluente caſtello convenientes pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli juramento confirmarunt, cujus Sacramenti ſeries hujusmodi fuit: A modo & quamdiu vixero, iſtum fratrem meum Carolum, & nepotes meos Ludovicum & Lotharium atque Carolum, ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum & honorem atque defenſionem, & ad noſtram communem ſalutem & honorem, & ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſalvamentum & pacem, & ad legis & juſtitiæ & rectæ rationis conſervationem (quantum mihi Dominus ſcire & poſſe donaverit, & ipſi me obaudierint) vero conſilio, & ſecundum quod mihi rationabiliter & ſalubriter poſſibile fuerit, recipiens, ſincero auxilio adjutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos * forconſiliabo in hoc, ut ipſi erga me ſimilem promiſſionem faciant, & conſervent, ſic me Deus adjuvet & iſtæ ſanctæ reliquiæ.

al. fors conſil.

Amnyſtia.

2. Ut omnium prætetitorum malorum, & contrarietatum, & ſupplantationum, atque malarum machinationum, atque molitionum, ſeu nocumentorum invicem actorum abolitio ita inter nos & apud nos fiat, & à noſtris cordibus penitus aveliatur communi malitia & rancore, & nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali, vel contrarietatis, atque exprobrationis, ſeu improperii de cetero exinde veniat.

Pax ſtabilita, ejusque conditiones.

3. Ut tanta inter nos, Domino cooperante, veræ charitatis benignitas abhinc inante ſemper maneat de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, ſine dolo & ſimulatione, ut nemo ſuo fratri ſuum regnum, aut ſuos fideles, & quod ad ſalutem ſive proſperitatem ac honorem Regum pertinet, diſcupiat, aut forconſiliet, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia ſeu detractiones acceptet.

4. Ut

4. Ut unusquiſque fideliter ſuum fratrem, ubicunque neceſſitas illi fuerit, & ipſe potuerit, aut per ſe, aut per filium, aut per fideles ſuos & conſilio & auxilio adjuvet, ut regnum fidele, proſperitatem, atque hoorem regium debitè valeat obtinere; & veraciter unuſquisque erga alterum certatim demonſtrct, qnia in fratris ſui adverſitate, ſi ſic venerit, fraterno modo contriſtetur, & in proſperitate illius lætetur; & talem fidem ſicot inter nos modò abhinc inante conſervaturos confirmatum habemus, ſic unusquisque infantibus fratris ſui, ſi obierit, qui ſuperfuerit, cooſervabit.

Mutuum auxilium.

5. Et quia per vagos & tyrannica conſuctudine irruentes homines pax & tranquillitas regni perturbari ſolet: volumus, ut ſi ad quemcunque noſtrûm talis venerit, ut in his quæ egit, rationem ac juſtitiam ſubterfugere non poſſit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat & retineat, niſi ut ad rectam rationem & debitam emeodationem perducatur. Et ſi rationem rectam ſubterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venit, illum perſequantur, donec ad rationem perducatur, aut de regno deleatur. Similiter de eo agendum eſt, qui pro aliquo capitulo & publico crimine à quolibet Epiſcopo corripitur & excommunicatur, aut de exeommunicatione crimen ſaciens, regnum & Regis regimen mutat, ne debitam pœoitentiam ſuſcipiat, ut ſuſceptam legitimè peragat; interdum etiam inceſtam propinquam ſuam, aut ſanctimonialem, & raptam, ſive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens ſecum duxit: hic talis cùm Epiſcopus, ad cujus curam pertinebit, nobis ootum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi & latitandi locum in regno alicujus noſtrûm inveniat, & Dei ac noſtros fideles ſuo morbo inficiat, ſed à nobis & miniſtris Reipub. conſtringatur, ut & ſimul eum diabolica præda, quam ſecum duxit, ad Epiſcopum ſuum redeat, & de quocumque crimine publico pœnitentiam, ut ſuſceptam legitimè peragat, compellatur.

Sediitioſi, & Malefici quomodo coercendi.

6. Ut nemo Epiſcoporum hominem peccantem ab Eccleſia Chriſtiana alienet, donec illum ſecundum Evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans ſi commonitus inobediens & incorrigibilis permanſerit, & ad emendationem redire noluerit, Regiam & Reip. poteſtatem per ſe ipſos & per miniſtros ſuos adeant, ut conſtringatur, & ad emendationem & pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam ſi ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc ſecundum leges Eccleſiaſticas medicinali ſeparatione communionis Eccleſiaſticæ ſegregetur.

Excommunicatio quatenus concessa.

7. Ut illis hominibus, qui io talibus perturbationibus (ſicut in his præteritis annis accidit) in Deum & in ſanctam Eccleſiam atque in eos peccaverunt, ſi ex veritate recognoſcentes veniam petierint, & deinceps nobis veraciter fideles eſſe voluerint, & in regnis noſtris pacifici & quieti, & legibus ac juſtitiæ obedientes extiterint, rationabilis miſericordia impendatur, non ſolùm in indulgentia commiſſorum & in conceſſione proprietatum, verum etiam & in largitione honorum ſecuodum noſtram rationabilem poſſibilitatem.

Pacis perturbatores, per emendationem viæ ad veniam & gratiam admiſſi.

8. Ut de rapinis ac deprædationibus, & de conſpirationibus, ac ſeditionibus, & de raptis fœminarum, ſicut Eccleſiaſticæ & Chriſtianæ leges atque progeniturum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conſerventur.

Raptores, Prædones & Conſpiratores puniendi.

9. Ut alia etiam Capitula eorundem progenitorum noſtrorum de ſanctæ Eccleſiæ honore & immunitate ac conſervatione, & de Regis etiam honore, & populi nobis commiſſi lege & juſtitia io omnibus & ab omnibus conſerventur.

Leges Francorum & Germanorum ut obſerventur.

10. Ut noſtri fideles unusquisque in ſuo ordine & ſtatu veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum abhinc inante contra legem, juſtitiam, & auctoritatem, ac juſtam ratioocm aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, & indebitis machinationibus affligemus, ſed illorum ſcilicet veraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem & commune ſalvamentum, ad reſtitutionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad ſtatum regni, & ad honorem Regium, atque pacem populi commiſſi pertinenti aſſenſum præbebimus in hoc, ut non illi ſolùm oon ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta conſequenda, verùm etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores vero conſilio atque ſincero auxilio ad iſta peragenda quæ præmiſimus, ſicut per rectum in ſuo ordine ac ſtatu ſuo Principi & Seniori eſſe debent.

Fidelium ſecuritas. Sine fidelium in Regno conſiliis nihil agendum.

11. Ut ſic ſimul & conjuncti & nos fratres & nepos noſter ad invicem, & nos cum fidelibus noſtris, & fideles noſtri nobiſcum, & omnes ſimul cum Deo nos conjungamus, & ut nobis ſit propitius, illi pro devoto munere offeramus, & unusquisque omnium noſtrûm abſque ſua propria excuſatione & juſtificatione recognoſcamus, in quibus aut ſigillatim aut communiter, aut contra illius mandata, & decreta ſuorum Sanctorum fecimus, aut conſenſimus in ordine Eccleſiaſtico & ſtatu regni, & per ſingula in medium illa producamus; & nemo noſtrûm ſuo aut amico aut propinquo & confœderato, imò nec ſibiipſi ſæculariter parcat, ut ſpiritualiter & ſalubriter parcere poſſit; quoniam, ſicut præmiſimus in præcedenti capitulo, vero conſilio & ſincero auxilio illa io commune certatim emendari totis viribus procuremus, quantoryus rationabiliter poterimus.

Supplicationes ad Deum inſtituendæ.

12. Et ſi aliquis de ſubditis in quocumque ordine & ſtatu de hac convenientia exierit, aut ſe retraxerit, & huic communi decreto contradixerit; Seniores cum veraciter fidelibus ſuis hanc ſecundum Dei voluntatem & legem & juſtam rationem, velit nolit ille, qui divino conſilio & decreto, & huic convenientiæ reſiſtens & contradicens fuerit, exequantur. Et ſi aliquis de Senioribus de hac coovenientia exierit, aut ſe retraxerit, & huic communi decreto (quod abſit) contradixerit; complurium Seniorum noſtrorum Concilio, & Epiſcoporum judicio, ac communi conſenſu, qualiter de eo, qui debitè admonitus incorrigibilis perſeveravit, agendum ſit, favente Domioo decernatur, & ut obnoxius

Sanctio in transgreſſores.

Digitized by Google

ſupraſcripta Capitula à nobis, auxiliante Domino, invinlabiliter obſerventur, & nos illa obſervaturoa ut certiùs credatur, manibus propriis ſubterfirmavimos.

ANNUNCIATIONES DOMINI LUDOVICI REGIS APUD CONFLUENTEM, LINGUA THEOTISCA.

Proclamatio factæ pacis.

13. Vos ſcitis, quid in iſto Regno evenit. Et ideò huc convenimus, ut de Dei voluntate, & ſanctæ ejus Eccleſiæ ſtatu & noſtra ac veſtra communi ſalute & hnnore, & de pace populi Chriſtian· cum Dei adjutotio & fidelium noſtrorũ conſilio tractaremus. Et miſimus hoc ſuper Epiſcopos & cæteros fideles noſtros, ut illi hoc invenirent, qualiter nos ad hæc quæ diximus exequenda adunaremus. Et volumus ut ſciatis, quia ſicut illi invenerunt, & ſcripto nobis nunciaverunt, ad invicem adunati ſumus, ſicut fratres per rectum eſſe debent, & vos ſimul cum iſto nepote noſtro, & ille nobiſcum, & etiam ſuos fratres & napotes noſtros in bac adunationis firmitate nobiſcum recepimus, ita tamen ut ſi ipſi hanc firmitatem erga nos fecerint & obſervaverint.

Suſurrones calumniatores quomodo audiendi.

14. Et ſciatis quia non volumus, ut ullus inter nos abhinc inante alia verba portet niſi talia, quæ Deo ſint placita, & ad noſtram communem ſalutem & ad noſtrum honorem pertineant; ut ſic ſimus ſicut fratres invicem, & patrui eum nepotibus, & nepotes eum patruis eſſe debent. Et ſi aliquis fuerit, qui hoc facere tentaverit, perdueatur in medium ad rationem, & taliter inde caſtigetur, ut nemo alius ſimiliter agere tentet.

Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum protectio.

15. Volumus ut Eccleſiæ & Caſæ Dei, & Epiſcopi, & Dei homines, Clerici & Monachi & Nonne, talem * mundeburdem & honorem habeant, ſicut tempore noſtrorum anteceſſorum habuerunt.

mſ. mundeburdem.

Ut pax & juſtitia in omnes homines colatur.

16. Et volumus, ut vos & cæteri bomines fideles noſtri talem legem & rectitudinem, & tale ſalvamentum in regnis noſtris habeatis, ſicut anteceſſores veſtri tempore anteceſſorum noſtrotum habuerunt: & juſtitia & lex omnibus conſervetur; & pauperes homines talem defenſionem habeant, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum lex & conſuetudo fuit, & ſicut fideles noſtri communiter conſenſerunt, & ſcripto nohis demonſtraverunt, & nos cum illorum conſilio conſentimus, & communiter volumus. Et ſi aliquis hoc perturbate voluerit, à nullo noſtrûm recipiatur, niſi ad rectam rationem aut rationabilem indulgentiæ conceſſionem deducatur.

Rapinæ & prædæ reſtituantur. Expeditiones & commeatus de propriis patrimoniis fiant.

17. Sed de iſtis rapinis & deprædationibus, quas jam quaſi pro lege multi per conſuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno & noſtro bannimus, ut nemo hoc amplius præſumat, ſed unusquiſque intra patriam cum pace & ſine oppreſſione pauperum & circummanentium conſiſtat, & in hoſtem, & ad placitum, ſeu ad curtem veniens de ſuo ſicuvarintaes, & de domo ſua moveat, ut cum pace venire & nobiſcum ſtare, & ad domum ſuam redire poſſit. Et qui hoc transgreſſus fuerit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum fuit, & in illorunt Capitulis continetur, volumus ut hoc io illis transgreſſionibus emendetur.

Conſpirationum & Raptus pœna.

mſ. regulis.

18. Similiter & de conſpirationibus, & de raptis fœminarum tam viduarum quàm puellarum atque Nonnarum, bannimus ex Dei & noſtro verbo, ut nullus hoc in noſtris * regnis agere præſumat. Et ſi quis hoc præſumpſerit, ſecundum legem & ſicut in Capitularibus progenitorum noſtrorum continetur, ſic hoc emendare cogatur.

Caroli Calvi confirmatio.

19. Hæc eadam CAROLUS Romana lingua pronuntiavit, & maxima parte lingua Theotiſca recapitulavit.

Fidelibus Caroli, qui ad Imperatorem confugerunt, venia impertita.

20. Poſthæc Domnus Ludovicus ad Domnum Carolum fratrem ſuum lingua Romana dixit: Hoc ſi vobis placet, veſtrum verbum habere volo de illis hominibus, qui ad meam fidem venerunt. Et Domnus Carolus excelſiore voce lingua Romana dixit: Illis hominibus, qui contra me ſecerunt, & ſicut ſcitis, ad meum fratrem venerunt, propter Deum & propter illius amorem, & pro illius gratia totum perdono quod contra me nimis fecerunt; alodes de hæreditate & de conquiſima, & quod de donatione noſtri Senioris habuerunt; excepto illo, quod de mea donatione venit, illis concedo, ſi mihi firmitatem fecerint, quod in regno meo pacifici ſint, & ſic vivant ſicut Chriſtiani in Chriſtiano Regno vivere debent: in hoc ſi frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihilominus fecerunt, & me, quando opus fuit, adjuverint, ſimiliter illorum alodes, quos in Regno illius habent, conceſſerit. Sed & da illis alodibus, quos de mea donatione habuerunt, & etiam de honoribus, ſicut cum illo melius conſiderabo, illis, qui ad me retornabunt, voluntariè faciam.

Lotharii Regis Lotharingorum confirmatio.

21. Et Domnus LOTHARIUS lingua Theatiſea in ſupra annunciatis Capitulis ſe conſentire dixit, & ſe obſervaturum illa promiſit. Et tunc Domnus Carolus iterum lingua Romana de paca commonuit, ut cum Dei gratia ſani & ſalvi irent, & ut eos ſanos videret oravit, & annuntiationi finem impoſuit.

LUDO-

Digitized by Google

LUDOVICI JUNIORIS
IMPERATORIS AUGUSTI
EPISTOLA APOLOGETICA
AD BASILIUM IMPERATOREM
Conſtantinopolitanum.

Ann. Chriſti 871.

Salutatio.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, LUDOVICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus Romanorum, dilectiſſimo ſpiritualique fratri noſtro Baſilio glorioſiſſimo ac piiſſimo æquè Imperatori Novæ Romæ.

Fraterna charitas.

1. Probabile quidem & laudabile conſtat, aliquem fratrem fratris monitis, quaſi quibusdam flatibus ad ignem charitatis accendi: probabilius autem eſt, ſic ipſius ultroneæ voluntatis ad hoc motibus inflammari; ſed probabiliſſimum eſt, quaodocumque viam quemquam virtutis arripere, & magis magisque miris ſucceſſibus in ſublime proficere. Nam ille ſemper miles à Duce magis diligitur, qui pòſt veniens hoſtium vires fortiter premit, quàm is qui maturus quidem acceſſit, ſed fortè aut nihil aut certè modicum geſſit. Secundum quam regulam divinitùs ſtabilitum Imperium noſtrum, ex die qua cœpit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde ſuo plantare, multiplices fructus exhibere non deſtitit, non minus quæ veſtra tanquam quæ noſtra ſunt procurans & vendicans. Quamvis quæ circa Miſſos noſtros in cauſa familiaritatis & benignitatis te gloriaris egiſſe: nos priùs erga Joannem famoſiſſimum Patricium geſſiſſe pateſcat; quem reverà non ſicut amicum, vel quemadmodum fratris, id eſt Imperii tui hominem, ſed quaſi conſanguineum noſtrum, & tanquam excellentiæ tuæ ſobolem tractavimus & diliximus: nec hunc penes nos poſitum aut tarditas unquam temporis, aut intima locorum à penetralibus noſtris fecere extorrem.

Contentio de Imperio. 1. Corinth. 11.

2. Cæterùm ſpiritualem fraternitatem tuam miramur, tot ſermonum ambages contentioſiùs adverſus Apoſtolum prætendentem, qui dicit; *Si quis vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus:* nec Eccleſia Dei, cùm Imperii dignitas apud Deum non invocabuli voce ſed in culmine pietatis glorioſa exiſtat; nec nobis quid appellatu mirandum, ſed quid ſumus providendum. Verùm quia de Imperatorio nomine multa nobis ſcripſiſti, cogimur & nos quoque ad ſcripta tua quædam reſcribere, ne ſi usquequaque ſuper ſilverimus, non ut contentionem vitantes, ſed quaſi ratione convicti ſiluiſſe ab inſipientibus videamur.

Βασιλεὺς ſive Imperator quis, & de nomine Imperatoris ... querela Baſilii. Deut. 19.

3. Indicat itaque dilectio tua, ſe * maledictum legis paveſcere, & idcirco terminos æternos transferre, & veterum Imperatorum formas commutare, ac præter Canonica & paterna præcepta converſari, renuat & recuſet. Et tamen qui ſunt illi, vel ubi, aut unde fuerunt prolati termini æterni, vel veteres formæ, aut illa Canonica & paterna præcepta, minùs apertè declarat. Niſi forte ſuper Imperatoris nomine velit hæc cuncta ſentiri. Verùm apud nos multa lecta ſunt, multa quidem indefeſſè leguntur, numquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum Baſilea, niſi eum, quem in urbe Conſtantinopoli Imperii tenere gubernacula contigiſſet, cùm gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacræ nobis affluenter hiſtoriæ monſtrent, plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolùm electos quosque, quales fuêre Melchiſedech & David, verùm etiam reprobos, quales primores Aſſyriorum, Ægyptiorum, Moabitarum, & cæterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extitiſſe probantur.

Βασιλέως nomen commune eſſe omnibus gentibus.

4. Ergo cùm ita ſit, fruſtrà cauſandum ducit prudentia tua, alios præter ſe Baſileos appellandos, niſi forte radendos ducat totius codices mundi, in quibus pene cunctarum gentium Principes à priſcis temporibus & deinceps Baſilei inveniuntur ſcripti. Et certè, ut de Latinis codicibus interim taceamus, ſi Græcos & noviter editos revolvas codices, invenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, & non ſolùm Græcorum, ſed & Perſarum, Epirotarum, Indorum, Bithynienſium, Parthorum, Armenorum, Sarracenorum, Æthiopum, Vuandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos Baſileorum appellatione veneratos. Intuere igitur, Frater, & conſidera, quòd multi fuerunt, qui Baſilei diverſis temporibus, & in diverſis locis nationibus nuncupati ſunt vel hactenus nuncupentur: & noli vel nobis, quod dicimur invidere, vel tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolùm nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides. Grave namque vitium eſt ſingularis dignitatis faſtigium, quod qui in principio ambierit, quid ei ambiendo talia contigerit, commemorare nolumus, ne fraternitas tua commemoratum ad injuriam ſuam exiſtimet.

Imperium unum eſſe, quomodo intelligendum. Imperatorem Romanum ab omnibus hominibus in orbe terrarum agnoſci.

5. Dicis autem, quòd quatuor Patriarchales ſedes, unum Imperium inter ſacra myſteria memorari, à Deiferis Apoſtolis uſque nunc traditum habeant; moxque hortaris ut perſuadeamus eis, quòd nos Imperatorem appellent, quod tamen nec ratio dictat nec eſt opus. Primò quidem, quia nobis non congruit, alios quomodo nos vocent inſtruere; deinde verò, quia nobis etiam minimè ſuadentibus, tam Patriarchas ſingulos, quam cæteros homines qui ſub cœlo ſunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos, quamque privatos tali nos nominis appellare cognomine quoties eorum accepimus epiſtolas & literas, invenimus. Præſertim cum & ipſi patrui noſtri glorioſi Reges, abſque invidia Imperatorem nos

nos vocitent, & Imperatorem eſſe proculdubio fatentur, non profectò ad ætatem, qua nobis majores ſunt, attendentes, ſed ad unctionem & ſacrationem, qua per ſummi Pontificis manus impoſitionem divinitus ſumus ad hoc culmen provecti, & ad Romani Principatus Imperium, quo ſuperno nutu potimur, aſpicientes. Porrò ſi unum Imperium Patriarchæ inter ſacroſancta ſacrificia memorant, laudandi ſunt, non utique inconvenienter agentes. Unum eſt enim Imperium Patris & Filii & Spiritus Sancti, cujus pars eſt Eccleſia conſtituta in terris; quam tamen Deus nec per te ſolùm, nec per me tantùm gubernari diſpoſuit, niſi quia tanta ſumus ad invicem charitate connexi, ut non jam diviſi ſed unum eſſe videamur.

Orandum pro Imperatore quamvis infideli. 1. Tim. 2. Baruc. 1.

6. Non autem credimus, ſanctiſſimos Patriarchas ſic tui mentionem facere, ut aliorum quoque Principum (ut omittamus noſtram) mentionem prætereant, cùm pro hujuſmodi etiam * Apoſtolus orare juſſerit, cùm perſequerentur Eccleſiam, ut ſecuram & tranquillam vitam agerent cum omni pietate, præſertim cùm eos etiam pro impiis orare non diffidamus, ſub quorum ditione conſiſtunt, ſicut Judææ quoque populus in Babyloniam ductus pro Rege Babyloniæ per * Jeremiam jubetur orare. Nam in illorum pace etiam populi conſtituit pacem.

Imperium Francorum eſſe legitimum.

7. Illud autem mirari meritò poſſumus, quòd ſublimitas tua ad novam & recentiorem appellationem aſpirare nos autumat, cùm quantum ad lineam generis pertinet, non ſit novum vel recens, quod jam ab avo noſtro non uſurpante, ut perhibes, ſed Dei nutu, & Eccleſiæ judicio, ſummique Pontificis per impoſitionem & unctionem manus obtinuit, ſicut in codicibus tuis invenire facilè poteris. Verùm quid mirum, ſi novum ſit, cùm omne vetus à novo principium habeat, & non novum à veteri? Et certè cùm primi Romani Principes imperare cœperunt, novum fuit, ſed de die in diem devenit in vetuſtatem. Non ergò quæcumque novitas in culpa eſt, ſcilicet irreprehenſibilis novitas. Unde & Apoſtolus cùm dilecto filio ſcriberet, non ait vocum novitates de vita, ſed *profanas vocum novitates devita*. Sanè antiquam eſſe Imperii noſtri dignitatem nullus ambigit, qui vel nos ſucceſſores antiquorum Imperatorum eſſe non neſcit, vel divinæ pietatis divitias non ignorat. Nam quid mirum, ſi in fine temporis palam exhibuit, quod ante tempora in abdito conſilio ſuo prædeſtinavit?

1. Tim. 6.

De titulis Principum diverſarum gentium. Pſal. 72.

8. Sed nec hoc admiratione caret, quod aſſeris, Principem Arabum Protoſymbolum dici, cùm in voluminibus noſtris nihil tale reperiatur, & veſtri codices modo Architon, modò Regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent. Verùm nos omnibus litteris Scripturas ſanctas præferimus, * quæ per David non Protoſymbolos ſed Reges Arabum & Saba perſpicuè confitentur. Chaganum verò non Prælatum Avarum, non Cazarorum, aut Northmannorum nuncupari reperimus, neque Principem Bulgarum, ſed Regem vel Dominum Bulgarum. Quæ omnia idcircò dicimus, ut quàm aliter ſe habeant, quæ ſcripſiſti legens in Græcis voluminibus ipſe cognoſcas. Quos nimirum ſuis cognominibus acquieſcere perhibes, nec tamen propria ipſorum cognomina recolis. Verùm idcircò a nobis & ab omnibus Baſilei debitum vocabulum adimis, ut hoc tibi ſoli non tam propriè quàm violenter inflectas.

Ex Francis non minus legitimè factos Imperatores, atque ex aliis gentibus inferioribus.

9. Illud autem ridere libuit, quod de Imperatoris nomine dixiſti, neque paternum eſſe, neque genti convenire. Quomodo enim paternum non eſt, quod jam in avo noſtro paternum fuit? Quomodo autem genti non convenit, cùm ſciamus (ut de cæteris brevitatis cauſa taceamus) ex Hiſpanorum Iſaurorum, & Cazarorum gente Imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter aſſeverabis nationes has gente Francorum aut religione aut virtutibus clariores, & tamen admittere non renuis Imperatores, & eos prædicare non deſpicis. Porrò de eo quod dicis, non in tota nos Francia imperare, accipe, Frater, breve reſponſum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos procul dubio retinemus, quod illi retinent, cum quibus una caro & ſanguis ſumus, & unus per Dominum ſpiritus.

Francorum Imperium rectè dici Romanum.

10. Præterea mirari ſe dilecta fraternitas tua ſignificat, quòd non Francorum ſed Romanorum Imperator appellemur; ſed ſcire te convenit, quia niſi Romanorum Imperator eſſemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profectò primo tantæ culmen ſublimitatis & appellationis effulſit, quorumque gentem & Urbem divinitus gubernandam, & matrem omnium Eccleſiarum Dei defendendam atque ſublimandam ſuſcepimus, ex qua & regnandi prius, & poſtmodùm imperandi auctoritatem proſapiæ noſtræ ſeminarium ſumpſit. Nam Francorum Principes, primò Reges, deinde verò Imperatores dicti ſunt, ii duntaxat qui à Romano Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt, in qua etiam Carolus Magnus abavus noſter unctione ejuſmodi per Summum Pontificem delibutus, primus ex gente & genealogia noſtra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Præſertim cùm tales ſæpe ad Imperium ſunt adſciti, qui nulla divina operatione per Pontificum miniſterium, propoſiti ſolùm à Senatu & populo, nihil horum curantibus, Imperatoria dignitate potiti ſunt; nonnulli verò nec ſic, ſed tantùm à militibus ſunt clamati, & in Imperio ſtabiliti ſunt, ita ut etiam eorum quidam à fœminis, quidam autem aut hoc aut alio modo ad Imperii Romani ſceptra promoti ſunt.

Romanum Imperium à Græcis translatum propter illorum ignaviam & hæreſin.

11. Porrò ſi calumniaris Romanum Pontificem, quod geſſerit, calumniari poteris & Samuel, quòd ſpreto Saule, quem ipſe unxerat, David in Regem ungere non renuerit. Verùm ſuper hoc ſi eſt qui Summo Pontifici ſaltem unum faciat muttum, congruo profectò illius non carebit reſponſo. Sed interim ſi paginas revolvas Græcorum Annalium, utique diſcriminatos ab alienis, per quos nequaquàm defenſi & ſi quæ à veſtratibus Pontifices Romani pertulerunt, perſcruteris, profectò invenies unde illos juſtè non valeas redarguere. Verùm hæc illi, quæ extrinſecus agebantur, facilè parvipenderunt, niſi & intrinſecus, quæ per diverſas hæreſes perimere conantium molimina deprehenderunt. Unde meritò apoſtatis deſertis (quæ enim * communicatio Chriſti cum Belial?) adhæſerunt genti adhærenti Deo, & ipſius regni fructus facienti: quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed (ut eximius Apoſtolorum * innuit)

2. Cor. 6. Actor. 10.

in omni

in omni gente, qui timet Deum, acceptus eſt illi. Ergo cum ita ſit, cur nos ſatagis reprehendere, quoniam ex Francis ortundi, Romani moderamur habenas imperii, cùm in omni gente, qui timet Dominum, acceptus eſt ille? Et certè Theodoſius major, & filii Arcadius & Honorius, & Theodoſius minor Arcadii filius, ex Hiſpanis ad Imperii Romani culmen aſſumpti ſunt, & non invenimus quòd aliqui clamaverint vel reprehenderint Theodoſium, quòd non Romanus ſed Hiſpanus exiſteret, vel reſtiterint vel prohibuerint filios ejus in locum patris & honores ſuccedere, quemadmodum (ut cum tua pace dicamus) nunc tua conari videtur, diligenda fraternitas & ſuſtinenda dilectio, quaſi gens Francorum non pertineat ad hæreditatem, de qua Pater ad Filium loquitur; * *Poſtula* (inquiens) *à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.* Et alibi; * *Glorificantes me glorificabo. Et alia innumerabilia.* Pſalm. 2. 1. Reg. 2.

12. Ergo, Frater Chariſſime, deſine in hoc contentioſiùs agere; deſine adulatoribus quibuscumque aures tuæ puritatis inflectere. Denique gens Francorum juſtos & fœcundiſſimos Domino attulit fructus, non ſolùm citò credendo, verùm etiam nullos alios ſaluiferè convertendo. Verùm vobis à Domino jure prædictum eſt; * *Auferentur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Sicut ergo potuit Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, ita potuit de Francorum duritia Romani ſuſcitare ſucceſſores Imperii. Et ſicut, ſi Chriſti ſumus, ſecundùm * Apoſtolum, Abrahæ ſemen exiſtimus, ita ſi ſumus Chriſti, omnia poſſumus per gratiam ipſius, quæ poſſunt illi, qui evidenter exiſtunt Chriſti. Et ſicut nos per fidem Chriſti Abrahæ ſemen exiſtimus, & Judæi per perfidiam Abrahæ filii eſſe deſierunt, ita quoque nos propter bonam opinionem, id eſt, orthodoxiam, regimen Imperii Romani ſuſcepimus; Græci verò propter cacodoxiam, videlicet malam opinionem, Romanorum Imperatores exiſtere ceſſaverunt: deſerentes ſcilicet non ſolùm urbem & ſedem Imperii, ſed & gentem Romanam, & ipſam quoque linguam penitus amittentes, atque ad aliam urbem ſedem, gentem, & linguam per omnia transmigrantes. Francis datum à Deo propter illorum fidem Catholicam. Matth. 21. Galat. 3.

13. Sed ne, Frater deſiderabilis, triſtitia cor tuum repleat, audi ſequentia, quia * *non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit.* Dic ergo, *numquid ſic offenderunt, ut caderent? Abſit: ſed illorum delictum* honor noſter, & diminutio ipſorum plenitudo noſtra effecta eſt. Cùm enim fracti ſunt rami, nos inſerti ſumus in illis, cùm oleaſtri quidem amodò fuiſſemus, & ſocii radicum & pinguedinum olivæ ſumus effecti. Dicimus ergo: Fracti ſunt rami, ut nos inſeramur. Et benè. Non enim niſi propter credulitatem non rectam fracti ſunt. Nos autem fide ſtamus. Qui habet aures audiendi, audiat. Roman. 11.

14. Sed dicis, quòd eſſet tempus ſecundùm quod fraternitati noſtræ promiſeris, quando & hac poteremur appellatione, ſi Deus ad finem ea, quæ conſiliati ſumus, perducere voluiſſet. Equidem de conſilio quod aſſeris, quæ diximus, hæc ipſa & nunc dicimus. Non enim eſt in nobis, Eſt & Non; & à verbo noſtro neque ad dexteram neque ad ſiniſtram divertimus, ſed in ipſo immoti perſiſtimus: appellationem autem illam, ſicut hactenus nec nos nec patres noſtri per carnem & ſanguinem poſſediſſe dignoſcimur, ita quoque de cætero non immeritò poſſidere contendimus. Per Patres etenim nos non per filios conſuevimus honorari; & apud nos gloria non à filiis ad patrem ſed à patribus in filios derivatur. Quod enim nos * *à patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum* ſumpſimus, neque à filio neque per hominem aut hominibus accipere volumus. Imperatoris nomen ut Ludovicus à ſe ſumere volun Baſilius. Iacob. 1.

15. Poſtremò ſcito, quia qui * Riga quemque appellat, quid dicat, nec ipſe novit. Si quidem etiam ſi linguis omnibus, more Apoſtolorum, immò Angelorum loquaris, cujus linguæ ſit Riga, vel cui dignitati ſonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim fortè ad idioma propriæ linguæ, tractum Riga, Regem ſanctificare monſtraveris. Quod ſi ita eſt, quia non jam Barbarum, ſed Latinum eſt, oportet ut cùm ad manus veſtras pervenerit, in linguam veſtram fideli translatione vertatur. Quod ſi factum fuerit, quid aliud niſi hoc nomine βασιλεὺς interpretabitur? Quod non ſolùm veteris, ſed & novi Teſtamenti omnes interpretes atteſtantur. Unde ſi in alienis perſonis hoc deteſtaris vocabulum, ſtude ex omnibus tàm Latinis libris quàm Græcis, ſive Regis ſive βασιλέως nomen evadere. Regis nomen idem quod βασιλέως notare, Ῥῆγα, i.e. Regem.

16. His igitur ſuper hoc ita prælibatis, obſtupeſcimus in iis, quæ Serenitas proſequitur, dicens, ſuis, id eſt, Græcis, Barim ex parte ſua debellantibus, & eludere decertantibus, noſtros vel ſolùm intuitos, vel prandiis diſſolutos nullum auxilium præſtitiſſe: hancque ideò civitatem minimè capi potuiſſe; cùm noſtri ſive intuendo tantùm, ſive prandendo, ſive aliud quid agendo Barim tamen licet perpauci, & hactenus impugnaſſe, & ope divina cepiſſe noſcantur. Veſtri autem ſicut bruchi multitudine apparentes, & ſicut locuſtæ primum impetum dantes, eo ipſo, quo conatum ſuum in prima fronte monſtraverunt, puſillanimitate ſuperati, protinus infirmati ſunt, & more locuſtarum repentè quidem ſalierunt, ſed confeſtim fatigati, quaſi à niſibus volandi deciderunt, ac per hoc neque intuendo, neque prandendo, neque bellando, quibuslibet inſignibus triumphi monſtratis, motu ſubitaneo & clandeſtino receſſerunt & inefficaces; nonnulli è contrà, Chriſtianis ſolummodò captivatis, ad propria repedarunt. Ergo, Frater, noli de cætero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicina ſtudent & prandia & omnia charitatis indicia proximis exhibere, & tamen à propoſito non lenteſcere, quoniam, ſecundùm * Apoſtolum ſciunt abundare & penuriam pati, & ſaturari & eſurire. Et (ut compendio dicamus) omnia poſſunt in eo, qui illos confortat. Francorum virtutem deſendens ſugillat ignaviam Græcorum. Philipp. 4.

17. De paucitate verò, quid miraris ſi pauci fuerunt, & tamen multa lucra detulerunt? Præterea qua de re pauci fuerunt noſtri, pridem patefecimus dilectioni tuæ. Sed quoniam nos ſuper hoc pulſaſti, denuò noſtrum ſume reſponſum. Cùm enim diu demorante * ſtolo fraternitatis tuæ, & illius jam minimè præſtolaremur adventum, & in anno ipſo de obſidione Bari nihil omninò fieri putaremus, omnes ad ſua redire permiſeramus, his ſolùm retentis, quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum Francorum paucitatem ſubſidio reliſtam excuſat. i.e. claſſe, armada.

torum ſufficere credebamus. Et hoc eſt quòd ſtolus inſperatus apparens, non niſi paucos noſtros invenerunt. Verumtamen iſti pauci & adhuc pauciores, quibusdam horum diverſo languore gravatis, effecti, antequam Baris caperetur, tres Ammiredas, qui totam Calabriam depopulabantur, & numeroſam multitudinem Sarracenorum proſtraverunt, & magnam veſtratibus ſalutem divino beneficio contulerunt. Quare non ſolùm Calabritanorum Iſmaelitarum ingens extunc facta eſt diminutio, ſed & Barenſium potentatu omnimodò diſſoluto, ac per id ad capiendum facilis ad inventio. Cujus facti trophœa veſtros credimus tuo Imperio retuliſſe, & opera Dei, quæ taceri non debent, mirabiliter enarraſſe.

De Niceta Patricio, qui Imperii homines & fœderatos ſpoliavit.

18. Cæterùm fraternitatis tuæ dilectionem rogamus, nullam Nicetæ Patticio moleſtiam irrogare, pro eo quòd noſtrum inſolenter offenderit animum. Nam licet adeò protervus & contumax in noſtrum fuerit Imperium, ut fidelium quoque noſtrorum numeroſa multitudo in eum ſeveriore mente commoveretur, niſi à nobis cauſa tui hooris pariter & amoris præventa compeſceretur, tamen malum pro malo retribuere non tulimus, nec debemus. Et idcirco depoſcimus, ſi quid minarum ſuper ipſum poteſtatis tuæ fortaſſis imminet, celeri benignitatis tuæ manu pro noſtro ſemuveatur amore.

Redarguit Baſilium, quòd Legatos Papæ remiſerit, incuſtoditos.

19. Non autem tales Apocriſarios Apoſtolicæ Sedis eſſe, vel profeſſio docet, vel eruditio dictitat, vel converſatio anteacta demonſtrat: quales illos ſcripta prædicant, quæ nobis fraternitas tua direxit. Electos enim & approbatos eos tàm ſpiritualis pater noſtet Summus Pontifex, quàm Eccleſia per diuturna tempora ſcientes, & Eccleſiaſticæ correctionis negotia ſtrenuè peragentes, ad preces ſublimis à Deo ſervandi Imperii tui illos direxiſſe noſcuntur. Unde & decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut in nullos vel piratarum vel aliorum pravorum incurſus inciderent. Grave namque contra te ſuper hæc tàm ſpiritualis patris noſtri Apoſtolici Papæ, quàm totius Eccleſiæ Romanæ murmur accenditur, eò quòd illos à Sede Apoſtolica tàm deſiderabiliter expetieris, ſed tam improvida diſpenſatione remiſeris.

Sclavini à Niceta deprædati & capti ut reſtituantur.

20. Et Niceras quidam Patricius, Hadriatici freti ſervator, cùm claſſibus deſtinatus, accepta quaſi per hujusmodi rem occaſione, multas prædas ab ipſis Sclavinis abſtulit, & quibusdam caſtris direptis eorum homines captivos abduxit, nec tamen quæ præfati venerabiles Apocriſarii perdiderunt, hactenus reſtituta ſunt. Sanè ſpiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatem, ſuper caſtra noſtra deſtructa, tot populis Sclavoniæ noſtræ in captivitate ſine qualibet parcitate ſubtractis, ſupra quam dici poteſt animum noſtrum commotum. Non enim congruè geſtum eſt, ut iisdem Sclavinis noſtris cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis utilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi aliunde imminere putantibus, tàm impiè domus ſuæ quæque deriperentur, ſibique contingerent, quæ ſi prænoſcerent, nequaquam prorſus incurrerent. Qua de re deſiderabilem dilectionem tuam hortamur & admonemus, ut mox id corrigere jubeat, & ipſos captivos ad propria cum ſuis reduci præcipiat, ſi charitatis vinculum numquam inter nos fore cupiat diſſolvendum. Nullus mortalium hactenus Imperium veſtrum talia commiſiſſe recolit, ac per hoc niſi correctionem juſſio tua præveniat, juſtè ſeveritatis noſtræ proxima ultio proculdubio ſubſequetur; nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum noſtrum tanta temeritate conſtat fuiſſe paratum.

Ad querelam Baſilii de militibus Ludovici.

21. Nihilominus etiam te exiſtimare ſcimus, obſtupuiſſe nos talia de Miſſis noſtris audientes, qualia tuæ nobis dulcedinis litteræ intimarunt: adeò quippe illos inordinatè ſignificans ambulaſſe, ut ſemper evaginato gladio deportato, non ſolùm jumenta ſed & homines interficerent. Quæ res ſi ita ſe habuit, manſuetudini noſtræ valdè diſplicet, & ut ad certitudinem perducatur, vehementer exoptat. Verùm & ipſi diligenter à nobis inquiſiti, tale quid egiſſe modis omnibus negavernot. Et quia non eſt, qui illos in faciem arguat, non eſt profectò eis neque convictis neque confeſſis juſtæ correctionis aliquid ingerendum. Verùm nos illos nec ita educavimus, nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur; & ideò de illis quidquam eorum credere non facilè judicamus. Cæterùm indecorum ſonuit, quod fraternitas tua perhibuit, dicens, non gladiis ſed dentibus noſtros dilaniandos eſſe, niſi cauſa timoris tui minimè coërcerentur; cùm ſi non eſſent in Imperio tuo, nihil tale ſibi prætenderent. Sed nec in regnu tuo poſiti quidquam horum penitus formidarent, quin immò nec tanti numeri viros & adhuc alios totidem, Deo gratias, expaveſcerent.

De Neapolitanis faventibus Sarracenis.

22. Poſtremò de Neapoli nobis in Chriſto fraternitas tua monuit, quaſi miſerimus populum noſtrum ad incidendas arbores, & meſſes igne cremandas, & hanc ditioni noſtræ ſobdeodum. Cùm licet abolim noſtra fuerit, & parentibus noſtris, piis Imperatoribus, tributa perſolverit, verùm nos ab ejus civibus præter ſolitas functiones nihil exegimus, niſi ſalutem ipſorum, videlicet ut deſererent contagia perfidorum, & plebem deliſterent inſequi Chriſtianorum. Nam infidelibus arma, & alimenta, & cætera ſubſidia tribuentes, per totius Imperii noſtri litora eos ducunt, & cum ipſis toties beati Petri Apoſtolorum Principis fines furtim deprædari conantur: ita ut facta videatur Neapolis Panormus vel Africa ſedes Sarracenorum. Cumque noſtri quoque Sarracenos inſequuntur, ipſi ut poſſint evadere, Neapolim fugiunt. Quibus non eſt neceſſarium Panormum repetere, ſed Neapolim fugientes, ibidemque quousque perviderint latitantes, rurſus improviſò ad certamina redeunt.

De Athanaſio Epiſcopo Neapolitano expulſo.

Super quibus ſæpè illos monuimus, ſed ex admonitione pejores effecti ſunt, adeò ut Epiſcopum proprium (quoniam eos, ut vitarent conſortia malignorum, monitabat) ex urbe projicerent, illuſtres ac proceres civitatis compedibus obſignarent. Ergo ſi ſocietatem non diſſolverint infidelium (ſecundùm Apoſtolum, qui præcepit dicens; *Nolite jugum ducere cum infidelibus*) & Epiſcopum proprium

2. Corinth. 6.

Digitized by Google

prium & paſtorem non receperint, portionem eorum ponemus cum iis, quorum libenter amplexi ſunt unionem, & uno hocce appendemus utrosque. Quoniam non ſolùm qui faciunt talia, ſed qui conſentiunt facientibus, dignos morte judicat memoratus inſignis Apoſtolus, præſertim cum unanimiter arma contra Chriſtianos ferant, & dimicent, & ſi quos fidelium capere poſſunt, Sarracenorum manibus tradant, cum ipſis ad bella uno impetu procedentes.

Rom. 1.

23. De cætero, Frater chariſſime, noveris, cùm virtute ſummi Opificis noſtri exercitum noſtrum ordine prænotato, Bari triumphis noſtris ſubmiſſa, Sarracenos Tarenti pariter & Calabriæ mox mirabiliter humiliaſſe, ſimul & comminuiſſe, ac hos celeriter; duce Deo, penitus contriturum, ſi à mari prohibiti fuerint eſcarum admittere copias, vel etiam claſſibus à Panormo vel Africa ſuſcipere multitudines. Quapropter ſpiritalis fraternitas tua, [a] quia per totum noſtrorum cunei populorum in utrisque locis vix aut nunquam ſtudeat, neceſſe eſt ſufficientem ſtolum deſtinare, qui illos ab accipiendis alimentis à mari coërceat: & ſi plurimas contigerit (ſicut ſæpe nunciatur) peſſimæ gentis advenire catervas, faciliùs illis reſiſtere, divino munitus brachio, valeat. Nam iſte [b] ſtratigus Geurgius licet ſolerter invigilet, & ſtrenuè pro ſuo poſſe decertet, non tamen ſufficit obviare, ſi plures inimicorum naves ex parte qualibet apparerent, non videlicet niſi pauca prorſus [c] Chalendria poſſidens. Et quia nonnulli Sarracenorum Panormi cum [d] ſagenis, ſolatio & refugio jam memoratorum Neapolitanorum freti, per Tyrrhenum mare debacchantur, oportet ut ad hos capiendos tuæ fraternitatis ſtolus ſine dilatione mittatur. Iſti ſunt, qui cum Calabritanis Sarracenis indefeſſa ſtipendia præbent, & ii, qui Panormi ſunt, auxilia quotidiana miniſtrant. Unde ſi capiantur ſagenæ, maxima ex parte Sarraceni tàm Panormi quàm Calabriæ conſtringentur.

De mittenda claſſe ad impediendos Sarracenos.

a *Locus depravatus.*

b *στρατηγὸς i. e. Magiſter militum.*

c *Navigii genus.*

d *i. e. navibus.*

24. Nos enim Calabria, Deo auctore, expugnata, Siciliam diſpoſuimus, ſecundùm commune placitum, libertati reſtituere; quod tantùm erit utrumque facilius, quantum illi, divina dextera captis navibus & latrunculis, fuerint ampliùs & celeriùs infirmati. Nulla ergo tarditas, nulla mora, Frater chariſſime, in mittendo ſtolo proveniat, ne vel eſcarum à mari receptarum abundantiam, vel per adventantium Agarenarum claſſium numeroſitatem horum vires non infirmentur, ſed roborentur: & ſic roborentur, ut poſteà difficiliùs infirmentur, ſed & fruſtrà noſtræ per ſiccum indefeſſè certamen arripient, ſi ſic ipſi per æquora fuerint aliqua ſtipendia vel copioſam multitudinem conſequuti.

Conſilium Imperatoris de recuperanda Sicilia.

25. Poſtremò miſimus deſiderabili fraternitati tuæ Autprandum fidelem & familiarem hominem noſtrum, qui quædam, quæ huic deſunt epiſtolæ, viva voce tuo à Deo tuendo Imperio referabit, qui à diligenda nobis in Chriſto fraternitate tua ſuſceptus benignè, non, exceptis octo diebus, quæſumus nullo modo retardetur, ſed celeriùs ad nos, quia ita convenit, nulla impediente mora, Chriſto propitio, remittatur.

De Legato miſſo.

CAROLI CALVI, REGIS
FRANCORUM, ET POSTEA IMPERATORIS ROMANORUM,
RESCRIPTUM APOLOGETICUM
AD HADRIANUM II. PONTIFICEM ROMANUM
De Poteſtate Regia ſeu Imperatoria, auctoritate Papæ, & juriſdictione utriusque regiminis.

Ann. Chriſti 871.

SAnctiſſimo ac reverentiſſimo Patri Hadriano, Summo Pontifici & Papæ, CAROLUS DEI gratia Rex & ſpiritualis filius veſter.

Legimus in libro Paralipomenon, filios Iſrael *mente pacifica iviſſe ad prælium*, quia non livoris vindicta, ſed obtinendæ pacis gratia dimicarunt. Quod rurſum dicimus, quia cogitis nos, indecentibus poteſtati Regiæ litteris veſtris inhonoratum, inconvenientibus Epiſcopali modeſtiæ veſtræ mandatis gravatum, contumeliis & opprobriis dehoneſtatum, aliter quàm vellemus mente pacifica reſcribere, ut tandem animadvertatis, quanquàm perturbationibus humanis obnoxium, in imagine tamen Dei ambulantem eſſe nos hominem, habere ſenſum paterna & avita ſucceſſione, Dei gratia, Regio nomine ac culmine ſublimatum; & quod his majus eſt, Chriſtianum, Catholicum, fidei orthodoxæ cultorem, ſacris litteris ac legibus, tàm Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, ab infantia eruditum, nullo crimine publico in audientia Epiſcopali legaliter ac regulariter accuſatum, minimè autem convictum. Et ut quæ ſuperaddere poteramus alia taceamus, ne nos potiùs jactare quàm vera dicere videamur, licet legamus Apoſtolum plura de ſe dixiſſe ob aliorum ſalutem neceſſitate compulſum: quoniam ſæpe humiliter vobis locuti,

Pontificis litteræ Regiâ auctoritate indignæ propter inhonorationem & deſpectum.

2. *Corinth.* 12.

locuti, benigna & pacifica atque honorabilia nobis ſcripta impetrare nequivimos, ot quietem pacis & venerationem, quam apud anteceſſores veſtros noſtri deceſſores & nos habuimus, quoquo modo obtinere poſſemus. Scripſimus vobis per Actardum Epiſcopum & manſuetudinis noſtræ Legatum ſiogillatim ac vritim, quàm inconvenientia pro Hincmaro quondam * Lugdunenſi Epiſcopo ex nomine veſtro nobis ſcripta fuerunt: quæ nos à vobis proceſſiſſe non credebamus, putantes nos ratione comperta ab incompetentibus, quæ aliorum inſtinctu nobis catenus ſcripta fuerunt, calamum revocare. Sed ſpe vana fruſtrans aliter nobis, quàm ſperabamus, evenit. Io capite quippe litterarum, quos per præfatum Actardum Epiſcopum nobis veſtra direxit paternitas, auditam laudabilem charitatis & ſapientiæ noſtræ magnitudinem vos prætuliſſe invenimus, & mox de comperto murmure & tumultuoſo clamore indebitæ reprehenſionis adverſus paternitatem veſtram nos denotatos reperimus: Sicque auditam noſtram ſapientiam collaudaſtis, ut quaſi honeſtiùs & reverà onuſtius nos ſolitis contumeliis afficere volueritis, quem non per inſipientiam, ſed per induſtriam in murmuratione & clamore contra debitam charitatem delinquere demonſtrabatis, & quaſi ad ora vaſculi melle illiti, & de eodem fonte, quo & ante miſſæ litteræ iſtæ poſteriores, nobis pernicioſum poculum propinaverunt, fatentes illa, quæ aliorum inſtinctu & non à vobis proceſſiſſe credebamus, veſtra fuiſſe.

leg. Lauduneuſ.

Papa contumelioſus.

2. Nam in præcedentibus litteris nos perjurum, tyrannum, ac perfidum, & diſtractorem rerum Eccleſiaſticarum, non confeſſum nec ordine judiciario legaliter ac regulariter convictum, vocaſtis: in iſtis autem murmurationis crimen nobis impegiſtis, & tumultuoſi clamoris nævum impoſuiſtis, arguente Domino carnalem Iſrael per Prophetam, unde nos coarguiſtis, *Quia non fecerit judicium ſed clamorem*. Et Apoſtolus; *Omnis*, inquit, *clamor & indignatio tollatur a vobis*. Et non levius malum eſt murmuratio his, quibus nos anteà denotaſtis, dicente Apoſtolo: *Neque murmuraveritis, ſicut quidam illorum murmuraverunt, & à ſerpentibus perierunt*. Et, ut beatus dicit Gregorius; *Nullus murmurans regnum Dei intrare permittitur*. Hinc colligendum eſt, quantum peccatum ſit murmuratio, quæ regnum Dei intercludi, ſicut & illa peccata gravia, poſt quorum enumerationem dicit Apoſtolus, *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt*. Et non, ut ſcripſiſtis, tumultuoſo clamore paternitatem veſtram in ſeb tè reprehendimus, ſed quæ nobis ex veſtro nomine ſcripta fuerunt, non multorum vocibus, quibus tumultus fieri ſolet, ſed noſtra tantum voce reſcripſimus. Et quoniam talia vos miſiſſe, & à ſancta Romana Eccleſia, in omnibus ſemper diſcretiſſima atque cautiſſima, dictata fuiſſe nequaquam * credimus: quia ipſa ſancta Sedes cum modeſtia & diſcretione ſemper corripere, & ſalubriter corrigere, ſecundum uniuſcujuſque perſonam & ordinem ſolita ſit, ſuggeſſimus. Igitur ſi malè locuti ſumus, teſtimonium perhibete de malo; ſi autem benè, quid nobis ſuccenſetis?

Murmurationis peccatum.
Eſaia 5.
Epheſ 4.
1.Corinth.10.
Galat. 5.
Leg. credidimus.

3. Scriptum eſt, Abraham licet ſanctum, ut à Deo ſanctificatum hominem, tamen eidem Deo dixiſſe: *Num perdes juſtum cum impio? non hoc eſt tuum, qui judicas omnem terram*: & non ingratè hoc Dominum ſuſcepiſſe. Et nos arguitis, quoniam humili placatione vobis ſuggeſſimus, non eſſe veſtrum non confeſſo vel legaliter ac regulariter convicto, Regia etiam poteſtate (gratia Dei) prædito, talia ſicut plebejo & de criminibus confutato, ſcribendo impingere: ſcientes, quàm grave ſit fratri (quod nobis impactis minus eſt) dicere *fatue*, nullique detrahendum, vel contra fas maledicendum: minimè autem Regi, [a] Apoſtolica doctrina, atque [b] ſancti David in Saulis jam à Domino reprobati reverentia, & [c] Salomonis Sapientia, ac [d] Nabuliæ prodit hiſtoria.

Geneſ.18.
Papæ convicia in Regem.
Matth.5.
a *Actor.23. v.5.*
Rom 13.
& 1.Petr.2.
b *1.Reg.24. & 25.*
c *Sapient.1.*
d *fort. Nabalis, ex 1.Reg. 25. adde*
& 2 Reg.16.
& 3 Reg.2.

4. Invenimus etiam in eiſdem litteris nobis datum conſilium, (ſi fortè dici poteſt conſilium, quod eſt Domini exemplis contrarium, & Decretis Sanctorum invenitur adverſum) ſcilicet (ut verbis veſtris dicavimus) *omnia, quæ à Sede Apoſtolica, cui per Dei gratiam præſidetis, directa ſunt, alacri mente percipere, animo grato amplecti, & humili ſemper debemus intentione recipere*. Scriptum eſt enim nobis ex veſtro nomine, nos perjurum, tyrannum, ac perfidum, & diſtractorem eſſe rerum Eccleſiaſticarum. Et hæc alacri mente percipere, animo grato amplecti, & humili ſemper debemus intentione recipere? Niſi ſcriptor fortè velit nos cum vulgo *Æthiopes* vocare argenteos: & ideò quis nobis pulcher videatur, qui à nomine *Bellus* vocatur, & ſibi cantare cum Perſio

——— *Quicquid* * *calcaverit, hic roſa fiat:*

Illudque Propheticum incurrere: *Væ his, qui ponunt amarum in dulce*: cùm Dominus dicentibus ad ſe Judæis: *Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes?* quod * recognovit, tacendo conſenſit; & patienter repulit, quod fallaciter audivit, dicens; *Ego Dæmonium non habeo*. Cujus pro modulo noſtro in hoc exemplum ſecuti, qui nos dedignatus eſt ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores juſtificare: de his, quæ in nobis non recognovimus, humiliter & patienter apud paternitatem veſtram excuſavimus, ne ſi penitus taceremus, tales, quales denotabamur, tacendo & conſentiendo eſſe nos fateremur, & quaſi confeſſi & noſtra confeſſione convicti judicaremur.

Papæ conſilium Juri divino & Canonico contrarium.
Papæ ſcripta injurioſa, non acceptanda.
Satyr 3.v.40.
al. calcaveris, roſ.
Eſaia 5.
Johan.8. v.48.
for. ro non cog. ibid. v.19.

5. Et hoc hortamentum, quod in litteris ex nomine veſtro ab Actardo Epiſcopo nobis delata invenimus, ſcilicet ut *omnia, quæ à Sede Apoſtolica nobis veniunt, humili ſemper debeamus intentione recipere*, non ſolùm (ut præmiſimus) Evangelicæ veritati ſed etiam decretis Sanctorum invenitur adverſum. In quorum Decretis legimus, eum abſolvi non poſſe, qui in ſe ipſum dixerit mortis cauſam, qua edicta in alium puniretur, * falſum videlicet teſtimonium: cùm omnis, qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida ſit. Et hinc decreverunt, ut quicumque ſub ordinatione vel Diaconatus vel Pres-

c.7. diſt.50.

Digitized by Google

Presbyterii vel Epiſcopatus, mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, à ſupradictis ordinationibus ſubmovendos. Et nos, ſi ad talia nobis impacta tacendo conſentiremus, non ſolùm à regimine Regio, verùm & à Catholicæ Eccleſiæ communione nos ipſos ſequeſtraremus. Non igitur talia nobis ex parte Sedis Apoſtolicæ & nomine veſtro ſcripta, *mente alacri percipere, & animo grato amplecti, & humili ſemper debemus intentione recipere*, quæ, ſicut in eiſdem litteris ex ſententia Salomonis ſubjungitur, *quaſi ſtimuli & ſicut clavi in altum defixi* eſſe viderentur, quia culpas delinquentium neſciunt palpare ſed pungere. Cui ſententiæ item † Sapientis verba * teterrimus, quibus dixit: *Priuſquam interrogas, ne vituperes quemquam; & cùm interrogaveris* (id eſt, probaveris) *corripe juſtè.* Si ut † Nathan David Regem prius interrogavit, & interrogatione probatum corripuit: & cùm cauſa correptionis defuit, humiliter adoravit, veluti in ſacra Hiſtoria legimus. Mandate & ſcribite, quæ veſtro & noſtro miniſterio congruunt, ut deceſſores veſtri nobis & noſtris deceſſoribus, mandaverunt, atque ſcripſerunt, & alacri mente gratoque animo accipiemus.

c. 4. 7. 8. & per totam d. diſt. 50.
Eccleſiaſt. ult.
ſc. Ieſu Siracht. Eccleſiaſt. 11. fort. vegerimus.
2. Reg. 12.

7. Litteræ autem ex nomine veſtro ſemper ſine interrogatione, id eſt, probatione, nos pungunt, & peccata, pro quibus invitum pungunt, ſponte confeſſa vel ordine judiciario legaliter ac regulariter comprobata, non oſtendunt: & cùm peccata manifeſta & probata deſint, fomentis benignæ adhortationis & allocutionis non refovent: reprehendente hinc Domino populorum Rectores aſperos, atque dicente: *Vos autem cum auſteritate imperabitis eis & cum potentia.* Quibus Apoſtolus regulam dedit commonitionis, ſingulis dicens: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina, miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta.* Dirum magiſtri, & pium patris oſtendentes affectum, id eſt, indiſciplinatos & inquietos debent duriùs arguere; obedientes autem ac patientes, ut in melius proficiant, obſecrare; negligentes autem & contemnentes debent utique increpare atque corripere; & de criminalibus peccatis aut ultrò confeſſos, aut ordine judiciario comprobatos atque convictos, ſecundùm modum culpæ legaliter ac regulariter judicare. *Noluit Apoſtolus*, inquit beatus Auguſtinus, *hominem ab hoc homine judicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario uſurpato judicio: ſed potius ex lege Dei ſecundùm ordinem Eccleſiæ*, ſive ultrò confeſſum, ſive accuſatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: *Si quis cùm frater nominatur, aut fornicator, aut idolis ſerviens, &c?* niſi quis eam nominationem intelligi volunt, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine judiciario atque integritate profertur. Nam ſi nominatio ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes; quia ſæpe falsò in quemquam crimen nominatur. Plerique autem boni Chriſtiani propterea tacent & ſufferunt aliorum peccata, quæ noverunt, quia documentis ſæpe deſeruntur, ut ea quæ ſciunt, judicibus Eccleſiaſticis probare non poſſint. Quamvis autem vera ſint quædam, non tamen judici facilè credenda ſunt, niſi certis indiciis demonſtrentur, niſi ordine judiciario comprobentur; ut, ſi per judicium mali ab Eccleſiæ communione auferri non poſſunt, tolerentur potiùs, ne perversè malos evitando quiſque ab Eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vincat ad gehennam.

Objurgationes quales eſſe debeant.
Ezechiel. 34.
2. Timoth. 4.
Judicare qualiter debeamus.

7. Quod ſcriptum eſt in eiſdem ex nomine veſtro litteris, quia ſanè non patienter Pontificii veſtri monita & correctiones nos audiſſe comperiſtis, liquidò patet adhuc perfectæ aliquid charitatis minus duntaxat habere, de qua dicit Apoſtolus: *Charitas patiens eſt, benigna eſt, non inflatur, non irritatur non agit perperàm, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Cujus charitatis modum & perfectionem in benignitate ac patientia, & humilitate & ſufferentia, exemplo ſanctæ paternitatis veſtræ in litteris veſtris diſcere admodum cuperemus, ſi Deus nos inde honorare dignaretur.

Papa ad charitatis exemplum provocatur.
1. Corinth. 13.

8. Quod & in hoc poſſemus addiſcere, ſi in his, quæ ex nomine veſtro nobis ſcripta ſanctitati veſtræ reſcripſimus, ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ noſtræ, & ſupportaretis nos, ſicut magnus Petrus, Apoſtolicæ & primæ Sedis primus Epiſcopus, non ſolùm patienter ſed & gaudenter adeò ſuſcepit reprehenſionem ſuam à coapoſtolo ſuo Paulo ſibi oſtenſam, ut ejus epiſtolas, in quibus ſe reprehenſum legerat, cum maximo favore laudaverit. Non enim ita ſupputatè eas laudare poterat, niſi legiſſet; & quia legit ſcriptum, reprehenſum ſe in eis invenit: & quoniam eas tam granditer laudavit, quàm gratanter juſtam reprehenſionem ſuam accepto tulerit patienter, oſtendit. Et cùm à minoribus ſuis reprehenſus fuit, cur ad Gentiles intraverit, non eis nudo & tumido ſermone reſpondit, ut omnia, quæ egerat, patientiſſimè ſuſtinerent; nec aliquid in eorum querela de ſua poteſtate dixit, ſed humili ejus ratione placavit, atque in cauſa reprehenſionis ſuæ etiam teſtes adhibuit. *Quia ſi in querela fidelium*, ut beatus dicit Gregorius, *aliquid de ſua poteſtate diceret, profectò doctor manſuetudinis non fuiſſet.*

Papa aliorum admonitiones ferre debet.
Galat. 2.
2. Petr. 3.
Actor. 11.

9. *Si* igitur *Paſtor Eccleſiæ Apoſtolorum Princeps, ſigna & miracula ſingulariter faciens, non dedignatus eſt in cauſa reprehenſionis ſuæ rationem humiliter reddere, quantò magis*, inquit Gregorius Apoſtolicæ Sedis Pontifex, *nos peccatores, cùm de re aliqua reprehendimur, noſtros ratione humili placare debemus?* Litteræ autem ex nomine veſtro nobis directæ non humili nos ratione placarunt, ſed indebita increpatione os noſtrum oppilare ſtuduerunt, quum, Deo gratia, libera adhuc fronte de his, quæ nobis per litteras ex nomine veſtro directas impacta ſunt, loqui poſſimus.

Papa reprehenſibilis cauſam dicere debet accuſantibus.

10. Scriptum eſt etiam in præfatis litteris nobis ex nomine veſtro directis de Hincmaro, hoc modo: *Volumus & auctoritate Apoſtolica jubemus, ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, veſtra fretum potentia, ad limina Sanctorum noſtramque venire clementiam. Quo ſanè veniente, veniat pariter accuſator idoneus, qui nulla poſſit auctoritate legitima reſpici. Et tunc in præſentia noſtra, & totius Sedis Romanæ Synodali Collegio, cauſa illius prudenti ventilata examine, ac diligenter inquiſita ſecundum Deum & ſacrorum canonum conſtitutiones Spiritu Dei prolatas, ſine protelatione aliqua finietur.* Quæ relegentes, licet contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum [a] invenerimus, id eſt, umbroſum ſeculi [b] typum inducere in Eccleſiam ſuam,

Eccleſiaſtica perſona condemnata an Romam appellare poſſit.
a al. inveniamus.
b al. typhum.

quæ

quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini videre deſiderantibus præfert, tamen de voluntate non dubitavimus. Quia humano animo facilè poteſt ſubripi, quod ex deliberatione conveniat immutari. Sed valde mirati ſumus, ubi hoc dictator epiſtolæ, nobis per Actardum Epiſcopum delatæ, ſcriptum invenerit, eſſe Apoſtolica autoritate præcipiendum, ot Rex corrector iniquorum & diſtrictor reorum, ac ſecundum leges Eccleſiaſticas atque mundanas ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſſibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia, Romam dirigat; maximè autem illum, qui & ante depoſitionem contra cuſtodiam publicam & contra quietem moliri in tribus Synodis extitit deprehenſus, ſicut in Geſtis Epiſcopalibus paternitati veſtræ directis continetur; & poſt depoſitionem ſuam, & per ſe per quoſcumque potuit, à ſua pervicacia non quievit. Sed non miramur, ſi in poſterioribus litteris ex nomine veſtro nobis directis, eſt inſulcitum, ut legaliter ac regulariter damnatus, qui nullis legibus decernitur à quoquam gradu ſeu rebus ac facultatibus redonandus, antequam ſi contra cuſtodiam & pacem publicam moliri non fuerit deprehenſus; renovato Apoſtolicæ Sedis autoritate judicio in Provincia, qua fuerat judicatus, fortè inveniatur innoxius, Regia noſtra potentia ad veſtrum veniat fretus, cùm ſe autore damnato debeatur zelus rectitudinis, non clementia reſolutionis. Quæ ſi non de eodem foramine, de eodem tamen conamine manarunt, de quo & anteriores fluxerunt, in quibus continetur, ut res omnes Hincmaro commiſſæ Eccleſiæ, donec ad propria reverteretur, nobis committeretis, ut indemnes conſiſterent, & aliquod diſpendium non incurrerent.

Reges non ſunt Epiſcoporum Vicedomini, ſed verè Domini.

11. Unde, ſicut vobis reſcripſimus, & nunc iterum vobis ſcribere non piguit, ſed exigente cauſa neceſſarium eſt: quia Reges Francorum, ex Regio genere nati, non Epiſcoporum Vicedomini, ſed terræ Domini hactenus fuimus computati. Et, ut Leo ac Romana Synodus ſcripſit, *Reges & Imperatores, quos terris divina potentia præcipit præeſſe, jus diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis juxta Divalia conſtituta permiſerunt*, non autem Epiſcoporum villici extiterunt. Et ſanctus Auguſtinus dicit: *Per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones*, non autem per Epiſcopale imperium Reges villici ſunt actoresque Epiſcoporum. Et Dominus, [a] *Quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo reddi* præcipit, qui etiam [b] cenſum Regi reddidit. Et [c] Apoſtolus voluit ſervire* Regibus: voluit honorari & non conculcari Reges: *Regem*, inquit, *honorificate*. Et iterum: *Omnis*, inquiens, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. Et: *Reddite ergo omnibus debita*. Et paulò ſuperiùs: *Ideo * neceſſitati ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*. Et ſi revolveritis Regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum, talia mandata, ſicut habentur in litteris ex nomine veſtro nobis directis per Actardum Epiſcopum, deceſſores noſtros à deceſſoribus veſtris accepiſſe nullatenus invenietis. Unde pauca de pluribus vobis ſcribere neceſſarium duximus.

a *Matth.* 22. *Marc.* 12. *Luc.* 20.
b *Matth.* 17.
c 1. *Pet.* 2.
* *al. legibus.*
d *Rom.* 13.
* *al. neceſſitate.*

Epiſcopi ſubſunt Regibus, ab iiſdem judicandi.

12. Sanctus Gregorius merito vitæ & ſapientiæ doctrina Apoſtolicæ Sedis Pontifex, & toti orbi colendus ac imitandus, Francorum Regibus Theodorico & Theoberto, prædeceſſoribus noſtris, de præjudicio cujuſdam Epiſcopi non ita, ut vos nobis ſcripſiſtis pro eo, qui pro meritis ſuis legaliter ac regulariter juſtè depoſitus eſt, ſcripſit hoc modo: *Frater & Coepiſcopus noſter Urſicinus, Taurinæ civitatis Antiſtes, in parrochiis ſuis, quæ intra Regni veſtri ſunt terminos conſtituta, grave omninò dicitur præjudicium ſuſtinere, adeò ut contra Eccleſiaſticam obſervantiam, contraque ſacerdotalem gravitatem, & contra ſacrorum canonum defintia, nullo ejus exigente crimine, alter illic meruerit ordinari. Et quia parum viſum eſt, ſi illicitis non jungerentur illicita, etiam res Eccleſiæ ſuæ, ut fertur, ablatæ ſunt. Quod ſi ſe veritas habet, quoniam nimis intolerabile eſt, ut virtute opprimeretur, cui culpa non nocuit, præmiſſo paternæ ſalutationis alloquio petimus, ut quod excellentia veſtra, amore Eccleſiaſticæ reverentiæ & æquitatis contemplatione, ſponte poteſt impendere, noſtra ſtudeat benigniùs interceſſioni concedere, & juſtitiam illi, ſicut de æquitatis ejus bono confidimus, faciat in omnibus cuſtodiri, atque patefacta veritate, quod illicitè actum eſt, corrigi. Pro utilitate ergo animæ veſtræ hæc apud vos noſtra exhortatio locum inveniat, &c.*

13. Sed & ad Romanum Exarchum, minoris dignitatis quàm ſimus Dei gratia Regiæ poteſtatis, de quodam Epiſcopo ſcripſit hoc modo: *Pervenit ad nos, Blandum Ortonenſis civitatis Epiſcopum, longo jam tempore in civitate Ravennati a veſtra Excellentia detineri: & ſit ut Eccleſia ſine rectore, & populus quaſi ſine paſtore grex ſuit: & ibidem infantes pro peccatis abſque baptiſmate moriantur.* Et rurſus: *Quia non credimus, quod cum Excellentia veſtra, niſi ex aliqua probabili exceſſus cauſa tenuerit, oportet ut habita Synodo palàm fiat, ſi quod in eum crimen intenditur, & ſi talis in eo culpa reperitur, quæ ad uſque degradationem Sacerdotis deducatur: aliam ordinationem neceſſe eſt inquiramus, ne Eccleſia Dei in his, ſine quibus eam Chriſtiana non patitur eſſe religio, inculta ac deſtituta maneat. Sin autem Excellentia veſtra aliter ſe habere, quàm de eo quod dicitur eſſe perſpexerit, eum ad Eccleſiam ſuam reverti concedat, ut officium ſuum in commiſſis ſibi animabus adimpleat.* Quibus mandatis B. Gregorii prædeceſſoris veſtri de his, qui necdum judicio Synodali legaliter ac regulariter pro criminibus ſuis fuere depoſiti, collatis cum ſcriptis ex nomine veſtro nobis directis, ex eo qui legaliter ac regulariter pro ſuis exceſſibus judicio Synodali habetur depoſitus, ut eum noſtra fretum potentia Romam mittamus, quæ potiùs ſequenda ſint, judicate. Nos autem autoritatem veſtram judicaturam potiùs credimus, ut ea ſequamur, quæ deceſſores ac prædeceſſores veſtri ſecundùm ſcripturarum tramitem prædicationemque majorum ſcripſerunt, quàm illa, quæ ſcriptor ſæpè dictæ epiſtolæ ex nomine veſtro nobis directæ, confinxit.

Paparum prædeceſſorum ex decretis Papam contradicere aut ſtatuere nefas.

14. Ait enim beatus Auguſtinus libro ad Januarium: *Omnia talia, quæ neque ſanctarum ſcripturarum autoritatibus continentur, nec conciliis Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo.* Et hactenus Leo de his, *quæ à ſacris canonibus habentur ita præfixa, & eiſdem Apoſtolicæ Sedis ſunt promulgata decretis, ut nulla poſſint ratione convelli, conſtituitur ut omni penitus autoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.* Ac ſi cum

Paulo

Digitized by Google

Paulo diceret ;' quia ſibiipſi Apoſtoliea Sedes in ſuis conſtitutionibus oon poteſt eſſe neceſſaria, licet *nos aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præter quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Sed, ut in Galat. 1. controverſia Quintiliani legitur, *floribus vafricia nebulonum veneficatis apes mortuas, quibus mellificandum fuerat.* De Scripturis ſacris beatus Petrus agi demonſtrat, loquens de Pauli epiſtolis; *quæ indocti* 2. Petr. 3. *& inſtabiles,* inquit, *depravant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Et de traditionibus Eccleſiaſticis S. Innocentius: *Dum,* inquiens, *unusquisque non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc exiſtimat eſſe tenendum, inde diverſa in diverſis locis vel Eccleſiis aut † teneri aut celebrari teneri a.c. cernuntur. tentur, ac ſit ſcandalum populis: qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi aut Eccleſiis non convenire, aut ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris contrarietatem inductam.* Contra quam morbum S. Cœleſtinus ſalubre cunctis celebravit antidotum, dicens: *Nulli ſacerdoti ſuos liceat* diſt. 12. cap. 4. *canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum regulis poſſit obviare. Quæ enim à nobis res digne ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?* Et S. Gelaſius in Decretis ſuis. *Patres noſtri, Catholici videlicet & docti Pontifices, in unaquaque ſecta quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholica atque Apoſtolica, ſecundum ſcripturarum tramitem prædicationemque majorum, facta ſemel congregatione ſanxerunt, inconvulſum voluerunt deinceps firmumque conſtare, nec in hac eadem cauſa denuò, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præſumptione permiſerunt.*

15. Videndum eſt igitur, quid hic trames ſanctorum Scripturarum & prædicatio majorum definiant. Scriptum quippe legimus in ſacra Hiſtoria, dixiſſe Dominum per Prophetam Joſaphat Regi: *Impio præ-* 2. Paralip. 19. *bes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris: & idcircò iram quidem Domini merebaris, ſed bona opera inventa ſunt in te, eò quod abſtuleris lucos de terra Juda.* Et in Evangelio ſemel & ſe- Matth. 18. cundò ac tertiò monitum, & non obedientem ad correctionem debitam, Dominus ſicut Ethnicum & publicanum jubet haberi.

16. Et B. Gregorius in Decretis ſuis, ſicut in geſtis Synodi invenire poteſtis, pervaſorem non ſolùm rerum alienarum, ſed etiam Eccleſiæ ſibi commiſſæ, anathematizatum definit: verùm & ſi aliud hoc egerit, is qui præeſt Eccleſiæ, ſi hoc vel ipſe fieri præcipit, vel ſine ſua præceptione factum digna punire animadverſione neglexerit, eum anathematizat. Satis ergo mirari non poſſumus, unde ſcriptor Papæ lex injuſta, iniqua, & impia. epiſtolæ nobis ex nomine veſtro delatæ hanc legem apud ſe auro ſculptam produxit, quam Dominus digito ſuo non ſcripſit, nec ſcribendam cuiquam inſpiravit, neque ordinatam per Angelos in manu Mediatoris illius dedit: quam non Paganus indixit, non Chriſtianus ſeduxit, non Eccleſiaſticus vir decrevit, quæ de ſe ſub iſto cœlo ſicut non atramento manu juſtitiæ, ita nec Spiritu DEI vivi ſcripta perſonuit: qua me Regem à Deo conſtitutum, & gladio ex utraque parte acuto, ultore ſcilicet nocentium & defenſore innocentium inſignitum *ad vindictam malefactorum*, ut exponit Apoſtolus, *laudem* 1. Petr. 2. *verò bonorum*, rei atque damnati atque anathemarizati fautorem eſſe præcipit, jubens ut Hincmarum ſacrarum legum prævaricatorem, ſancti Sacerdotii vituperatorem, Regiæ dignitatis contra regulam Apoſtolicam dehortatorem, regni perturbatorem, perjurum, & ſeditioſum authorem, Eccleſiæ ſibi commiſſæ afflictorem, facultatum Eccleſiaſticarum ſacrilegii fundatorem, ac ſtirpatorem Epiſcoporum, ac totius populi noſtrarum partium ſcandalizatorem, alienarum rerum pervaſorem, & veniendo contra ſubſcriptiones & profeſſiones ſuas à ſcripto damnatum, potentia Regia fretum Romam venire faciamus.

17. Quis igitur hanc * inverſam legem Infernus evomuit? Quis Tartarus de ſuis abditis & tenebro- Papæ lex Diabolica. al. univerſam. ſis cuniculis eructavit? Contra quam litteris ſacris oſtenſa nobis eſt via, quam ſequamur, appoſita * for- al. forma. mæ, cui imprimimur. *Clamavit,* inquit, *Propheta ad Regem Iſraël, & ait: Servus tuus egreſſus eſt ad præliandum cominus, cumque fugiſſet vir unus, adduxit eum quidem ad me, & dixit: Cuſtodi virum iſtum, qui fuerit lapſus, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc* 3. Reg. 20. *illucque me verterem, ſubitò non comparuit. Et ait Rex Iſraël ad eum: Hoc eſt judicium tuum, quod ipſe decreviſti. At ille ſtatim abſterſit pulverem de facie ſua, & cognovit eum Rex Iſraël, quòd eſſet de Prophetis, qui ait ad eum: Hæc tibi dicit Dominus: quia dimiſiſti virum dignum morte ex manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro pro populo ejus. Reverſus eſt igitur Rex Iſraël in domum ſuam audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.*

——— *Quænam vos dementia cepit?* Virgil. Eclog. 2.

Scientes dixiſſe Chriſtum, Dei virtutem & Dei ſapientiam; *Per me Reges regnant, & conditores legum ju-* Proverb. 8. *ſta decernunt?* Et ſacri canones, ſicut credimus, & in Apoſtolicis litteris ſæpiùs legimus, Spiritu Dei Sacrorum Canonum auctoritas. conditi, & totius mundi reverentia ſunt conſecrati. Propterea videamus, quid de hujusmodi ſancti Canones & ſacræ Leges decernant.

18. Ait enim ſanctum Aphricanum Concilium: *Et illud petendum, quin apud terræ Principes ſtatue-* infrà §. 23. l. 14. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 36. C. Theod. lib. 16. tit. 2. unde & hæc eſt tranſlata. *re dignentur, ut ſi quis cujuslibet honoris Clericus judicio Epiſcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſive ab Eccleſiis, quibus præfuit; ſive à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni, pecuniæ, & honoris; quo nec ætatem nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant.*

19. Et tunc Valens, Gratianus & Valentinianus conſtituerunt, ut * *quicumque reſidentibus Sacerdotibus fuerit Epiſcopali loco detruſus & nomine, ſi aliquid contra cuſtodiam publicam vel contra quietem moliri fuerit deprehenſus, rurſumque ſacerdotium petere; à quo videtur expulſus, procul ab urbe,* a d l. 14. conturbaverit. *quam [a] in fecit, ſecundum legem divæ memoriæ Gratiani, centum millibus vitam agat; ſit ab eorum cœtibus ſeparatus, à quorum eſt ſocietate diſcretus; ſitque hujusmodi perſonis illicitum, hujus legis tenore,* b ad li. reſcripta. *ſacra noſtra adire ſecreta, & impetrare [b] ſcripta; omnibus abjectis per culpam ſacerdotio perſonis,* c al permaneant. *quæ imperata ſunt, infecta [c] permaneant, ſcituris his, quorum defenſione nituntur, abſque ſui [d] repre-* d C. Th. reprehenſione. *henſione non futurum, ſi hoc eis pollicentur ſuffragium, qui divinum non videntur meruiſſe judicium.* Unde

& Leo Papa apud Principalem poteſtatem petiit de Eutyche ſcandali & pravitatis authore, ut ab eo loco, qui Conſtantinopolitanæ urbi nimis vicinus erat, longiùs transferetur, ne frequentioribus ſolaciis eorum, quos ad impietatem ſuam traxit, uteretur.

29. Et Gregorius Paulum Diadinæ civitatis quondam Epiſcopum, quouſque omne, quod dilapidavit vel de ſubſtantia tulit Eccleſiæ, reſtitueret, in Monaſterium mittendum eſſe decrevit. Et ſi fortè poſt depoſitionem ſuam inverecundè ac mente perverſa aliquando de Epiſcopatu loqui, aut rurſus ad hoc qualibet aſpirare præſumptione tentaverit, Dominici corporis & ſanguinis communione privatum, in Monaſterio eum uſque ad diem obitus ſui ad agendam pœnitentiam retrudi, ſtudio Joannis I. Juſtinianæ Epiſcopi juſſit, ut perpetrati ſceleris maculas dignis diſceret fletibus emendare, juxta legem Juſtiniani Imperatoris, qui in libro Conſtitutionum decrevit, ut *ſi quis Epiſcopus exploſus aulus fuerit ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere juſſus eſt, jubemus eum in Monaſterio, in alia Provincia conſtituto, tradi, at quæ in Sacerdotio peccavit, degens in Monaſterio corrigat.*

Novell. l. 123. c. 11. in fin. auth. ſi quis Epiſcop. C de Epiſ. & Cleric.

21. Quas leges ab Imper. & Reg. noſtris videlicet prædeceſſoribus, promulgatas & decretas nos immutilatè & irrefragabiliter convenit conſervare, ſicut Apoſt. Sedis Antiſtites ad Dominos & terræ Principes ſcripſerunt. Ait enim Leo ad Leonem Aug. *Debes*, inquiens, *incunctanter advertere Regiam poteſtatem tibi non ad ſolum mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, quæ benè ſunt ſtatuta, defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas.* Et Gel. ad Anaſt. *Etenim Imp. Auguſte, ſi contra leges publicas aliquid (quod abſit) quiſpiam fortaſſe tentaret, nulla id ratione potuiſſet admitti.*

Papa legibus Imperialibus ſubjectus.

22. Quas etiam leges Principali authoritate promulgatas non ſolùm à quibuſcumque Epiſcopis, ſed etiam ab ipſis Apoſtolicæ Sedis Pontificibus, ipſius primæ ſedis Antiſtites obſervari debere ſcripſerunt, ſicut B. Leo ad Leonem Auguſtum ſcribens demonſtrat, dicens, non ſe refragari debere edicta Imperialia vel ea, quæ ſui deceſſores ſecundùm tramitem ſcripturarum prædicationemque majorum ſtatuerant: *Si quæ*, inquiens, *deſtruxi, hæc ædifico; prævaricatorem me conſtituo, & eis me ultionum conditionibus ſubdo, quas non ſolùm authores beatæ memoriæ Principis Martiani, ſed etiam ego mea conſenſione firmavi.* Et S. Gel. ad Anaſtaſium Imp. *Si* inquit, *quantum ad ordinem publicæ pertinet diſciplinæ, cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ: quo oro te, affectu eis convenit obedire, qui pro erogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis?*

Imperii & Eccleſiæ diſtincta officia.

23. Quod & nos juxta hortamentum B. Gelaſii, incunctanter atque libenter exequi cupimus in his, quæ ad ſuum miniſterium pertinent, cunctis generaliter Sacerdotibus rectè divina tractantibus, & potiſſimæ Sedis illius Præſulis, quem cunctis Sacerdotibus divinitas ſumma voluit præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ jugiter pietas celebravit: ſicut noſtri deceſſores ac progenitores orthodoxi Imperatores & Reges egerunt, ut & Apoſtolicæ Sedis Pontifex, & reliqui Domini Sacerdotes, nobis, quæ à Deo ſunt conſecuta, exhibeant: ſcientes, ſicut idem B. Gelaſius dicit, quoniam Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperavit, ſic actionibus propriis dignitatibusque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ſuoſque volens medicinali humilitate ſalvari, non humana ſuperbia rurſus intercipi; ut & Chriſtiani Principes pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialium diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus: & ideò militans Deo minimè ſe negotiis ſecularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſecularibus implicatus, ut & modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. *Omnis Pontifex*, inquit Apoſtolus, *ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis*, videlicet non ſolùm pro populi, ſed *quia & ipſe circumdatus eſt infirmitate*, pro ſuis. Et Regis eſt, regni negotia diſpenſare, ſicut inculcant literæ divinitus inſpiratæ. Quia ergo ſanctarum ſcripturarum tramite, & prædicatione majorum oſtenditur, ſancto etiam atteſtante Gelaſio, quia *duo ſunt, quibus principaliter mundus hic regitur, authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas*: & per Regem Regum, ac ſummum Pontificem cunctorum Pontificum, qui ſolus Rex & Sacerdos fieri potuit, conditores legum juſta decernunt. Quas leges Principales poteſtates appellaverunt *æternas*: & ſacri Canones Spiritu Dei ſunt conditi, & totius mundi reverentia conſecrati. Et, ut B. Ambroſius ad Valentinianū dicit: *Leges Imperator, quas primus ipſe cuſtodiat, quia quod præſcripſit aliis, præſcripſit ſibi, ne cui eſſet liberum aliud judicare.* Et B. Auguſt. dicit: *Quia poſtquam leges ſubſcriptæ fuerint & firmatæ, non licet judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas.*

Hebr. 5.

c. 10. diſt. 96.

ſuprà §. 17.

Leges Imperatorum æternæ.

24. Quia ſecundùm Pontificale miniſterium veſtrum Regio Miniſterio noſtro monita veſtræ paternitatis obedienter ac libenter cupimus obaudire, patimini nos ea ſervare, quæ prædeceſſores veſtri ac noſtri de hujuſmodi, unde agitur, conſtituerunt; & roborantes ſervando, quæ geſta ſunt, rata doceamus eſſe debere quæ gerimus. Nam quomodo leges Principum ritè vocabuntur æternæ, ſi tranſeuntibus Principibus unà cum eis conſtitutio legis tranſibit? Et Papa Symmachus ad Eonium: *Dum*, inquit, *ad Trinitatis inſtar, cui una eſt atque individua poteſtas, unum ſit per diverſos Antiſtites ſacerdotium, quomodo priorum ſtatuta à ſequentibus convenit violari?* Huc accedit, quòd ſi hæc eveniat ſententiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam religionem credimus pertinere, cujus omnis poteſtas infringitur, niſi univerſa, quæ à Domini Sacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Quid aliàs contingere poterit, ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt, faciat rata eſſe quæ geſſerit? Quanta enim Vicariis B. Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in ſacerdotio præcipiunt, eiſdem tranſeuntibus diſſolvantur? *Univerſa*, inquit, *perpetua ſint, quæ à Domini ſacerdotibus ſtatuuntur*: qui, ut Moyſes, ea, quæ ſtatuunt, ab Oraculo divino ſuſcipiunt: non quæ ab his ſtatuuntur, de quibus per Prophetam dicitur: *Væ his, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt.*

Decreta Pontificum non mutanda.

Eſaia 10.

Ea ni-

Ea nihilominus, quæ à Vicariis B. Petri conſtituuntur, maneant inconvulſa: quia, ut Leo dicit, *nec nimia eſt ſeveritas vel remiſſio, ubi conſtituitur, niſi quod ex B. Petri æquitate profertur.*

25. Hæc enim ſcimus eſſe canonicè, ſcimus eſſe Apoſtolica authoritate roborata, & Apoſtolicæ Sedis decreta, quæ, ut Gelaſius dicit, *unamquamque Synodum & ſua authoritate confirmat, & continua modo ratione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce preceptum Eccleſiam nihilominus ſubſequente & tenuit & ſemper retinet.* Et paulò ſuperiùs: *Confidimus, quod nullus jam veraciter Chriſtianus ignorat, uniuſcujuſq; Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſia probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere quàm primam.* Et item idem: *Cumq; nobis contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temere licere, & cum Sedes Apoſtolica ſuper his omnibus, favente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio devotoq; ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt, quemquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc obſervantiam refutare, quam B. Petri Sedem & ſequi videat & docere, ſatisq; conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Et de ſacris Legibus, quas unà cum ſanctis Canonibus Catholica* docet Eccleſia, idem Gelaſius, ut præmiſimus, dicit in epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem: *Quantum*, inquiens, *ad ordinem publicæ pertinet diſciplinæ, cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ.* Leg. obſervat.

26. Et cùm ita ſacræ leges, tàm Eccleſiaſticæ quàm mundanæ, de damnato Epiſcopali & Synodali Concilio decernant, non eſt noſtri Regii miniſterii, reum & ſacrorum Canonum judicio condemnatum, atque Apoſtolicæ Sedis definitione, ſicut in geſtis Synodi invenire poteſtis, anathematizatum, noſtra potentia fretum quoquam dirigere: cùm apertiſſimè ſacri Canones definiant, & leges Juſtiniani, ac cæterorum Imperatorum Catholicorum edicta, qualiter, & pro quibus, & à quibus debeat Epiſcopus judicari; & poſt judicium, quid, & qualiter, & per quos ſit inde Apoſtolicæ Sedis agendum, quæ non abnuimus, ſed incunctanter ac competenter annuimus. A quibus definitionibus nulli eſt licitum deviare, quia, ut S. Hilarius dicit, *non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quàm in injuriam ipſius Domini proſilitur.*

27. Quocirca, quia Dominus dicit per Prophetam: *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus* (id eſt, nuncius) *Domini exercituum eſt*: nolite permittere nobis ſcribi ex veſtræ authoritatis nomine, quæ in legibus ſacris Dei ſapientia conditis, & in ſanctis regulis ejuſdem Spiritu non promulgatis non continentur, dicente item Propheta, id eſt, Sacerdoti præcipiente: *Audient nunciabis ex me. Ex me*, inquit, & non, *ex te*: & redarguuntur, qui de corde ſuo loquuntur: quoniam qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Nolite igitur, ut præmiſimus, ex veſtro nomine vel Apoſtolicæ Sedis authoritate, viſiones vel excommunicationum interminationes contra ſacrarum ſcripturarum tramitem, prædicationemque majorum, ac ſacrarum legum ſanctorumque canonum conſtitutiones, nobis de cætero ſcribi cujuſcumque inſtinctu permittere precamur. Malach. 2.

28. Quia ſcitis, & ſcimus, totum eſſe irritum, quicquid ab eorum fuerit conſtitutione diverſum. *Dicitur*, inquit ſanctus Leo, *à Domino beatiſſimo Petro: Tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Tranſivit quidem etiam in alios Apoſtolos jus iſtius poteſtatis, & ad omnes Eccleſiæ Principes decreti hujus conſtitutio commeavit: ſed non fruſtrà uni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideò hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur. Manet ergò Petri privilegium,* ubi ex ipſius æquitate fertur judicium.* Qua ſententia conſtat, quia non manet Petri privilegium, ubi ex ipſius æquitate non fertur judicium. Cùm enim *ubicumque* dicitur, ſicuti nullus locus, ita nemo rector Eccleſiæ, ex Petri æquitate judicium ferens, excipitur: vel contra illius æquitatem judicium proferens, commendatur. Et quia *ubicumque* ſine ulla exceptione non manet Petri privilegium, ibi ex ipſius æquitate non fertur judicium prolatum, obaudiemus juſſum, vel recipiemus judicium, quod non ex Petri æquitate fuerit prolatum, ac per hoc ipſius privilegio fuerit deſtitutum. De quo Epiſcopali judicio quid cunctis Epiſcopis ſequendum, & quid Eccleſiæ filiis ſit tenendum atque ſervandum, B. Gregorius ſufficienter inculcat. Leg. ubicumque.

29. Ergò jubete & judicate privilegio magni Petri, juxta æquitatis ejus judicium, quæ jubenda & judicanda ſunt, *ne*, ut dicit ejus Coapoſtolus, *vituperetur miniſterium veſtrum*: quia & nos ſecundùm Regium miniſterium noſtrum, quantum ex nobis eſt, cupimus ſervare quod ſcriptum eſt: *Filii, obedite parentibus veſtris in Domino*, videlicet quod fuerit juſtum vel indicatum à Domino, dicente illo ſingulis, qui pro patribus Apoſtolis Eccleſiæ nati ſunt filii Apoſtolici viri: *Tu autem audiens nunciabis eis ex me.* Divina quippe nos lectio docet, quia nec etiam Balaam ſatis ſuperque à Rege Balaach petitus, licet medicamento avaritiæ delinitus in conſilio dando corruptus oſtenderit, ullo tamen aut ullius inſtinctu in judicio juſtitiæ aliud loqui adverſus Iſrael perſuaderi vel extorqueri potuit, quàm quod à Domino audivit. 2. Corinth. 6. Epheſ. 6. Num. 22. & ſeqq.

30. De eo quod in litteris ex nomine veſtro nobis directis habetur, ut veniente Hincmaro Romam, *veniat accuſator idoneus, qui nulla poſſit authoritate legitima reſpui*, reſcribimus: quia licet hæc commendatio nulla ſit ratione atque authoritate ſuffulta, ſi fortè apud vos exlex ſolus Hincmarus nova lege, priſcis tàm publicis quàm Eccleſiaſticis contraria, imò ordine novoque more habetur, ut non niſi a vobis & Romæ valeat judicari pro his exceſſibus, de quibus habentur certa ſacrorum canonum ac legum decreta, *quæ*, ut Leo ait, *nulla poſſunt ratione convelli*, cum etiam *de cauſa fidei*, ut dicit Gelaſius, *cuicumq; Pontifici licet ſecundùm regulam erroris antè damnati quemlibet Catholica communione diſcernere*: & ego ita exors ab omnibus accuſationibus non ſolùm ab his, quibus legaliter & regulariter accuſandi adverſus ſeipſum denegatur licentia, verùm & ab his, quibus in propriis cauſis accuſatio non negatur: ut ſicut

Imperatore invito Rex Francorum Romam ad accuſationem venira recuſat.

leges & regulæ jobent in Provincia, in qua ſunt orta negocia, terminari non valeant, & ſecundùm Antiochenos canones, Provincialium Synodorum non debeant experiri examen; ſi vobis vias cum voluntate & conſenſu dilectiſſimi nepotis noſtri, Imp. veſtri, contra cujus dilectionem & debitum honorem, ſi tamen mutuam dilectionem & congruum honorem nobis exhibere ſtuducrit, illuc ire non volumus, obtinueritis, cooperante Domino, pace in regno nuſtro contra Pag. virtute vel quacunque diſpoſitione Dei obtenta, Romam venire congruo tempore non differemus. Et quia illum legaliter aut regulariter in Syn. Epiſc. plurimarum Provinciarum de certis cauſis accuſavimus, idoneum nos accuſatorem illius oſtendemus, & tantos teſtes idoneos diverſi ordinis ac dignitatis nobiſcum ducemus, cum quibus eum legaliter ac regulariter nus accuſaſſe & comprobaſſe ſufficientiſſimè comprobabimus.

31. Tandem quia vos non legiſſe vel audiſſe colleginius ex litteris ab Actardo Epiſcopo nubis delatis, quæ anteà per illum paternitati veſtræ direximus iteratò ſcribimus ea, quæ tunc ſcripſeramus, deprecantes vos in omnipotentis Dei honore, & ſanctorum Apoſt. veneratione, ut tales inhonorationis noſtræ epiſtolas taliaque mandata, ſicut hactenus ex nomine veſtro ſuſcepimus, nobis & regni noſtri Epiſcopis ac primoribus de cætero non mandetis, & nun compellatis nos mandata & Epiſtolas veſtras inhonorandas contemnere, & Miſſos veſtros dehonorare, qui nobis in his, quæ ad veſtrum miniſterium pertinent, ſi tamen miniſterium veſtrum cupimus obtemperare...... Quæ pro veſtri honore privilegii vobis dicimus: quia vobis, ſicut reverà Vicario B. Petri Apoſtolorum Principis in omnibus debitè ac competenter obedire deſideramus, & ne aliter eveniat cavere per omnia cupimus, ac veſtram ſanctitatem id ipſum cavere humili prece depoſcimus: ne nos & noſtros ſatis invitos ad id cogatis convertere quod in Quinta univerſali Synodo à Sede Apoſt. ut in Apoſtolicis litteris, præcipuè autem in Synodica B. Greg. ad quatuor Patriarchas, & in aliis ejus epiſt. unà cum quatuor præcedentib. legimus collaudatum atque ſuſceptum, invenitur nobis tenendum: quod adhuc noſtris litteris ad exemplum inſerere nolumus, donec ſciamus, ſi duritiam mandatorum veſtrorum erga nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus. Quia quod ex Apoſt. Sedis nomine ſecundum ſanctarum ſcripturarum tramitem prædicationemque majorum & orthodoxorum decreta ſcribuntur, ſequendum & tenendum non ignoramus: & quod ſecus à quoquam fuerit compilatum ſive confictum, non ſolùm reſpuendum, ſed & redarguendum eſſe cognoſcimus. Si denique aliter, quàm & nos & vos decuerat, reverentiſſimæ paternitati veſtræ reſcribendo factus ſum inſipiens, vos me coëgiſtis. Petimus autem omnipotentem Dominum, ut inſpiret cordi veſtro, ſic nos benignè tractare, quatenus ulteriùs nobis non ſit neceſſe vobis ita reſcribere; ſed, ut cupimus in venerationem Apoſtolorum, Apoſtolico Pontificio veſtro humiliter ac devotè colla & corda ſummittere. Deus omnipotens, ad honorem, & ſalvationem atque exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, vos per multa annorum curricula conſervare dignetur, Domine ſanctiſſime & reverentiſſime Pater in Domino.

Papa ut Vicarius Petri Apoſtoli obſervandus & venerandus.

Papa ſacris ſcripturis, Decretis Patrum & Legibus Imperialib. contraria præcipiens non eſt audiendus.

ADDITIO.

Sanctiſſimo ac reverendiſſimo Patri Hadriano Summo Pontifici & univerſali Papæ, CAROLUS Dei gratia Rex & ſpiritualis filius veſter.

Quia litteris ex nomine ſanctæ paternitatis veſtræ ab Actardo venerabili Archiepiſcopo nobis delatis, neceſſitate cogente, prolixiùs reſpondere compulſi ſumus, contra morem noſtrum in quaterniunculo annulo noſtro ſignato, reſponſionem noſtram ſcribere neceſſarium duximus, quatenus legi planiùs valeat, & quæ vobis ratio reſpondere coegit, legenti plenius innoteſcat. Quam reſponſionem ſancta paternitas veſtra non aſpernanter ſed benignè ſuſcipiat, quæ à nobis non eſt contumaciter ſed mente pacifica, ut in eodem quaterniunculo invenietis, contexta. Deprecamur autem vos in omnipotentis Dei honore, & ſanctorum Apoſtolorum veneratione, ut tales inhonorationis noſtræ epiſtolas, taliaque mandata, ſicut hactenus ex nomine veſtro ſuſcepimus, nobis & regni noſtri Epiſcopis ac Primoribus de cætero non mandetis: ſed liceat nobis Apoſtolico Pontificio veſtro, in veneratione Dei & ſanctorum Apoſt. humiliter ac devotè, ut cupimus, colla & corda ſummittere. Deus omnipotens ad honorem & ſalvationem atque exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, vos per annorum curriculi conſervare dignetur, Domine ſanctiſſime atque reverentiſſime pater in Domino.

CAROLI CRASSI,

REGIS ROMANORUM

CONSTITUTIO

DE EXPEDITIONE ROMANA

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Ann. Chriſti 880.

CAROLUS divina favente gratia, Rex Francorum & Romanorum.

1. Si prædeceſſorum noſtrorum morem ſequimur, non ſolùm præſentibus, ſed & ſuccedentibus ſubvenire nitimur. Hac de cauſa univerſorum cognoſcat experientia, qualiter dum pro noſtra conſecratione coronæque perceptione proficiſcendi tempus ad Apoſtolicam Sedem inſtaret, cum quàm multis Principibus annum Vuormatiæ tranſegimus, ibique omnem Reipubl. ſtatum utilem & honeſtum confirmare; nocivum

vum atque contrarium radicitùs extirpare decrevimus. Interim dum hæc agerentur, caſu contigit Principes cum Militibus de Romana expeditione, quæ tunc inſtabat, acerbè contendere, conſtringentes eos multò plures halſpergas de beneficiis ſuis ducere, quàm illi fatentur ſe poſſe vel jure debere. Sed quando huc non ab aliquo anteceſſorum noſtrorum terminatum fuerit, duximus dignum, ut eorum altercationi finem commodum imponeremus, atque decretum & certam aliquam legem ſuper omni Romana expeditione concederemus.

2. Statuimus ergo & decrevimus cum conſenſu tàm Spiritualium quàm Sæcularium Principum, ibidem nobiſcum aſſidentium, quando pro corona noſtra vel aliqua regni utilitate aut honore Romana expeditio à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris præparetur, ad omnium nobiſcum euntium præparationem annus cum ſex bebdomatibus pro induciis detur, & per totum taliter regnum fidelibus noſtris indicetur. Cuicunque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur, ſi ad Curiam Gallorum, hoc eſt, in Campum, qui vulgo Rungalle, Dominum ſuum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræſentetur, feodo, præter hos, qui cum gratia Dominorum ſuorum remanſerunt, in conſpectu noſtro abſque ſpe recuperationis privetur.

Expeditionis indictæ induciæ.

Rungalle.

Pœna non comparentium.

3. Qui autem per hominium ſive liberi ſive famuli Dominis ſuis adhæſerint, quot decem manſos in beneficio poſſideant, tot brunias cum duobus Scutariis ſingulas marcas accipiant: & ſic eundo & redeundo cum hoc ſtipendio ſine omni Dominorum damno vel expenſa, niſi quantum ipſis Dominis placuerit, fideliter ſerviant.

Stipendia militum Dominos ſuos ſequentium.

4. Si autem forte (quod abſit) accidat, ut iidem Milites diverſos Dominos propter diverſa beneficia acquirant, ne aliquod beneficium indebitum vel ſine ſervitio remaneat, ſinguli ſingula debita ſingulis Dominis perſolvant: videlicet quantum ab ipſis, ſi irent, accepturi erant, tantum ſe daturos cognoſcant, vel in præfato loco ut (ut dictum eſt) feodum amittant: Sed ſtipendia, niſi voluntate Dominorum, non prætermittant.

Beneficiarii duorum Dominorum.

5. Similiter de Eccleſiarum filiis vel domeſticis, i. e. miniſterialibus, vel quorumcumque Principum clientela, qui quotidie ad ſerviendum parati eſſe debent, ſtatuimus, ut quicumque quinque manſos in beneficio poſſideant, Domino ſuo, ad quem pertinent, bruniam cum uno ſcutario ducant; & hoc in arbitrio Dominorum pendeat, quos ducant, à quibus ſtipendia accipiant, quibus halſpergas concedant. Ipſis & ad itineris præparationem quinque libræ ſuæ monetæ in ſtipendium tribuantur, & duo equi, unus currens, alter ambulans, addantur; ac duabus ſociis ſoumarius victualibus bene oneratus comitatur, qui ab ipſis ad opus Dominorum diligenter cuſtodiatur. Ipſi quoque in Dominorum tàm diu vivant procuratione, quàm diu in incœpta vadant expeditione: & quicquid à rebellibus regni pugnando acquiſierint, partes duas ad Dominos deferant, tertiam ſibi pro conſolatione retineant. Quos autem non paſcunt Domini, ad ipſos reportent tertiam partem ſui acquiſiti.

Beneficiarii & Miniſteriales Eccleſiaſtici vel Domeſtici.

6. Singuli verò Principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam, & Kamerarium. Qui quatuor, quanto plus ſunt laboraturi, tanto plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu, præ cæteris ſunt honorandi ſcilicet; & unicuique iſtorum decem libræ cum tribus equis tribuantur; quartus Marſcalco addatur: quorum unum ad præcurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad ſpatiandum, quartum ad loricam portandum. Iſti verò tales remanere cupientes, ſi apud Dominos impetrare valeant, quot manſos poſſideant .... monetæ, vel totum fructuum feodi in illo anno pro ſtipendio perſolvant.


Officiales Principum, eorumque ſtipendia.

7. Ut autem noſtrum Imperium ab omnibus habeat ſupplementum, hoc conſtituimus & firmiter præcipimus, ut ſinguli butingi decem, cum duodecim funibus de canapo, ſolidos Dominis ſuis impendant, & inſuper ſoumarium cum capiſtro concedant, quem, ſi Domini voluerint, ipſi ad primam navalem aquam uſque perducant. Manſionarius quinque ſolidos, Abſarius triginta denarios, Bunajarius quindecim, quorumlibet larium poſſeſſores ſex ſuppleant.

Buringi. Manſionarius, Abſarius, Bunajarius, &c.

8. Et ut hæc noſtri Decreti auctoritas inviolabilem & incorruptam in Dei nomine apud omnes ſucceſſores noſtros obtineat emunitatem, cunctis Principibus, qui aderant, aſtipulantibus, manu propria ſubter eam roborare decrevimus, & annuli noſtri ſigno aſſignari juſſimus.

Signum



Karuli glorioſiſſimi Regis.

Hernuſtus Notarius ad vicem Lutuuardi Cancellarii recognovi. Data VIII. Idus Junii, anno ab incarnatione Domin N. I. X. DCCCXC. Regni autem ejus XXII. ante conſecrationem. Actum Vuocmariæ feliciter, Amen.

Ann. Chriſti 863.

ACTA CONCILII ROMANI

PRÆSIDENTE OTTONE I. IMPERATORE AUGUSTO.

CELEBRATI Anno Domini DCCCC, LXIII.

Super depoſitione JOHANNIS XII. PAPÆ, & electione LEONIS VIII.

Concilii Patrum nomina.

Poſt triduum rogantibus tàm Romanis Epiſcopis, quàm plebe, magnus in ſancti Petri Eccleſia fit Conventus: ſederuntque cum Imperatore Archiepiſcopi.

Ab Italia:

a al. Engelfredo.

Pro [a] Angelfrido Aquileienſi Patriarcha, quem in Urbe languor repentè (ut fit) ortus arripuerat,
Rodulphus Diaconus,
Vualbertus Mediolanenſis,
Petrus Ravennas.

A Saxonia:

b al. Adaldagus.
c al. Landolardus Epiſc. Mindenſis.

[b] Adeltac Archiepiſcopus,
[c] Landohardus Epiſcupus Numedenſis,

A Francia:

Otgerius Epiſcopus Spirenſis,
d al. Buptus Bremenſis.
[d] Buptus Parmenſis,

Ab Italia:

Luitprandus Cremonenſis,
e al. Hermenaldus.
[e] Hermelandus Regenſis.

A Tuſcia:

Conradus Lucenſis,
Everarius Aricienſis,
** al. Saonenſis.*
Piſanus * Senenſis,
Florentius Piſtorienſis.

f hæc verba deſunt aliis.

[f] Ex aliis Italiæ locis:

Petrus Camerinenſis,
Romanus Spoletinus,
Gregorius Albanenſis,
Sico Oſtienſis,
Benedictus Purtuenſis,
Lucidus Cannenſis,
Theophylactus Prænestinus,
Vuido Silvæ Candidæ,
g al. Velitrienſis.
Leo [g] Velitrenſis,
h al. Blebenſis.
Sico [h] Blerenſis,
i al. Serenſis.
Stephanus [i] Senenſis,
Joannes Nepeſinus,
Joannes Tiburtinus,
k al. Foroclidenſis.
Joannes [k] Forov lenſis,
Romanus Ferentinenſis,
l al. Normenſis.
Joannes [l] Hormenſis,
m al. Bertenſis.
Joannes [m] Verulenſis,
Martinus Sutrinus,
Joannes Narnienſis,
n al. Sapinienſis.
Joannes [n] Sabinenſis,
Joannes Gallacenſis,
...... Phalarenſis,
o al. Alaterenſis.
...... [o] Alatrenſis,
p al. Ortanus.
...... [p] Hortanus.
Joannes Agnanienſis,
...... Trebenſis,
q al. ...... Sabbatinus. ...... Tarraconenſis.
[q] Salibatinus Tarraconenſis.

Cardinales :

Stephauus Cardinalis Archipresbyter titulo Balbinæ,
Dominicus titulo Anaſtaſiæ,
Petrus titulo Damaſi,
Theophylactus titulo Chryſogoni,
Joannes titulo Equitii,
Joannes titulo Suſannæ,
Petrus titulo Pammachii,
Adrianus titulo [g] Calliſti, g al. Calixti
Joannes titulo Cæciliæ,
Adrianus titulo [h] Lucinæ, h al. Lucinia
Benedictus titulo Sixti,
.....titulo Quatuor Coronatorum,
Stephanus titulo Sabinæ,
Benedictus Cardinalis Archidiaconus,
Joannes Diaconus,
[i] Bonfilius Diaconus Cardinalis Primicerius, i al. Benefi-dom.
Georgius Secundicerius,
Stephanus Adminiculator,
Andreas Arcarius,
Sergius Primicerius Defenſorum,
Joannes Sacellarius,
Stephanus,
Theophylactus,
Adrianus,
Stephanus,
Benedictus,
Azo,
Adrianus, } Scriniarii,
Romanus,
Leo,
Benedictus,
Item Leo,
& Leo,
Leo Primicerius Scholæ Cantorum,
Benedictus Subdiaconus & Oblationarius,
Azo,
Benedictus,
Demetrius,
Joannes,
Amicus, } ....:
Sergius,
Benedictus,
Urſo,
Joannes,
Benedictus Subdiaconus & Subpulmentarius,
Stephanus * Archiacolythus, cum omnibus Acolythis & Regionariis. * al. Archidiaconus.

Ex Primatibus Romanæ civitatis:

Stephanus filius Joannis Superiſta,
Demetrius Melioſi,
Creſcentius Caballi Marmorei,
Joannes cognomento Nuzina,
Stephanus de Muza,
Theodorus de Ruſina,
Joannes de Primicerio,
Leo [k] Carmizuli, k al. Carniz-uuli.
Richardus.........
Petrus de Canaparia,
Benedictus cum Bulgamino filio ſuo, ex plebe.
Petrus, qui & Imperiola eſt dictus, aſtitit cum omni Romanorum militia.

 1. Hia

Papa Concilium fugit. b al. itaque.

1. His [b] ita reſidentibus, ſilentiumque ſummum tenentibus, ita ſanctus eſt Imperator exorſus: Quoniam decorum eſſet, tam claro ſanctoque Dominum Papam Joannem intereſſe Concilio, quue tantum declinaverit cœtum, vos, ô ſancti Patres, conſulimus quibus communis labor Eccleſiaſticus, ac commune negotium exiſtit.

Tractatus contra Papam. Incluſa deſunt aliis.

2. Tunc Romani Pontifices, [•Epiſcopi ſcilicet Suffraganei] & Cardinales Prebyteri ac Diaconi cum univerſa plebe dixerunt: Miramur ſanctiſſimam prudentiam veſtram nos hoc velle percontari, quod nec Ibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas later: Non hic jam de illis eſt, qui veniunt in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces: ita apertè Diabolica pertractat negotia, ut nihil circuitionis utatur. Imperator reſpondet: Juſtum nobis videtur, ut accuſationes nominatim exprimantur. Deinde quod agendum eſt, communi conſilio pertractetur.

Papæ Crimina.

3. Tunc conſurgens Petrus Cardinalis Presbyter, ſe vidiſſe illum miſſam celebraſſe, & non communicaſſe, teſtatus eſt. Joannes Epiſcopus Narnienſis, & Joannes Cardinalis Diaconus, ſe vidiſſe illum, Diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulò non certis temporibus, ſunt profeſſi. Benedictus cum cæteris Condiaconis & Presbyteris dixit, ſe ſcire quòd ordinationes Epiſcoporum facerer pretio, & quòd annorum decem Epiſcopum in Tudertina civitate ordinarit. De ſacrilegio non eſt neceſſe percontari, [c] quia plus videndo quàm audiendo ſcire potuiſſemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent, viduam [a] Rainarii, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe, & ſanctum Palatium lupanar & proſtibulum feciſſe. Venationem dixerunt publicè exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine privaſſe, & mox mortuum eſſe. Joannem Cardinalem Subdiaconum, virilibus amputatis occidiſſe: incendia feciſſe: enſe accinctum, galea & lorica indutum fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe, omnes tam Clerici quàm Laici acclamarunt. In ludo aleæ, Jovis, Veneris. cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas & Canonicas horas eum non celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe [b] muniiſſe profeſſi ſunt.

c al. dixit, quia. a al. Rainerii. al. Rainerium. b al muniviſſe.

Imperatoris matura in Papam inquiſitio. c al. Luithbrando.

4. His auditis Imperator, quia Romani ejus loquelam propriam, id eſt, Saxonicam, intelligere nequibant, [c] Luitprando Cremonenſi Epiſcopo præcepit, ut Latino ſermone hæc Romanis omnibus, quæ ſequuntur, exprimeret. Surgens itaque ſic cœpit.

Imperator dubitat, ne calumnioſe Papa ſit accuſatus. Dignitates invidiæ plerumque expoſitæ.

5. Perſæpè contigit, & nobis expertis credimus, ut in dignitatibus conſtituti invidorum infamia maculentur. Diſplicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atque hoc rei eſt, quòd hanc in Papam accuſationem, quam modò Benedictus Cardinalis Diaconus legit, & vobiſcum fecit, amphibolam retinemus, incerti utrum è Zelo juſtitiæ, an impietatis livore proruperit. Unde mihi indigno ſecundum conceſſæ dignitatis auctoritatem omnes obteſtor per Deum, quem fallere, etſi vult, nemo poteſt, ſanctamque ejus Genitricem intemeratam Virginem Mariam, perque pretioſiſſimum Apoſtolorum Principis corpus, in cujus hæc recitantur Eccleſia, ut nulla in Dominum Papam jaculentur convicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à viris probatiſſimis viſa.

Publicâ omnium conclamato de facinoroſis Papæ. Job. 21.

6. Tunc Epiſcopi, Diaconi, Clerus, & cunctus Romanorum populus, quaſi vir unus, dixerunt: Si non & quæ per Benedictum Diaconum lecta ſunt, hisque turpiora & ampliora Joanne Papa indigna commiſit facinora; non nos à peccatorum vinculis abſolvat Apoſtolorum Princeps beatus Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, juſtis aperit: ſimus anathematis vinculo innodati, atque in die noviſſima in ſiniſtra parte poſiti cum eis, qui dixerunt Domino meo: *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Quòd ſi fidem nobis non adhibetis, exercitui Domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit. Solus Tyberis, qui interfluxit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit. Mox ſanctus Imperator dixit: Tot ſunt hujus rei teſtes, quot ſunt noſtro in exercitu bellatores. Sancta Synodus dixit: Si placet Domino Imperatori, mittantur litteræ Domino Papæ, ut adveniat, ſeque ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt literæ deſtinatæ, quæ ſic ſe habent.

Synodalis epiſtola ad Papam.

Summo Pontifici & Univerſali Papæ, Domino Joanni, Otto Divinæ reſpectu Clementiæ Imperator Auguſtus, cum Archiepiſcopis Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ, in Domino ſalutem:

7. Romam ob ſervitium Dei venientes, dum filios veſtros, Romanos ſcilicet Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & univerſam plebem de veſtra abſentia percontaremur, & quid cauſæ eſſet, quod nos Eccleſiæ veſtræ veſtrique Defenſores videre noluiſſetis, talia de vobis tamque obſcena protulerunt, ut ſi de hiſtrionibus dicerentur, [a] vobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram lateant

a al. vobis.

omnia

omnis, quædam vobis ſub brevitate deſcribimus, quoniam ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus. Noveritis itaque, non à paucis, ſed ab omnibus tam veſtri quàm alterius ordinis, vos homicidii, perjurii, ſacrilegii, & ex propria cognatione, atque ex duabus ſororibus inceſti crimine eſſe accuſatos. Dicunt & aliud auditu ipſo horridum, Diàboli vos in amorem vinum bibiſſe: in ludo aleæ, Jovis, Veneris, ceterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaque paternitatem veſtram obnixè, venire, atque ex his omnibus purgare non diſſimuletis. Si fortè vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter ſanctorum canonum ſanctionem. Data VIII. Idus Novembris.

8. Hanc epiſtolam quum legiſſet, hujuſmodi apologeticum ſcripſit. *Papæ bruta reſcriptio ad Synodum.*

JOANNES Epiſcopus Servus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis.

*Nos audivimus dicere, quòd vos vultis alium Papam facere. Si hoc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam * nullum ordinare, & miſſam celebrare.* * *al. ullum, perperàm.*

9. Quum hæc epiſtola in ſancta Synodo legeretur, advenerunt, qui prius defuerant, religioſi à Lotharingia, [a] Henricus Trevirenſis Archiepiſcopus, ab Æmilia & Liguria Wido [b] Mutienſis, Gezo [c] Tertoneſis, Sigulfus Placentinus. Quorum conſilio Domino Papæ ita reſcribunt: *Nomina ſupervenientium Epiſcoporum.* a *al. Henricus.* b *al. Mutinenſis. al. Mutienſis.* c *al. Tertonenſis.*

SUMMO PONTIFICI & Univerſali Papæ Domino JOANNI, OTTO divinæ reſpectu clementiæ Imperator Auguſtus, ſed & ſancta Synodus Romæ ob ſervitium Dei congregata, in Domino ſalutem.

10. Præterita Synodo, quæ celebrata eſt octavo Idus Novembris, litteras vobis direximus, in quibus accuſatorum veſtrorum verba atque accuſationis cauſæ continebantur. Rogavimus etiam iisdem litteris magnitudinem veſtram, quemadmodum juſtum eſt. A vobis, non qualem temporis qualitas, ſed inconſultorum vanitas expoſcit hominum, litteras accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis eſſe excuſatio debuit: ſed & præſentes magnitudinis veſtræ debuerunt Nuntii intereſſe, qui aut ægritudinis, aut certæ difficultatis cauſâ ſatisfacerent ſanctam vos Synodum declinaſſe. Eſt & aliud veſtris in litteris ſcriptum, quod non Epiſcopum, ſed puerilem ineptiam ſcribere deceret. Excommunicaſtis enim omnes, ut non habeamus licentiam canendi miſſam, ordinandi Eccleſiaſticas diſpoſitiones, ſi alium Romanæ Sedi conſtitueremus Epiſcopum. Ita enim ſcriptum erat: *Non habeatis licentiam * nullum ordinare.* Nunc usque putavimus, immò credimus, duo negativa unum facere dedicativum, niſi veſtra auctoritas priſcorum ſententias infirmaret auctorum. Nos verò intentioni veſtræ, non verbis, reſpondeamus. Si ad Synodum venire, & objecta purgare non differtis, auctoritati veſtræ proculdubio obediemus: ſed ſi (quod abſit) venire, & objecta vobis capitalia crimina purgare diſſimulatis, quum præſertim vos venire nihil impediat, non maris navigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo; tunc excommunicationem veſtram parvipendemus; eam potiùs in vos retorquebimus, quoniam quidem juſtè facere poſſumus. Judas Domini noſtri Jeſu Chriſti proditor, immò venditor, cum cæteris priùs ligandi atque ſolvendi poteſtatem à Magiſtro in hæc verba acceperat. *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis ſuper terram,* &c. Quamdiu enim bonus inter diſcipulos fuit, ligare atque ſolvere valuit: poſtquàm verò cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit, quem poſteà ligatum ſolvere, ſolutum ligare potuit, niſi ſeipſum, quem infeliciſſimo laqueo ſtrangulavit? Data, X. Calend. Decembris, & miſſa per Hadrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum.

Synodi cum Papa expoſtulatio. Papa inconſultè vanus. Excommunicatio Papæ pueriliter inepta. * *al. ullum, perperàm. Duo negativa affirmant. Cardinales & Epiſcopi minantur Papæ excommunicationem. Excommunicationis Papalis valor. Matth. 18.*

11. Qui quum ad Tyberim perveniſſent, eum non invenerunt (Pharetratus enim in campeſtria jam abierat) nec quiſquam erat, qui his, ubi ipſe * eſſet, indicare poſſet. Quumque eum invenire non poſſent, cum eisdem litteris ad ſanctam Synodum, quæ tunc tertiò eſt habita, ſunt reverſi. *Papa non inventus.* * *al. erat.*

12. Mox Imperator ait: Expectavimus adventum ejus, ut præſente eo, quod nobis egerit, quereremur. Verùm quoniam eum non affuturum certò ſcimus, quàm perfidè nobiſcum egerit, ut diligenter agnoſcatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, reliquoque Clero, nec non & Comitibus, & Judicibus, omnique Plebi, quod idem Joannes Papa oppreſſus à Berengario atque Adelberto rebellibus noſtris, miſit in Saxoniam Nuntios, rogans, ut pro amore Dei in Italiam veniremus, & Eccleſiam ſancti Petri ac ſeipſum ex faucibus eorum liberaremus. Non verò, Deo adjuvante*, quantum fecerimus non eſt neceſſe dicere, ut in præſentiarum videtis. Ereptus verò mea opera ex eorum manibus, & honori debito reſtitutus oblitus juramenti & fidelitatis, quam mihi ſupra corpus ſancti Petri promiſit, eundem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, ſeditiones fecit, & videntibus noſtris militibus Dux belli factus, lorica & galea eſt indutus. Quid ſuper hoc ſancta Synodus decernat, edicat. *Imperatoris de Papa accuſatio. Papæ perfidia.*

13. Ad hæc Romani Pontifices, (Suffraganei ſcilicet Epiſcopi) reliquusque Clerus, & cunctus Populus dixerunt: Inauditum vulnus inaudito eſt cauterio exurendum. Si corruptis moribus ſibi ſoli, & non cunctis obeſſet, quoquo modo tolerandus eſſet. Quot priùs caſti, hujus facti ſunt imitatione inceſti? Quot probi, hujus exemplo converſationis ſunt reprobi? Petimus itaque magnitu- *Sententia contra Joannem Papam.*

dinem

dinem Imperii veſtri, monſtrum illud nulla virtute redemptum à vitiis, à ſancta Romanæ Eccleſia pelli, aliumque loco ejus conſtitui, qui nobis exemplo bonæ converſationis præeſſe valeat, & prodeſſe ſibi: rectè vivat, ac bene vivendi nobis exemplum præbeat.

14. Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis; nihilque gratius nobis, quàm ut talis, qui huic ſanctæ & univerſali Sedi præponatur, inveniri poſſit.

Leonis in locum Joannis electio.

* al. ſummum.

Imperator confirmat Papam electum.

al. laudibus.

15. His dictis omnes una voce dixerunt: Leonem venerabilem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protoſcriniarum, virum approbatum, ad * Summi Sacerdotii gradum nobis in paſtorem eligimus, ut ſit Summus & Univerſalis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato ob mores improbos Joanne Apoſtata. Quum hoc omnes tertiò dixiſſent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranenſe Palatium ſecundum conſuetudinem cum * Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Eccleſia ſancti Petri ad Summum Sacerdotium ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei affuturos jurejurando promittunt.

LEONIS VIII. PONTIFICIS
ROMANI

Ann. Chriſti 974

BULLA
PRO OTTHONE I. IMPERATORE AUGUSTO.

Ann. Chriſti 1418.

De Jure & poteſtate eligendi Summum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, dignitatemque Patriciatus, inſuper Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Inveſtituras,

Cum

THEODORICI à NIEM, EPISCOPI
Verdenſis & Cameracenſis

SCHOLIIS.

Apoſtolicorum virtus.

Concordia Cleri & reformatio populi dependet ex legitima diſpoſitione Pontificatus & Imperii.

Synodos ab Otthone I. congregata.

* al. concilio.

Hæreſes & ſeditiones ex confuſione Papatus & Imperii.

Adrianus Papa I. cujus eſt ſuperior Bulla.

a Exſtant hæc in Iure Canonico, Diſtinct. 63. c. 23. & apud Auctorem Pannomiæ lib. 8. c. 116.

b al. Apoſtolica ſedis Antiſtitis.

Ratificatio privilegiorum ab Adriano conceſſorum Imperatori.

* al Ego quoque Leo.

c Vet. cod. per manum Apoſtolicam, dignitatem.

Convenit Apoſtolico moderamine pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione aſſenſum præbere. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium reperitur. Deinde quoque & cunctum Clerum, & omnem populum aſſerimus eſſe concordem, & ad meliorem ſtatum fore productum. Atque ideò, quia juſtè & rationabiliter veſtra humilitas noſtro Apoſtolatui humiliter poſtulat, quatenus gratulanter peragrantes Sanctam Synodum veſtro * conſilio congregatam Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia ſancti Salvatoris conſtitutam à pluribus viris Catholicis, Epiſcopis, & Abbatibus, inſuper Judicibus & Legis Doctoribus, promulgantes qualiter quietè & pacificè ſtare & vivere valeamus, præſentibus omnibus & ſingulis regionibus hujus almæ urbis Romæ, & ex omnibus ordinibus Cleri & populi, aſſerentibus & confirmantibus per omnia, ut hæreſi & altercatione ac omni errore expulſo (quoniam his temporibus error ex hoc accreſcere cernitur,) diſcernatur tam de Romano Imperio, quàm de Apoſtolica ſede ac dignitate Patriciatus, & de inveſtituris Epiſcopatuum, Idcirco [a] ad exemplum beati Adriani, Sedis Apoſtolicæ [b] hujuſmodi Epiſcopi, cujus vitam & actionem ſatis diſcretam audivimus, qui rationabilis admodum ſuis ſpiritualibus ſanctionibus Domino Carolo victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum regni Italiæ & Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Sedis Apoſtolicæ conceſſit inſuper & Epiſcopatuum inveſtituras, velut ipſi cum diſcretione & reverentia libitum fuerit, præter quos tam Pontifici ſummæ Sedis quàm Archiepiſcopis ipſe Carolus reliquit.

2. * Igitur nos LEO Servus ſervorum Dei, Epiſcopus, ad idem exemplum beati Adriani, cum cuncto ſimiliter Clero & univerſo populo Romano, omnibuſque ordinibus almæ Urbis, ſicut in ſuis ſcripturis apparet, conſtituimus, & confirmamus & corroboramus, & [c] per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus atque largimur Domno Otthoni Primo, [d] Teutonico, Regi doctiſſimo.

SCHOLIUM.

Vocat eum Otthonem Primum, quia voluit eſſe certus, quod regnum Italiæ ſibi ſuiſque ſucceſſoribus, Imperatoribus Germaniæ, qui eſſent pro tempore uſque in perpetuum, per eundem Papam & ſuos ſucceſſores, etiam qui eſſent pro tempore, nunquam poſſet aut deberet conferri. Nihil enim aut modicum inveni, quod

ſpecta-

d al. Regi Teutonicorum, deleto τῷ doctiſſimo.

Ottho I. Imperii Majeſtatem vindicavit.

ſpectares ad jus & proprietatem Romani Imperii, dum illud in ſe aſſumpſit. Erat enim propter impotentiam & negligentiam Gallicorum, deſcendentium ab ipſo Carolo Rege, Græcis & Barbaris nationibus atque Paganis illud ubique impugnantibus, quaſi totaliter diſſipatum atque confuſum. Eratque iſte Ottho Primus Auguſtus, filius Henrici Primi, ad quem Ludovicus tunc Imperator & Rex Francorum, qui ultimus fuit de ſucceſſione dicti Caroli Primi Auguſti, tunc debilis, accerſivit* Encardum Comitem Elzatiæ, & quarundam vicinarum partium, dicens ei: Frater chariſſime, video res noſtras de die in diem malè procedere, & Saxonum negotia multivariè proſperari. Fac igitur, quod tibi mando, & accede ad Henricum Ducem Saxoniæ, & illi inſignia veterum Regum Francorum mei parte præſenta, quia meliorem & utiliorem eo ad defendendum Rempublicam non cognoſco* modo. Qui quidem Comes fraternum ſequendo mandatum, dictum Ducem ad oppidum Frizlavea Maguntiaæ diœceſis convocavit: cui venienti illic mentem dicti fratris ſui aperuit, eumque rogavit, ut tantum donum ſibi oblatum nullatenus refutaret. Ipſe autem Henricus, convocatis illic Prælatis & Proceribus regni Galliæ & Saxoniæ, & eorum omnium accedentibus exhortationibus & precibus, ſe de regimine Imperii & regni Galliæ intromiſit. Noluit tamen in Regem ungi, aſſerens non mereri ungi, pro eo quòd dicto regno obvius aliquando extitiſſet. Qui ſic aſſumpto in ſe regno, laudabiliter & ſtrenuè ipſum rexit Imperium, Almaniam reintegrando quoad omnia dominia, quæ priùs Reges Francorum & Imperatores illius nationis in ipſa Germania aut jure belli vel aliàs quomodlibet uſque ad illa tempora tenuerunt. Et ultra dictus Ottho Primus Auguſtus, filius (ut prædicitur) dicti Henrici Primi, tanquam fidelis & conſtans Imperator, ſuo addidit Imperio Lotharingiam, & etiam regnum Burgundiæ in partibus Gallicanis, quæ extunc ſub jure & proprietate Romani Imperii hactenus permanſerunt.

Imperii impotentia per Francicorum Imperatorum ignaviam.
Henrici I. electio.
Eburhardum Com. Francorum vocant alii.
* al. modum.
Alamanniei regni reſtitutio.
Francici Reges & Imperatores in Alamania
Otthonis I. conqueſtus.

3. Spirituali in Chriſto filio noſtro, ejusque ſucceſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum, tam ſibi facultatem ſucceſſorem elegendi, quàm ſummæ Sedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi: ac per hoc Archiepiſcopos ſeu Epiſcopos, ut ipſi tantùm ab eo inveſtituram accipiant, & conſecrationem [a] ubicunque pertinuerit; exceptis his, quos Imperator [b] Pontifici & Archipresbyteris conceſſit. Ita demum aſſerimus, quòd nemo deinceps, [c] cujuscunque gradus vel conditionis, aut dignitatis ſeu religionis, eligendi Regem vel Patricium, ſive Pontificem ſummæ Sedis Apoſtolicæ, aut quemcunque Epiſcopum ordinandi habeat facultatem, [d] ſed ſoli Regi Romani Imperii hanc † reverendam tribui facultatem, quam abſque omni pecunia diſponat.

Imperatoris, Pontificis, Patriciorum, Epiſcoporum eligendorum & confirmandorum poteſtas in Imperatorem translata.
a al. unde debent.
b al. Pontificibus & Archiepiſcopis.
c al. cujusque dignitatis vel religioſitatis, olig.
d al. abſque conſenſu ipſius Imperatoris, quod tamen abſque omn.
† In Bulla Hadriani, reverentia.

SCHOLIUM.

Nota, quòd ſemper excipitur Simonia in conceſſionibus Epiſcopatuum, & etiam majorum ſedium. Et cùm ita ſit, cur igitur ita introductum ſit per Eccleſiam & Eccleſiaſticos, qui Romanæ Eccleſiæ præfuerunt, ſcilicet Papam & Cardinales, qui tunc in Avinione reſiderunt, quòd per eos promovendi in Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates concordarent cum Camera Apoſtolica, & pro communi ſervitio Dominorum Cardinalium: & aliàs nulli extunc providebatur, vel nullus creabatur Antiſtes, niſi hoc ſolveret, ſeu ſe ſub horribilibus pœnis ad id obligaverit?

4. [a] Eroget, utpote Rex, & Patriciatus Romanos. Quòd ſi à cuncto Clero & univerſo populo quis eligatur Epiſcopus, niſi à dicto Rege laudetur & inveſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & authoritatem Apoſtolicam & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, ſive contra hoc noſtrum [b] Concilium agens, ſciat ſe in iram ſancti Petri Principis Apoſtolorum & filii noſtri Domini Otthonis, ejusque ſucceſſorum, & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & ſub anathematis vinculo [c] emerſuram, ac per hoc excommunicationi univerſalis Eccleſiæ omnisque populi Chriſtiani eum ſubjacere decernimus. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis ſuppliciis [d] feriatur. Qui verò pro intuitu cuſtos & obſervator extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus ſanctis ſine fine mereatur habere in ſecula ſeculorum, Amen. In his actis interfuere Seniores, Proconſules, Exarchatus [e] Vicemtenentes, Regionarii Scholæ Græcorum.

Simonia vetita.
Papa & Cardinales Simoniaci.
a al. Et rogat, u.e. & P. Romanum.
al. Et ut ipſe ſit Patricius & Rex.
Sanctio.
b al. Conſilium.
c al. emerſurum ut ſuprà in Bulla Hadriani.
d al. afficiatur.
Subſcriptores, qui ſignaverunt.

SCHOLIUM.

Et nunc eſt titulus Cardinalis prædicta Schola, & olim in ea legebantur ſeptem artes liberales, & præcipuè Rhetorica. Et etiam in ea legit quandoque beatus Auguſtinus, & Joannes vocatus de Anglia. Et fuit mulier de Maguntia nata, quæ ſtuduit Athenis ſub virili habitu, & in tantum profecit in artibus ipſis, quòd tandem veniens ad Romam, & per triennium in eadem Schola artes ipſas liberales legit, & adeò ſufficiens fuit, quod etiam majores & nobiliores Urbis ejus lectiones frequenter audiverint. Et poſteà in Papam eligitur concorditer à Romanis, & Papatum biennio & amplius tenuit. Sed tunc diutius otio & deliciis vacans non potuit continere, ſicut prius fecit, dum ardenter in paupertate poſita literarum ſtudio inſiſtebat. Unde dum quadam die in rogationibus cum Clero Romano, ſicut tunc moris erat, in ſolenni proceſſione incederet, Papalibus ornata divitiis, edidit filium ſuum primogenitum, ex quodam ejus Cubiculario conceptum, prope templum Pacis in Urbe, ut adhuc vetus ſtatua marmorea illic poſita figurativè monſtrat. Unde Summi Pontifices, dum ad Lateranenſem de baſilica Principis Apoſtolorum & è contra vadunt, illud rectum iter non faciunt, imo per alias vias per indirectum tranſeunt, illud aliquantulum prolongando.

ſ. Ara-

e al. quidem tenentes, nullo ſenſu. Schola Græcorum. Ioannes VIII. Papa, qui fuit femina.

5. Arabum, Judæorum, & Paganorum, & de majoribus omnium platearum: inſuper Cardinales, Archiepiſcopi, omnes Presbyteri & Epiſcopi de finitimis civitatibus, Proceſſuarii, Notarii, Cancellarii, & ex omni plebe Romani Imperii. Datum in Patriarchio Lateranenſi, indict. VI. anno *** & dicti Domini Otthonis ſecundo, fœliciter.

Datum.

LEONIS VIII. PONTIFICIS ROMANI

BULLA

Ann. Chriſti 964.

PRO OTTHONE I. IMPERATORE AVGVSTO.

De reſtituendis Romano Imperio omnibus temporalibus, quæ per Romanos Imperatores Eccleſiæ Romanæ priùs collata fuerunt:

Cum

THEODORICI à NIEM, EPISCOPI VERDENSIS ET CAMERACENSIS

SCHOLIIS.

Ann. Chriſti 1418.

EGo LEO, ſervus ſervorum Dei, Epiſcopus, OTTHONI ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus † ſuis Imperatoribus ac Regibus regni Italiæ.

1. Quæ * Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, nec non Pipinus pater ejus, de [a] regalibus regni Italiæ tribuerunt in ſancta Romana Eccleſia beato Petro Apoſtolo, ſive per inſtrumenta † ſcripta fuerunt per Etherium Notarium ſuum, ſive per * ſacram, ſive donationes, ſeu per alios modos [b] ſibi obvenerunt [c] donationes à Juſtiano [d] Imperatore, & Ariperto Rege: hæc omnia largimur & diffinimus vobis Otthoni Imperatori, & Alheidæ conjugi ſuæ regnique conſorti, veſtriſque [a] ſucceſſoribus regni Italiæ in perpetuum, præſentibus, ſacroſanctis Evangeliis, & patrociniis [b] plurimorum Sanctorum, (videlicet.

† al. ejus.
Renunciatio omnium Donationum Papis factarum.
* al. Quatenus Oem.
Pipi Regis donatio.
a al reg rebus huius reg.
† Deeſt ſcripta al.
Etherius Notarius.
* al. Sacramenta vel dona.
b Tò, ſibi, deeſt aliis.
c Deeſt donationes al.
Juſtiniani Regis donatio.
d al. Rege.
Ceſſio Imperatori facta.
a al conſortibus huius regni Italiæ ſucceſſoribus in per.
b al pluribus.
Abjuratio ſuper evangeliis & reliquiis Sanctorum.
al. ſcilicet.

SCHOLIUM.

*Nota, quomodo Papa in generali Concilio ſuper iſtis venerabilibus reliquiis abjuravit perpetuò illa regalia & temporalia, quæ tranſtulit in ipſum Otthonem Primum Auguſtum ejuſque ſucceſſores, ac Romano Imperio reſtituit irrevocabiliter & in perpetuum. Et advertendum eſt, cum quanta authoritate & ſolennitate etiam illa reſtitutio proceſſit, propter rationes & cauſas potiſſimè, prout habetur in textu: * ſed fuerunt multa alia majores & potiores, ſicut præcipuè in Geſtis Saxonum continetur.*

2. De cruce Domini, & de Caligis pedum ſuorum, & de Veſtimento inconſutili, & ſuper Corpus beati Petri, cum terribilibus Sacramentis, à Papa prædicto & ſuis Cardinalibus,) per conſenſum & authoritatem totius populi Romani, tam Clericorum quàm Laicorum, de omnibus ordinibus Romanis ex unaquaque regione præſentibus, laudantibus & confirmantibus pro nimia perſecutione Paganorum.

3. Et Deus omnipotens tibi victoriam tribuere dignetur, & expellere eos de Provinciis Romani Imperii. Prædictas autem donationes, quas ſpecialiter hic nominabimus, & perpetuatim in regalibus rebus ſubjacere volumus per noſtram Apoſtolicam traditionem: Surrianum, Montembordon, & Lunæ inſulam, Corſicæ regnum, parvam Mantuam, Montenſelete, inſulam Venetiarum, Ducatum Ferrariæ, Cancellum, Camodain, Ducatum Hiſtriæ, Dalmatiam, Exarchatum Ravennæ, Faventiam, Ceſenam, Caſtrum Tiberiatis, Roccam Mediolanum, Roccam Comiza, Term. Terimium, caſtrum Ceperianum, terram Cornulariam, Roccam Favillam, Petram de Appla ſeu caſtrum Cuſianum, Petram Mauri, Cernutullam, Ducatum Arimini, Contam, Montemferretum, Montem Capiniam ſeu Olympicum, caſtrum Exforii, Robin, Engubin, Urbin, Forum Semporii, Galli & Senogalli, Anconam, Auximani, Goſam, Ducatum Peruſii, Urbenetam & Tudertum, Amelia nrcu Montiſci capti cum oppidis ſuis, caſtrum Cimianum, caſtrum Gallera, caſtrum Suranum, Caſtellanum, Tiburtinum, Ducatum Spoletanum, Marſi & Anchar, Theanum, Locumbareni, & Capitenatam Apuliam, Calabriam, Bar, Theantrum, Ducatum Neapolim, Ducatum Beneventi, Capuam, Salernum, Sorrenti inſulam, Cardiniam inſulam, Meſen, Anciæ Inſulam ſeu Montislutrem, Montis Argeta-

Reliquiæ Sanctorum. † Conſenſus & authoritas Populi Romani. Traditio. Dominiorum ſpecificatio.

Argetarii, territorium Cuſitan, territorium Prænestinum, & Cornetum prope mare cum multis caſtris, terram Silandis, terram Cluſium, terram Fundam, terram Gaſſipate, terram Vegetanenſem, terram Claudianam, terram Camiſinam, terram Fabinenſem, terram Siram, terram Coranii, terram Portuenſem cum inſula Archis, terram Oſtienſem cum maritimis, caſtrum Lucolis, & Montisbobium cum tota Campania, civitatem Fundis, civitatem Aquinenſem, Ferentium & Terracium, civitatem Lamentum, & Sufforariam, Liſuuairas, Septym, Tranueicies, civitatem Nephiſit, civitatem Faliſenam, Fidenam, Villam magnam, Feretrum, Clyternam, Vitrialam, Pontenlongum, Ercſſuroctam, Bergalli, Roccam Faman, Roccam Palioli, Caſtrum ruptum, Albonum, Caſtrum rubeum, Neapolim, Galiopolim, Cotronum, Regium Almæ Sitonis, Transpodum caput Apuliæ, Melim, Belleum, Pineum, Forteinini civitat. Maritan. Territan. in reſmo Trinacriæ, Paterenſem, Mercenenſem, Catanienſem, Athenarium, Monaſterium ſancti Benedicti in monte Caſino, Monaſterium Farrenſe, Monaſterium Imbellim, Monaſterium ſancti Archangeli Banonienſ, Monaſterium Aula Regia, Monaſterium Novanculæ, Monaſterium Martyrum conſtitutum in Tuſcia; ut bæc omnia habeatis, teneatis.

SCHOLIUM.

Quare igitur iſta ſunt oblata eidem Imperio Romano, & nunc per diverſos tenentur occupata, tanquam ſi ſint de jure & proprietate Eccleſia Romana? Et illa forſan eſt cauſa, quare tam ſiniſtré procedunt in capitibus negotia Catholica fides.

Ablatio dictorum dominiorum.
NB. Fidei Catholicæ negotia quare infeliciter ſuccedant.

4. Et poſſideatis in perpetuum * ad uſus Curiæ & militiarum veſtrarum ad bellandum & expugnandum contra prædictos Paganos, & contra rebelles † Romani Imperii. Ideoque per hujus noſtri authoritatem * inſtrumenti confirmamus, & corroboramus in omnibus progeniebus veſtris † de generatione in generationem in perpetuum. Nam ſi quiſquam hanc authoritatem noſtram deſtruxerit, & hujus violator eſſe repertus fuerit, ſive contra hoc agens, ſciat ſe in iram beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtram noſtrorumque prædeceſſorum caſurum. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, † ſubjacebit Legi Juliæ reus Regiæ Majeſtatis & Reipublicæ, ut hi, qui contra Rempublicam, vel contra * Imperatoriam Majeſtatem aliquid moliti fuerint, † animæ amiſſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur. Fiat, fiat.

* al. ad VP Curia milit.
al. adverſus Curia & mil.
† al. Romano Imperio.
Confirmatio.
* al. iſtam conf.
† al. à gen.
Sanctio.
† al. ſubjaceat L. I. & ejus Reg. poteſtati.
* al. Imperatoris.
† al. tunc amiſſ.

* Actis iſtis interfuere Archiepiſcopi, Epiſcopi, † & alii de vicinis Comitatibus.

5. Archiepiſcopus Calaritanus.
Ciconatus Epiſcopus.
[a] Euſtaſius Albanenſis Epiſcopus.
Gratioſus Præneſtinus Epiſcopus.
Martinus Narnienſis Epiſcopus.
Benedictus * Tudertinus Epiſcopus.
[b] Boardus Caſtrenſis Epiſcopus.
Joannes [c] Peruſienſis Epiſcopus.
Georgius [d] Ortenſis Epiſcopus.
Georgius Tudertinus Epiſcopus.
Andreas [e] Mamentanenſis Epiſcopus.
Georgius Tuterdinus Epiſcopus.
Valentinus Merenenſis Epiſcopus.
Theodoſius [f] Melitenſis Epiſcopus.
[g] Sanianus Feranenſis Epiſcopus.
Albertus [h] Lucerinenſis Epiſcopus.
Damianus Alanus, Epiſcopus. Hi omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi in his actis interfuere.

Subſcriptores, qui ſignaverunt.
* al. In his act. interſ.
† Deeſt & alii.
a al. Euſtachius.
* al. Tiburtinus.
b al. Beardus.
c al. Peraſinus.
d al. Ottonenſis.
e al. Nomentanenſis.
f al. Melecenſis.
g al. Sanc. Feranſ.
h al. Lucerinus.

Cardinales Presbyteri.

Georgius Cardinalis ad Vincula.
Benedictus Cardinalis de Præſepe ſanctæ Mariæ.
Cardinalis Presbyter Leo Sanctæ Hieruſalem.
Januarius Presbyter Cardinalis ſanctæ Cæciliæ.
Cardinalis Presbyter Fauſtinus Sancti Petri.
Marcus Presbyter Cardinalis Patriarchatus Lateranenſis:
Julianus item Lateranenſis Presbyter.
Hi omnes Cardinales his actis interfuere.
* Omnes Scholæ Romanæ.
Deinde Poſcrinarii, Satellarii, ex omni Ordine Romano, atque minoris populi Romani. Item Fauſtinus, caput [a] Senati Exconſul.
[b] Probinus, Exconſul de Palatio Luciano.
[c] Romanus de Forma Trajana.
Paulus de Templo [d] Palatino.

* al. Subſcriptio Romanorum civium.
a al. Senatus.
b al. Probianus Exc. Palatinus.

c al. Lucianus Rom. d. F, Tro. d al. Palatini.

Joannes de Via (*e*) Claudia.
Leo de Via Salaria.
Remigius de Via (*f*) Amelia.
(*g*) Scaniphus de Via Mamertina.
Romulus de Via (*h*) Ardeatina.
Gardus de Via Flaminia.
Marcua de Via Portuenſi.
Gorbus de Via Latina.
† Savinus de Via Appia.
(*i*) Marianos de Via Tibortina.
Gardus de Macello Lydiæ.

In his actis etiam interſuere de omnibus iſtis Regionibus.

Regio (*k*) Vico Patricii.
Regio (*l*) Vialata.
Regio Caput Tauri.
Regio (*m*) Cælimontes.
Regio Rivi Argentarii.
Regio Prima Aventini.
Regio ad duos montes.
Regio Urbis Ravennæ.
Regio Octava ſub Capitolio.
Regio ad Gallinas albas.
Regio * Lobantica.
Regio † Horea.
Regio * Fuctim.
Regio ſecunda Mamertini.
Regio ſecus * Portam Metroni.

Januarius ex (*n*) Nota Græcorum.
(*o*) Trajanua de Monte Molbio.
Joannes Conſul de (*p*) Palatio Soſaritano.
Amaciua Conſul de Palatio Vaticano.
(*q*) Joannes de Monte aureo.
Petrocius de (*r*) Cirto.
Gregorius de Cella nova.

Scripta per manum Gregorii Archinotarii noſtri. Datum in Patriarchio Lateranenſi, tertio Calend. Maji, Indict. VI. Anno Sedis noſtræ ſecundo, & dicti Domini Otthonis ſecundo, fœliciter.

*e al. Claudiana. f al. Aurelia. g al. Stephanum, al. Stamphus. h al. Ardeatinum. † al. Saninus. i al. Mecianus. k al. Vicoprinens. l al. Violeta. * al. Lybant. m Celimonte, al. Celiomonte. † al. Herca. * al. Sitlim. * al Pormentronis. n al. nota. o al. Trojanus de Ponte Molbis reg. Mulvio. p al. Palio Soforitarum. q al. Iobianus. r al. Cuto.*

BAPST LEONIS DES ACHTEN

Bull

Darinn er Keyſer OTTO dem Erſten wiedergibt und dem Reich überliefert alle zeitliche Güter / die von den Römiſchen Keyſern / der Römiſchen Kirchen ſind conferirt worden.

Leo Biſchoff / Knecht der Knechte Gottes / OTTHONI unſerm Geiſtlichen Sohn in Chriſto / Imperatori Auguſto, und allen ſeinen Nachkommenen den Keyſern und Königen Italiæ.

WAs der Herr Carolus ein König der Francken und Longobarder / und Patritius zu Rom / auch Pipinus ſein Vatter / von den Königlichen Gütern dieſes Königreichs Italiä geſchencket und übergeben haben in die heilig Römiſch Kirch / dem heiligen Apoſtel Petro: Oder was durch Inſtrument von Etherio dem Notarien / es ſey mit Eidspflicht oder Donation / oder Ubergab / oder auff andere Weg zugangen und hergefloſſen / vom Kayſer Juſtiniano oder König Aribberto: dieſes alles geben und ordnen wir dir Keyſer OTTONI und Atheide deiner Haußfrauen / deiner Königin / die mit dir regiert / und euern Mitgenoſſen und Nachkom̃enen / die biß in Ewigkeit für und für in dem Reich Italiä ſeyn werden. In beyſeyn und Gegenwärtigkeit der heiligen Evangelien / und vieler Heiligen Heilthumb: als da iſt vom Creutz deß HErrn / und von den Hoſen ſeiner Füß / von dem geſtißmaten Rock / und auff dem Leib deß ſeligen Petri.

Und hernach ſagt er im Brieff:

Daß ihr dieſe Ding alle haben und beſitzen in Ewigkeit zum Gebrauch euers Hoffs und Kayſerlicher Ritterſchafft zu beſtreiten und zu bekriegen die Heyden / und die dem Römiſchen Reich zuwider waren.

Dar-

Darumb wir durch diß anſehnlich Inſtrument diß alles beſtätigen und bekräfftigen/von Geſchlecht zu Geſchlecht biß in Ewigkeit.

Und wer ſich unterſtohn wurde/wider diß unſern Machtbrieff zu handlen/oder ihnen zuverbrechen/der ſol wiſſen/daß er in Ungnad und Zorn Petri deß Fürſten der Apoſtel/auch in unſer und unſerer Voefahren Ungnad und Zorn einfallen würd. Und ſo ſich ein ſolcher nicht beſſert und Buß würckt/daß er ſol pflichtig ſeyn dem Geſatz Juliä/und ſich an der Majeſtet und gemeinen Nutz verwürckt haben/als die/die ſchuldig werden am Reich und Keyſerlichee Majeſtät Hochheit. Darumb ſie am Leben ſollen geſtraffe werden/und all ihr Gut verfallen ſeyn.

Bey dieſer Handlung ſind geweſen/ die Ertzbiſchoffe und Biſchoffe/von neheſt gelegenen Graffſchafften:

Der Ertzbiſchoff Calaritanus/
Der Biſchoff Ciconatus/
Euſtachius Albanenſer Biſchoff/
Gratioſus Preneſtiner Biſchoff/
Martinus Narmienſer Biſchoff/
Benedictus Tibertiner Biſchoff/ rc.

Sambt den Landſchafften die auch zugegen geweſen ſind/als dieſe und dieſe Region N. N. N.

Und iſt dieſer Brieff geſchrieben durch die Hand unſers oberſten Notarii Gregorii/ und gegeben in Patriachio Lateranenſi/3. Calend. Maij. im Jahe unſers Sitzes dem andern/und genantes Otthonis im andern. Glück zu.

OTTONIS I. IMPERATORIS AUGUSTI EPISTOLA
AD DUCES ET PRÆFECTOS GERMANIÆ.

Ann. Chriſti 968.

OTTO divino nutu Imperator Auguſtus, Hermanno & Theodorico Ducibus, cæteriſque publicæ rei noſtræ Præfectis omnia amabilia.

Deo volente, ſalus omniaque proſperè ſuccedunt. Cæterùm nuntii Conſtantinopolitani Regis dignitate ſatis inſignes nos adeunt, pacem (ut intelleximus) admodùm quærentes. Qu quo modo res geratur, bello, Deo volente, nos nullo modo temptare audebunt. Apuliam & Calabriam provincias, quas hactenus tenuere, niſi conveniamus, dabunt. Si verò voluntati noſtræ paruerint, præſenti æſtate conjugem cum æquivoco noſtro Ottone ſcilicet Juniore in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad deſtruendos Sarracenos, Deo comite, iter arripiemus, & ſic ad vos diſponemus.

De Legatis Conſtantinopolitanis, & bello cum Græcis in Apulia & Calabria.

De Sarracenis expellendis.

Præterea volumus, ſi Redares (ſicut audivimus) tantam ſtragem paſſi ſunt, (ſcitis enim quàm ſæpe fidem fregerint, quas injurias attulerint) ut nullam nobiſcum pacem habeant. Unde hæc cum Hermanno Duce ventilantes totis viribus inſtare, ut in deſtructione eorum finem operi imponatis. Ipſi, ſi neceſſe fuerit, ad eos ibimus.

Redares ad pacem non recipiendos.

Filius noſter in Nativitate Domini coronam à Domino Apoſtolico in Imperii dignitatem ſuſcepit. Scripta decimo quinto Cal. Februar. in Campania, juxta Capuam.

Otto II. coronatur.

OTTONIS III. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 992.

De Jure ac poteſtate Imperii, de donatione Conſtantini & Caroli Calvi, de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Romani ad ſui ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debeant.

Imperator Eccleſiæ defenſor. Roma caput Orbis. Romana Eccleſia omnium mater. Papæ Eccleſiam ſpoliarunt & contaminarunt. Papæ diſſoluti. Vera Romana Eccleſia deperdita.

IN NOMINE Sanctæ & iodividuæ Trinitatis. OTTO Servus Apoſtolorum, & ſecondum voluntatem Dei Salvatoris Imperator Auguſtus. Romam caput mundi profitemur: Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamut; ſed incuria & inſcientia Pontificum longè ſuæ claritatis titulos obfuſcaſſe. Nam non ſolùm, quæ extra Urbem eſſe videbantur, vendiderunt & quibusdam colludiis à lare ſancti Petri alienaverunt, ſed (quod absque dolore non dicimus) ſi quid in hac noſtra Urbe Regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus indicantes pecunia in commune dederunt, & ſanctum Petrum & ſanctum Paulum, ipſa quoque altaria ſpoliaverunt, & pro reparatione ſemper confuſionem duxerunt. Confuſis verò Papaticis legibus, & jam abjecta Eccleſia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, ut maximam partem Imperii noſtri Apoſtolatui ſuo conjungerent, jam non quærentes quæ & quanta ſuis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; ſed ſua propria, utpote ab illis ipſis dilapidata, dimittentes, quaſi culpam ſuam in Imperium noſtrum retorquentes, ad aliena, id eſt noſtra & noſtri Imperii, maximè migraverunt.

Papæ injuſti uſurpatores rerum Imperialium. Donatio Conſtantini à quo ficta.

2. Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inventa, quibus Johannes Diaconus cognomento Digitorum mutuis præceptum aureis literis ſcripſit, ſub titulo Magni Conſtantini longi mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam *Carolum ſancto Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus, ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe, utpote jam à * Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit; ſic dedit, * ſic nimirum dare potuit, utpote qui malè acquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit.


Donatio Caroli Calvi annullata. *ſc. Calvum. ſc. Craſſo, & fratre ejus Carolomanno fort. ſicut.* Silveſter II. Ottonis III. Præceptor. Imperator elegit Papam. Donatio Ottonis III. facta S Petro. ** fort Callos, Hoſium.* Sanctio. Sigillatio.

3. Spretis ergo commenticiis præceptis & imaginariis ſcriptis, ex noſtro conferimus. Sicut enim pro amore ſancti Petri Dominum Silveſtrum magiſtrum noſtrum Papam elegimus, & Deo volente ipſum ſerenisſimum ordinavimus & creavimus, ita pro amore ipſius Domini Silveſtri Papæ ſancto Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat magiſter quod Principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur Comitatus, pro amore magiſtri Domini Silveſtri Papæ, ſancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem Dei & ſancti Petri cum ſua & noſtra ſalute habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus noſtrique Imperii ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus, Piſaurium, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, * Gallheſi, & Auſimum; ut nullus umquam ei & ſancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare.

Quicumque verò præſumpſerit, omnia, quæ habet, amittat: & ſanctus Petrus, quæ ſua ſunt, recipiat.

4. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conſervetur, hoc præceptum manu noſtra du Deo adjutore victura confirmavimus, & noſtro ſigillo præcepimus inſigniri, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus valeat.

Signum Domini Ottonis inviciſsimi Romanorum Imp. Auguſt.



In autographo Bulla eſt appenſa plumbea, in cujus una parte ſculptum ODDO IMPERATOR ROMANORUM. In altera caput eſt hominis cum pilis criſpis cumque ſpatulis & inſcriptione, AUREA ROMA.

Kayſer Otto deß Dritten CONSTITUTION

Vom Gewalt deß Kayſer- und Babſtthums/ von Nichtigkeit der erdichten Donation Kayſer Conſtantin deß Groſſen / wie auch deß vermeynten Kayſer Carols deß Kalen: von Beſtimmung der Reichs-Güter/ ſo der Babſt zu Aufhaltung ſein und ſeiner Kirchen gebrauchen ſoll.

IM Namen der Heiligen und unzertheilten Dreyfaltigkeit. Wir Otto ein Knecht und Diener der heiligen Apoſteln/ und von Gottes unſers Heylandes Gnaden Römiſcher Kayſer/ allezeit Mehrer deß Reichs/ꝛc. Bekennen und bezeugen öffentlich/ daß zwar Rom ein Haupt der gantzen Welt/ und die Römiſche Kirch ein Mutter aller Kirchen ſey: Habe aber durch liederliches / leichtfertiges und muthwilliges Thun der Bäbſt ſolche Titel ihrer Klarheit weit und breit verdunckelt. Dann ſie nicht allein was auſſer der Stadt Rom war und lag/ verkaufft und mit Menckeln von den Eigenthum des heiligen Apoſtel Peters verwendt/ ſondern auch (welches wir ohne Schmertzen nicht können melden) ſo ſie/ was in Unſer Kayſerlichen Stadt Rom gehabt/ auf daß ſie deſto freyer und mit groſſer Licentz aus und ein umſchweiffend / allermänniglich ohne Unterſchied um Geld dargeſchlagen/ und in das Gemein verkaufft / und alſo die heiligen Apoſtel Petern und Paulen / ja ſo gar die Altar ſelbſten entblößt und beraubt: mit ſo unverſchamtem Muth/ daß ſie ſolchen Schaden zu erſtatten/ für ein Spott und Schimpf gehalten. Als nun obgemelter Geſtalt gute Biſchöffliche Sitten und Geſatz ſchändlich hindangeſetzt/ und die rechte Römiſche Kirch allbereit verworffen und verlohren worden/ haben ſich etliche Bäbſt ſo gar verwegen gemacht/ daß ſie zufielen/ und den gröſten Theil Unſers Reichs ihrem Apoſtel-Amt geeignet. Suchten jetzt nicht mehr/ was und wie viel ſie durch ihre Schuld verlohren: achten auch nicht/ wie viel ſie durch ihr muthwillige Uppigkeit vergeudet: ſondern haben ihr Eigenthum (weil es hindurch von ihn gejaget ward) verlaſſen/ ihre Schuld gleichſam auf Unſer Reich gelegt/ und frembde Güter/ das iſt Unſer und Unſers Reichs/ an beſten Orten angefallen.

2. Dann das ſeynd die Gedicht/ von ihn ſelbſten erſunden/ aus welchen Johannes Diaconus, mit dem Zunamen Digitorum * ein Bull mit gülden Buchſtaben unter dem Schein-Titel deß Groſſen Kayſers Conſtantin geſchrieben / und einer ſo langen Zeit unbewuſte/ und vor nie erhörte Fabel und Lügen erdacht. Das ſind auch die Gedicht / aus welchen ſie unterſtehen zu probiren / daß ein Kayſer/ Carle genannt/ dem heiligen Apoſtel Peter Unſer Reichs-Güter geſchenckt und zugeeignet hab. Aber auf dieſes antworten Wir/ dieſer Carle habe nicht Macht/ Fug noch Gewalt gehabt etwas zu verſchencken/ als der von dem recht-erwähltem Kayſer Carle ſchon in die Flucht geſchlagen / deß Reichs beraubt/ von den Reichs-Ständen verlaſſen / und gantz abgeſetzt und nichtig gemacht worden. Daraus dann ſchließlich/ er habe gegeben / ſo er ſelbſt nicht gehabt/ und alſo gegeben/ wie der Gewalt zugelaſſen/ nemlich / weil er es übel und unrechtmäſſig bekommen/ habe er gezweiffelt ſolches in die Länge und Harr zu beſitzen.

3. Derwegen ſolche erdichte Fabeln und Träumſchrifft in den Wind geſchlagen/ wollen Wir aus Unſern Reichs-Gütern etwas vermachen und geben. Dann wie Wir aus Liebe/ ſo Wir zu dem heiligen Apoſtel Peter tragen/ Hn. Sylveſtrum, Unſern geweſenen Lehrmeiſter und Præceptorn / haben zu einem Babſt erwählt / und nach dem Willen GOttes zu dieſem erleuchten Stand gebracht und geſchöpft/ alſo wollen Wir auch aus Liebe/ ſo Wir zu dem Herrn Sylveſtro dem Babſt tragen/ dem heiligen Apoſtel Peter aus Unſern Reichs-Gütern Gaben verehren und ſchencken/ welche gemelte Unſer Lehrmeiſter im Namen und an ſtatt ſeines Diſcipels Unſerm Fürſten und Apoſtel Petro offerire und überliefere. Schencken derhalben und geben dem heiligen Apoſtel Petro / aus Liebe / ſo Wir zu Unſerm geweſenen Lehrmeiſter / Herrn Sylveſtern dem Babſt tragen / acht Grafſchafften/ die er zu der Ehre Gottes und des Heiligen Apoſtels Petri mit ſeiner und Unſerer Wolfahrt inhabe/ beſitze / und zu Erbauung und Mehrung ſeines Apoſtel-Amts und Unſers Reichs verwalte. Die geben und befehlen Wir ihme aber zu verwalten/ nemlich: Piſaurium, Fanum, Senogalliam, Anconam Foſſabrum, ** und Auximum. In welcher Beſitz ihn und den Heil. Apoſtel Peter niemands fürohin wolle beleydigen / unruhigen/ verhindern/ oder auf einige Weiß und Weg bekümmern. Wo ſich aber einer ſolches zu thun unterſtehen würde/ deſſelben Haab und Güter ſollen verwürcket ſeyn/ und der heilig Apoſtel Peter das Seinig wieder zu ihm nehmen.

4. Damit aber ſolches in Ewigkeit von jederman gehalten werde/ haben Wir dieſe Satzung mit Unſerer eigenen Hand/ welcher GOtt langwierigen Sieg verleihen wolle / bekräfftiget/ und damit ſie ihm und ſeinen Nachfahren gültig/ beſtändig und kräfftig bleibe/ befohlen mit Unſerm Inſiegel zu verpitſchieren.

HENRICI II. IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1014.

CONSTITUTIO
De Regalibus beato Petro conceſſis.

Confirmatio donationum Romanæ Eccleſiæ factarum per Italiam.

In nòmine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

EGo HENRICUS, Dei gratia Imperator Auguſtus, ſpondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi beato Petro Principi Apoſtolorum & clavigero regni cœlorum, & per te Vicario tuo Donno Benedicto Summo Pontifici & univerſali Papæ, ſicut à prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in poteſtate veſtra ac ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis, civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbania, atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, ac maritimis (*a*) litoribus ac portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis Tuſciæ (*b*) partibus, id eſt Portum, Centumcellas, (*c*) Ceram, Bledam, (*d*) Maturianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum, (*e*) Galliceuſe, Orthem, Polimartium, (*f*) Ameriam, (*g*) Tudam, Peruſiam, cum tribus inſulis ſuis, id eſt, (*h*) Majorem & Minorem Pulvenſim & lacum, Narniam & Utriculum, cum omnibus finibus & territoriis ad ſupradictas civitates pertinentibus, nec non & Exarchatum Ravennatem ſub integritate, cum (*i*) urbibus, civitatibus, (*k*) oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis (*a*) Dominus Pipinus, & (*a*) Dominus Carolus, & Dominus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto filius ejus, prædeceſſores videlicet noſtri beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per donationis (*b*) paginam contulerunt, hoc eſt civitatem Ravennam, & Æmiliam, Bobium, Ceſenam, Forum (*c*) populi, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, (*d*) Comiaclum, Adrianis, atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis atque inſulis terra marique ad ſupradictas civitates pertinentibus, ſimul & Pentapolim videlicet Ariminum, (*e*) Penſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, (*f*) Auſimum, Humanam, (*g*) Eſim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & territorium (*h*) Balnenſe, (*i*) Callem, (*k*) Luciolis, & Eugubium, cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à prædictis Imperatoribus anteceſſoribus noſtris beato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, & eſt in partibus Tuſci, Longobardorum, caſtellum Felicitatis Urbem Veterem, Balneum Regis, Ferenticaſtrum, Viterbium, Orthem, Martam, (*l*) Bledam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, (*m*) Roſelles, cum ſuburbanis atque viculis, & omnibus territoriis, ac maritimis oppidis, ſeu finibus omnibus. Itemque (*n*) Almus cum inſula Corſica in Suriano, deinde in montem Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regium, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque provincia Venetiarum, & Iſtria, nec non & cunctum Spoletanum Ducatum, ſeu Beneventanum unà cum Eccleſia ſanctæ Chriſtinæ poſita prope Papiam juxta Padum iiij. milliario. Item in partibus Campaniæ, (*o*) Sora, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, nec non & patrimonium, ad (*p*) poteſtatem & ditionem veſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum & Neapolitanum, atque patrimonia Calabriæ ſuperioris & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum caſtellis & territoriis, ac finibus & inſulis ſibi pertinentibus, ſicuti ad (*a*) eaſdem aſpicere videntur: nec non patrimonium (*b*) Siciliæ, ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetanam, & Fundum, cum omnibus earum pertinentiis.

2. Super hoc confirmamus vobis (*c*) Fuldenſe Monaſterium, & Abbatis ejus conſecrationem, atque omnia monaſteria, curtes & villas, quas in (*d*) Ultramontanis partibus ſanctus Petrus habere dignoſcitur, (*e*) abſque Aterna, Vumiteringa, ſive Vuilmbach, quæ à ſancti Petri Eccleſia per conventionis paginam Epiſcopo noſtro Babembergenſi collatæ ſunt: pro quibus ſæpedictæ Eccleſiæ ſancti Petri tranſcribimus, concedimus & confirmamus omnem illam terram, (*f*) quæ inter Narniam Teramnem, vel Spoletum ex regni noſtri parte habuimus.

3. Sub tuitione præterea ſancti Petri, & veſtra veſtrorumque ſucceſſorum prætaxatum (*g*) Epiſcopum Babembergenſem offerimus; unde ſub penſionis noſtræ debito equum unum album phaleratum ex ejuſdem loci Epiſcopo (*h*) vos annualiter ſuſcepturos (*i*) ſancimus.

4. Offerimus inſuper, firmamus, & corroboramus tibi beato Petro ac Vicario tuo Donno Benedicto, & ſucceſſoribus ejus, pro ut benememoriæ Papæ Joanni, ſuiſque ſucceſſoribus à prædeceſſoribus noſtris Ottonibus factum eſt, civitates & oppida cum piſcariis ſuis, Reatem, Amiternum, (*k*) Furconem, Nurſiam, Baluam, & Marſiam, & alibi civitatem Teramnem cum pertinentiis ſuis.

5. Has omnes ſupradictas provincias, urbes, & civitates oppida, atque caſtella, viculos, ac territoria, ſimulque patrimonia pro ſtatu regni noſtri, cunctoque Chriſtianorum populo conſervando jam dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre, Vicarioque tuo Benedicto ac ſucceſſoribus ejus, uſque in finem ſæculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, principatu, atque ditione. Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum, confirmamus donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & poſtea Donnus Carolus excellentiſſimus Imperator, ac deinceps Ottones piiſſimi beato Petro Chriſti Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum, vel penſionem ſeu

Marginal notes:
a al. lateribus. b al. pertinentibus. c al. Caram. d al. Marturiam. al. Maturanum. e al. Galiſenſe. f al. Ameliam. g al. Tudertum. h al. Majore & Minore. i al. omnibus urbibus. k al. ſiu pertinentibus nec non & opp. a Donnus ubique. b al. gratiam. c al. Pompilii. d al. Comaclum. e al. Pinſaurum al. Piſaurum. f al. Auximum. g al. Eſium. h al. Balnenſe. al. Balnolſom. i al. Callis. k al. Tucoles. l al. Pledam. m al. Roſellas. n al. Alunis. al. alimentis. o al. Swa. p al. pot. noſtram, & dit. voſt. a al. ad Eccleſiam vid. & tenetur. b al. in Sicilia. Fuldenſe Monaſterium Papæ confirmatur. c al. Fundenſe.

d al. Ultramarinis. e al. atque Amenſuoa, Vmitringa. f al. quam i. N. interamnem & ſpol. Bambergenſis Epiſcopatus Papæ feudatur. g al. Epiſcopum. h al. nos. i al. ſanximus. Confirmatio omnium & ſingularum donationum. k al. Fareovium.

exte-

Digitized by Google

bateras (a) donationes, quæ annoatim in (b) Palatio Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam & Donnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem (c) de ſupradictis Ducatibus, id eſt, Tuſcano, & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ ſancti Petri perſolvatur, ſalva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubjectione. Cæterùm, ſicut diximus, omnia ſupraſcripta nomina ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum (d) corroboravimus, ut in veſtro permaneant jure, principatu, atque ditione; & neque à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum ſive machinationem, in quacumque parte veſtra poteſtas imminuatur, aut à (e) vobis inde aliquid ſubtrahatur.

6. De ſupradictis verò provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, territoriis, ac patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ſed potiùs omnia, quæ ſuperius leguntur, id eſt, provinciæ, civitates, urbes, caſtellæ, oppida, terræ, patrimonia, atque inſulæ, cenſusque, & penſiones, ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtnli, atque Pontificum in ſacratiſſima Sede illius reſidentium, nos in quantum poſſumus defenſores eſſe (f) teneamur, ad hoc ut eam illi ditionem ad utendum atque diſponendum firmiter valeant obtinere, ſalva in omnibus poteſtate noſtra poſterorumque noſtrorum, ſecundùm quod in pacto & conſtitutione ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis ſucceſſorumque illius continetur, ut omnis Clerus & univerſi populi Romani nobilitas propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obliget, quatenus futura Pontificum electio, quantum uniuscujusque intellectus fuerit, canonicè & juſtè fiat, & ut ille, qui ad hoc (a) ſanctum regimen eligetur, nemine (b) conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum vel univerſæ (c) generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, ac futura conſervatione, qualem Donnus & venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

7. Præterea alia minora huic operi (d) inſerendum prævidimus, videlicet ut in electione Pontificum neque liber neque ſervus ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per (e) conſtitutionem ſanctorum Patrum (f) antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod ſi quis contra hanc noſtram conſtitutionem (g) venire præſumpſerit, exilio tradatur.

8. Inſuper etiam, ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere audeat (h) in præfatam electionem, prohibemus.

9. Nam & hoc omnimodò inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub (i) ſpirituali defenſione Donni Apoſtolici ſive noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quod ſi quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe (k) incurſum.

10. Illud etiam confirmamus, ut (l) Donno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſeu Ducibus & Judicibus ſuis, ad faciendam juſtitiam.

11. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſariò annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Donni Apoſtolici ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis renunciare valeant, qualiter ſinguli Duces ac Indices populo juſtitiam faciant.

12. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum vel Judicum fuerint inventi, ad notitiam Donni Apoſtolici deferant, & ipſe unum è duobus eligat, aut ſtatim per eoſdem [a] Miſſos fiant neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renunciante per noſtros Nuntios a nobis directos emendentur.

13. Hoc ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & veſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus ſignaculo, & nobilium Optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirmationis noſtræ roboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

† Signum Donni Henrici glorioſiſſimi [b] Romanorum Imperatoris Auguſti.
Signum [c] Ercbandildi Maguntini Archiepiſcopi.
Signum Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi.
Signum Bobonis Trevirenſis Archiepiſcopi.
Signum Thiederici Metenſis Epiſcopi.
Ego Eberhardus Bamberg. [d] Eccleſiæ Epiſcopus [e] Romanæ Sedis ſubditus [f] ſubſcripſi.
Ego [g] Mazelinus Wircehurgenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Walterus Spirenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego [h] Ricodardus Conſtantienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego [i] Zadalricus Curienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Adalbertus Baſilienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hemmo [k] Werdunenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Walter Heichſtedenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Signum [l] Richardi Fuldenſis Abbatis.
Signum Arnoldi [a] Herſendenſis Abbatis.
Signum [b] Brunadi Abbatis.
Signum Gottfridi Ducis. Signum Beringardi Ducis.
Signum Thiederici Ducis. Signum Simonis Comitis.
Signum [c] Welphonis Comitis. Signum Cunonis Comitis.

D 4 Signum

a al. dationes. b al. Palatium. c al. pro tempore de ſup. d al. corroboramus. e al. nobis.
Defenſio Romanæ Eccleſiæ ejusq; Pontificum.
f al. tenemur. al. teſtamur.
Imperatorum vis & poteſtas in Romanos.
Electus Pontifex non conſecretur ſine Imperatorie confirmatione.
a al. Apoſtolicum. b al. contravente. c fort gentilitatu, id eſt, nobilitatu.
Electio Pontificum libera fit.
Gratian. diſt. 63. c. 132. v. 2.
d al. inſerenda. e al. inſtitutionem. f al. aliqua. g al facere.
Legati eam ne impediant.
Gratian. d. diſt. 63. c. 132. in pr.
h al. in electione Romani Pontificis comp. aud. omnimodò proh.
Fideles Papæ aut Imperatorie ne offendantur.
i al. ſpeciali. k al. incurſarum.
Papæ & ejus juſtitiariis ut obediatur.
l al. in dominio.
Legati Papæ aut Imperatoris ut obſervent judices.
Judices negligentes aut injuſti ut deferantur.
a al. Nuntios. Sigillatio.
b al. Romani. c al. Erkinbaldi Maguntinenſis.

e al. Apoſtolica. f al addunt, ſervus. g al. Matolinus Wirtumbergenſis Epiſc. ſervus ſub. h al. Redenardus. i al. Udalricus. d al. addunt, Apoſtol. Eccl.
k al Verdunenſ. l al. Ricaldi Faldenſis. a leg. Herſfeldenſis. b al. Brucardi. c al. Velphonis. al. V.

d al. Conradi.
e al. Boybonis.
f al. Mezonis enferterum leg. Infertorii, i.e. Dapiferi.
g al. Heimônis.
al. Eunponis.
h al. Huctis.
i al. Alumanum Ratiger.
k leg. Strazaburgensis.

Signum (d) Kunzadi Comitis.
Signum Ottonis Comitis.
Signum (e) Bobonis Comitis.
Signum Frederici Comitis.
Signum Bezelini Comitis.
Signum Ezonis Comitis Palatini.
Signum Fredetici Cametarii.
Signum (f) Ezonis in Fercore.
Signum (g) Heuzonis Pincernarii.
Signum (h) Huzis.
(i) Alimunbereger.
Ad Iman.
Adilberto.
Ego Wicelius (k) Aſtrazburgenſis Epiſcopus.
Signum Ryodhois Fluvanenſis Abbatis.

HENRICI IV. IMPERATORIS
AUGUSTI
EPISTOLA
AD UDALRICUM ABBATEM LAURESHAMENSI:
Quæ ei propter contumaciam abdicat Abbatiam.

Ann. Chriſti 1065.

Archiepiſcopo Bremenſi.

HENRICUS Dei gratia Rex, Udalrico Monacho.

Miramur, quo auſu cujusve ſolatio Abbatiam noſtram contra nos retinere volueris, nec vobis inde ſerviens, nec patrono noſtro * Adelberto, cui hanc dedimus, quicquam ſubjectionis impertiens. Quapropter volumus, firmiterque tibi ſub interminatinne propriæ ſalutis præcipimus, ut absque mora noſtra relinquete non differas, nec ulterius aliquid de hiſce intromittere præſumas. Virgam quoque Nuncio noſtro portandam tradas. Dat. &c.

GREGORII VII. PONTIFICIS
ROMANI
EPISTOLA.
AD EPISCOPOS ET PRINCIPES GERMANIÆ.
De Pœnitentia & abſolutione HENRICI IMPERATORIS.

Ann. Chriſti 1077.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæterisq; Principibus regni Teatonicorum, Chreſtianam fidem defendentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quoniam pro amore juſtitia communem nobiſcum in agone Chriſtianæ militiæ cauſam & periculum ſuſcepiſtis; qualiter Rex humiliatus ad pœnitentiam, abſolutionis veniam impetravit, & quomodo tota cauſa poſt introitum ejus in Italiam huc usque deducta ſit, veſtræ dilectioni ſincera charitate iudicare curavimus. [Papa cupit in Germaniam.] *Sicut conſtitutum fuit cum Legatis, que ad nos de veſtris partibus miſſi ſunt, in Longobardiam venimus circiter viginti dies ante terminum, in quo aliquis Ducis ad Cluſas nobis occurrere debuit, exſpectantes adventum illorum, quatenus ad partes illas tranſire poſſemus. Verùm cùm jam decurſo termino, hoc nobis nuntiaretur, his temporibus præ multis (quod nos quidem credimus) difficultatibus ducatum nobis obviam mitti non poſſe, nec aliunde copiam ad vos tranſeundi haberemus, non parva ſollicitudine, quid potiſſimum nobis agendum foret, circumventi ſumus.*

[Imperator pœnitens inter fores.] *Interim verò Regem adventare certè cognovimus, qui etiam priusquam entraſſet Italiam, ſupplices ad nos Legatos præmittens per omnia ſe ſatisfacturum Deo & ſancto Petro ac nobis obtulit, & ad emendationem vitæ ſuæ, omnem ſe ſervaturum obedientiam repromiſit, dummodo apud nos abſolutionis & Apoſtolicæ benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cùm diu multis conſultationibus differentes, acriter eum de ſuis exceſſibus per omnes, qui intercurrebant, nuntios redargueremus, tandem per ſemetipſum, nihil hoſtile aut*

aut temerarium oſtentans, ad oppidum Canuſii, in quo morati ſumus, cum paucis advenit, ibique per triduum ante portam caſtri, depoſito omni Regali cultu miſerabiliter, utpote diſcalceatus & laneis indutus perſiſtens, non priùs cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quàm omnes, qui ibi aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam mentis noſtræ duritiam mirarentur; nonnulli verò in nobis non Apoſtolicæ ſeveritatis gravitatem, ſed quaſi Tyrannicæ feritatis crudelitatem eſſe clamarent.

Denique inſtantia compunctionis ejus, & tanta omnium, qui ibi aderant, ſupplicatione devicti, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam & ſinum ſanctæ Matris Eccleſiæ recepimus, acceptis ab eo ſecuritatibus, quæ inferius ſcriptæ ſunt; quarum etiam confirmationem per manus Abbatis Cluniacenſis, & filiarum noſtrarum Mathildis & Comitiſſæ Adelaïæ, & aliorum Principum Epiſcoporum & Laicorum, qui nobis ad hoc utiles viſi ſunt, recepimus. Imperator abſolvitur.

His itaque ſic peractis, ut ad pacem Eccleſiæ & concordiam Regni, ſicut diu deſideravimus, omnia plenius, Deo adjuvante, coaptare poſſimus, ad partes veſtras, data primum opportunitate, tranſire cupimus. Hoc enim dilectionem veſtram indubitanter ſcire volumus, quoniam, ſicut in deſcriptis ſecuritatibus cognoſcere poteſtis, ita adhuc totius negotii cauſa ſuſpenſa eſt, ut & adventus noſter, & conſiliorum noſtrorum unanimitas per maximè neceſſaria eſſe videantur. Papa promittit adventum in Germaniam ad res imperii componendas.

Quapropter in ea fide, quam cœpiſtis, & amore juſtitiæ omnes permanere ſtudete, ſcientes nos non aliter Regi oblatos eſſe, niſi quod puro ſermone (ſicut mihi mos eſt) in his eum de nobis ſperare dixerimus, in quibus eum ad ſalutem & honorem ſuum, aut cum juſtitia aut cum miſericordia, ſine noſtra & illius animæ periculo, adjuvare poſſimus. Papæ anceps abſolutio.

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1077.

JURAMENTUM GREGORIO VII. P. R. PRÆSTITUM.

EGo HENRICUS Rex de murmuratione & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Duces, Comites, cæterique Principes Regni Teutonicorum, & alii, qui eos in eadem diſſenſionis cauſæ ſequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa Gregorius conſtituerit, aut juſtitiam ſecundum judicium ejus, aut concordiam ſecundum conſilium ejus, faciam, niſi certum impedimentum mihi vel ſibi obſtiterit. Quo tranſacto ad peragendum idem paratus ero. Imperator promittit ſatisfactionem adverſariis ſuis.

Item ſi idem Dominus Papa Gregorius ultra montes, ſeu ad alias partes terrarum ire voluerit, ſecuris erit ex mei parte, & eorum quos conſtringere potero, ab omni læſione vitæ aut membrorum ejus, ſeu captione, tàm ipſe quàm qui in ejus conductu & comitatu fuerint, ſeu qui ab illo mittuntur, vel ad eum de quibuscumque terrarum partibus venerint, in eundo & ibi morando ſeu inde redeundo: neque aliud aliquid impedimentum habebit ex meo conſenſu, quod contra honorem ſuum ſit. Et ſi quis ei fecerit, cum bona fide ſecundum poſſe meum illum adjuvabo. Item ſecuritatem Papæ.

Actum Canuſii, quinto Kal. Februarii, Indictione decima quinta.

A C T A
COMITIORUM WORMATIENSIUM

Ann. Chriſti 1077.

In Cauſa HENRICI V. IMPERATORIS ET GREGORII VII. P. R.

Celebratorum Anno Domini M. LXXVII.

HENRICUS, Dei gratia Rex, gratiam, ſalutem, dilectionem non omnibus ſed paucis eandem. In maximis negotiis, maximis maximorum opus eſt conſiliis, qui & facultatem habeant exterius, & voluntate non careant interius, ut rei, cui benè cupiunt conſulere, & velint & poſſint. Quia in cujuslibet profectu nec facultas ſine voluntate, nec voluntas ſine facultate proderit. Quod utrumque Tu N. fideliſſime, ut arbitramur, æqualiter poſſides: vel, ut veriùs dicamus, licet maximo tibi maxima non deſit facultas, major tamen adhuc maxima facultate, ſi benè te novimus, in noſtram & regni utilitatem exuberat voluntas. De præteritis enim fideliter exhibitis, in futuris creſcit ſpes fideliùs exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimus, ne * ſpei noſtræ deſit fides tua, quia de nullius regni Principum fidelitate, quàm tua, majora ſperamus: ſicut hactenus non modò in præteritarum rerum exhibitione, verùm etiam in ſperandarum promiſſione tua gaviſi ſumus. Adſit ergo in tempore hoc opportuno tua cum facultate voluntas, quam non modò noſtra, verùm etiam omnium Coepiſc. fratrum tuorum in uno totius oppreſſæ Eccleſiæ exoptat Diploma Vocationis Epiſcoporum in Comitia.

* *al. ſpe noſtra ſit.*

exoptat voluntas. Non enim oppreſſionem ignoras, tantum ne oppreſſæ Eccleſiæ ſolatium ſubtrahas, ſed Regno, & Sacerdotio condoleas: quo utroque ſicut Eccleſia * eſt exaltata, humiliata, heu utroque vidua a. Nam unus dum utrumque ſibi vendicavit, utrumque diſſipavit: nec in uno profuit, qui in neutro prodeſſe voluit nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, * accipe quem dicimus, * Hildebrandum ſcilicet, Monachum quidem dictum Apoſtolicum, non paſtoris cura ſed invaſoris violentia; Apoſtolicæ Sedi præſidentem, & de Sede pacis Catholicæ, pacis unicæ vinculum diſſipantem, ut tibimet ipſi in promptu eſt ſcire. Ut enim de pluribus pauca referamus, Regnum & Sacerdotium Deo neſciente ſibi uſurpavit: in quo piam Dei ordinationem contempſit, qui non in uno ſed in duobus duo, id eſt, Regnum & Sacerdotium principaliter conſiſtere voluit: ſicut ipſe Salvator in paſſione de duorum gladiorum ſufficientia typica intelligi innuit. Cui cum diceretur: *Domine, ecce duo gladii hic*: reſpondet, *ſatis eſt*; ſignificans, hac ſufficiente dualitate ſpiritualem & materialem gladium in Eccleſia eſſe gerendum, quibus omne nocivum fore amputandum; videlicet Sacerdotali, ad obedientiam Regis pro Deo: Regali verò, ad expugnandos inimicos exteriùs, ac obedientiam interiùs: omnes homines docens, fore conſtringendum, ut ita de alio in alium tenderetur, dum nec Sacerdotii Regnum, nec Sacerdotium Regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica confuderit inſania, tu ipſe noſti, ſi ſcire noviſti, vel voluiſti. Wormatiam venias, & ibi plura, quorum pauca docet Chartula, cum centum Principibus audias, & quid agendum ſit doceas, rogatus per dilectionem Coepiſcoporum, * moratus per utilitatem Eccleſiæ, obligatus per vitæ noſtræ & Regni totius honorem. Valete.

* *fort. fuit ex ita eſt humil.*
* *al. accipere.*
* *Qui ſe Gregorium VII. ab electione nominavit.*
Papa turbator pacis.
Sacerdotii & Regni diſtincta munia, Papa confudit.
vide Specul. Saxon initio Luc. 22.
* *fort. oratus. vel in cohaſit en præcedente dictione.*

Dilectis in Chriſto fratribus & Dominis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Romani Imperii Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus, Clero & Populo, Sanctæ Eccleſiæ Cultoribus, N. VERDUNENSIS EPISCOPUS Dei gratia, id quod eſt, fraternam dilectionem, debitam ſervitutem, perpetuam in Domino ſalutem.

Sententia Verdunenſis Epiſcopi.
Papæ ſcelera recenſentur.

REgni noſtri perturbatio &, ut veriùs dicam, niſi Dominus avertat, proxima nimis annullatio, in maximum dolorem nos excitat, in lachrymas vorat, in miſerabilem querimoniam coram Deo & hominibus nos animat. Hildebrandus, qui dicitur caput, jam ex cauda Eccleſiæ qui fundamentum, jam detrimentum eſt Eccleſiæ. Hic diſpergit, qui dicebatur congregare: hic Eccleſiam odit, qui dicebatur diligere: jam uſque ad omnimodam hæreſim infirmat, qui dicebatur Eccleſiam Sanctam confirmare. O inaudita arrogantia hominis, ſupra omnem Eccleſiam in ſe gloriantis, ſupra omnem malitiam malè agentis, unitatem Eccleſiæ ſcindentis; quod inauditum eſt, Regnum & Regem Catholicum deſtruere præſumentis, impios juſtificantis, pios injuſtiſſimè damnantis, Decreta Patrum pervertentis, * Regem adulterinum extollentis, Regem liberum & legitimum etiam cum memoria nominis Regii extinguere meditantis. Perjuria fidelitatem dicit; fidem, ſacrilegium facit, imoque ab initio fuit mendax * pater ejus, per omnia mentitur, & in omnibus veritati contradicit. Videat Deus & judicet: videte vos, & judicate. Hominem impium, hominem abominatum, membra Eccleſiæ ſubvertentem, caput noſtrum faceremus? Nos omni Eccleſiaſtico honore veriſſimè deſtituentem, patrem nobis conſtitueremus? Vita ſua illum accuſat, perverſitas damnat, obſtinatio malitiæ illum anathematizat. In qua re vobiſcum eſſe, vobiſcum facere, vobiſcum laborem ſubire, * aſſenſus conſilium, auxilium veſtrum non recuſat. De eligendo autem Pontifice, qui errata corrigat, qui deſtructa reſtituat, qui hujusmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiſcum operabimur, Deo conſentiente vobiſcum ſentiemus, & pro honore Eccleſiæ, & pro recuperatione Regis & Regni, in nullo vobis deerimus. Valete.

* *Lotharium II.*
* *ſcil. Diabolus, Iohan. 8.*
Votum.
* *videtur verbum deeſſe, vel legend aſſenſum, conſ. au. v. non recuſo.*

Patribus, non fratribus; Dominis, non amicis. N. Deſignatus TREVERENSIS EPISCOPUS, Eccleſiæ devotiſſimas Orationes in Chriſto.

Sententia Treverenſis Archiepiſcopi.
Papæ ſcelera recenſentur.
Iohan. 13. 15. & 1. Iohan. 2.

FErre ſententiam contra Apoſtolicum, non eſt tutum; imò inſanum & omninò nefarium, aliquid audere in illum, qui in vice ſancti Petri fungitur legatione ipſius Chriſti. Iſte autem, qui invaſit Sedem Apoſtolicam, qui inaudita elatione effertur, qui prophanis novitatibus ſtudet, amplo nomine delectatur, quem neque Chriſtianum appellem, quia non habeat characterem, id eſt, pacem & charitatem, quam Chriſtus ſuis militibus impreſſit, qua Chriſtus ſuos notavit: non occurrere contra hunc, non inſurgere, magnum ſanctæ matris Eccleſiæ eſt periculum, & planè eſt contra Deum. Quis enim neſcit, ex hoc quaſi fonte omnis diſſenſionis, & capite omnis ſchiſmatis, excluſa pace Eccleſiæ, diſcordiam totius mundi emerſiſſe? Quis, inquam, non videt, per hunc quaſi ſigniferum, tantum ſanguinem mundi effuſum eſſe? De multis rationibus, qui non ſequitur Chriſtum, nequeo verè appellare Chriſtianum: ita certè nec Papam, quem video toties & tam manifeſtum homicidam. En bonus & ſanctus Papa, cujus conſiliis, cujus inſtinctu & ductu, membra Chriſti tot & tam perditis modis ſunt dilacerata. En bonus Paſtor, qui in illos tanta crudelitate graſſatur, pro quibus Chriſtus in cruce pependit, quos ipſe proprio ſanguine redemit. En verus Pontifex & juſtus Sacerdos, qui ſicut dubitat, ſi illud quod ſumitur in Dominica menſa ſit verum corpus & ſanguis Chriſti, ita non pœnitentibus etiam ea, quæ juſtè fracta ſunt, condonat ſacramenta. Nihil certè ita eſt impium & nefarium, nihil ita deteſtabile & execrabile, quòd ipſe curet, dum alios contra Regem armet; dum alios ad bellum, quod ipſe omnibus intendit, excitet. Inter has multiplices calamitates & miſerias, quas

patitur

quas patitur & conqueritur ſancta Eccleſia, mihi quoque illata eſt ab eo tam ſuperba quàm violentia injuria. Cùm enim Treveris pari conſenſu tàm Cleri quàm plebis eſſem electus Epiſcopus, tamen eo impediente, nullam culpam obtendente, ferè per biennium conſecrationem obtinere non potui, omnibus ejusdem Eccleſiæ filiis & Suffraganeis intercedentibus, & inuſitatam ſuæ Metropoleos viduitatem multum querentibus. Nihil mihi profuit ſyncerus introitus, & legitima mea electio apud illum; nihil valuit conſona authoritas Epiſcoporum, & ſtudioſa loci interceſſio. Ut taceam mea, ut prætermittam privata: quia malus & non purus ejus introitus, quæ minatus eſt, pervenit ad perditiſſima exempla. Ne plus per hunc ſancta, quæ modò extremum trahit ſpiritum, periclitetur Eccleſia, ex me dico, quòd nullam ei obedientiam poſthac ſervabo, nec meo judicio ampliùs ſedebit in loco & in vice ſancti Petri, quem ipſe non ſequitur obſtupendâ abuſione novitatis ſuæ, & inauditi * decreti. Votum.

Quo abdicavit Imperio Imperatorem.

SENTENTIA

EPISCOPORUM GERMANICORUM, DAMNANS HILDEBRANDUM.

CUm primùm Eccleſiæ gubernaculum invaſiſſes, etſi benè nobis cognitum eſſet, quàm illicitam & nefariam rem contra jus & fas familiari tibi arrogantia præſumpſiſſes, diſſimulanda tamen, diſpenſatoria quadam taciturnitate, tam vitioſa introitus tui exordia putavimus, ſperantes videlicet tam criminoſa principia conſequentis regiminis tui probitate & induſtria emendata, & aliquatenus obliterata. Verùm nunc, ut lamentabilis univerſalis Eccleſiæ ſtatus clamat & deplorat malis initiis tuis pejores actionum decretorumque tuorum progreſſus, infelici reſpondes tenore & pertinacia. Cum enim Dominus & Redemptor noſter, pacis & charitatis bonum quaſi ſingularem fidelibus ſuis characterem impreſſerit, cujus rei teſtimonia plura exiſtant, quàm ut epiſtolari brevitate comprehendi valeant: tu è contrario, dum prophanis ſtudes novitatibus, dum magis amplo quàm bono nomine delectaris, dum inaudita elatione diſtenderis, velut quidem ſignifer ſchiſmatis, omnia membra Eccleſiæ, quæ ſecundùm Apoſtolum quietam & tranquillam vitam ante hæc tua tempora agebant, ſuperba crudelitate, crudelique ſuperbia lacerati & flammasque diſcordiæ, quas in Romana Eccleſia diris factionibus excitaſti, per omnes Eccleſias Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & Hiſpaniæ furiali dementia ſparſiſti. Sublata enim, quantum fuit, omni poteſtate ab Epiſcopis, quæ eis divinitus per gratiam ſancti Spiritus, qui maximè in ordinationibus operatur, collata eſſe dignoſcitur, omnique rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione plebejo furori per te attributa, dum nemo jam alicui Epiſcopus aut Presbyter eſt, niſi qui hac indigniſſima aſſentatione à faſtu ſuo emendicavit omnem Apoſtolicæ inſtitutionis vigorem, illamque pulcherrimam membrorum Chriſti diſtributionem, quam Doctor gentium toties commendat & inculcat, miſerabili confuſione miſcuiſti: ſicque per hæc tua glorioſa decreta (quod ſine lachrymis dici non poteſt) Chriſti ferè nomen periit. Quis autem illud pro indignitate rei ſtupeat, quòd novam quanquam indebitamque potentiam tibi uſurpando arrogas, ut debita univerſæ fraternitati jura deſtruas? Aſſeris enim, cujuscunque noſtrûm Parrochiani aliquid delictum ad te vel ſola fama perveniat, ultra jam non habere quemquam noſtrûm aliquam poteſtatem vel ligandi vel ſolvendi, extra præter te ſolum aut eum, quem tu ſpiritualiter ad hoc delegeris. Quæ ſententia quòd omnem inſaniam excedat, quis in ſacris literis eruditus non videat?

Papæ ſcelera recenſentur.

Iohan. 13. 15. & 1. Iohan. 2.

Quia ergo per hos aliosque præſumptionum tuarum ſpiritus Eccleſiam Dei tam graviter periclitantem, imò ferè peſſundatam, diutius tolerare omni malo deterius judicavimus, placuit, ut communi omnium noſtrûm conſilio tibi, quod hactenus tacuimus, innoteſcat, quamobrem nec modò poſſis, nec unquam potueris Apoſtolicæ Sedi præeſſe: Tu ipſe bonæ memoriæ Henrico Imperatori teipſum corporali ſacramento obſtrinxiſti, quòd numquam vivente ipſo Imperatore, aut filio ejus Domino noſtro glorioſo Rege, qui modò ſummæ rerum præeſt, Papatum aut ipſe ſuſciperes, aut alium, quantum in te eſt, ſuſcipere patereris abſque aſſenſu vel laudamento patris, dum viveret. Ad hoc ſacramentum ſunt hodie teſtes plerique Epiſcopi, qui hoc tunc & oculis ſuis vidêre & auribus audîere. Illud etiam recordare, quomodo tu ipſe aliquos ex Cardinalibus, cùm ambitiu Papatus titillaret, ad tollendam æmulationem hac occaſione & conditione, ut ipſi hoc idem facerent, ſacramento te obligaſti, quòd numquam Papatum habiturus eſſes. Utraque hæc ſacramentorum quàm ſanctè, quàm cautè obſervaveris, tu videris: Prætereà cùm tempore Nicolai Papæ Synodus celebraretur, in qua centum viginti Epiſcopi conſederent, ſub anathemate hoc ſtatutum & decretum eſt, ut nullus Papa fieret, niſi per electionem Cardinalium, & approbationem populi, & per conſenſum & authoritatem Regis. Atque hujus Concilii ſeu Decreti tu ipſe author & perſuaſor ſubſcripturque fuiſti. Atque hoc quaſi fœtore quodam graviſſimi ſcandali totam Eccleſiam repleſti de convictu & cohabitatione alienæ mulieris familiariori quàm neceſſe ſit. In qua re verecundia noſtra magis cauſa laborat, quamvis hæc generalis querela ubique perſonuerit, omnia judicia, omnia decreta per fœminas in ſede Apoſtolica actitari, denique per eas totius orbis & Eccleſiæ jura adminiſtrari. Nam de injuriis & contumeliis Epiſcoporum, quos filios meretricum, & cætera id genus indigniſſimè appellas, nulla querimonia

Gregorius VII. Papa Romanus condemnatur propter. 1. Perjurium.

2. Intruſionem violentam & Simoniacam.

3. Scortationem impudentem.

4. Injurias & contumelias.

5. Novitatem illicitarum ſtudium in Imperium. 6. Fractionem pacis.

monia ſufficit. Quia ergò & introitus tuus tantis perjuriis initiatus eſt, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam & converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtati, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe, renunciamus. Et quia nemo noſtrûm, ut publicè declamas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, ita nulli noſtrûm amodò eris Apoſtolicus.

HENRICI IV. IMPERATORIS
AUGUSTI
ET
RUDOLPHI PSEUDOREGIS
ROMANI
JURAMENTA IN CONCILIO ROMANO PRÆSTITA.

Ann. Chriſti 1079.

Ex Actis Concilii.

Rudolphi querela contra Henricum. * al. religionem.

His itaque piè & feliciter actis, inter multas, proclamationes conqueſti ſunt Legati Regis RUDOLPHI ſuper HENRICO, quòd nulli loco nullique perſonæ parcens, * regionem Tranſalpinam contereret & conculcaret; neminem debitor honor, vel reverentia, vel dignitas tueretur; & ceu vilia mancipia non modò Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopi Archiepiſcopique caperentur, vinculiſque manciparentur, partimque trucidarentur. Decreverunt ergò quàm plures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo. Juraverunt igitur Legati Henrico Regis illud, quod in ſequentibus ſcriptum reperitur.

SACRAMENTUM NUNTIORUM HENRICI REGIS.

Juramentum Legatorum Henrici Regis.

Legati Domini mei Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini, exceptis legitimis ſoniis, id eſt, morte, vel gravi infirmitate, vel captione, abſque dolo, qui Legatos Romanæ Sedis ſecurè ducent & reducent. Et Dominus Rex obediens erit illis in omnibus, ſecundùm juſtitiam & judicium illorum. Et hæc omnia obſervabit abſque dolo, niſi quantum ex juſſione veſtra remanſerit. Et hæc juro ex præcepto Domini mei Regis Henrici.

ITEM JUSJURANDUM NUNTIORUM RUDOLPHI REGIS, ITIDEMQ. RUDOLPHI, QUOD SEQUITUR.

Juramentum Legatorum Rudolphi Regis.

Si colloquium ex veſtro præcepto conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore à vobis definito ante præſentiam veſtram, vel Legatorum veſtrorum, Dominus noſter Rex RUDOLPHUS vel ipſe veniet, vel Epiſcopos & fideles ſuos mittet, paratusque erit judicium, quod ſancta Romana Eccleſia decreverit, de cauſa regni ſubire, nulloque malo ingenio conventum à vobis ſive Legatis veſtris conſtitutum impediet. Et poſtquam certum, inde veſtrum Nuntium videbit de pace in Regno conſtituenda & confirmanda, ſtudebit ut Legatio veſtra provenire ad pacem Regni & concordiam poſſit. Hæc omnia obſervabuntur, niſi quantum ex veſtra certa licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte, vel gravi infirmitate, vel captione, ſine dolo.

FRAG-

FRAGMENTUM
COMITIORUM BRIXIÆ NORICÆ CELEBRATORUM
CONTRA GREGORIUM VII. PAPAM.
Sub HEINRICO IV. Imperatore Auguſto.

Ann. Chriſti 1080.

ANNO DOMINI M. LXXX. cùm apud Brixiam Noricam triginta Epiſcoporum conventus, nec non & Optimatum exercitus non ſolùm Italiæ ſed & Germaniæ, juſſu HEINRICI Regis congregaretur, factus eſt omnium conſenſus, adverſus Hildebrandum Papam, cognominatum Gregorium VII. quem Pſeudomonachum, totiusque væſaniæ peſtiferum principem, & præcipuè ſanctæ Romanæ Sedis invaſorem affirmantes, ab Apoſtolica Sede depellendum, quamvis abſentem, dijudicabant; & Wigbertum Ravennenſem Archiepiſcopum ipſi ſubrogandum eligebant.

Hujus Decreti concluſio hæc eſt: Quia, inquiunt, illum conſtat non à DEO electum, ſed à ſeipſo in fraude ac pecunia impudentiſſimè objectum: qui Eccleſiaſticum ſubvertit ordinem, qui Chriſtiani Imperii perturbavit regnum, qui Regi Catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem; qui perjurium defendit * Regem, qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia, & quicquid quietè inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit: nos, authore Deo, congregati in unum, legatis ac litteris freti decem & novem Epiſcoporum, die ſancta præteritæ Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum contra eundem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtione ponentem, Hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, Phytonico ſpiritu laborantem, & idcircò à vera fide exorbitantem, judicamus canonicè deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa Sede his auditis deſcenderit, in perpetuum condemnandum. Facta ſunt hæc VII. CAL. Julii, feria V. Indict. III.

Wigbertus Ravennenſis fit Papa. Sententia lata in Hildebrandum.
* *Rudolphum Rheinfeldenſem.*

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI
EPISTOLA.
AD CLERUM POPULUMQ. ROMANUM
EX COMITIIS BRIXINENSIBUS.

Ann. Chriſti 1080.

HENRICUS Dei gratia Rex, univerſæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Clero & Populo gratiam, ſalutem, & omne bonum.

Hæc fides firma & inconcuſſa creditur, quæ ſemper & eadem & præſenti ſervatur & abſenti, nec diuturna ejus, cui debetur, abſentia, nec longi temporis tædio imminuitur.

Quam talem vos nobis ſervare ſcimus, & gratias agimus: &, ut eadem perſeveret, petimus, videlicet ut (ſicut facitis) amicis noſtris amici, inimicis noſtris inimici jugiter exiſtatis. Inter quos ſcilicet Hildebrandum Monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus, quòd hunc & Eccleſiæ invaſorem & oppreſſorem, & Romanæ Reipubl. vel Regni noſtri inſidiatorem comprehendimus, ut in ſubſequenti epiſtola ſibi à uobis directa pernoſcere in promptu eſt.

Fidei conſtantia. Populus Romanus debet eſſe amicus & inimicus qui ejus talis eſt Imperator.

HENRICUS Dei gratia Rex, HILDEBRANDO.

Ann. Chriſti 1080.

Quum hactenus [a] à te ea, quæ ſunt Patris, expectarem, tibique in omnibus magna fidelium noſtrorum indignatione obedirem; [b] recepi à te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regnique noſtri pernicioſiſſimus hoſtis eſſet. Nam quum primùm omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Sede Apoſtolica debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes; longiùs inde progrediens, regnum Italiæ peſſimis artibus alienare tentaſti. Neque [c] hoc contentus, in reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis velut dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eoſque ſuperbiſſimis injuriis acerbiſſimisque contumeliis contra divina & humana jura (ut ipſa ajunt) exagitaſti. Quæ omnia quum ego quadam patientia diſſimularem, tu [d] hoc non patientiam ſed ignaviam [e] exiſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans quæ noſti, ſcilicet (ut tuis verbis utar) quod *aut tu morereris, aut mihi animamque regnumque tolleres.* Hanc inauditam contumaciam ego non verbis ſed re contu-

a *al. ex te.*
Papæ ingratitudo in Imperium.
b *al. percepi.*
c *al. hac.*
d *al. hanc.*
e *al. æſtimari.*

tandam dijudicans, generalem conventum omnium Regni Primatum, ipſis ſupplicantibus, habui. Ubi, quum ea quæ hactenus metu & reverentia tacebantur, in medium deducta fuiſſent, veris aſſertionibus illorum, quas ex ipſorum literis audies, palam factum eſt, te nullatenus in Apoſtolica Sede poſſe perſiſtere. Quorum ſententiæ, quòd juſta & probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque aſſentiens omne tibi Papatus jus, quod habere viſus es, abrenuncio, atque à ſede Urbis, cujus mihi Patriciatus, Deo tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu, debetur, deſcendas edico.

HUCUSQ. EPISTOLA.

Populus Romanus ut Papam vel vi deponant.
* al. effundatis.
Papa ab Imperatore eligendus.
* al. quod.

5. Hæc ſeries noſtræ epiſtolæ ad Hildebrandum Monachum. Quam idcircò & vobis ſcripſimus, ut & vobis noſtra voluntas, & nobis, immò Deo & nobis veſtra ſatisfaciat charitas. Exurgite igitur in eum fideliſſimi, & ſit primus in fide primus in ejus damnatione. Non autem, ut ſanguinem ejus* fundatis, dicimus (quippe quum major ſibi ſit poſt depoſitionem pœna, vita quàm mors) ſed ut eum, ſi noluit, deſcendere cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum & veſtro conſilio à nobis electum in Apoſtolicam Sedem recipiatis, qui * quod iſte in Eccleſia vulneravit, curare velit & poſſit.

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI *EPISTOLA* AD HILDEBRANDUM PAPAM

EX COMITIIS BRIXINGENSIBUS.

Ann. Chriſti 1080.
Qui Gregorius VI.

a al. uſurpatione.
Papa arrogantia & contemptus Epiſcoporum.
b al. non tang. j. Ch. D. ſumuiſti.
c al. ſcientia.
Papa reus Majeſtatis Imperatoriæ.

HENRICUS non (a) uſurpativè, ſed pia Dei ordinatione Rex, Hildebrando non jam Apoſtolico, ſed falſo Monacho.

1. Hanc talem pro confuſione tua ſalutationem promeruiſti, qui nullum in Eccleſia ordinem prætermiſiſti, quem confuſionis non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia loquamur: Rectores ſanctæ Eccleſiæ, videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel Presbyteros, non modò (b) tangere ſicut Chriſtos Domini, non timuiſti, quin ſicut ſervos, neſcientes quid faciat Dominus eorum, ſub pedibus tuis calcaſti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparaſti, quos omnes nihil ſcire, te autem ſolum omnia noſſe judicaſti. Qua utique (c) ſententia non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem uti ſtuduiſti: ut jure hoc beatum Gregorium, cujus nomen tibi vendicaſti, de te credamus prophetaſſe, ſic dicentem: *Ex affluentia ſubjectorum plerumque animus Prælati extollitur; exiſtimat ſe plus omnibus noſſe, cum ſe videt plus omnibus poſſe.*

a al. timeri.
b al. te nobis.
Imperium non à Papa ſed ſolo Deo haberi.
c al. aſtutia (quod Monachi) pecuniam, pecunia favor.
d uſur.

2. Et nos quidem hæc omnia ſuſtinuimus, dum Apoſtolicæ Sedis honorem conſervare ſtuduimus: ſed tu humilitatem noſtram (a) timorem fore intellexiſti, ideoque in ipſam Regiam poteſtatem nobis à Deo conceſſam exurgere non timuiſti, quam (b) à nobis auferre auſus es minari, quaſi nos à te regnum accepérimus, quaſi in tua & non in Dei manu ſit Regnum vel Imperium. Quia Dominus noſter JESUS Chriſtus nos ad Regnum, te autem non vocavit ad Sacerdotium. Tu enim his gradibus aſcendiſti, ſcilicet (c) aſtutia & fraude, quodque Monachia profeſſio abominatur, pecunia favorem, favore ferrum, ferro Sedem pacis adiiſti, & de Sede pacis pacem turbaſti, dum ſubditos in Prælatos armaſti, dum Epiſcopos noſtros à Deo vocatos tu non vocatus ſpernendos docuiſti; dum Laicis (d) miniſterium eorum ſuper Sacerdotes uſurpaſti, ut ipſi deponant vel condemnant, qui ipſos de manu Domini per impoſitionem manuum Epiſcoporum docendos acceperant.

Imperator à ſolo Deo judicari debet.
e al. unctus) tetigiſti, quod ſancti. Omninò verum eſt, tetigiſti, quem &c.
f al. exorbitaverimus, dep. aſſeruit.
1 Petr. 2.
g al. autem, quòd D.
Galat.

3. Me quoque (licet indignus inter Chriſtianos ſum ad Regnum (e) vocatus) te teſte, quem ſanctorum Patrum traditio ſoli Deo judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, niſi à fide (quod abſit) (f) exorbitaverim, deponendum commiſerit. Ipſe verò quid verus Papa beatus Petrus clamat: *Deum timete, Regem honorificate.* Tu, (g) inquam, quia Deum non times, me conſtitutum ejus in honoras. Unde beatus Paulus, ubi Angelo de cœlo, alia ſi prædicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait enim: *Si (a) quis vel ego, vel Angelus è cœlo, præter id quod evangelizavimus vobis, evangelizaverit, anathema ſit.* Tu igitur hoc anathemate, & omnium Epiſcoporum (b) noſtrorum judicio damnatus, deſcende, vendicatam tibi Sedem Apoſtolicam relinque; alius in ſolium beati Petri aſcendat, qui nulla (c) violentiam religione palliet, ſed beati Petri ſanam doctrinam doceat.

Ego Henricus Rex Dei gratia, cum omnibus Epiſcopis noſtris, tibi dicimus; Deſcende, Deſcende.

a al. quis. Papa deponitur. b al. judicio & noſtro. c al. violentiá religionem

HENRI-

Digitized by Google

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

Ann. Chriſti 1106.

AD PHILIPPUM FRANCORUM REGEM

In querela contra Henricum filium.

SI per Majeſtatem Imperii liceret, Regiis genibus advolverer, fidem tuam implorans adverſus filium, qui contra religionem militaris Sacramenti, naturæque leges, ac divina & humana jura, me in ordinem coëgit, Natalique Domini ſacra communione arcuit, inſigniaque Imperii à me vi extorſit, crucem, lanceam, orbem, ſceptrum, coronam.

Cæſaream Majeſtatem dedecet Regibus ſe humiliare.

Filii in patrem impietas.

Keyſer Heinrici deß IV.

BRIEF

An König Philipp in Franckreich Wider Heinricum den V.

WO es ſich ziemet von der Keyſerlichen Majeſtät / wolt ich dir / O König / zu Fuß fallen / und dein Treu wider meinen Sohn anruffen / welcher wider alles Kriegsrecht / wider die Geſatz der Natur / wider Göttlich und Menſchlich Recht / mich in Hafft genommen / und auff den Geburts-Tag Chriſti mir das heilig Sacrament der Communion abgeſtrickt hat / und die Keyſerlichen Kleinod und Zierd / als das Creutz / die Spär / den Apffel / den Scepter / die Kron mit Gewalt mir genommen hat.

HEINRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1106.

PROTESTATIO

AD PRINCIPES IMPERII

Super injuſta ſua depoſitione.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, (*a*) Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, cæteriſque Regni Principibus, gratiam & dilectionem, dignantibus eam (*b*) capere.

Conquerimur Deo omnipotenti, & Dominæ (*c*) ſanctæ Mariæ, & beato Petro Principi Apoſtolorum, patrono noſtro, & vobis Principibus omnibus, (*d*) quòd injuſtè & inhumanè & crudeliter, confiſi in illa fide, (*e*) io qua dubitare non debueramus, tractati ſumus, & tàm honore Regni quàm prædiis (*f*) & omnibus, quæ habeamus, contra divinum & humanum jus, ad infamiam & (*g*) improperium Regni, ita expoliati ſumus, ut nihil penitus præter ſolam vitam nobis relictum ſit. Ubi (*h*) cum fermè omnibus cæteris magna pars veſtri viſa eſt dolere & triſtari: ſed (proh dolor) nihil nobis veſtra contulit triſtitia, quin (*a*) de nobis ſibi ſatisfaceret voluntas inimicorum noſtrorum odioſa. Et quia cum conſilio & rogatu filii noſtri, fide & ſecuritate vitæ & honoris ab eo primùm accepta, fiducialiter & deſideranter Moguntiam in præſentiam Legati Romani & Principum (*b*) tenderemus, ut eorum diſpoſitione ageremus tàm de ſtatu Eccleſiæ & honore Regni, quàm de ſalute animæ noſtræ, ipſe non eſt veritus in hac voluntate & obedientia nos contra datam fidem capere, & usque ad articulum mortis fermè dicere; non auſi ſumus ita nos illi credere, ut injuriis & contumeliis nos pro voluntate ſua, ſicut prius, valeat tractare.

Qua propter multum rogamus vos, & obnixè precamur, ut pro timore Dei, & honore Regni, & honeſtate veſtra dignemini ſtudere, quomodo de injuria in manibus veſtris nobis illata per vos poſſimus recupe-

a *al. Archiepiſcopis & cæteris omnibus Principibus, ac etiam reliquo populo, grat.*
b *al. recipere.*
c *al. mea ſanctæ.*
d *al. quia.*
e *al. deeſt vò in*
f *al. deeſt vò &*
g *al. vituperium.*
h *al. quum*
ſ *omnes eſſetis, m. p. v. v. e. dolere contriſtari.*
a *al. m.*
b *al. tenderemus.*

Promittit emendationem Regni.

c al. autem. *d al. rationem dare.* & obedientiam Papæ. Imperator ſine conſilio Principum nihil faciat. *a al. Henrici,* *b al. ergo.*

recuperare juſtitiam. Nos (*c*) quoque pro conſilio veſtro & aliorum, qui nos odio non habent, religioſorum virorum, patati ſumus tam filio noſtro, ſi in aliquo eum offendimus, quàm alicui in Regno, libenter (*d*) emendare. Præterea ſicut Domino Papæ in præſentia Legati ſui & veſtra obedire parati ſumus, ita & nunc parati ſumus ei omnem debitam reverentiam & obedientiam ſincero corde & devotione præſentialiter exhibere, & tam conſilio veſtro quam ſpiritalis Patris noſtri, (*a*) Hugonis Cluniacenſis Abbatis, ac aliorum religioſorum virorum, de ſtatu Eccleſiæ & honore Regni, quantum in nobis eſt, diſponere.

Cùm (*b*) igitur ad hæc omnia parati ſimus, rogamus vos & obnixè deprecamur, quatenus pro Deo & honore Regni & veſtro inſtanter moneatis filium noſtrum, quum ſecundum præfatam ſententiam nulla ei adverſum nos reſidua ſit occaſio, amodò deſiſtat nos & fideles noſtros perſequi, & quietè & pacificè vivere permittat, ut ſupradicta integrè & cum tranquillitate perficiantur. Quod ſi noluerit, rogamus vos per authoritatem Romanæ Eccleſiæ, cui nos committimus, & honorem Regni, ne ſuper nos & ſuper fideles noſtros veniatis: quia manifeſtum eſt eum non divinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia Regni, patre injuſtè eo privato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi interpellatio veſtra, nullaque alia interventio ad præſens prodeſſe poterit, appellamus Romanum Pontificem, & ſanctam univerſalem Romanam Sedem & Eccleſiam. Ex Leodio.

Appellatio ad Papam & Romanam Eccleſiam.

PRINCIPUM
IMPERII
RESCRIPTUM
AD HEINRICUM QUONDAM IMPERATOREM.

Ann. Chriſti 1106.

Ex Caſtris apud Coloniam Agrippinam.

Imperii & Eccleſiæ miſerabilis ſtatus ſub Heinrico IV.

Poſt inveteratam, id eſt per annos circiter quadraginta, diſciſſionem Imperii Romani, quæ tàm divinas quàm humanas jam penè leges abolevit, & exceptis mortibus omnimodis, ſacrilegiis, perjuriis, rapinis, & incendiis, ipſum regnum noſtrum non tantùm in ſolitudinem ſed etiam ad apoſtaſiam Catholicæ fidei, ſive in ipſum Paganiſmum, propemodum redegit: reſpiciente tandem ſuam Eccleſiam divina clementia, nos, ejuſdem Chriſti ſponſæ filii, per Spiritum ſanctum in unitatem fidei æquanimes reſipuimus; ipſum incorrigibile ſchiſmatum illorum caput, HEINRICUM ſcilicet, dictum Imperatorem noſtrum, zelo Dei & Apoſtolicæ fidei obedientia abdicavimus, Catholicum nobis (licet ipſius de ſemine natum) Regem elegimus. Cujus regni principium ſui finem eſſe conſpiciens, etiam ipſe tanquam voluntarius, ſed (ut jam ejus fatentur literæ) nimis invitus collaudavit, regalia reddidit, filii curam cum regno noſtræ fidei lachrymando commiſit, de reliquo nullam ſe regni pompam, ſed animæ potius ſuæ medelam ulteriùs affectaturum ſpoſpondit.

Heinricus IV. quare depoſitus.

At nunc ecce priſtinis ſe reddens tergiverſationibus, præjudicium ſe paſſum per orbem terrarum conqueritur: Gallorum, Anglorum, Danorum, cæterarumque finitimarum gentium gladios cordibus noſtris infigere meditatur: ſuper illatis etiam injuriis recuperari ſibi juſtitiam precatur: conſiliis quoque noſtris amodò promptum obedire ſe pollicetur. Re autem vera ſolitis argumentis caſtra hæc Domini diſpergere, Chriſti exercitum exarmare conatur, & (ut in propatulo eſt) vineam Domini, quæ jam ſerò floreſcere cœpit, tam per ſe ſingularem utique ferum denuò depaſcere, quàm per vulpes, illos nimirum, qui ſibi adhærent, peſtilentes homines, demoliri, ac per ſacrilegia Sacerdotum Belial anathemati reciduo reddere, imò (quod dictu nephas eſt) Chriſtum jam iterum in Eccleſia ſua reſurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur.

Juſtitiam nemini denegandam, conſtituto loco ſecuro, hinc colligant Dd. * *Heinrico V. hujus filio.*

Quapropter placet tàm * Regi quàm univerſis Regni Principibus, imò cuncto exercitui orthodoxo, quo ſenior idem, ne ulla ſibi pateat adverſum nos juſta querela, quacunque elegerit ſecuritate, quacunque maluerit ſtatione, coram præfecti Senatu, ſimul & Populo, cauſam ſuam agat, juſtitiam ſuſcipiat, juſtitiam & reddat, quatenus ab ortu ſchiſmatis, omnibus ſeditionum cauſia, ac ſi nihil inde jam fuerit diffinitum, undique diſcuſſis, tàm filio quàm patri ſua juſtitia reſpondeat: Eccleſiæ verò Regnique ſtatus non ut ipſe more ſuo proponit, poſt longas inducias, ſed in præſentiarum his controverſiis diremptis, vacillare deſinat. Ex Caſtris.

):o:(

HENRI-

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM AD PRINCIPES IMPERII.

Ann. Chriſti 1106.

HENRICUS Dei gratia Imperator Auguſtus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæteriſque Regni Principibus, gratiam & dilectionem, dignantibus ea recipere.

1. Rogamus filium noſtrum, & vos multùm precati ſumus, ut dimiſſo exercitu ordinaretur, quomodo poſſemus convenire, ut de injuria noſtra & pace componenda ad honorem Regni poſſet dignè & decenter definiri. Placuit vobis remandare. Unde nobis longè gravior priori oritur querimonia, quòd dimiſſa obſidione Coloniæ vultis ſuper nos & fideles noſtros ſub ſpecie colloqui cum exercitu venire, datis induciis octo dierum: quæ numquam datæ ſunt homini alicujus conditionis, ut benè ſcitis, uſque ad hanc diem pro legitima definitione alicujus minoris negotii, nedum pro tanta re, ſecundùm legem divinam vel humanam, vel etiam ſecundùm uſum hominum. Oportet enim nos habere, ſi vobis placeret, ſaltem tales inducias, intra quas poſſemus convocare, & precibus invitare ad hanc eandem cauſam, ut ſint vobiſcum, Moguntinum, & Trevirenſem, & Bremenſem Archiepiſcopos; Friſingenſem, Auguſtenſem, Curienſem, Baſilienſem Epiſcopos; Ducem Magnum cum Duce Theodorico, & Ducem Bohemicum, & Comitem Flandrenſem cum Comite Burgundiæ, & alios, qui ad præfatum negocium, ut benè ſcitis, ſunt valde neceſſarii.

Terminus comparendi in judicio ut prolongetur.

Quinam Imperatoris cauſam cognoſcere habeant.

2. Quapropter, ſicut priùs, rogamus & obnixè precamur, quatenus pro Deo & anima veſtra, & pro appellatione Domini Romani Pontificis Paſchalis, & Romanæ Eccleſiæ, & pro honore Regni dignemini apud filium noſtrum efficere, ut dimiſſo exercitu ceſſet nos perſequi, & ordinetur quomodo ſecurè & abſque omni ambiguitate poſſimus nos cum cæteris ſupradictis ad agendum de noſtra injuria, & pace in regno componenda, quietè & pacificè convenire. Quod ſi nullatenus ceſſare voluerit, proclamationem inde fecimus, & ſemper facimus, Deo, & ſanctæ Mariæ, & beato Petro patrono noſtro, & omnibus Sanctis, & omnibus Chriſtianis, & vobis maximè, omni devotione precantes, ut dignemini ceſſare eum [a] proſequi ad perſecutionem tantæ injuriæ, & vos eum imitari.

a al. perſequi.

3. Appellavimus, & tertiò appellamus Dominum Romanum Pontificem Paſchalem, & ſanctam & univerſalem Sedem & Romanam Eccleſiam.

4. Quod ſi hoc tantum nobis, & ad hoc, ut ipſe ceſſet nos perſequi, prodeſſe non poterit, committimus nos omnipotenti Patri & Filio Sanctoque Spiritui Paracleto, & beatæ Mariæ perpetuæ Virgini, & beato Petro & Paulo, & ſancto Lamberto, omnibuſque Sanctis, ut divina miſeratio, omniumque Sanctorum interceſſio, humilitatem noſtram reſpicere, noſque contra tantum tamque injurioſum Imperium defendere dignetur, Amen.

Appellatio ad Papam.

HENRICI V. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO De inveſtituris Eccleſiaſticorum.

Ann. Chriſti 1110.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus in Eccleſia.

1. Notum eſſe volumus dilectioni & diſcretioni veſtræ ea, quæ inter nos & Dominum illum Paſchalem erant, quomodo incepta tractata ſint: ſcilicet de conventione inter me & ipſum, de traditione Romanorum in me & meos, ut audita intelligatis, intellecta examinetis, examinata dijudicetis.

2. Igitur dum in eo tutus eſſem, ut me ad Eccleſiæ utilitatem & ipſius votum, ſi juſtum eſſet componerem, cœpit exaltationem & dilatationem regni ſuper omnes anteceſſores meos promittere. Studebat tamen ſubdolè, quomodo Regnum & Eccleſiam à ſtatu ſuo diſcinderet, tractare. Quod ſic facere aggreſſus eſt. Regno quidem jam à Carolo quadringentis & ampliùs annis, & ſub ſexaginta tribus Apoſtolicis inveſtituras Epiſcopatuum, eorundem authoritate & privilegiorum firmitate tenenti, abſque omni audientia auferre volebat.

Papæ dolus & fraus in auferendis Eccleſiaſticorum inveſtituris.

3. Et quum per Nuncios noſtros ab eo quæreremus, quid de Nobis fieret, in quo Regnum noſtrum conſtat, quomodo ferè omnia anteceſſores noſtri Eccleſiis conceſſerunt & tradiderunt, ſubjunxit: *Fratres, Eccleſia decimis & oblationibus ſuis contenta ſint: Rex verò prædia & regalia, quæ à Carolo & Ludovico, Ottone & Henrico Eccleſiis collata ſunt, ſibi & ſucceſſoribus ſuis recipiat & detineat.* Ad hoc quum noſtri reſponderent, Nos quidem nolle violentiam Eccleſiis inferre, nec iſta ſubtrahendo tot ſacrilegia incurrere, fiducialiter promiſit, & Sacramento pro eo firmavit Dominica *Eſto mihi*, ſe omnia hæc cum juſtitia & authoritate Eccleſiis auferre, Nobiſque & Regno cum juſtitia & authoritate reddere. Noſtris inden-

Inveſtituræ Eccleſiaſticorum ab omni tempore ſub Imperatoribus.

Paſchalis reſignat donationes Imperatorum Eccleſiis factas.

itidem firmantibus, ſi hoc, ut præmiſſum eſt, ita compleſſet, quod tamen nullo modo fieri poſſe ſciebat: me quoque, uti quærebat, inveſtituras Eccleſiarum reſignaturum: ſicut in Charta conventionis plenius *poteritis videre.

* al. poteris.

Hæc eſt Charta Conventionis ejus ad me.

Regalia ut Eccleſiaſtici renuncient Imperatori.

Dominus Papa præcipiet Epiſcopis præſentibus in die coronationis Regis, ut dimittant regalia Regno, quæ ad Regnum pertinebant tempore Caroli. Henrici, & aliorum prædeceſſorum ejus; & ſcripto firmabit ſub anathemate, ne quis eorum vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſorum eorum, intromittant ſe ullo modo, vel invadant eadem regalia, i. e. civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, monetas, teloneum, mercatum, Advocatias; omnia jura Centurionum, id eſt, Villicorum, turres & villas, quæ Regni erant, cum omnibus pertinentiis ſuis, militiam & caſtra. Nec ipſe Regem & Regnum ſuper his ulterius inquietabit, ſed privilegio ſuo ſub anathemate confirmabit, ne poſteri ſui inquietare præſumant: Regem benignè & honorificè ſuſcipiet, & more prædeceſſorum ſuorum Catholicorum ſcienter non ſubtracto coronabit, & ad tenendum Regnum cum his omnibus officii ſui auxilio adjuvabit.

Papa Imperatorem ut honorare & coronare debeat.

*Si Dominus Papa hæc Regi non adimpleverit; ego Petrus Leonis juro, quòd tota potentia mea tenebo ad Dominum Regem. Obſides autem, niſi *effugerint, reddemus altero die poſt coronationem Regis. Si per Papam *remanſerint, ut non coronetur, ſimiliter reddemus Dominico die quum Rex ad proceſſionem venerit. Obſides dabo Gratianum filium meum, & filium Vizonis filii, & filium ſororis meæ, ſi eum habere potero.*

* al. effugerunt.
* leg. remanſerit i. e. obſtiterit.

Hæc ſunt Sacramenta ex parte Domini Papæ.

Ego Petrus Leonis juro vobis, quia Dominus Papa proximo die Dominico adimplebit Regi, quod in Charta conventionis ſcriptum eſt.

Hæc ſunt Sacramenta ex parte Regis:

Ego Comes Hermannus: Ego Comes Gotfridus:
Ego Velmarus: Ego Adelbertus,

Juro vobis, quia Dominus Rex proxima quarta vel quinta feria ita Principes jurare faciet, & obſides dabit, ſicut in Charta conventionis ſcriptum eſt. Et ſic obſervabunt Domino Papæ eo tenore, ſi Dominus Papa proximo die Dominico ſic adimpleverit Regi per omnia, ſicut in Charta conventionis ſcriptum eſt.

4. Ego verò, ut oſtenderem, nullam Eccleſiarum Dei diſturbationem ex velle noſtro procedere, in cunctorum oculis aſtantium & auribus hoc Decretum promulgavi:

Imperator confirmat donationes ſuorum anteceſſorum Eccleſiis factas.

Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, affirmando & beato Petro, omnibus Epiſcopis & Abbatibus, & omnibus Eccleſiis omnia, quæ anteceſſores mei Reges vel etiam Imperatores eis conceſſerunt vel tradiderunt, & quæ illi pro ſpe æternæ retributionis obtulerunt, do. Ego peccator pro timore terribilis judicii nullo modo ſubtrahere recuſo.

5. Hoc Decreto à me lecto & ſubſcripto, petii ab eo, ut, ſicut in Charta conventionis ejus ſcriptum eſt, mihi adimpleret. Quum ergo ſupradictæ poſtulationi inſiſterem, ſcilicet ut cum juſtitia & autoritate, promiſſa mihi conventione firmiter univerſis in faciem ejus reſiſtentibus, & Decreto ſuo palam hæreſim *inclamantibus, ſcilicet Epiſcopis, Abbatibus, tàm ſuis quàm noſtris, & omnibus Eccleſiæ filiis: hoc, ſi ſalva pace Eccleſiæ dici poteſt, privilegium proferre *voluit.

* fort. meſſe clamantibus.
* al. noluit.

PASCHALIS PAPÆ DECRETUM.

Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico *Regi, & ejus ſucceſſoribus Imperatoribus &c.*

Eccleſiaſtici ſecularia curtar non debent, ut ſunt judicium, militia, &c.

Divinæ legis inſtitutionibus ſancitum eſt, & ſacris canonibus interdictum, ne Sacerdotes curis ſecularibus occupentur, neve ad Comitatum, niſi pro damnatis eruendis, atque pro aliis, qui injuriam patiuntur, accedant. Unde & Apoſtolus Paulus inquit: Judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum. *In veſtri autem Regni partibus Epiſcopi vel Abbates adeò curis ſecularibus occupantur, ut Comitatum aſſiduè frequentare, & militiam exercere cogantur: quæ nimirum aut vix aut nullo modo ſine rapinis, ſacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Miniſtri verò altaris, miniſtri curiæ facti ſunt: quia civitates, Ducatus, Marchionatus, monetas, turres, & cætera ad Regni ſervitium pertinentia a Regibus acceperunt. Unde etiam mos Eccleſiæ intolerabilis inolevit, ut electi Epiſcopi nullo modo conſecrationem acciperent, niſi prius per manum Regiam inveſtirentur. Aliquando etiam vivis Epiſcopis inveſtiti ſunt.*

1 Corinth. 6.

His & aliis plurimis malis, quæ per inveſtituram plerumque contigerant, prædeceſſores noſtri Gregorius Octavus & Urbanus II. felicis memoriæ Pontifices, excitati, collectis frequenter Epiſcopalibus Conciliis, inveſtituras illas manus Laicæ damnaverunt: & ſi qui Clericorum per eas tenuiſſent Eccleſias, deponendos; datores quoque communione privandos percenſuerunt, juxta illud Apoſtolicorum Canonum capitulum, quod ſe ita habet: Si quis Epiſcopus ſeculi poteſtatibus uſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur, omneſque qui illi communicant. *Quorum veſtigia ſubſequentes & nos eorum ſententiam Epiſcopali Concilio confirmamus.*

Can. 29.

Regalia Imperio reſignantur à Papa.

Tibi itaque, fili chariſſime Henrice Rex, & nunc per officium noſtrum Dei gratia Romanorum Imperator, & Regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum. Interdicimus etiam & ſub anathematis diſtrictione prohibemus, ne quis Epiſcoporum ſeu Abbatum, præſentium vel futurorum, eadem regalia invadant, id eſt, civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, monetas, teloneum, mercatum, Advocatias, jura Centurionum, & turres, quæ Regni erant, cum pertinentiis ſuis, militiam & caſtra: & ne ſe deinceps, niſi per gratiam Regis, de ipſis regalibus intromittant. Sed nec poſteris noſtris liceat, qui poſt nos in Apoſtolica Sede ſucceſſuri erunt, aut Te aut Regnum ſuper hoc inquietare negotio.

Porrò

Porrò Eccleſias cum oblationibus & hæreditariis poſſeſſionibus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant, liberas manere decrevimus, ſicut in die coronationis tuæ Omnipotenti Domino in conſpectu totius Eccleſiæ promiſiſti. Oportet enim Epiſcopos curis ſecularibus expeditos, curam ſuorum agere populorum, nec Eccleſiis ſuis abeſſe diutiùs. Ipſi enim, juxta Paulum Apoſtolum, pervigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri.

6. De traditione verò in nos vel in noſtros, ſic ſe res habet, Vix portas civitatis ingreſſi ſumus, cum noſtris infra muri mœnia ſecutè vagantibus, quidam vulnerati, alteri interfecti, omnes verò ſpoliati aut capti ſunt. Ego tamen quaſi pro levi cauſa non motus, bona & tranquilla mente usque ad Eccleſiæ beati Petri januas cum proceſſione perveni. [Quod ſic geſtum fuiſſe, rei veritas multorum aſtipulata teſtimoniis, qui interfuere, proteſtatur.]

Proditio Romanorum in Imperatorem.
Incluſa an ſunt Dedechindi?

HENRICI V. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO DE ELECTIONE ET INVESTITURA EPISCOPORUM ET ABBATUM:

Ann. Chriſti 1122.

Publicata in Comitiis VVormatienſibus.

EGo HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ CALISTI, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & Sanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem & liberam conſecrationem.

2. Poſſeſſiones & regalia beati Petri, quæ à principio hujus diſcordiæ usque ad hodiernam diem, ſive tempore patris mei ſive etiam meo ablata ſunt, quæ habeo, eidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, ut reſtituantur fideliter juvabo.

3. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum quàm Laicorum, conſilio Principum & juſtitia, quæ habeo, ut reddantur fideliter juvabo.

4. Et do veram pacem Caliſto, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & omnibus, qui in parte ipſius ſunt vel fuerunt: & in quibus ſancta Romana Eccleſia auxilium poſtulaverit, fideliter juvabo.

Inveſtitura Prælatorum per annulum & baculum Papæ conceditur.
Electio & Conſecratio Prælatorum cuique Eccleſiæ libera permittitur.
Patrimonium S. Petri reſtituitur.
Bona Principum qui à Papa ſteterunt, reſtituuntur.
Pax publica.
Auxilium Romanæ Eccleſiæ ab Imp. præſtandum.

CALIXTI II. PONTIFICIS ROMANI. BULLA DE ELECTIONE ET INVESTITURA EPISCOPORUM ET ABBATUM.

PRO HENRICO V. IMPERATORE.

Ann. Chriſti 1122.

EGo CALISTUS ſervus ſervorum Dei, dilecto filio ſuo HEINRICO, Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto.

Concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in præſentia tua fieri absque Simonia & aliqua violentia, ut ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Provincialium conſilio vel judicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur; & quæ ex his jure tibi debet, faciat. Ex aliis verò partibus Imperii, conſecratus infra ſex menſes regalia per ſceptrum à te recipiat. De quibus verò mihi querimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum, auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua ſunt vel fuerunt tempore hujus diſcordiæ. Data anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, nono Calendas Octobris.

Electiones Prælatorum Germanicorum coram Imperatore faciendæ.
Inveſtitura Prælatorum per ſceptrum Imperatori conceditur.
Pax publica.

SENATUS POPULIQ. ROMANI

Ann. Chriſti 1140.

EPISTOLA

AD CONRADUM III. IMPERATOREM AUGUSTUM.

Qua eum ad recipiendam Romanæ Reipub. poſſeſſionem hortantur.

Excellentiſſimo atque præclaro Urbis & Orbis totius Domino, CONRADO Deo gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto, S. P. Q. R. ſalutem & Romani Imperii fœlicem & inclytam gubernationem.

Senatus Populique Romani affectio erga Imperatorem. Imperii priſtinum & ſtatum & honorem vindicandi ſtudium. Senatus reſtituta vetus dignitas.

REgali excellentiæ per plurima jam ſcripta, noſtra facta & negotia diligenter expoſuimus, quo modo in veſtra fidelitate permaneamus, ac pro veſtra Imperiali corona exaltanda & omnimodò augenda quotidiè decertemus. Ad quæ, quia Regalis induſtria, ut poſtulavimus, reſcribere dignata non fuit, planè tanquam filii & fideles de Domino & patre ſatis miramur. Nos enim quicquid agimus, pro veſtra fidelitate & honore facimus. Et quidem Regnum & Imperium Romanorum, veſtro à Deo regimini conceſſum exaltare atque amplificare cupientes, in eum ſtatum, quo fuit tempore Conſtantini & Juſtiniani, qui totum orbem vigore Senatus & Populi Romani ſuis tenuere manibus, reducere, Senatu pro his omnibus Dei gratia reſtituto, & eis, qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Romani Imperii ſubripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea, quæ Cæſari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque unanimiter ſatagimus atque ſtudemus. Et ob hujus rei effectum, bonum principium ac fundamentum fecimus.

Nam pacem & juſtitiam omnibus eam volentibus obſervamus: fortitudines, id eſt turres & domos potentium Urbis, qui veſtro Imperio unà cum Siculo & Papa reſiſtere parabant, cepimus; & quaſdam in veſtra fidelitate * retinemus, quaſdam verò ſubvertentes ſolo coæquavimus.

al. tenemus.

al. Franii Panes.

Sed pro his omnibus, quæ veſtræ dilectionis fidelitate facimus, Papa, * Frangipanes, & filii Petri-Leonis homines & amici Siculi, excepto Jordano noſtro, fidelitate in veſtra vexillifero & adjutore, Tolomæus quoque & alii plures undique nos impugnant, ne liberè, ut decet, Imperialem Regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor gravis eſt, licet inde plurima damna ſuſtineamus, pro veſtro amore & honore gratanter patimur. Scimus namque nos à vobis proinde præmium, ſicut à patre, accepturos; vosque in eos, ſicut in Imperii hoſtes, vindictam daturos.

Papæ & ſuorum aſſeclarum calumniandi calliditas. * *al. quia qui dc.* * *al Altitudini.* Papæ quanta mala intulerint Imperatoribus Germanis.

Cum tanta igitur noſtra in vobis fidelitas ſit, tantaque pro vobis ſuſtineamus, precamur ne ſpes iſta nobis deficiat, ne Regia dignitas nos veſtros fideles & filios deſpiciat. Neque ſi in Regalibus auribus aura ſiniſtra de Senatu & nobis flaverit, in eam intendat aut reſpiciat. * Qui enim de nobis veſtræ * Amplitudini mala ſuggerunt, de veſtra & noſtra (quod abſit) diſſenſione lætari volunt, & utrosque (ut ſoliti ſunt) callidè opprimere moliuntur. Sed circa hæc, ne fiant, Regalis prudentia, ut decet, ſolicita ſit & provida: reminiſcaturque veſtra ſolertia, quot & quanta mala Papalis Curia, & dicti quondam cives noſtri, Imperatoribus, qui fuerunt ante vos, fecerint, & nunc deteriora vobis cum Siculo facere tentaverunt. Sed nos Chriſti gratia in veſtra fidelitate viriliter eis reſiſtimus, ac plures ex illis ab Urbe, ſicut peſſimos hoſtes Imperii, ut ſunt, * repulimus.

* *al pepulimus.* Imperator ut habitet Romæ in Urbe ſua.

Appropinquet itaque nobis Imperialis celeriter vigor. Quoniam, quicquid voltis, in Urbe obtinere poteritis: &, ut breviter ac ſuccinctè loquamur, potenter in Urbe, quæ caput mundi eſt, ut optamus, habitare, toti Italiæ ac regno Teutonico, omni Clericorum remoto obſtaculo, liberiùs & meliùs quàm omnes ferè anteceſſores veſtri, dominari valebitis. Sine mora ergo precamur, ut veniatis: & interim de ſtatu veſtro, quem ſemper deſideramus ſalubrem & proſperum, de his Regalibus litteris ac nunciis nos lætificare dignemini. Sumus enim per omnia veſtræ voluntati ſemper obtemperare parati.

Pons Mylvius.

Sciatis præterea, quia pontem Mylvium extra Urbem parum longè per tempora multa pro Imperatorum contrario deſtructum, nos, ut exercitus veſter per eum tranſire queat, ne Petri Leones

per

Digitized by Google

per caſtellum ſancti Angeli vobis nocere poſſint, ut ſtatuerant cum Papa & Siculo magno conamine reſtauramus, & in (a) parvo temporis ſpatio muro fortiſſimo & ſilicibus juvante Deo complebitur. Concordiam autem inter* Siculum & * Papam hujusmodi eſſe accepimus. Papa conceſſit Siculo virgam & (b) annulum, dalmaticam & mitram atque ſandalia, & ne ullum mittat in terram ſuam Legatum, niſi quem Siculus petierit: & Siculus dedit ei multam pecuniam pro detrimento veſtro & Romani Imperii, quod Dei gratia veſtrum exiſtit. Hæc omnia ſollicitè veſtra animadvertat, optime Rex, prudentia.

a al. parvi.
* Petrum Leonem antipapam, qui ſe Anacletum nominari voluit.
* Innocentium II.
b al. annulum.

Rex valeat, quicquid cupit obtineat, ſuper hoſtes
Imperium teneat, Roma ſedeat, regat orbem,
Princeps terrarum ceu fecit Juſtinianus,
Cæſaris accipiat Cæſar, quæ ſunt ſua Præſul,
Ut Chriſtus juſſit, Petro ſolvente tributum.

Nos de cætero Legatos noſtros precamur, ut benignè recipiatis, & quod vobis dixerint, credatis, quia ſcribere cuncta nequivimus. Sunt enim Nobiles viri, Guido Senator, Jacobus filius Siati Procuratoris, & Nicolaus eorum ſocius.

CONRADI III. IMPERATORIS AUGUSTI.

RESCRIPTUM

AD JOANNEM COMNENUM IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM.

Ann. Chriſti 1146.

CONRADUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Joanni eadem gratia Conſtantinopolitano Imperatori ſalutem & dilectionem fraternam, amicitiam, honorem, & gloriam.

1. Ut parentes noſtri, videlicet Romanorum Imperatores, antecesſores noſtri, ad anteceſſores veſtros, ſcilicet regnum & populum Græcorum conſtituerunt, conſtituo: & ſicut ſervaverunt, conſervabo.

Confirmatio mutuæ utriusque Imperii ſocietatis

2. Non eſt gens, regnum, aut populus, qui non noverit, noſtræ Romanæ Reipub. veſtram novam Romam & dici & fore filiam, ex hujusque radice ramos & fructus ejus proceſſiſſe. Propter quod hæreditatem, quæ à matre debetur filiæ, conſtituimus, æternamque volumus; & eò amplius, quod quæ matri debentur, filiam velle cernimus, ſcilicet ut auctoritas materna præcinat conſilio, auxilio: reſpondeat autem gloria & honore filiaſtina dilectio.

Conſtantinopolitanum Imperium ut filia, recognoſcere debet Romanum ut matrem,

3. Sint ergo res utriusque communes, utriusque amicus idem, idem inimicus, ſive in terra ſive in mari; & cognoſcat ac timeat matris virtutem & valentiam, qui non honoraverit filiam, ſive Normannus, ſive Siculus, ſive quia alter quicunque, ubicunque. Neque enim obliti ſumus, vel ego vel Principes noſtri Imperii, quoscunque hoſtium noſtrorum incurſus vel invaſiones in Imperium & magnificentiam Romanam. Sed cùm divina clementia ſubveniet, retribuemus unicuique ipſorum ſecundum multitudinem ipſorum malitiæ. Videbit ergo & audiet univerſa regnorum latitudo, quàm facili manu proſternentur latrones, qui inſurrexerunt in utriusque Imperii noſtri monarchiam: quia cooperante Deo, ſi alas excutiemus, hoſtem modò volitantem capiemus, & cordis ejus eviſcerabimus audentiam, quæ modò extollitur contra utriusque imperii noſtri honorem & gloriam. Conſervamus igitur quæ juſta & amicabilia ſunt ad vos, eadem vos ad nos: & tanto ſtudioſiùs, quanto per conjugium ſororis dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Imperatricis videlicet nobiliſſimæ, & filii tui confœderati ſumus propinquius.

4. Verùm quia de noſtris hilareſcere ſucceſſibus, dilectionis & nobilitatis tuæ credimus experientiam, quid poſt diſceſſum prudentiſſimorum Apocriſiariorum tuorum, in generali & ſolenni curia cum univerſis Imperii noſtri Principibus celebrata, cui eos intereſſe voluimus, Dei auxiliante actum ſit, tibi ſicut unico fratri noſtro & amico dilectiſſimo dignum duximus intimare. Noveris igitur, quòd omnes, qui Imperium noſtrum offendiſſe videbantur, cooperante Deo, potenter in noſtro Imperiali jure inclinavimus, eosque in plenitudinem gratiæ noſtræ ſuſcipientes, univerſas Imperii noſtri partes abundanti pace ditavimus. Adhoc Francia & Hiſpania, Anglia, Dania, cæteraque regna Imperio noſtro adjacentia, quotidiana legatione ſua, cum debita reverentia & obſequio nos frequentant, ad ea, quæ Imperii noſtri mandata ſunt, ſe prompta eſſe tam obſidibus quàm Sacramentis affirmantes.

Franci, Hiſpani, Angli, Dani, &c. ad mandata Imperatoris prompti.

5. Nolumus etiam latere diſcretionis tuæ prudentiam, quòd Dominus Papa, totaque Apulia, Italia, & Longobardia, de die in diem adventum noſtrum deſiderant: & ut noſtra eis Imperiali ſubveniamus potentia, cum omni devotione expoſtulant. Hujus rei gratia dilectiſſimum & præcordialem Imperii noſtri Principem Embriconem, venerabilem Herbipolenſem Epiſcopum, amicum tuum, ad exquirendam

Expeditio Imperatoris in Italiam.

Domi-

Domini Papæ voluntatem Romam miſimus. Cognita verò ipſius circa oos voluntate, communicato Principum noſtrorum conſilio, ea quæ ed utriusque Imperii noſtri honorem ſpectant, per cariſſimos & prudentes Nuncios noſtros, Robertum ſcilicet Principem Capuanum, illuſtrem utique virum ac nobilem oobisque fidelem, nec non Albertum dilectum Capellanum noſtrum & in fide conſtantem, tuæ ſignificamus nobilitati.

6. Hos igitur tanquam nos eudias, & quæ tibi dixerint, ſicut decet excellentiam tuam, & ſicut de te ſperamus & credimus, ad affectum perducas, & honeſtos & idoneos Apocriſiarios tuos unà cum Nuntiis ooſtris ſine dilatione ad nos remittas.

Auteni hoſtes Imperii. 7. Præterea de Rutenis, qui ad contemptum Imperii noſtri occiſis hominibus noſtris, pecuniam noſtram ſibi uſurpaverunt, ſicut convenit in cauſa amici & propinqui tui, & ſicut nobis ſcripſiſti, ita facias.

Milites Germani in Græcia. 8. Militibus quoque Imperii noſtri, Alemanis ſcilicet, qui apud te ſunt, ſicut decet excellentiam tuam, benignus exiſtas.

Germanis ut Conſtantinopoli eccleſia concedatur. 9. Nihilominus etiam te rogamus, ut hominibus Imperii noſtri, Teutonicis videlicet, qui Conſtantinopoli moraotur, locum, in quem ad honorem Dei Eccleſiam ædificent, concedas, tum reſpectu divinæ remunerationis, tum & interventu & petitione noſtræ dilectionis. Recordari quoque debet tua diſcretio, quòd nos in litteris prioribus, per præfatum Capellanum noſtrum tuæ nobilitati præſentatis, hoc idem à te pro Dei amore & honore petivimus: quia ſi ipſe, qui dat ſalutem Regibus, fuerit in medio noſtri, certum eſt quòd non gaudebunt inimici noſtri.

Datum XVIII. Cal.... Raiſponæ, in Chriſto feliciter, Amen.

HADRIANI IV. PONTIFICIS
ROMANI
LITERÆ
AD FRIDERICUM I. IMPERATOREM.

*a Exod. 20. Deuter. 5. ad Eph. 6. ad Coloſſ. 3. b Exod. 21. Levit. 20. Proverb. 20. Matth. 15. Marc. 7. c Matth. 23. Luc. 14. & 18. * al prudentia tua fert. ſuper imprudentia tua. * al. qui beato. a al. cum his, al cum ab iis. b al. Dei Pſal. 81. v 6. Joan. 10. c al. optas. a al. Eccleſia Catholica. b al. omnibus illis. a ab qua cœp. al. Omnibus illi adhær. qua. * Actor. 1. Papatum Imperatorib. omnia debere, quæ habet. c al. regalis, utrimque. d al. dinoſcitur.*

HADRIANUS *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, FRIDERICO Imperatori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Lex [a] *divina, ſicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita* [b] *maledicentibus patri & matri, ſententiam mortis irrendit. Veritatis autem voce docemur, quia* [c] omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. *Quapropter, dilecte in Domino fili, ſuper * prudentiam tuam non mediocriter admiramur, * quòd beato Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, non quantam deberes, reverentiam exhibere videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis: in quo inſolentia, ne dicam arrogantiæ, notam incurris.*

Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis à te promiſſa & jurata, quomodo eam obſervas? [a] *quum ab his, qui* [b] Dii ſunt, & filii Excelſi omnes, *homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus tuis innectis, & manifeſtè nobis factus contrarius, Cardinalibus à latere noſtro directis non ſolùm Eccleſias, ſed & civitates Regni tui claudis.*

[*Quid dicam?*] *reſipiſce ergo, Reſipiſce, tibi conſulimus. Quia, dum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum in conceſſa* [*] *capias, ne conceſſa perdas, Nobilitati tua timemus. Vale.*

FRIDERICI I. BARBAROSSÆ,
IMPERATORIS AUGUSTI
RESCRIPTUM
AD HADRIANUM PAPAM.

FRIDERICUS Dei gratia Romenorum Imperator ſemper Auguſtus, Hadriano [*a*] Romanæ Eccleſiæ Pontifici, [*b*] omnibusque adhærere volentibus iis, quæ * cœpit Jeſus facere & docere, S. D.

1. Lex juſtitiæ unicuique quod ſuum eſt, reſtituit. Non enim parentibus noſtris derogamus, quibus in hoc regno noſtro debitum exhibemus honorem; à quibus & regni dignitatem ſuſcepimus & coronam. Numquid tempore Conſtantini Sylveſter [*c*] regale aliquid habuiſſe [*d*] dignoſcitur? Sed ejus pietatis conceſſione libertas [*e*] data eſt Eccleſiæ, pax reſtituta, & quicquid [*e*] regale Papatus veſter habere dignoſcitur, largitione Principum [*f*] obtinet. Unde cùm Romano Pontifici ſcribimus, [g] jure & ex antiquo oomen noſtrum præponimus, & ad juſtitiæ normam

e al. conceſſa eſt. f al. donatur. Imperatoris nomen præponendum nomini Papæ. *g al. jure ex ant. al. jure antiquo.*

mam eandem nobis ſcribenti concedimus. Revolvite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic invenitur.

2. Ab his autem, qui Dii ſunt per adoptionem, & regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia ſacramenta non exigamus? cùm ille noſter & veſter inſtitutor, ab homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens, [a] tamen pro ſe & Petro * cenſum Cæſari perſolvit, & exemplum vobis dedit, ut & vos ita [b] faciatis. Docet itaque vos, dicens, *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Aut igitur regalia noſtra nobis dimittant, aut ſi hæc ſibi utilia judicaverint, [c] quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari perſolvant.

3. Cardinalibus utique veſtris clauſæ ſunt eccleſiæ, & non patent civitates: quia non videmus eos prædicatores, ſed prædatores; non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores; non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles [d] corraſores. Cùm autem viderimus eos, quales requirit Eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate, neceſſariis ſtipendiis & commeatu eos ſuſtentare non differemus.

4. Humilitatis autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ non minimam notam [e] incurritis, cùm hujusmodi quæſtiones, religioni non multum conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Provideat itaque paternitas veſtra, ne dum talia movat, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cùm ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam usque ad Sedem Petri repſiſſe videamus, paci Eccleſiæ bene ſemper [f] providentes. Bene ſemper valete.

Epiſcopos fidelitatem Imperatori debere.
a al. qui pro ſe. Matth. 17.
b al. faciatis, docens vos.
al. docet. Matth. 11.
c Bal. addit tunc quæ.
g al. abiis à qui Dei ſunt.
al qua Dei ſunt.
Cardinalium vitia.
d al. corroſores.
Papæ ſuperbia.
e al. Incurritis.
f al. providentes bene ſemper val.
al. providentes Valete.

Bapſts Hadriani deß Vierdten

B R I E F

An Fridericum den Erſten.

HAdrianus Biſchoff/ ein Knecht der Knechte GOttes/ Friderico dem Käyſer wünſchet Heyl und Apoſtoliſchen Segen. Wie das Göttlich Geſatz denen/ die Vatter und Mutter verehren/ langes Leben verſpricht/ alſo dräuet es den Todt denen/ die Vatter und Mutter verunehren. So werden wir durch den Mund der Warheit unterwieſen/ daß ein jeder der ſich erhöhet/ der wird geniedert. Darum geliebter Sohn im HErrn/ wir verwundern uns nicht ein wenig deiner Weißheit halben/ daß du die gebührende Ehr Sanct Peter und dem Röm. Stuhl nicht beweiſeſt. Dann in den Brieffen/ die du zu uns geſandt haſt/ haſt du deinen Nahmen dem unſern vorgeſetzt. Indem du nicht allein beweiſeſt/ daß dir nicht geziemet/ ſondern maſſeſt dir mehr zu/ dann du ſolleſt. Was ſoll ich ſagen von der Treu/ die du St. Peter und uns verſprochen haſt und geſchworen/ wie du die halteſt/ dieweil du diejenigen/ die Götter ſind/ und alleſamt Kinder deß Allerhöchſten/ dringeſt daß ſie dir huldigen müſſen: Die Biſchöff meyne ich/ und ihre heilige Hände darffſt du mit deinen Händen verſtricken/ und in Gelübd nehmen/ indem du uns gantz zu wider handleſt/ und befihleſt/ daß man den Cardinälen/ die wir von unſern Seiten ſenden und außſchicken/ welche genannt Legati à latere, nicht allein die Kirchen/ ſondern auch die Städt deines Reichs zuſchlieſſen. Was ſoll ich ſagen? Kehr wieder/ kehr wieder/ das rathen wir dir/ damit du nicht dasjenige/ ſo du von uns empfangen haſt/ wiederum verlehreſt.

Käyſer Friderici deß Erſten

Antwort

An Bapſt Hadrianum.

FRidericus von GOttes Gnaden Römiſcher Käyſer/ Mehrer deß Reichs/ Hadriano der Catholiſchen Kirchen Biſchoffen/ auch allen denen/ die da anhangen wollen denen Dingen/ die JEſus anfieng zu thun und zu lehren/ S. D.

Das Geſatz der Gerechtigkeit gibt einem jeden das ihm zuſteht. Dann Wir von Unſern Eltern nicht aus der Art ſchlagen/ denen Wir in dieſem Königreich gebührende Ehr erhalten und beweiſen: Von welchen Unſern Eltern Wir die Würdigkeit und die Cron deß Reichs empfangen haben.

Wie?

Wie? hat auch Sylveſter zur Zeit Käyſers Conſtantini einigen Königlichen Pracht geführet? vielmehr aber umb ſeiner Gottſeligkeit willen iſt Freyheit und Fried der Kirchen zu kommen. Ja/ was euer Pabſtthum/ das jetzund ein gewaltig Königreich iſt/ hat und vermag/ iſt das nicht aus Freygebigkeit der Käyſer und König euch zugeſtanden?

Darum/ ſo Wir dem Römiſchen Biſchoff ſchreiben/ thun Wirs von Recht wegen/ und aus altem Brauch/ daß Wir Unſern Namen vorſetzen. Und diß/ wie billich und recht/ laſſen Wir auch zu hinwiederum dem Bapſt/ ſo er Uns thut ſchreiben/ daß er ſeinen Namen vorſetze.

Von denen aber/ wie im Brief ſteht/ die zu Götter ſind angenommen/ und von Uns die Regalia empfahen/ warum wolten Wir nicht Gelübd/ Huldung/ und den Eyd/ wie die Regalia mit ſich bringen/ erforderen? Dann/ ſo dieſer Unſer und der euer Auffſetzer Chriſtus vor ſich und vor den Petrum/ dem Käyſer den Zinß-Pfenning geben hat/ und euch ein Exempel geben/ daß ihr alſo thun ſollet/ der lehret euch auch/ und ſagt: **Lernet von mir/ dann ich bin ſanfftmüthig/ und von Hertzen demüthig.** Darum ſo ſollen die Biſchöffe und Geiſtlichen entweders Uns die Regalia laſſen: oder ſo ſie vermeynen/ daß die Regalia ihnen nütze ſind/ alsdann ſollen ſie was dem Käyſer zu ſtatt/ dem Käyſer ausrichten.

Daß dann euren Cardinälen die Kirchen ſind zugeſchloſſen/ und die Städt nicht offen/ das hat die Urſach: dieweil wir nicht ſehen/ daß ſie Prediger ſondern Räuber ſind: non prædicatores ſed prædatores; nicht Friedmacher/ ſondern Geld-Räuber: nicht Wiederbringer der Reich/ ſondern ohnerſättiger Goldfreſſer. So wie aber ſolche Cardinäl/ Biſchöff und Legaten ſehen werden/ wie ſie die Kirch erfordert/ die den Frieden bringen/ das Vatterland erleuchten/ und ſich der Armen Geſchäffe unterziehen in aller Billichkeit/ wollen Wir ihn an aller nothwendigen Unterhaltung und Beſoldung keinen Mangel laſſen.

Ihr gebet hiemit auch ein kleine Anzeig eurer Demuth (die eine Hüterin iſt aller Tugenden) und eurer Sanfftmüthigkeit/ ſo ihr ſolche Fragen/ welcher Nahm deß Bapſts oder Käyſers/ dem andern ſoll vorgeſetzt werden/ die der Religion nicht hoch nützen/ weltlichen Perſonen vorhalten/ damit ihnen nicht kleine Aergernüs gegeben wird. So mögen Wir auch nicht unterlaſſen auf gehörte Ding zu antworten/ ſo Wir ſehen/ daß die abſcheulich Beſtie der Hoffart biß zu Sanct Peters Stul gekrochen iſt. Dann Wir je der Kirchen Wolfahrt alle Zeit gern ſehen wolten. Deo valete.

FRIDERICI I. BARBAROSSÆ, IMPERATORIS AUGUSTI.

EPISTOLA

AD PRINCIPES IMPERII

Qua negat, Imperatorem Imperium tenere à Papa.

Ann. Chriſti 1157. Imperatoris eſt pacem Eccleſiæ conſervare. Papa omnis diſſenſionis & malorum auctor. Biſuntina Curia. Papæ Legatorum faſtus & inſolentia. Papæ ſuperbæ & arrogantes litteræ. Papæ nefanda & mendax arrogantia imperii Romani. Papæ Legatos à Principib. Imperii mortis rei judicati. Papæ Legatorum militia & rapina. Papæ Legati redire jubentur rectâ viâ Romam ab Imperatore.

CUm divina potentia, à quo omnis poteſtas in cœlo & in terra, nobis Chriſto ejus regnum & imperium regendum commiſerit, & pacem Eccleſiarum Imperialibus armis conſervandam ordinaverit, non ſine maximo dolore cordis conqueri cogimur Dilectioni veſtræ, quòd à capite ſanctæ Eccleſiæ, cui Chriſtus pacis ac dilectionis ſuæ characterem impreſſit, cauſæ diſſenſionum, diſſeminarium malorum, peſtiferi morbi venenum manare videntur. De quibus, niſi Deus avertat, totum corpus Eccleſiæ commaculari, unitatem ſcindi, inter regnum & ſacerdotium ſchiſma fieri pertimeſcimus. Cum enim nuper in Curia Biſuntii eſſemus, & de honore Imperii & ſalute Eccleſiarum debita ſollicitudine tractaremus, venerunt Legati Apoſtolici, aſſerentes ſe talem legationem noſtræ afferre Majeſtati, unde honor Imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cùm prima die adventus ſui honorificè ſuſcepiſſemus, & ſecunda (ut mos eſt) ad audiendam legationem eorum cum Principibus noſtris conſediſſemus, ipſi quaſi de Mammona iniquitatis inflati, de altitudine ſuperbiæ, de faſtu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem Apoſtolicis literis conſcriptam nobis præſentaverunt, quarum tenor talis erat; quòd præ oculis mentis ſemper deberemus habere, qualiter Dominus Pspa inſigne Imperialis coronæ nobis contulerit: neque tamen pœnitentia moveretur, ſi majora Excellentia noſtra ab eo beneficia ſuſcepiſſet.

2. Hæc erat illa paternæ dulcedinis legatio, quæ unitatem Eccleſiæ & Imperii confovere debuit, quæ vinculo pacis utrumque colligare: Ad vocem illam nefandam & omni veritate vacuam, non ſolùm Imperialis Majeſtas debitam indignationem concepit, verùm omnes Principes, qui aderant, tanto furore & ira ſunt repleti, quòd ſine dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet præſentia. Porrò quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, & ſchedulæ ſigillatæ ad arbitrium eorum ſcribendæ adhuc, quibus (ſicut hactenus conſuetudinis eorum fuit) per ſingulas Eccleſias Teutonici regni conceptum iniquitatis ſuæ virus reſpergere, altaria denudare, vaſa domus Dei aſportare, cruces excoriare, nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis da-

retur

retur, eadem, qua venerant, via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem Principum à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit, qui in paſſione Chriſti filii ſui duobus gladiis neceſſariis regendum orbem ſubjecit; cumque Petrus Apoſtolus hac doctrina mundum informaverit, *Deum timete, Regem honorificate*; quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit.

Imperium à ſolo Deo per electionem Principum.
Luc. 22.
1. *Petr.* 2.

3. Quia verò hactenus honorem ac libertatem Eccleſiarum, quæ jam diu indebitæ ſervitutis jugo depreſſa eſt, à manu Ægyptiorum ſtuduimus eripere, & omnia eis dignitatum ſuarum jura conſervare intendimus, univerſitatem veſtram ſuper tanta ignominia nobis & Imperio condolere rogamus; ſperantes, ne honorem Imperii, qui à conſtitutione Urbis, & Chriſtianæ Religionis inſtitutione, ad veſtra uſque tempora glorioſus & imminutus extitit, fidei veſtræ indiviſa ſynceritas tàm inaudita novitate, tàm præſumptuoſa elatione imminui patiatur ſciens omni ambiguitate remota, quòd mortis periculum antè vellemus incurrere, quàm noſtris temporibus tantæ confuſionis opprobrium ſuſtinere. Valete.

Adhortatio ad Principes ad conſtantiam in tuendo Imperii honore.

HADRIANI IV. PONTIFICIS ROMANI

EPISTOLA

Ann. Chriſti 1158.

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GERMANIÆ.

Quoties aliquid in Eccleſia contra honorem Dei & ſalutem fidelium attentatur, fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, & eorum præcipuè, qui ſpiritu Dei aguntur, cura debet exiſtere, ut ea, quæ malè geſta ſunt, gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod abſq; nimio mœrore non dicimus, cariſſimus filius noſter FRIDERICUS *Romanorum Imperator, tale quid egit, quale temporibus anteceſſorum ſuorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus noſtris, Bernhardum tit. S. Clementis & Rolandum Cancellarium noſtrum tit. S. Marci Presbyteros Cardinales ad ipſius præſentiam miſiſſemus, ipſe cùm primùm ad ejus præſentiam pervenerunt, alacriter viſus eſt eos recepiſſe. Sequente verò die cùm rediſſent ad eum, & literæ noſtræ in ejus auribus legerentur, accepta occaſione cujuſdam verbi, quod ipſarum literarum ſeries continebat,* inſigne *videlicet* coronæ beneficium tibi contulimus, *in tantam animi commotionem exarſit, ut convitia, quæ in nos & Legatos noſtros dicitur conjeciſſe, & quàm inhoneſtè ipſos à præſentia ſua recedere, ac de terra ſua velociter exire compulerit, & audire opprobrium & lamentabile ſit referre. Eis autem ab ipſius præſentia excedentibus, facto edicto, ne aliquis de regno veſtro ad Apoſtolicam Sedem accedat, per omnes fines ejuſdem regni cuſtodes dicitur poſuiſſe, qui eos, qui ad Sedem Apoſtolicam venire voluerint, violenter debeant revocare. Super quo facto licet aliquantulum perturbemur, ex hoc tamen in nobis ipſis majorem conſolationem accipimus, quòd ad id de veſtro & Principum conſilio non proceſſit. Unde confidimus eum à ſui animi motu, conſilio, & perſuaſione veſtra facilè revocandum. Quocirca Fratres, quoniam in hoc facto non ſolùm noſtra, ſed veſtra & omnium Eccleſiarum res agi dinoſcitur, charitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, quatenus opponatis vos murum pro domo Domini, & præfatum filium noſtrum ad viam rectam quàm citiùs reducere ſtudeatis: attentiſſimam ſollicitudinem adhibentes, ut à Reinaldo Cancellario ſuo, & Palatino Comite, qui magnas blaſphemias in præfatos Legatos noſtros, & matrem veſtram ſacroſanctam Romanam Eccleſiam evomere præſumpſerunt, talem & tam evidentem ſatisfactionem faciat exhiberi, ut ſicut multorum aures amaritudo ſermonis eorum offendit, ita etiam ſatisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquieſcat idem filius noſter conſiliis iniquorum: conſideret noviſſima & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Juſtinianus & alii Catholici Imperatores inceſſiſſe noſcuntur. Exemplo ſiquidem & imitatione illorum & honorem in terris & felicitatem in cœlis ſibi poterit cumulare. Vos etiam, ſi eum ad rectam ſemitam reduxeritis, & beato Petro Apoſtolorum Principi gratum impendetis obſequium, & vobis & Eccleſiis veſtris conſervabitis libertatem: alioquin noverit antedictus filius noſter ex admonitione veſtra, noverit ex promiſſionis Evangelicæ veritate, quod ſacroſancta Romana Eccleſia ſuper firmiſſimam petram, Deo collocante, fundata, quantocunq; ventorum turbine quatiatur, in ſua firmitate, protegente Domino, in ſeculum ſeculi permanebit. Nec autem, ſicut noſtis, deceret eum tam arduam viam abſq; veſtro conſilio attentaſſe. Unde credimus, quòd auditis admonitionibus veſtris facillimè poterit ad frugem ſanioris ſtudii, ſicut vir diſcretus & Imperator Catholicus, revocari.*

EPISCOPORUM GERMANIÆ

Ann. Chriſti 1158.

RESCRIPTUM

AD ADRIANUM PAPAM.

Eccleſia ſuper petram fundata inexpugnabilis.

QUamvis ſciamus & certi ſimus, quòd Eccleſiam Dei fundatam ſupra firmam petram neque venti neque flumina tempeſtatum poſſint dejicere: nos tamen infirmiores & puſillanimes, ſi quando hujusmodi contigerint impetus, concutimur & contremiſcimus. Inde nimirum graviter conturbati ſumus, & conterriti ſuper his, quæ inter veſtram Sanctitatem & filium veſtrum devotiſſimum Dominum noſtrum Imperatorem, magni mali, niſi Deus avertat, ſeminarium præbitura videntur.

Literas Papæ Principes Imperii ægrè moleſtèque tuliſſe.

2. Equidem à verbis illis, quæ in literis veſtris continebantur, quas per Nuncios veſtros prudentiſſimos & honeſtiſſimos, Dominum Bernhardum & Dominum Rolandum Cancellarium, venerabiles Presbyteros Cardinales, miſiſtis, commota eſt univerſa Respublica Imperii noſtri: aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum ſuſtinere: omnes ita continuerunt aures ſuas, quòd nos, ſalva gratia veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis, ea tueri propter ſiniſtram ambiguitatis interpretationem, vel conſenſu aliquo approbare, nec audemus nec poſſumus, eò quòd inſolita & inaudita fuerunt usque ad hæc tempora.

3. Literas autem, quas nobis miſiſtis, debita cum reverentia ſuſcipientes & amplectentes, commovimus filium veſtrum, Dominum noſtrum, Imperatorem, ſicut juſſiſtis; & ab eo reſponſum, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat Catholicum Principem, in hunc modum.

FRIDERICI IMPERATORIS RESCRIPTUM AD EPISCOPOS GERMANIÆ.

Imperium quibus regatur rebus. Eccleſiæ limites Imperium à ſolo Deo immediatè. Imperatoris electio. Cardinales cur ab Imperii finibus juſſi diſcedere. Abuſus Eccleſiarum & Monaſteriorum tollendos. Imperatorem, à quo exaltata eſt, demolitur Eccleſia.

Duo ſunt, quibus noſtrum regi oportet Imperium, leges ſanctæ Imperatorum, & uſus bonus prædeceſſorum & patrum noſtrorum. Iſtos limites Eccleſiæ nec volumus præterire nec poſſumus, quicquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitam patri noſtro reverentiam libenter exhibemus: liberam Imperii noſtri coronam divino tantùm beneficio aſcribimus: electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundùm ordinem Principibus, recognoſcimus: Regalem unctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici: quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Cardinales in contemptum dilectiſſimi & reverendiſſimi Patris noſtri & conſecratoris, à finibus terræ noſtræ coëgimus non exire: ſed cum his & pro his, quæ & ſcripta & ſcribenda ferebant, in dedecus & ſcandalum Imperii noſtri, ultrà eos procedere pati noluimus. Introitum & exitum Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro ſuis neceſſitatibus rationabiliter cum teſtimonio Epiſcoporum & Prælatorum ſuorum Romanam Sedem adeuntibus: ſed illis abuſionibus, quibus omnes Eccleſiæ regni noſtri gravatæ & attentatæ ſunt, & omnes penè Clauſtrales diſciplinæ emortuæ & ſepultæ, obviare intendimus. In capite orbis Deus per Imperium exaltavit Eccleſiam: in capite orbis Eccleſia (non per Deum, ut credimus) nunc demolitur Imperium. A pictura cœpit: ad ſcripturam pictura proceſſit: ſcriptura in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non ſuſtinebimus: coronam antè ponemus, quàm Imperii coronam unà nobiſcum ſic deponi conſentiamus. Picturæ deleantur, ſcripturæ retractentur, ut inter Regnum & Sacerdotium æternæ inimicitiarum monumenta non remaneant.

HUCUSQUE EPISTOLA.

* Leg. ut puta.

4. Hæc & alia,* utpote de concordia Rogerii & Guilhelmi Siculi, & aliis, quæ in Italia facta ſunt, conventionibus, quæ ad plenum proſequi non audemus, ab ore Domini noſtri Imperatoris audivimus.

5. Abſente autem Palatino Comite, & in præparatione expeditionis in Italiam præmiſſo, à Cancellario ibidem adhuc præſente aliud non audivimus, niſi quod humilitatis erat & pacis, præter quod eis pro periculo vitæ, quod à populo imminebat, pro viribus ſuis aſtiterit, cunctis, qui ibi aderant, hujus rei teſtimonium ei perhibentibus.

Papam ſcribere rogant literas mitigatorias ad Imperatorem.

6. De cætero ſanctitatem veſtram ſuppliciter rogamus & obſecramus, ut noſtræ parcatis infirmitati, ut magnanimitatem filii veſtri, ſicut bonus paſtor, leniatis ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuavitate mellitâ dulcorantibus, quatenus & Eccleſia Dei tranquilla devotione lætetur, & Imperium in ſuæ ſublimitatis ſtatu glorietur: ipſo mediante & adjuvante, qui mediator DEI & hominum factor eſt, homo Chriſtus JESUS.

ADRIANI IV. PONTFICIS ROMANI

EPISTOLA

AD FRIDERICUM I. IMPERATOREM

Anno Chriſti 1159.

In qua interpretatur, quomodo Imperium dicatur & ſit beneficium Eccleſiæ.

EX quo univerſalis Eccleſiæ curam, Deo (prout ipſi placuit) diſponente, ſuſcepimus, ita in cunctis negociis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore noſtro & veneratione Sedis Apoſtolicæ debuiſſet accendi. Unde ſine grandi admiratione non ferimus, quòd cum audito ex ſuggeſtione quorundam animum tuum aliquantulum contra nos fuiſſe commotum, duos de melioribus & majoribus fratribus noſtris, Rolandum ſcilicet Cancellarium tit. S. Marci & Bernhardum tit. S. Clementis Presbyteros Cardinales, qui pro tuæ Majeſtatis honore in Romana Eccleſia ſolliciti ſemper exſtiterant, pro voluntatis tuæ cognitione ad tuam præſentiam deſtinavimus, aliter quàm Imperialem decuerit honorificentiam, ſiot tractati.

2. Occaſione ſiquidam cujusdam verbi, quod eſt *Beneficium*, tuus animus (ſicut dicitur) eſt commotus, quòd utique nedum tanti viri, ſed nec cujuslibet minoris animum meritò commoviſſet. Licet Beneficii
enim hoc nomen, quod eſt *Beneficium*, apud quosdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione ha- tropus
beat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam in inſtitutione ſua noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex *bono* & *facto* eſt editum, & dicitur *beneficium* apud nos non feudum ſed bonum factum. In qua ſignificatione in univerſo ſacræ Scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, ſed velut ex benedictione & bono facto ipſius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquidò recognoſcit, quòd nos ita bene & honorificè Imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quòd quidam verbum hoc, & illud ſcilicet, *contulimus tibi inſigne Imperialis coronæ* à ſenſu ſuo viſi ſunt ad alium retorquere, non ex merito cauſæ, ſed de voluntate propria, & illorum ſuggeſtione, qui pacem Regni & Eccleſiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum, *contulimus*, nil aliud intelleximus, niſi quod ſuperius dictum eſt, *impoſuimus*. Contulimus.

3. Sanè quòd poſtmodùm perſonas Eccleſiaſticas à debita ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ viſitatione (ut dicitur) revocare juſſiſti, ſi ita eſt, quàm inconvenienter actum ſit, tua, Fili in Chriſto cariſſime, diſcretio (ut credimus) recognoſcit. Nam ſi aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuntios & literas tuas nobis fuerat intimandum, & nos honori tuo curaviſſemus, ſicut filii cariſſimi, providere. Nunc igitur quoniam ad commonitionem dilecti filii noſtri Henrici Baioariæ & Saxoniæ Ducis, duos de fratribus noſtris, Henricum tit. S. Nerei & Achillei & Jacinctum tit. S. Mariæ in Coſmidin Diaconos Cardinales, prudentes ſiquidem & honeſtos viros, ad tuam prudentiam deſtinavimus, Celſitudinem tuam monentes & hortantes in Domino, quatenus eos honeſtè & benignè recipias, & quod ab eis ex parte noſtra tuæ magnificentiæ fuerit intimatum, à ſinceritate cordis noſtri noverit tua Excellentia proceſſiſſe, ac per hoc cum eisdem filiis noſtris, mediante jam dicto filio noſtro Duce, ita Celſitudo tua ſtudeat convenire, ut inter te ac matrem tuam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam nullius diſcordiæ ſeminarium debeat remanere.

FORMULA
SACRAMENTI FIDELIUM IMPERII.

Ann. Chriſti 1158.

Sub Friderico I. Imperatore Auguſto.

EGo N. juro quod amodò inanteà ero fidelis Domino meo FRIDERICO Romanorum Imperatori contra omnes homines, ſicut jure debeo Domino & Imperatori, & adjuvabo eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem ejus in Italia, nominatim & ſpecialiter civitatem illam, & quicquid in ea juris habere debet, vel in omni virtute Comitatus vel Epiſcopatus N. Regalia ſua ei non auferam ibidem, nec alibi; & ſi fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adjuvabo. Neque in conſilio ero neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem ſuum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum ejus, quod ipſe mihi fecerit, per ſe vel epiſtulam ſuam, aut per Legatum ſuum, de facienda juſtitia, fideliter obſervabo, & illud audire vel recipere vel complere nullo malo ingenio evitabo. Hæc omnia obſervabo fide bona ſine fraude: ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta quatuor Evangelia.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI
LEGES CASTRENSES,

Ann. Chriſti 1158.

Latæ Roncaliis in Conventu Principum Imperii Anno Domini M. C. LVIII.

Litis motio.
Lis orta quomodo dirimenda.
Signa caſtrorum vociferantis pœna.

STatuimus, & firmiter obſervari volumus, ut nec miles, nec ſerviens, litem audeat movere. Quòd ſi alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari ſigna caſtrorum, ne inde ſui concitentur ad pugnam. Quòd ſi lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio ſcilicet, lancea, vel ſagittis, ſed indutus lorica, ſcuto, galea, ad litem non portet niſi fuſtem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur ſigna caſtrorum, niſi quærendo hoſpitium ſuum. Sed ſi miles vociferatione ſigni litem commoverit, auferetur ei omne ſuum harnaſcha & ejicietur de exercitu. Si ſervus fecerit, tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, vel Dominus ſuus redimat eum cum omni ſuo harnaſcha.

Vulnerationis negatio.

2. Qui aliquem vulneraverit, & hoc ſe feciſſe negaverit, tunc ſi vulneratus per duos veraces teſtes non conſanguineos ſuos, illum convincere poteſt, manus ei abſcindatur. Quòd ſi teſtes defuerint, & ille juramento ſe expurgare voluerit, accuſator, ſi vult, poteſt juramentum refutare, & illum duello impetere.

Homicidium.

3. Si quis homicidium fecerit, & à propinquo occiſi, vel amico, vel ſocio, per duos veraces teſtes non conſanguineos occiſi convictus fuerit, capitalem ſententiam ſubibit. Verùm ſi teſtes defuerint, & homicida ſe juramento expurgare voluerit, amicus propinquus occiſi duello eum poteſt impetere.

Extraneus ad caſtra accedens.

4. Si extraneus miles pacificè ad caſtra acceſſerit, ſedens in palefrido ſine ſcuto & armis, ſi quis eum læſerit, pacis violator judicabitur. Si autem ſedens in dextrario, & habens ſcutum in collo, lanceam in manu, ad caſtra acceſſerit, ſi quis eum læſerit, pacem non violavit.

Spoliatio mercatoris.

5. Miles, qui mercatorem ſpoliaverit, dupliciter reddet ablata, & jurabit quòd neſcivit illum mercatorem. Si ſervus, tondebitur, & in maxilla comburetur, vel Dominus ſuus reddet pro eo rapinam.

Spoliatio Eccleſiæ vel fori.

6. Quicunque aliquem ſpoliare Eccleſiam vel forum viderit, prohibere debet, tamen ſine lite: ſi prohibere non poteſt, reum accuſare debet in curia.

Mulieres militum.
* exauctoratus.

7. Nemo aliquam mulierem habeat in hoſpitio. Qui vero habere præſumpſerit, auferetur ei omne ſuum harnaſch, & * excommunicatus habebitur, & mulieri naſus abſcindetur.

Caſtrorum impugnatio.

8. Nemo impugnabit caſtrum, quod à Curia defenſionem habet.

Furtum ſervile.

9. Si ſervus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehenſus, ſi priùs fur non erat, non ideò ſuſpendetur, ſed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, & ejicietur de exercitu, niſi Dominus redimat eum cum omni ſuo harnaſch. Si priùs fur erat, ſuſpendetur.

10. Si

10. Si ſervus aliquis culpatus non in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe judicio igniti ferri, vel Dominus juramentum pro eo præſtabit. Actor verò jurabit, quòd aliam ob cauſam non interpellar eum de furto, niſi quòd putar culpabilem.
Servi furti accuſati purgatio.

11. Si quis invenerit equum alterius, non tondebit eum, nec ignotum facier ſed dicet Marſcalco, & tenebit non furtivè, & imponet ei onus ſuum. Quòd ſi ille, qui amiſit equum; in via deprehenderit oneratum, non dejiciet onus illius, ſed ſequens ad hoſpitium recipiet equum ſuum.
Equi inventio.

12. Si quis verò villam vel domum incenderit, tondebitur, & in maxillis comburetur, & verberabitur.
Incendiarii.

13. Faber non comburet carbones in villa, ſed portabit ligna ad hoſpitium ſuum, & ibi comburet. Quod ſi in villa fecerit, tondebitur, verberabitur, & in maxillis comburetur.
Carbonum combuſtiones.

14. Si quis aliquem læſerit, imponens ei quòd pacem non juraverit, non erit reus violatæ pacis, niſi ille probare poſſit duobus idoneis teſtibus, quòd pacem juraverit.
Violatæ pacis accuſatio.

15. Nemo recipiet ſervum, qui ſine Domino eſt, quod ſi fecerit, reddet in duplo, quicquid ille abſtulerit.
Servus ſine Domino.

16. Quicunque foveam invenerit, liberè fruatur ea. Quod ſi ablata fuerit ei, non redder malum pro malo, non ulciſcetur injuriam ſuam, ſed conqueretur Marſcalco juſtitiam accepturus.
Foveæ inventio.

17. Sed ſi mercator Teutonicus civitatem intraverit, & emerit mercatum, & portaverit ad exercitum, & cariùs vendiderit in exercitu, Camerarius auferet ei omne forum ſuum, & verberabit eum, & tondebit, & comburet in maxilla.
Mercium flagellatio.

18. Nullus Teutonicus habeat ſocium Latinum, niſi ſciat Teutonicum: ſed ſi habuerit, auferetur ei quicquid habet.
Teutonicus Latini conſuetnalis.

19. Si miles militi convicia dixerit, negare poteſt juramento: ſi non negaverit, componet ei X. libras monetæ, quæ tunc erit in exercitu.
Convicia.

20. Si quis invenerit vaſa plena vini, vinum inde extrahat ita cautè, ne vaſa confringat, vel ligamina incidat vaſorum, ne ad damnum exercitus totum vinum effundatur.
Vini inventio.

21. Si caſtrum aliquod captum fuerit, bona, quæ intus ſunt, auferantur: ſed non incendatur, niſi fortè hoc Marſcalcus faciat.
Caſtrorum direptio.

22. Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram, quam invenerit, & canibus agitaverit, ſine alicujus impedimento habebit.
Ferarum venatio & perſecutio cum venaticis.

23. Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit neceſſariò ſua, ſed erit occupantis.
Ferarum venatio cum leporariis.

24. Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit, & antequam manu levaverit, alter occupaverit, non occupantis erit, ſed qui occiderit eam, ſine contradictione obtinebit.
Feræ occiſæ occupatio.

25. Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit, ejus erit.
Ferarum birſatio.

26. Hanc treugam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, datis pro ſe dextris firmaverunt, & violatores pacis Pontificalis officii ſeveritate coërcendus promiſerunt.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 1158.

De pactis conventionis & conditionibus pacis cum Mediolanenſibus factæ.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Hæc eſt conventio, per quam Mediolanenſes in gratiam Imperatoris redituri ſunt & permanſuri.

1. Cumas & Laudam civitates ad honorem Imperii relevari non prohibebunt, & amodò non impugnabunt, nec deſtruent; & à fodro, & viatico, & ab omnimoda exactione ſe ibidem per omnem eorum ditionem continebunt, & * ultrà ſe non intromittent, ut ſint liberæ illæ civitates, ſicut Mediolanenſes ab ipſis ſunt liberi: excepto reſpectu juris Eccleſiaſtici, quod habent ad Archiepiſcopum & Eccleſiam Mediolanenſem.
* *al. altrò.*

2. Omnes Mediolanenſes communiter à minoribus uſque ad majores, ab annis* XIIII. & ſuprà uſque ad annos LXX. fidelitatem Domino Imperatori jurabunt, & ſine malo ingenio, & obſervabunt.
Fidelitatis præſtatio. * *al. leg. XVIII. Cujac. ad lib. 5. Feudor.*

3. Palatium Imperiale ad honorem Domini Imperatoris arbitratu bonorum elevabunt, & cum debito honore bona fide obſervabunt.
Palatium Imperiale.

4. Pecuniam pro emendatione injuriarum Domino Imperatori, vel Dominæ Imperatrici, ſive Curiæ promiſſam, ſtatutis temporibus perſolvent, hoc eſt, tertiam partem infrà XXX. dies, ex quo hæc pactio confirmata fuerit: aliam verò tertiam partem infra octavam beati Martini: tertiam autem reſiduam partem infra octavas Epiphaniæ. Hiſque hic perſolutis, nullis privatis teneantur promiſſionibus.
Pecunia pro emendatione injuriarum.

Pecuniæ promiſſæ ſumma hæc eſt : novem millia marcarum argenti ſive auri vel monetæ ejuſdem æſtimationis & precii.

Obſides. * leg. Valvaſſores. * al. Labeslai.

5. Pro his tantum prætaxatis capitulis bona fide complendis & conſervandis, CCC. obſides dabunt Capitaneos, * Vavaſſores, populares, quales approbati fuerint à Domino Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Comite Blandratenſi, & Marchione Guilhelmo Montisferrati, & tribus Conſulibus, ſi hæc Domino Imperatori placuerint, juramento aſtrictis ad hanc electionem fideliter faciendam. Obſidea verò in partibus Italiæ omnes ſerventur, præter L. vel pauciores, per interventum Regis Bohemorum * Ladeslai & aliorum Principum, ultra montes, ſi Domino Imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commiſſi fuerint obſides in Italia, jurent in præſentia Mediolanenſium ad hæc prædeſtinatorum, quòd præfixo tempore tranſacto infra octo dies, ex quo requiſiti fuerint à Mediolanenſibua, eos eis liberè reddant, ut illi ſecurè eos habeant, ſi prætaxata capitula ab eis obſervata fuerint. Tres verò Principes Alemaniæ dextras dabunt, quòd obſides illi, qui ultra montes deferentur, ſi qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.

Conſulum electio & confirmatio. * al. conſolatu.

6. Conſules verò, qui nunc ſunt ex auctoritate & conceſſione Domini Imperatoris usque ad Kalend. Februarii proximè venturas perſeverent, & pro * Conſulatu ſuo Domino Imperatori jurent. Venturi verò Conſules à populo eligantur, & ab ipſo Imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipſum veniat, dum in Longobardia fuerit : alibi autem eo exiſtente, duo ad eum ex Conſulibus veniant, & juramento facto officium Conſulatus ſui à Domino Imperatore recipiant pro ſe & ſociis ſuis facturis idem juramentum Domino Imperatori coram communi ſuæ civitatis. Si autem Legatus à Domino Imperatore deſtinatus fuerit in Italiam, eadem coram ipſo & per ipſum fiant.

Legati Imperatoris.

7. Legati verò Domini Imperatoris in Italiam directi, ſi civitatem adierint, in Palatio ſedeant, & placita ad eo delata ad honorem Imperii diffiniant.

Captivorum reſtitutio. * Boëmorum.

8. Antequàm caſtra ab obſidione moveantur, captivi omnes reddantur in poteſtatem Regis * Boëmi, qui & ſecuritatem per ſe & honeſtos Principes eis faciat, quòd captivos illos Domino Imperatori reddat, ſi eis Dominus Imperator pacem fecerit cum Cremonenſibus, Papienſibus, Novarienſibus, Cumanis, Laudenſibus, Vercellenſibus ; non ſolùm autem Mediolanenſibus, verùm etiam confœderatis eorum, Terdonenſibus, Cremenſibus, & Inſulanis : ſalvo honore Domini Imperatoris, & illibatis amicitiis Mediolanenſium, & in ſuo ſtatu permanentibus. Si verò pax ei cum prædictis civitatibus facta non fuerit, captivi veteres eis reddantur, nec ob id gratia Domini Imperatoris ipſi & amici eorum priventur.

Regalia.

9. Regalia, veluti monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus, & alia ſimilia, ſi qua ſunt, commune Mediolanenſium dimittet, & ultrà ſe non intromittet : & ſi quis per violentiam hæc obtinere voluerit, & juſtitiam inde coram Domino Imperatore vel Nuncio ejus facere noluerit, Mediolanenſes vindictam de eo pro ſua poſſibilitate ſument in perſona & poſſeſſione, & regalia Domino Imperatori reſtituent ſine fraude & malo ingenio.

* al. Mediolanenſis Cremonſes cum &c.

10. Hoc pacto & ordine Dominus Imperator * Mediolanenſes cum CXX. marcarum emendatione in gratiam ſuam recipiet, & eos & amicos eorum in plena curia publicè à banno abſolvet, & captivos eorum omnes, veteres & novos, eis reddet ſtatim poſtquam obſides Imperatori dederint, & captivos tam veteres quàm novos in manum Regis Boëmorum reddiderint.

11. Datis autem obſidibus & captivis, altera die vel tertia exercitus ab obſidione recedet, & Dominus Imperator Mediolanenſes & eorum res clementer tractabit.

* al. Romani.

12. Commune Mediolani præfatas conditiones ſervabit plenariè, bona fide, ſine fraude & malo ingenio, quantum non permanſerit per juſtum impedimentum, & per parabolam Friderici * Romanorum Imperatoris vel Nuncii ejus, aut ejus ſucceſſoris.

13. Collectam prædictæ pecuniæ liceat modò facere Mediolanenſibus ab his, quos in ſua ſocietate habere conſueverant, præter Cumanos, Laudenſes, & eos qui de Comitatu Sefrenſi fidelitatem Domino Imperatori nuper juraverunt.

FRIDERI-

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI.

EPISTOLA

AD EPISCOPOS TRANSMONTANOS.

Ann. Chriſti 1159.

Qua eos vocat ad Concilium Papienſe.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, Herimanno Brixinenſi Epiſcopo ſalutem & omne bonum.

1. Quòd in paſſione ſua Chriſtus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Eccleſia & in Imperio credimus mirabili providentia declaraſſe, cùm per hæc duo rerum capita & principia totus mundus tam in divinis quàm in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus Papa, unus Imperator ſufficiat, & una Eccleſia Dei eſſe debeat, quod ſine dolore dicere non poſſumus, duos Apoſtolicos in Romana Eccleſia habere videmur. Defuncto itaque Adriano Papa in Calend. Septembris, Cardinales, qui columnæ immobiles eſſe videbantur, quibus ſancta & univerſalis firmiſſimè inniteretur Eccleſia, non quæ Dei ſunt ſed ſua quærentes, & unitatem Eccleſiæ ſcindentes, duos Pontifices elegerunt, & ambos conſecraverunt. Pro tanta namque & tam pernicioſa Eccleſiæ jactura, tota nimirum Italica Eccleſia conturbatur, & diſſenſiones ſchiſmate orto in capite, jam in inferiora membra defluxiſſet, & totum Eccleſiæ corpus defœdaſſet, niſi nos conſilio & auxilio Religioſorum virorum, qui ſpiritu Dei aguntur, tam impudicæ iniquitati juſtitiæ rigorem oppoſuiſſemus.

Imperium & Eccleſia duo mundi capita.
Unus Deus, unus Papa, unus Imperator.
Schiſma duorum Paparum.

2. Ne itaque in tantæ diſcrimine diſcordiæ univerſalis Eccleſia periclitari poſſit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam pernicioſi morbi divina clementia providit, univerſorum ſaluti debet ſollicitè providere, & ne tanta mala in Eccleſia Dei præemineant, futuris caſibus ſolerter obviare.

Imperatoris ſollicitudo de pace Eccleſiæ.

3. Coadunatis itaque in unum omnibus Epiſcopis, tam Italicis quàm Teutonicis, cæteriſque Principibus ac viris religioſis, qui zelum Dei & Eccleſiæ habere videbantur, quod facto opus eſſet diligenter inveſtigavimus, ex decretis Romanorum Pontificum & ſtatutis Eccleſiæ veraciter accipientes, quòd exorto ſchiſmate in Romana Eccleſia ex duorum Apoſtolicorum diſſenſione, ambos vocare, & ſecundum ſententiam & conſilium orthodoxorum litem decidere deberemus.

4. Ex conſilio itaque omnium, qui aderant, Epiſcoporum, cæterorumque Principum, curiam ſolennem & generalem conventum omnium Eccleſiaſticorum virorum, in octava Epiphaniæ, Papiæ celebrandam indiximus: ad quam ambos, qui ſe dicunt Romanos Pontifices, vocabimus, omneſque Epiſcopos Imperii noſtri, & aliorum regnorum, Franciæ videlicet, Angliæ, Hiſpaniæ, atque Ungariæ, ut eorum in præſentia noſtra juſto declaretur examine, quis illorum regimen univerſalis Eccleſiæ de jure debeat obtinere.

Imperator indicit Concilium generale.

5. Quia verò ad unitatem Eccleſiæ reformandam ſapientia admodùm nobis neceſſaria eſt, ut ea nequaquam carere valeamus, dilectionem tuam attentiſſimè rogamus, & rogando commonemus, quatenus pro fidelitate Eccleſiæ & Imperii ad prædictam curiam omni occaſione remota venias, ut in adventu tuo unitas & pax & tranquillitas Eccleſiæ reformetur. Interim autem prædictæ ſcilluræ in neutram partem aſſenſum tuum declines, nec tanquam juſtam & rationabilem aliquatenus recipias. Data Cremæ, X. Calend. Novembris.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

AD ANTIPAPAM ET CARDINALES ROMANOS,

Ann. Chriſti 1159.

Qua eos vocat ad CONCILIUM PAPIENSE.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Rolando Cancellario, cæteriſque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, ſalutem & omne bonum.

1. Quoniam divina præordinante clementia, Romani Imperii gubernacula ſuſcepimus, oportet ut in omnibus viis noſtris ipſius legem cuſtodiamus, cujus munere, cujus voluntate dignitatis noſtræ apicem adepti ſumus.

2. In hoc itaque ſacratiſſimo propoſito conſtituti, cùm omnibus Eccleſiis in Imperio noſtro conſtitutis debeamus patrocinari, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tantò propenſiùs debemus providere, quanto ipſius cura & defenſio à divina providentia creditur nobis eſſe commiſſa ſpecialiùs.

Imperatoris cura circa Eccleſias.

Schiſma Papale.

3. Ea propter de diſcordia, quæ in ſubſtituendo Romanum Pontificem inter vos ſuborta eſt, plurimùm dolemus, timentes ne occaſione hujus ſchiſmatis Eccleſia Chriſti ſanguine redempta debeat dilacerari, præſertim cùm robur Eccleſiæ foris titubare videatur, quoniam unitas ipſius ſciſſurâ domeſticâ interiùs dilaniatur.

Imperatoris ei mederi, Imperator indixit Concilium generale.

4. Ut autem huic peſti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, Religioſorum virorum conſilio generalem curiam & conventum, in octava Epiphaniæ, Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius Imperii noſtri & aliorum regnorum, ſcilicet Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & viros religioſos ac Deum timentes, quatenus remoto omni ſeculari judicio hoc tam magnum Eccleſiæ negotium Eccleſiaſticarum tantùm perſonarum ſententia ita ſopiatur, ut & Deo debitus exinde honor deferatur, & Eccleſia Romana ſua integritate & juſtitia non poſſit à quoquam privari, vel ſtatus Urbis, quæ caput Imperii noſtri eſt, inquietari.

5. Proinde eruditioni veſtræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis & totius Eccleſiæ Catholicæ præcipimus, ut ad eandem curiam ſive conventum veniatis, Eccleſiaſticarum perſonarum ſententiam audituri & recepturi. Teſtis enim nobis eſt Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicujus perſonæ quicquam aliud quærimus, quàm honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ unitatem.

6. Quòd ſi ad tam celebrem Eccleſiæ conventum examinationis cauſa venire volueritis, cariſſimi Principes noſtri & Eccleſiæ Catholicæ, Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, patres & Epiſcopi venerabiles, quos de Palatio noſtro ad vos transmiſimus, unà cum Comite Palatino, conſanguineo noſtro, aliiſque Legatis noſtris, ſecurum vobis conductum præſtabunt.

Juſtitia neminem magis quàm Imperatorem decet.

7. Si verò juſtitiam Dei & Eccleſiæ in tam ſolenni conventu recipere nolueritis, videat Deus & judicet. Nos autem ipſius favente gratia, qui dat ſalutem Regibus, juſtitiam Dei, quæ nullum magis quàm Imperatorem Romanum decet, proſequemur.

Ann. Chriſti 1160.

RESCRIPTA
IMPERATORIS ET CONCILII GENERALIS EX COMITIIS PAPIENSIBUS.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilectiſſimo ſuo Eberhardo venerabili Salzburgenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, Alberto Friſingenſi Epiſcopo, Hartmanno Brixinenſi, & Romano Gurcenſi, totique Provinciæ Saltzburgenſi, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Si ſacro Concilio Papiæ interfuiſſetis, omnia, quæ ibidem geſta vel in Romana Eccleſia facta ſunt oculata fide cognoſcere poſſetis. Ne autem ab his, qui pravis delationibus & mendaciis jam ferè totum orbem reſperſerunt, veritas poſſit obnubilari, vel veſtra ſinceritas trahi in contrarium, quantò breviùs poſſumus, ſeriem totius rei, ſine aliqua falſitatis commixtione, mera veritate vobis ſignificare dignum duximus.

Rolandi & quorundam Cardinalium conſpiratio. *Matth. 5.*

2. Luce clariùs conſtat, quòd Papa Adriano adhuc vivente, Rolandus Cancellarius & quidam Cardinales, non attendentes illud Dominicum; *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non*, conſpiratione facta cum Wilhelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum cæteris hoſtibus Imperii, Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, ne fortè per mortem Papæ Adriani tam iniqua factio evaneſceret, juramenti vinculo invicem ſeſe conſtrinxerunt, ut defuncto Papa nullus alius ei ſubſtitueretur, niſi qui in eadem conſpiratione cum eis conveniſſet. Hac de cauſa duodecimo die poſt electionem Domini Victoris Papæ, eo ſedente in Sede beati Petri, jam dicti conſpiratores egreſſi ab Urbe ad Ciſternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium, ſe contulerunt, & idolum ſibi Rolandum Cancellarium erexerunt, dicentes, hunc eſſe Simonem Petrum, qui Apoſtolicæ dignitatis apicem tam nefaria invaſione attingere præſumebat. Quòd hæc conſpiratio facta fuerit, & ille jam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverit, non eſt ficticium, ſed religioſis viris ab illo, qui facit manifeſta conſilia cordium, mirabiliter eſt declaratum.

3. Dum hæc Romæ agerentur, & nos, quid ſuper tanto ſchiſmate agendum eſſet, viros religioſos, Archiepiſcopos videlicet & Epiſcopos conſuleremus, ſupervenerunt quaſi miſſi à Deo, Tarentaſinus Archiepiſcopus, Abbas Claravallenſis, Abbas Moremundenſis, & alii Abbates numero decem, poſtulantes pacem Mediolanenſibus. Qui recepto à nobis verbo, dum Mediolanum pro inveſtiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale reſponſum: Domini Patres, nos tenemur aſtricti juramento Domino Papæ & Cardinalibus, quòd non debeamus redire ad gratiam Imperatoris ſine eorum voluntate, & ipſi è contra ſine noſtra voluntate nullam pacem facere poſſunt. Reſponderunt eis Abbates: vos de cætero non tenemini Domino Papæ, quia mortuus eſt. Et illi ſtatim ſubjunxerunt: Si mortuus eſt Papa, nos ideò non ſumus abſoluti; quia nihilominus tenemur Cardinalibus, & ipſi tenentur nobis. Hæc prædicti Patres Abbates in reſponſis à Mediolanenſibus teſtificati ſunt coram multis religioſis viris Præter hæc, multa experimenta factæ conſpirationis per literas in via deprehenſas accepimus, ſicut nuncius iſte pleniùs vidit & audivit.

Papa non per judicium ſeculare, ſed per Concilium judicandus.

4. Sane ex conſilio Orthodoxorum, ſicut alia vice meminimus vobis mandaſſe, generalem conventum Religioſorum Papiæ indiximus, ad quem ambos, qui ſe dixerunt Romanos Pontifices, non adju-

ad judicium ſeculare, ſicut ora mendacium aſtruunt, ſed ad examen Eccleſiæ per duos venerabiles Epiſcopos, Verdenſem videlicet & Pragenſem, convocavimus. Alter verò, quòd puriorem haberet conſcientiam, Dominus Victor videlicet, judicio Eccleſiæ ultrò ſe obtulit: altero, videlicet Rolando, contumaciter renitente, & dicente, quia cùm ipſe omnes deberet judicare, ipſe à nullo vellet judicari:

5. Habito itaque venerabili Concilio, in quo Patriarcha Aquilcienſis, & multi Archiepiſcopi & Epiſcopi religioſi convenerant, per octo continuos dies maxima gravitate, diligentiſſima examinatione, ſemota omni laica perſona, tractatum eſt, quis ex duobus ſummi Pontificatus apicem de jure deberet obtinere.

6. Poſt longam itaque deliberationem, quia illa nefandiſſima conſpiratio, Deo & Eccleſiæ admodum odibilis, manifeſtis indiciis non ſolùm probata, verùm in facie totius Eccleſiæ coram poſitæ * relevata eſt: & in Domino Victore nihil reprehenſibile inventum eſt, niſi quòd pauciores numero Cardinales omninò à conſpiratione illa exortes, eum pro bono pacis inter Regnum & Sacerdotium conciliando, elegerunt: & invocata Sancti Spiritus gratia, Eccleſia Dei Rolandum Cancellarium, conſpiratorem & Schiſmaticum, diſcordias & lites & perjuria bona eſſe evangelizantem, condemnavit, & Dominum Victorem Papam in patrem ſpiritalem & univerſalem Pontificem confirmavit. Quem nos Eccleſia duce ſecuti approbamus, & univerſalis Eccleſiæ patrem & rectorem, cooperante divina clementia, fore denunciamus.

Conſpiratio odibilis.
* leg. revelata
Victoris IV. Papæ electio & laus.
Rolandi Cancellarii, qui ſe Alexandrum III. nominabat, rejectio
Petra Eccleſiæ Chriſtus.

7. Hoc itaque factum divinis ſuffultum præſidiis, & in Apoſtolica ſtabilitate ſupra petram, Chriſtum videlicet, firmiter fundatum, à veſtra beatitudine, pro pace totius Eccleſiæ & ſalute Imperii, approbari, & ab omni Eccleſia veſtræ ſanctitati commiſſa teneri & conſervari rogamus & præoptamus. Data Papiæ, XV. Kalend. Martii.

RESCRIPTUM GENERALE à SYNODO PRÆSIDENTIBUS PER PARTES MUNDI DIRECTUM.

Quia Sedis Apoſtolicæ turbatio Chriſtianorum animos admodum ſauciavit, nos, qui ad reſecanda ſchiſmata & pacem Eccleſiæ reformandam, Papiæ fuimus congregati, qualitatem cauſæ modumque negocii & ſacri Concilii diſpenſationem univerſitati veſtræ plenariè duximus intimandum: quatenus per ſcripta præſentia merâ veritate monſtratâ auditorum animi falſitatem, quam fortè conceperant, vehementer expellant, & amodò per ſcripta ſchiſmatica non ſeducantur.

2. Cùm igitur Orthodoxorum Papiæ congregatorum Univerſitas in nomine Domini conſediſſet, cauſa per * VII. dies continuos, omni remoto ſeculari judicio, legitimè & canonicè agitata, ac diligenter inſpecta, ſufficienter & canonicè in conſpectu Concilii per teſtes idoneos eſt comprobatum, Dominum Papam Victorem, & nullum alium, in baſilica beati Petri à ſaniori parte Cardinalium, petitione populi, & conſenſu ac deſiderio Cleri fuiſſe electum & ſolenniter immantatum: quod præſente & non contradicente Rolando quondam Cancellario, in cathadra beati Petri fuerit collocatus: & quòd ibi ei à Cardinalibus & Clero Romano, *Te Deum laudamus*, glorioſè decantatum: & inde ad Palatium cum bandis & aliis Papalibus inſignibus eſt deductus: & Clerus & populus ſecundum conſuetudinem interrogatus per Scriniarium, ſi placeret? tribus vicibus clara voce reſpondit, *Placet*.

* leg. VIII.
Victoris Papæ Canonica electio.

3. Probatum eſt etiam, quod Rolandus XII. die poſt Domini Victoris promotionem ab Urbe egreſſus, apud Ciſternam, in qua Nero Imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primò eſt immantatus. Probatum eſt, quòd in ſecundo die poſt promotionem Domini Victoris, Rolandus interrogatus à Rectoribus & Clero Romano ac Clericis de ſua Cardinalia, ſi Domino Victori eſſet obediendum, expreſsè dixit; *Ite & obedite ei, quem immantatum eſſe videtis*. Super his capitulis fuerunt teſtes, & ſub ſtola tactis ſacroſanctis Evangeliis juraverunt.

Rolandi rejectio.

Dominus Petrus Chriſtianus, Decanus Baſilicæ beati Petri, & in perſona ſua, & omnium fratrum ſuorum. Juraverunt etiam venerabiles Archipraesbyteri & Rectores Cleri Romani:

Blaſius & Manerius Presbyteri,
Joannes Presbyter Gentilis,
Aimeradus Archipresbyter,
Berardus Archipresbyter,
Joannes Archipresbyter,
Benedictus Diaconus,
Magiſter Ptolemæus Archipresbyter,
Magiſter Gerardus, &
Nicolaus, & alii honeſti Clerici Romani.

Prætereà Petrus Illuſtris Urbis Præfectus,
Stephanus de Thebaldo, Stephanus Normannus,
Gimundus de domo Patri Leonis,
Joannes de Stephano, & alii Principes & Nobiles Romani; qui ad vocationem Sereniſſimi Imperatoris venerant, in conſpectu Concilii ſuper jam dictis capitulis, ex maxima parte teſtimonium ſimiliter perhibuerunt & jurare voluerunt. Sed nos, quia religioſorum Presbyterorum multorum teſtimonium ſufficiens & abundantiſſimum habebamus, duximus laicis in hac parte parcendum.

4. Deinde

4. Deiode venerabiles Epiſcopi, Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, & Otto Palatinus Comes, & Magiſter Heribertus Præpoſitus, quos Dominus Imperator ex conſilio XXII. Epiſcoporum, & Ciſtercienſis & Claravallenſis Abbatum, aliorumque religioſorum tunc præſentium. Romam delegaverat, ut partes ante Concilii præſentiam Papiam evocarent, in conſpectu Concilii teſtimonium perhibuerunt, quòd Rolandum Cancellarium & partum ejus trinis edictis per intervalla peremptoriè & ſolenniter, ad præſentiam Eccleſiæ Papiæ congregandæ, *remoto omni ſeculari judicio, vocaverunt, & quòd* Rolandus Cancellarius & ſui Cardinales viva voce & ore proprio judicium vel examen aliquod Eccleſiæ ſe nolle recipere manifeſtè dixerunt. Vidimus etiam ſcripta Henrici Piſani Cardinalis ad Dominum Imperatorem directa, in quibus expreſsè continebatur, quòd nullum vellent Eccleſiæ ſubire judicium vel examen. Super hæc omnia idem Henricus, & Otto Cardinalis ſancti Nicolai de carcere Tulliano, qui tempore Concilii & antè apud Januam morabantur; & Joannes Anagninus Cardinalis, & Joannes Pioautus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, qui tunc apud Placentiam erant, per octo dies à Concilio ſunt expectati, & per litteras & nuncios Concilii ſunt vocati, & contempſerunt venire.

Papa remoto ſeculari judicio judicandus.

5. Ex his igitur omnibus ſufficienter inſtructi, & veritate hinc inde plenariè declarata, placuit reverendo Concilio, ut electio Domini Victoris, qui tanquam agnus manſuetus & innocens venerat, Eccleſiæ judicium humiliter ſuſcepturus, approbaretur & confirmaretur, & electio Rolandi penitus ceſſaretur. Et factum eſt ita. Electione itaque Domini Victoris, remoto omni ſeculari judicio, ſancti Spiritus gratia invocata, confirmata atque recepta, Chriſtianiſſimus Imperator, poſt omnes Epiſcopos & poſt omnem Clerum ultimus, conſilio & petitione concilii electionem Domini Victoris recepit & approbavit: & poſt eum omnes Principes, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præſens erat, tribus vicibus interrogata; ſi eis placeret, reſpondit cum gaudio magna voce; *Placet.*

Electionis Papalis confirmatio ab Imperatore.

6. Sequenti die proxima, id eſt prima ſexta feria Quadrageſimæ, Dominus Victor cum proceſſione ab Eccleſia ſancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat ejus hoſpitium, ad Catholicam Eccleſiam religioſè deductus eſt. Ibi religioſiſſimus Imperator ante januas Eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit, & apprehenſum per manum uſque ad altare conduxit, & pedes ejus eſt oſculatus; & nos omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, & omnes Principes cum univerſa multitudine, quæ præſens erat, pedes Apoſtolicos ſumus oſculati.

Imperator Papæ equitanti ſtrepam tenet. Pedum Papalium oſculatio.

7. Proxima autem die ſequenti, id eſt, Sabbato, habito generali Concilio, Dominus Papa & nos cum illo, Rolandum Cancellarium ſchiſmaticum, & ejus principales fautores accenſis candelis anathematizavimus, & *tradidimus eum Satana in interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit in die Domini.*

Rolandi anathematizatio.

8. Illud etiam diſcretionis veſtræ prudentiam volumus non latere, manifeſtè eſſe deprehenſum, quòd Rolandus Cancellarius, & ejus ſequaces quidam Cardinales, vivente adhuc Papa Adriano conjuraverunt. Fuit autem tenor conjurationis: quòd ſi eis viventibus Papam Adrianum mori contingeret, Cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem conjuratione eſſet aſtrictus.

Cardinalium conjuratio.

9. De cætero ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum & virorum Orthodoxorum, qui divino intuitu ad reſcindenda ſchiſmata convenerunt, univerſitatem veſtram humiliter imploramus & monemus in Chriſto, ut ea, quæ Eccleſiæ Dei Papiæ congregata, ad honorem Creatoris & ſponſæ ſuæ, matris veſtræ, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tranquillitatem, & ad ſalutem omnium Chriſtianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma teneatis: orantes, ut redemptor noſter Chriſtus Jeſus univerſalem Pontificem & Papam noſtrum Victorem, de cujus ſanctitate & religione omninò confidimus, per tempora longa conſervet, & præſtet ei omnimodam tranquillitatem & pacem, ita quòd per eum Deus omnipotens honoretur, & Eccleſia Romana, omniſque Chriſtiana religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio pleniùs legentibus eluceſcat, dignum duximus, ut omnium noſtrûm conſenſus & nomina ſubſcribantur.

Acclamatio Pontifici electo facta.

Ego Peregrinus Aquileienſis Archiepiſcopus cum Suffraganeis meis interfui & conſenſi.
Ego Arnaldus Archiepiſcopus Moguntinus cum XIV. Suffraganeis interfui & conſenſi.
Ego Artuicus Bremenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Hellinos Treverenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Wickmannus Magdeburgenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Biſuntinus Archiepiſcopus per Legatum & Epiſcopum Baſilienſem conſenſit.
Arelatenſis Archiepiſcopus conſenſit.
Lugdunenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis conſenſit.
Viennenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis cônſenſit.
Henricus Rex Anglorum per literas & Legatos ſuos conſenſit.
Rex Ungarorum per literas & Legatos ſuos conſenſit.
Rex Boemorum conſenſit.
Rex Danorum conſenſit.
Guido electus Ravennas conſenſit.
Epiſcopus Firminus conſenſit.
Epiſcopus Ferentinus conſenſit.
Mantuanus conſenſit.
Pergamenſis conſenſit.

Faventinus conſenſit.

Abbatum verò & Archipresbyterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit & conſenſit.

Longobardorum inæſtimabilis multitudo interfuit & conſenſit.

Univerſi ferè Principes Romani Imperii, tam Teutonici quàm Italici, tam in Urbe quàm extra Urbem, interfuerunt, & aſſenſum cum ingenti deſiderio præbuerunt.

PACTUM

QUOD PEPIGERUNT ROMANI CUM DOMINO FRIDERICO IMPERATORE ET SEMPER AUGUSTO.

Ann. Chriſti 1167.

JUraverunt præſentes, & jurabunt futuri SENATORES & totus POPULUS ROMANUS Domino FRIDERICO Imperatori fidelitatem, & quòd juvabunt eum coronam Imperii Romani retinere, & defendere eum contra omnes homines: & juſtitias ſuas tam intra Urbem, quàm extra Urbem juvabunt eum retinere, & quod numquam erunt tam in conſilio quàm in facto, ubi Dominus Imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in perſona patiatur: & quod Senatum non niſi per eum vel per Nuncium ſuum ordinabunt, ſine fraude & malo ingenio.

2. Dominus Imperator confirmabit Senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc eſt, & augebit cum tali tenore, ut Senatus per eum ordinetur, & ei ſubjectus fiat, & faciet inde privilegium cum ſigillo auri, in quo contineantur hæc, videlicet confirmatio Senatus, & quod faciet ſalva omnia juſta teſtamenta Populi Romani, quantum ad Imperatorem pertinet, quod ea illis non aufferet, & bonos uſus Urbis, & locationis libellos tertii & quarti generis conſervabit, & præcipiet in eodem privilegio non aufferri Romanis in toto Imperio ſuo plateaticum, portaticum, aut ripaticum: & *ſi aufferre præſumpſerit, incidat in pœnam centum librarum auri.

* *fors quis.*

3. Hæc omnia cum ſubſcriptione Principum Curiæ fient.

HENRICI VI. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA.

Ann. Chriſti 1195.

AD PRÆLATOS IMPERII

De Indicendis Militia Sacra privilegiis.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Rex Siciliæ & ſemper Auguſtus, dilectis ac fidelibus ſuis Archiepiſcopis, Abbatibus, Eccleſiarum Prælatis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Univerſitati veſtræ duximus ſignificandum, quòd per gratiam Dei regno Siciliæ nobis ſubjugato, & in bonum ſtatum redacto, ad honorem ejus, qui brachia ſua extendit in Crucem pro nobis immolatus, recolentes miſeriam & anguſtias, quæ Terra promiſſionis, peccatis exigentibus, feritate Paganorum intolerabiliter oppreſſa ſuſtinet, in ſolemni Curia apud Barum in feſto Reſurrectionis Domini celebrata pro redemptione ejusdem terræ mille quingentos milites, & totidem ſargantos, in expenſis noſtris à Martio usque ad annum transmittere decrevimus, & hoc manifeſtè ſpoſpondimus, unicuique militi triginta uncias auri; & tantum annonæ, quæ ei ad annum ſufficiet, daturi. Pecuniam verò, ubicumque naves aſcendent, eis dabimus: annonam autem traduci faciemus, & ex illa parte maris, ubi applicuerint, eis præſentabimus.

Siciliæ ſubjugatio. Terræ ſanctæ oppreſſio. Stipendium ſacræ militiæ.

2. Milites itaque & ſarganti jurabunt obedire illi, quem Magiſtrum eis ac Ducem conſtituemus t & per annum ſtare in ſervitio Dei.

Militum juramentum.

3. Et ſi aliquem eorum ex hoc mundo migrare contigerit, quidquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli aſſignare poterit, ſed pro conſilio Magiſtrorum ac Ducum exercitus alii, qui vicem ejus compleat & pro ipſo ſerviat, aſſignabitur.

Militum de peculio ſacro inteſtatio

4. Mandamus ergo univerſitati veſtræ rogantes, ut hanc voluntatem noſtram militibus & bonis hominibus in dioceſi veſtra conſtitutis intimare curetis: ut ſi qui eorum ad propulſandas injurias Chriſto & Chriſtianitati illatas inſtinctu divino ire voluerint, infra terminum prædictum ad iter ſe præparent.

Datum Apud Tranum, II. Idus Aprilis.

PRIN-

PRINCIPUM IMPERII
SCRIPTUM
AD INNOCENTIUM III. PONTIFICEM ROMANUM
De Electione OTTONIS IV. Imperatoris Auguſti.

Ann. Chriſti 1208.

SAnctiſſimo Patri ac Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Sedis Summo Pontifici, PRINCIPES & BARONES Alemanniæ, Clerici & Laici, debitam in Chriſto reverentiam & ſinceritatem obſequii.

Henrici VI. Imperatoris obitus.

Otto Saxoniæ Dux in ejus locum ſurrogatus.

1. Cùm placuiſſet ei, qui aufert Spiritum Principum, & magnus & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum Henricum Imperatorem de medio auferre neceſſarium nobis fuit viſum, de ſubſtituendo Rege tractatum & colloquium habere. Convenimus ergò ſæpiùs, & miſerias & oppreſſiones, quas hactenus ſuſtinueramus, recenſentes, per univerſos regni .... animos noſtros ereximus, & quid honori Eccleſiæ Dei, & paci ac quieti ſubjectorum expediret, deliberantes, nunc unum, nunc alium quaſi finaliter eligere putabamus. Verùm quia non eſt prudentia, non eſt potentia, non eſt conſilium, niſi per Deum, placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam providit, & David fratribus juniorem de poſtfœtantes accepit, atque Matthiam ex diſcipulorum numero ad ſortem Apoſtolatus elegit, Sereniſſimum Dominum noſtrum OTTONEM, quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium, ad regimen Romani Imperii de terra peregrinationis ſuæ ex inopinato offerre nobis. Invocata itaque Sancti Spiritus gratia, prædictum Dominum Ottonem, Chriſtianæ fidei cultorem devotiſſimum, atque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Advocatum & defenſorem fideliſſimum, & judiciariæ poteſtatis obſervatorem juſtiſſimum, de longa & antiqua Regum proſapia ex utraque linea ſpecialiter editum, ad Romani Regni faſtigium juſtè & rationabiliter elegimus; & ſicut debuimus, ipſius electioni conſentimus, ipſumque in Auguſtorum ſede à Carolo Magno apud Aquiſgranum huic dignitati deputata locavimus, & corona, & regni diademate per manum Domini Adolphi Colonienſis Archiepiſcopi ea, qua decuit, ſolemnitate feliciter coronavimus.

Henricus Dux Saxoniæ.

Aquiſgranum Auguſtorum ſedes.

Feuda accepta à novo Rege.

Electi Regis promiſſa.

Eccleſiæ defenſio.

Vii turbatorum reſtitutio.

Joris in mobilia Epiſcoporum & Abbatum renunciatio.

2. Nos autem Principes, qui jam dictum Dominum in Regem elegimus, feuda noſtra, quæ ab Imperio tenemus, à manu ipſius recipientes, hominium ſibi fecimus, & fidelitatem juravimus. Tantæ igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps divinæ potiùs gratiæ, quàm ſuis meritis, adſcribens, primitias hujus honoris afferens Domino, propria voluntate juramento firmavit, in primis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum jure bona fide ſervare & manu tenere, & ſubjectos Imperii, exheredatos maximè & à ſuis poſſeſſionibus violenter ejectos, in ſua juſtitia pro poſſe juvare & conſervare. Pravam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus vel ſe moventibus decedentium Epiſcoporum vel Abbatum Principum huc uſque ſervaverunt, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione Regali benevolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſervanda liberaliter ſtatuit.

Supplicatio pro confirmatione & coronatione electi Regis.

Henrici Ducis Saxoniæ fidelitas erga Rom. Eccleſ.

Cenſura Eccleſiaſtica in diſcordes.

Sponſio & fidejuſſio pro electo Rege.

* *Corbeienſis.*

3. Paternitati ergo veſtræ dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & devotionem Domini noſtri Regis attendentes; merita quoque Illuſtriſſimi patris ſui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ numquam receſſit, memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ & veſtræ, intuitu Dei & noſtri obſequii, providentes, ipſius electionem & conſecrationem auctoritate veſtra confirmare, & Imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemini. Sanctitatem inſuper veſtram obnixè rogamus, quatenus Principes & Barones, à tam rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſtica cenſura ad concordiam revocetis, & ab illicita fidelitate partis adverſæ clavo ſancti Petri reſolutos, ad præſtandam Regi Domino noſtro fidelitatem & ſubjectionem, auctoritate veſtra compellatis. Ut autem à Domino Rege noſtro jura Romanæ Eccleſiæ (ut prædictum eſt) integra & illibata ſerventur, nos in bona fide ſpondemus, & pro Domino Rege noſtro fidejubemus.

† Ego Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi.
† Ego Berardus Paderbornenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.
† Ego Thietmarus Mindenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.
† Ego Witichindus * Condeienſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
† Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
† Ego Eribertus Werdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
† Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperii, elegi & ſubſcripſi.
† Ego Henricus Comes de Kuke conſenſi & ſubſcripſi.

Digitized by Google

FRIDERICI BARBAROSSÆ, IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1177.

RESCRIPTUM

AD EMANUELEM PORPHYROGENETUM, IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM,

Qua conſtituitur, Græcorum Imperatorem ſubditum eſſe Romano Imperio.

FRIDERICUS divina favente clementia, Inclytus Triumphator, Romanorum Imperator, à Deo coronatus, Sublimis in Chriſto, Fidelis, Magnus, Pacificus, Glorioſus Cæſar, Græcorum Moderator, & ſemper Auguſtus, ſalutem & fraterni amoris affectum.

1. Sicut ille Rex Regum, à quo omnis poteſtas, Romanum Imperium caput totius orbis conſtituit, ita etiam Sedem Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum unicam matrem, dominam, magiſtramque ordinavit, quod utique duorum numero gladiorum ſignavit, quos dixit orbi ſufficere ipſe author fidei Chriſtianæ.

Romanum Imperium Orbis terrarum caput. *Luc.* 22

2. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatinus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas, & Summo Pontifici, quem nomine *Sanctum* appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem.

Græcorum Imperator ſubjectus Romano Imperio.

FRIDERICI II. ROMANORUM REGIS

Ann. Chriſti 1213.

AUREA BULLA.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. FRIDERICUS divina favente clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ.

1. Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cùm Altiſſimum, de cujus mano ea, quæ poſſidemus, bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias operis & devotionis aſtringimur, quantò ipſum miſericordem in nobis & mirabilem experimur. Cognoſcentes igitur gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo: habentes quoque præ oculis immenſa & innumera beneficia veſtra, Domine & reverendiſſime Pater, protector & benefactor noſter, Domine * Innocenti, Dei gratia Summe Pontifex venerande, per cujus beneficium, operam, & tutelam aliti ſumus, protecti pariter & promoti, poſtquam in ſollicitudinem noſtram mater noſtra felicis memoriæ Conſtantia Imperatrix & Siciliæ Regina ex ipſo quaſi utero nos jactavit, vobis, beatiſſime Pater, & omnibus ſucceſſoribus veſtris Catholicis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſpeciali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam ſemper humili corde ac devoto ſpiritu impendimus, quam prædeceſſores noſtri Reges & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur, nihil exinde volentes diminui ſed magis augeri, ut major devotio eniteſcat.

Grati animi ſignificatio erga Romanam Eccleſiam. * *ejus nomine III.*

2. Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, decretum in electionibus Prælatorum: concedimus & ſancimus, ut electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major & ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dum modo nihil deſit ei de canonicis inſtitutis.

Electiones Prælatorum.

3. Appellationes autem in negociis & cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam liberè fiant; earum perſecutionem ſive proceſſum nullus impedire præſumat.

Appellationes Romanorum.

4. Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis. Omnia nos ſpiritualia vobis & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo recta diſtributione reddantur.

Bona defunctorum Prælatorum & vacantium Eccleſiarum.

5. Super eradicando autem Hæreticæ pravitatis errores, auxilium dabimus & operam efficacem.

Hæreſes.

6. Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit, ab anteceſſoribus noſtris ſeu quibuslibet aliis detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores: & quæcum-

Romanæ Eccleſiæ poſſeſſiones.

que ad manus noſtras devenient, ſine difficultate ac mora eas reſtituere ſatagamus. Ad has pertinet tota terra, quæ à Radicenſano uſque Ceperanom, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitiſſæ Mathildis, Comitatus Bertinoris, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Massa Trebaris, cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus, cum omni juriſdictione, diſtrictu & honore ſuo.

Commeatus in expeditione Romana.

7. Veruntamen cùm ad recipiendum coronam Imperii, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocati venerimus, de mandato Summi Pontificis recipiemus procurationes ſive fodrum ab ipſis.

Confirmatio poſſeſſionum Rom. Eccleſiæ.

Omnia igitur ſupradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam, de voluntate & conſcientia, conſilio & conſenſu Principum Imperii liberè illi dimittimus, renunciamus, & reſtituimus; nec non ad omnem ſcrupolum removendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, donamus, ut ſublata omnis contentionis & diſſenſionis materia, firma pax & plena concordia in perpetuum inter Eccleſiam & Imperium perſeverent.

Sicilia, Corſica, Sardinia, eidem confirmatæ.

8. Adjutores etiam erimus ad retinendum & ad defendendum Eccleſiæ Romanæ Regnum Siciliæ, cum omnibus ad ipſum ſpectantibus, tàm citra Pharum quàm ultrà, nec non Corſicam & Sardiniam, ac cetera jura, quæ ad eam pertinere noſcuntur, tanquam devotus filius & Catholicus Princeps.

Sigillatio.

9. Ut autem hæc omnia memorato ſanctiſſimo Patri noſtro Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, ejusque ſucceſſoribus per nos & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges & Imperatores obſerventur, firma & inconvulſa ſemper permaneant; præſens privilegium conſcriptum Majeſtatis noſtræ aurea bulla juſſimus communiri. Teſtes autem ſunt hi:

Teſtes.

Sigefridus Moguntinus Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus.
Eberhardus Saliſburgenſis Archiepiſcopus.
Conradus Ratiſponenſis Epiſcopus.
Otto Wirzburgenſis Epiſcopus.
Manegoldus * Patavienſis Epiſcopus. (* mſ. Patavienſ.)
Engerardus * Zilenſis Epiſcopus. (* Citienſis.)
Gladiacus Bohemorum Rex.
Ludovicus Dux Bavariæ.
Leopoldus Dux Auſtriæ & Stiriæ.
Hermannus Lanthgravius Thuringiæ.
Comes Albertus de Eberſtein.
Comes Adolphus de Sonneberch.
Comes Burchardus de * Mannesvedel. (* leg. Mannesveld.)
Berardus Bers Comes.
Ludovicus de Wirtemberg.
Gebehardus * Buſclavius Magdeburgenſis. (* leg. Burgravius.)
Henricus de Stahenwerch.
Walterus de Langenberg.
Henricus de Calandina.
Mareſcalcus Imperii Walterus, & Sepf. Pincerna Imperii, & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Secundi Romanorum Regis invictiſſimi, & Regis Siciliæ. † * Loco ſigilli. (* leg. Locus.)

Ego Conradus Dei gratia & Apoſtolicæ Sedis Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sigefridi Moguntini Archiepiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati, ac totius Germaniæ Archicancellarii recognovi.

10. Acta ſunt hæc anno Domini noſtri JESU Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo tertio, Indictione prima, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, & Rege Siciliæ, anno regni ejus, Romani primo, regni verò ejus Siciliæ decimo ſexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Niſe, Regalis Aulæ Protonotarii, quarto Idus Julii.

Vide Paratitla.

Poſt annos ſex huic per omnia ſimilem AUREAM BULLAM dediſſe reperitur Honorius Papa Tertio, totidem verbis conceptam, quæ Romæ exſtat in Caſtello S. Angeli, & in Bibliotheca Vaticana.

FRIDERI-

Digitized by Google

FRIDERICI II. IMPERATORIS
AUGUSTI
EDICTUM.

Ann. Chriſti 1220.

Quod promulgandum curavit ea die, qua ab HONORIO Papa III. coronatus eſt Imperator.

NOs FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & præcipimus irritari omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates, vel loca, Poteſtates, Conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel perſonas Eccleſiaſticas edere, vel ſervare tentaverint adverſus Canonicas vel Imperiales ſanctiones. Et ea de Capitularibus infra duos menſes poſt hujuſmodi publicationem edicti penitus aboleri, &c.

Caſſatio ſtatutorum adverſus libertatem Eccleſiæ.

Exſtat inter Honorii Papæ III. Epiſtolas lib. quinto Epiſtola 483.

Vide Paralitec.

FRIDERICI II. IMPERATORIS
AUGUSTI
CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 1220.

Pro Eccleſiaſtica libertate.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, Poteſtatibus, Conſulibus, ac Comitibus univerſorum Comitatuum, & Caſtrorum Italiæ.

Cum divæ memoriæ Imperatores Romani ſacroſanctam Eccleſiam multiplici libertate dotarint, nos diſponente Deo, à quo eſt omnis poteſtas, ad faſtigium culminis Imperialis electi, quæ piè ab illis, & à ſanctiſſimæ Sedis Præſulibus pro ſtatu Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum virorum ſunt edita, conſervare volumus inconcuſſa; & illis contraria, ſicut ad nos ſpectare dignoſcitur, amputare. Cùm igitur ad aures Celſitudinis noſtræ pervenerit, nonnullos veſtrûm cupidine cæca ſeductos quædam deteſtanda edidiſſe ſtatuta, præjudicantia Eccleſiaſticæ libertati, ac divino & humano juri obviantia manifeſtè, nos ea tanquam de radice pravitatis hæreticæ provenientia, auctoritate præſentium caſſamus ſub pœna mille marcharum, diſtrictiùs inhibentes, ne quis veſtrûm illis de cetero inhærere præſumat, aut eorum prætexto Eccleſias & Eccleſiaſticos viros contra ſanctiones canonicas & legitimas moleſtare. Quin immò ea de noſtris Capitularibus ſeu breviariis condemnata penitus abolentes, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas permittatis indulta ſibi libertate gaudere, ſi vultis pœnam effugere prænotatam, & indignationem Regiam evitare.

Caſſatio ſtatutorum adverſus libertatem Eccleſiæ.

cap. 1. §. 1. de ſtatut. & conſuet. collat. 10.

Datum in caſtris apud ſanctum Leonem, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo, Indictione octava, Kalendis Octobris.

FRIDERICI II. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO I.

CONTRA HÆRETICOS.

Imperator gladium ſtringere debet in Hæreticos.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, dilectis Principibus, cunctiſque populis, quos clementiæ noſtræ regit Imperium, ſalutem & gratiam.

1. Commiſſi nobis cura regiminis cœlitus, & Imperiale, cui donte Domino præſidemus, faſtigium dignitatis, materialem, quo diviſim à Sacerdotio fungimur, gladium adverſus hoſtes fidei in exterminium Hæreticæ pravitatis exigunt exercendum, ut vipereos perfidiæ filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni uteri corroſores, in judicio & juſtitia perſequamur, maleficos vivere non paſſuri: per quorum ſententiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves morbidas gravior infligitur corruptela.

Hæretici damnati puniantur.
Hæretici damnati ſi reſipiſcant, carceri mancipentur.

2. Statuimus itaque ſancientes, ut Hæretici, quocumque nomine cenſeantur, ubicumque per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia, & ſeculari Judici aſſignati, animadverſione debita puniantur. Si verò de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, juxta canonicas ſanctiones ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.

Hæretici obiati capiendi.

3. Præterea quicumque Hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, ſeu locis Imperii, per inquiſitores aliquos ab Apoſtolica Sede datos, & alios Catholicæ fidei zelatores, ii, qui juriſdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum Catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos artiùs cuſtodire, donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & gloriam æternæ vitæ damnabant.

Hæreticorum fautores pari pœna plectantur.

4. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fovendum Hæreticorum errores callidus hoſtis ſuſcitat advocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cùm idem facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum.

Hæretici locum mutantes inquirantur & puniantur.

5. Eos prætereà, qui convicti in uno loco de hæreſi ad alia loca ſe transferunt, ut cautiùs poſſint effundere virus Hæreticæ pravitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: ut ſuper hoc per viros ab eodem errore converſos ad fidem, nec non per alios, qui eos de hæreſi convicerunt, quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum, evidens teſtimonium habeatur.

Hæretici damnati mentientes reſipiſcentiam & relabentes.

6. Item mortis ſententiæ ducimus adjiciendos, ſi quos Hæreticorum ad judicium tractos, in * extremo vitæ periculo hæreſim † abjurantes, poſtmodùm de falſo juramento conſtiterit convinci, & de fide mentita eos contigerit ejuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidivam, ut ſibi damnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non evadat.

** mſ. æterna.*
† al. adjurantes.

Hæreticis proclamationis & appellationis beneficium negatur.

7. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium ab Hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem, penitus amovemus, volentes ut de finibus Imperii, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, Hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

Læſæ Majeſtatis pœna.
Hæreſeos pœna in facultates & hæredes.
Exod. 34.
Jerem. 32.
Exceptio.

8. Cæterùm quia, quanto majora divinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti, ſi quando in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcat auctoritas, ſi reos læſæ Majeſtatis in perſonis eorum & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus; multò fortius juſtiuſque contra Dei blaſphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores provocamur, eorundem Hæreticorum, receptatorum, fautorum, & advocatorum ſuorum, ac eorundem hæredes & poſteros uſque ad ſecundam progeniem, cunctis beneficiis temporalibus, publicis officiis, & honoribus Imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo mœrore tabeſcant. Verùm ſcientes, quòd Deus Zelotes eſt, & peccata patrum in filios potenter ulciſcens, nec quidem à noſtræ miſericordiæ finibus duximus excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latentem patrum perfidiam revelarint, quacumque reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubjaceat innocentia filiorum.

Prædicatores & Minores Hæreticorum ut recipiantur & defendantur inquiſitores.

9. Adhæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores & Minores, pro fidei negocio in partibus Imperii noſtri contra Hæreticos deputatos: cæteros quoque qui ad Hæreticos judicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo ſub noſtri Imperii ſpeciali defenſione receptos, quos apud omnes ſub ope ac recommendatione fidelium Imperii eſſe volumus inoffenſos: univerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcumque veſtrûm pervenerint, benignè recipiatis eoſdem, & perſonas eorum ab incurſu Hæreticorum eis inſidiantium conſervantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam ac-

ceptus

cēptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos verò, quos vobis oſtenderint, ipſi in juriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinete, ut poſt Eccleſiaſticæ damnationis judicium pœnam ſubeant, quam merentur: ſcituri, quòd in ipſius executione negotii gratum Deo & laudabile nobis * obſequium conſerentis, ſi ad expellendam de partibus noſtri Imperii novam & inſolitam Hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam unà cum eisdem Fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis exinde foret negligens vel remiſſus ac inutilis coram Deo, & in conſpectu noſtro poterit meritò culpabilis apparere. Datum * Paduæ &c.

Hæretici inquiſiti ut capiantur.
al. exequium.
mſ. Pariſiis.

FRIDERICI II. IMPERATORIS
AUGUSTI
CONSTITUTIO II.
CONTRA HÆRETICOS.

FRIDERICUS &c. Inconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur Hæretici, & vocabuli vicio ſævientes, quod ſignificationem denunciationis denunciat, in ipſius indiviſibilis fidei unitate nituntur inducere ſectionem, & oves à Petri cuſtodia, cui paſcendæ à paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, eousque manſuetudinem ovium prætendentes, quousque ovile poſſint ſubintrare Dominicum, quod poſt ipſorum interitum deſiderant demoliri: hi ſunt angli peſſimi, hi pravitatum ſunt filii à patre nequitiæ & fraudis auctore ad ſimplices animas deſtinati: hi colubri, qui columbas decipiunt: hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus evomere, ac vitæ cibum ſe ſimulant miniſtrare, à cauda feriunt, & mortis periculum velut quoddam duriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, ut non in publicum prodeant, non ſunt vocatæ nominibus, vel (quod eſt fortè nephandius) non [a] conceptæ, ut velut ab Arrio Arriani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles [b] nuncupantur: ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica martyrium ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni.

Hæretici logomachi.
Hæreticorum deteſtatio.
a *al. contentæ.*
b *al. nuncupentur.*

2. Hujusmodi verò miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas Divinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſeipſos. Deum, dum Dei fidem & conſilium non cognoſcunt: decipiunt proximos, dum ipſis [c] ſpecie ſpiritualis alimoniæ, Hæreticæ pravitatis oblectamenta miniſtrant: crudeliùs etiam ſæviunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora denique ſeveræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei firmitatem poſſent evadere, vitæ prodigi & necis improvidi ſectatores, involvunt, & quod eſt ipſo dictu duriſſimum, ſuperſtitæ etiam non terrentur exemplo.

c *mſ. ſpem.*
Hæretici morte mulctandi.

3. Contra tales, Deo, ſibi & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus, tanto ipſos inſtantiùs perſequentes, quanto in evidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ [d] propter Romanam Eccleſiam, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, judicatur ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latiùs exercere [e] dinoſcuntur, adeò quòd ab Italiæ finibus, præſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam latiùs abundare, jamque usque ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ rivulos derivarunt.

d *mſ. propè.*
e *mſ. noſcuntur.*
Hæreticorum omnium ſeveriſſima pœna.

4. Quod acerbiſſimum reputantes ſtatuimus in primis, ut crimen hæreſis & damnatæ ſectæ cujuslibet, quocumque cenſeantur nomine [f] ſectatores, [g] prout in veteribus legibus eſt inductum, inter publica crimina numerentur, imò [h] crimen læſæ majeſtatis noſtræ debet ab omnibus horribiliùs judicari, quod in divinæ majeſtatis injuriam noſcitur attemptatum, [i] cùm jus in recti judicii poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum & bona, & [k] damnat poſt obitum memoriam damnatorum: ſic in prædicto crimine, quo Patareni [l] notantur, per omnia volumus obſervari, ut ipſorum nequitia, in qua Dominum non ſequuntur, ſed in tenebris ambulant, [m] detegatur. Nemine etiam deferente inveſtigari volumus diligenter hujusmodi ſcelerum patratores, & per officiales noſtros ſicut & alios malefactores inquiri, ac in vinculis detineri inquiſitione [n] notatos: & ſi levis ſuperſtitionis argumento tegantur, à viris Eccleſiaſticis & Prælatis examinari jubemus, per quos ſi inventi fuerint à fide Catholica ſaltim in articulo deviare, ac per ipſos paſtorali more commoniti, tenebroſi Diaboli relictis inſidiis noluerint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta [o] inſtantia perſeverent, præſentis noſtræ legis edicto [p] damnatos mortem pati Patarenos aliosque Hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, decernimus, ut (quod adfectant) vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi judicio [q] animarum incendia patiantur. Nec dolemus, quod in hoc ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnam ſolummodò, nec fructum alium conſequuntur erroris: volumus tamen, quòd apud nos pro talibus nemo intervenire præſumat. Quod ſi qui fecerint, in ipſos noſtræ indignationis aculeos non immeritò convertemur. Datum &c.

f *al. ſoſtatoris.*
g *al. prout vet. l. e. inductum.*
h *al. crimine, & reliquis.*
i *al. quamvis in jud. p. alter alterum non.*
k *mſ. damnans.*
l *mſ. vocantur.*
m *mſ. denegentur.*
n *al. vocatos.*
o *mſ. triſtitia.*
p *mſ. damnandos fore decernimus Patar.*

Hæretici comburendi, q *al. ut animar.* Hæreticorum interceſſores pœna teneantur.

FRIDERICI II. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO III.

CONTRA HÆRETICOS.

Hæreticorum fautores, publicatis bonis, relegentur.
Hæreticorum filii infames.
* *mſ. diverit.*

FRIDERICUS &c. Patarenorum complicea & receptatores, ſen quocumque modo fautores, qui, ut alloa à pœna poſſint eximere, de ſe velut improvidi non formidant, publicatis omnibus bonis eorum relegandos in perpetuum eſſe cenſemus, & ipſorum filii ad honores aliquos nullatenna admittantur. Si tamen aliquis faotorum bujusmodi * dexterit aliquem Patarenum, cujus perfidia manifeſtè probatur & liquet, in fidei præmium, quam agnovit, famæ priſtinæ de Imperiali clementia reſtitutionis beneficium in integrum conſequatur.

Incipiunt Capitula Conſtitutionis.

Hæreticorum fautores, qui deſeruerint criminoſos, reſtituendi.
Hæreticorum variæ ſectæ.
Hæreticorum pœna.
Hæreticos ſuſpecti.

1. Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arrianiſtas, Circumciſoa, Paſſaginos, Joſeppinos, Carracenſes, Albanenſes, Franciſcos, Bennaroles, Comiſtas, Valdenſes, Butgaros, Commmellos, Barrinos, & eum illis de Aqua nigra, pauperes de Lugduno, & omnes Hæreticos utriusque ſeaus, quocumque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, cenſentes ut bona talium confiſcentur, nec ad eoa ulteriùs revertantur, ita quòd filii ad eorum ſucceſſiunes pervenire non poſſint, cùm longè ſit gravius æternam quam temporalem offendere Majeſtatem. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, juxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam propria purgatione monſtrarint, tanquam infamea & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd ſi ſic banniti per annum permanſerint, extunc eos ſicut Hæreticos condemnamus.

Hæretici ab omnibus magiſtratibus exterminandi.

2. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut Poteſtates & Conſules ſeu Rectores, quibuscumque fungautur officiis, quod pro defenſione fidei præſtent publicè juramentum, quòd de terria ſuæ jurisdictioni ſubjectis, univerſos Hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quodammodo quandocunque quia fuerit in perpetuam Poteſtatem vel Dominum temporalem aſſumptus, hoc teneatur juramento firmare capitulum: alinquin neque pro Poteſtatibus neque pro Conſulibus habeantur, eorumque ſententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si verò Dominus temporalis, requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam puragare neglexerit ab Hæretica pravitate, poſt annum à tempore monitionis elapſum terram ſuam exponimus à Catholicis occupandam, qui eam exterminatis Hæreticis absque ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent, ſalvo jure Domini temporalis, dummodò ſuper his nullum * præſtet obſtaculum, neque aliquod impedimentum † opponat, eadem nihilominus lege ſervata contra eoa, qui * non habent Dominos temporales Principales.

* *mſ. præſtent.*
† *mſ. opponant.*
* *abeſt negativa in Mſ.*

Hæreticorum, receptatores, fautores, & quo modo puniendi.
* *notatus.*
† *tractatus deeſt in mſ.*
* *mſ in conſtabilis.*
† *mſ. preferantur.*

3. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores Hæreticorum bannimus, ſtatuentes, ut ſi quis poſtquam quilibet talium fuerit à fidelium communione * vocatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo jure ſit factua infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad † tractatus aliquoa eligendos, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam * inteſtabilia, ut nec teſtamenti liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis alicujua ſucceſſionem accedat. Nullus ei prætereà ſuper quocumque negocio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineant roboria firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus notitiam † perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenua admittatur. Si Tabellio autem fuerit, inſtrumenta confecta per manum ipſius, nulliua penitus ſint momenti.

Hæreticus per Hæreticum convinci poteſt.
Hæreticorum domus deſtruendæ.

4. Adjicimus inſuper, quòd Hæreticus per Hæreticum convinci poſſit: & quod domua Patarenorum, receptatorum, defenſorum, & fautorum, ſive ubi docuerint, ſive ubi aliis manua impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reparandæ. Datum &c.

Künig

Künig Heinrichs / Käyſer Friderichs deß Andern Suhne
CONSTITUTIO
Von den Zwengen und Pfalburgern.

Anno Chriſti 1232. Vide Bullam Sigismundi c.2. in fin.

Wir Heinrich von GOttes Gnaden Römiſcher Künig / zu allen Zyten / Mehrer deß Rychs. Embieten allen deß Rychs Getruwen / den dieſer Brief gezeiget wird / Unſer Gnad und alles Gut.

WAnn Wir geiſtliche und weltliche Fürſten in ihren Freyheiten und Eheen behalten / und in alle Weg handhaben wöllen / ſo haben Wir ihnen von Unſeeer Mildigkeit Gnad gethan / die Wir von Unſern Städten wöllen unzerbrochenlichen gehalten werden.

Freyheiten und Ehren der Reichs-Ständ ſollent König und Käyſer erhalten.

Cap. I.

Und erſtlichen wöllen und gebieten Wir uß Küniglicher Macht Vollkommenheit / daß dheiner / der eigen ſey / weder heimlich noch offentlich zu dem heiligen Kirchen-Ambt oder Gotzhuß gebracht / weder er noch ſine Güter / werde / es geſchehe dann mit ſines anerbornen Herrn Wiſſen und Willen.

Eygenleut ohn ihrer Herrn Wiſſen und Willen nicht geiſtlich werden.

Cap. II.

Item ſollen die weltlichen Füeſten und Herren dheine geiſtliche Perſon / ſo ihr Recht vor der geiſtlichen ordentlichen Oberkeit angefangen / mit Gewalt für ihr Gericht ziehen.

Geiſtliche nicht für weltlich Gericht ziehen.

Cap. III.

Item es ſollen auch die Biſchöffe und Prälaten / den weltlichen Fürſten / Herren und Städten / weder mit eigenen noch unter den Schyn Bäpſtliches Gewalte zu Rome deß Apoſtoliſchen Stuhles / an ihren Gerechtigkeiten / Gewonheiten / alten Herkommen / Zwengen und Penen / unbeläſtiglich und unhinderlich ſyn / die ſie wider geiſtlich und weltlich von Recht mögen üben.

Geiſtliche ſollent den weltlichen kein Eintrag thun.

Cap. IV.

6. Do Poys Urbanus doit was / ſo wart gekoren Clemens IV. der beſtedichte ouch den vurß Karolus weder Manfredus ourß / ind der behielt ouch zom leſten dat ſelve Konynckrych. Mer horet zo der Gotz ere ind umb Gotz willen den Hoff. Der Payß ourß hadde dom predigen / dat Cruitz wider die Türcken / und was eyn groyß Voulck vergoderr. Jnd die lieſſ he ungeſchediget / ind ouer viel die Chriſten deß vurß Konynckrychs / den nam he oll yr Goit / ind lieſſ vill doit ſlagen / ind mit manicher Hande Pynen die plaegen. Oeet vp vre Ougen ind ſyet wat bedriegerie geſchiet durch die Geiſtlichen / die under dem Schyne des Rechten uns bedriegen. Ach arm / ach leyder / mit wie oill Unrechts / mit wie oill Bedrochs / mit wie vill Smertzens is unſer erffzaill kommen an die Vremden.

Bayſt Unrecht / Betrug und Falſch.
Manfredus erſchlagen.

6. Noch dem as der Zorn Gotz is gevallen ouer Monſredus umb der Sünden willen / die he on uns gedain hait / as wir ſicherlich gelouoen / he wart ouerwonnen durch Karolus vurß / ind ouch gedoit / ind hait dat Konynckrych uns ind eme verloren und ouch ſyn Perſoin / ind dat durch ſyn Schult / &c.

Bayſt unzimliches Anſchlag wider König Conradin.

8. Item deſe vurß Vader horet niet vp uns zo oeruolgen / mer hey ſucht alle Wege und Mamer / die he erdencken mach / dair durch he uns moege ewelichen undertreden. Und moecht men die Wairheit ſagen / ſo reckt he ſyn Hende voſſ zo unzymlichen Dingen / und ſyn ſichel leeſt he in eyn onderen Acker. Den vurß Korolum ſatzt he eon Seatthelder deß Roemiſchen Keoſerdoms durch gantz Italien: und dat is offenbair weder die Gerechticheit / vp dot hey unſern zoganck in dat Konynckrych delochtlicher hyndere. Mer in der ſelver Gewolt hoit gebrochen die Oueeheit / ind in der Oueehen die Gewolt. Jnd dairuin vurwoir is der Name ind dat Ampt der ſeloer Meyſterſchofft ydel. O unſer Moder die hillige Kyrche / wot haven wir yr quaitz gedain / dat du uns dynen Sone der vader loiſſ is / und dyr under dyn Beſchiem bevolen / durch dyn Regenten ſo ſchoeplich handels / als eyn Stieffmoder? Wair mit hain wir dich / O Eirwürdiger Vader / olſus oertzornt / dattu alſus verwandelt biß in eyn Stieffvader? du vervolchſte uns mannichſeldichlichen ind unrechtverdichlich. Jdt is dyr eyn laſt ind eyn ſwair Borde / dat wyr bliven leven up der Erden?

Bayſt nimpt ſich zu viele Gewalts an / er ein Röm. Reichs Stathalter in Italien darff ſetzen.
Bayſt verkehrt Oberkeit und ſtört Keyſerlichen Gewalt.
Röm. Kirch Stiefmutter.
Bayſt Stiefvatter.

9. In ſulchem Oerloſt und Druekung haoen wyr niet gewiſt / war wyt doin off begynnen ſulden. Mer ſyet der goidertierende Gott / der niet verletzſt dit in yn hoffen / hait uns up gedain eyn Wech durch ſyn Barmhertzigkeit. Want unſe geteeuwe underſoiſſen / beyde van dem Rych ind van dem vurß Konynckrych / in ſenckt van rechter Jnbrünſtlicheit der Geteeuheit / haven niet lenger moegen verdragen deſe ind ſo vill Ungeborlicheit / die uns overkommen / ind haven ſich erboden eondrechtiglichen uns Hülpe zo doin / ind vür uns ſetzen niet alleyn yr Goit / mer yr Lyff ind Leven / und haven uns ſere ernſtlich erweckt zo der widdererkouerunge unſer rechten. Sy haven upgedain yr Schätze / und haoen uns geboden koeſtliche Gaoen / ind haoen uns Goult gegeoen as eyme groiſſen Konynck rüchlich ind ouervlodichlich zo verzolden unſe Zoldener. Dairum os wyr zo Hertzen genommen haven / dat idt eyn gantze noit ſoch was / haven wir willen ſtercken / wae penen ind handholden die Gerechticheit unſer ſach. Und dat dot gewiſzdedige unſer Geſchlecht / dat van longen ind alden zyden dat Keyſerdoin regiert hait / niet verunadelt ind gemindert weede in unſer Peerſoin / ind ſo unrechferdichlich under die Voiſſe getreden werde / mer dat die hoegze moegenhtit unſers Hupſſ / dat uns Got günnen moiſſe / zo unſeen zyden widderum upgehaven werde / ſo willen wyt gentzlich mit dem ritterlichen Raickſpieß ſpielen umb unſe Gerechtigkeit / ind umb unſe rechten mit den Swerden diſputieren / niet dat wyr intgheyn den Pays yet gedencken anzovayn / den wyr ouer unſeren Vader und Herrn halden / ind woulde Got / dat he uns als eyn getreuwen Sone erkent: mer up Karolum vurß unſerrn

König Conradin rüſtet ſich zum Krieg wider Carolum.
Schwäbiſcher Hauß Adel und Hochheit.
Päpſtl. Heiligkeit nit anzufechten / ſo fern er ſich heilig als ein Chriſtl. Vatter und Herr thut erzeigen.

oyan/

vyan/ der uns unſe Gerechtigheit vür enthelt mit Unrecht/ ind ouch deßgelichen up die ſyne. Gott der van dem Hemel herneder ſiet/ der wille helpen der Gerechticheit/ ind verwerpen die houerdie/ ind geuende vom ſyme hilligen Throin die Sententie wille vrdelen die Gerechticheit.

Vermahnung an die Fürſten deß Reichs. Sonder ihne vermahnen von ſanem unrechten Verhaben abzuſtehen.

10. Dairum bidden wir vre Lieffte anmircklich/ ſo as wir moegen/ dat ir vortan vp die vurß bekante wairheit/ die wir uch bloiß ind clair beſchreuen hauen/ by vren conſciencien wilt intſchuldicht hauen unſer Unſchuldicheit/ und will niet geleuen der valſcher ingevung etzlicher van uns: mer meir wilt uns geven hülpe/ Rait und Gunſt in aller diſſer rechtverdichſten Sachen: ind wilt dem ſelven overſten Biſchoff durch vre ſonderliche Brief bidden/ dat he uns in unſerem Rechten günſtich ſy/ und will ſich bewiſen goidertierlich tzo uns ind vermilden ſynen Unwillen vrenthalven/ ind meſſigen ſyne Bewegelicheit/ und dat he dem geharneſch dem tzorn ſynre Unwürdicheit intgheyn uns/ den he für ſich genommen hait/ wil ouermitz uch den Harneſch afflegen.

PRINCIPUM ELECTORUM S. ROMANI IMPERII
CONSTITUTIO
Qua ratificantur donationes Pontifici Romano factæ à RODULPHO IMPERATORE.

Ann. Chriſti 1279.

LUDOVICUS Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; JOANNES & ADELBERTUS Duces Saxoniæ; OTTO Marchio Brandeburgenſis, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis.

Romanæ Eccleſiæ amor in Germaniam, Principum Electorum inſtitutio. Imperatoris munus.

1. Complectens abolim ſibi Romana mater Eccleſia, quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram, plantans in ea Principes tanquam arbores prælectas, & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum tam mirandæ potentiæ, ut ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem illum, qui fræna Romani Imperii teneret, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ per luminare majus Chriſti Vicarium illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit & convertit, ut ejus præſidio paſtorum paſtor adjutus, oves ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum.

Confirmatio donationum Romanæ Eccleſiæ

2. Ut igitur omnis materia diſſenſionis & ſcandali, ſeu etiam rancoris occaſionis inter ipſam Eccleſiam & Imperium auferantur, & duo gladii in domo Domini conſtituti debito fœdere copulati ſeipſos exerceant, in utilem reformationem regiminis univerſi, & nos in actu voluntatis & operis inveniamur filii devotionis & pacis, qui tàm Eccleſiam quàm Imperium confovere tenemur: quidquid per Dominum noſtrum RODULPHUM Dei gratia Romanorum Regem ſemper Auguſtum ſanctiſſimo patri & Domino noſtro Niculao Papæ Tertio, ejusdemque ſucceſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, denuò donatum, declaratum ſive conceſſum, juratum, & actum ſeu factum eſt per privilegia vel quæcunque alia ſcripta quorumcumque tenorum ſuper recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, conceſſionibus, & factis ſeu geſtis tam aliorum Imperatorum & Regum Romanorum, prædeceſſorum Regis ejusdem, quàm ipſius Regia ſuper fidelitate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus & ipſi Eccleſiæ impendendis, ac poſſeſſionibus, honoribus & juribus ejusdem Eccleſiæ, & nominatim ſuper totam terram, quæ eſt à Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitiſſæ Mathildis, Civitate Ravennæ, & Æmilia, Bobio, Ceſena, Foropopuli, Forolivii, Flaventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis, atque Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetro, territorio Balnenſi, Comitatu Brectonorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Maſſa Trabaria cum adjacentibus terris ſuis, & omnibus aliis ad prædictam Eccleſiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra marique, provinciis, civitatibus, territoriis ad prædicta quoquo modo ſpectantibus, nec non ſuper civitate Romana, & regno Siciliæ, cum omnibus ad eam ſpectantibus tam citra Pharum quàm ultra, Corſica quoque atque Sardinia, & ceteris terris ac juribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, nos noſtri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus & ratificamus, ac iisdem omnibus & ſingulis & quibuscumque aliis ſuper iisdem per eundem Regem, quoquo modo factis, & in poſterum faciendis voluntatem noſtram, aſſenſum voluntatem noſtram, aſſenſum, atque conſenſum, unanimiter atque concorditer exhibemus & promittimus, quòd contra promiſſa vel aliquod promiſſorum nullo unquam tempore veniemus; ſed ea omnia & ſingula pro poſſe noſtro procurabimus inviolabiliter obſervari. Et ut hæc noſtra voluntas, approbatio, ratificatio, aſſenſus, conſenſus, atque promiſſio à nobis eisdem Romanis Pontificibus & Eccleſiæ in perpetuum obſerventur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, noſtrorumque ſigillorum munimine roboratum. Actum & datum anno Domini 1279. 14. Kal. Aprilis, Indictione ſeptima, regnante prædicto Domino noſtro Rodulpho Romanorum Rege glorioſo, regni ejus anno ſexto.

Käyſer

Käyſer Rudolphi deß Erſten
CONSTITUTION

Daß die Käyſer Primas preces auf die Pfrunnen geben ſollen.

RUdolphus von GOttes Gnaden König/ allzeit Mehrer des Reichs/ dem Ehrwürdigen in Chriſto andächtigen Abt/ ꝛc.

Dieweil aus alter und beſtätigter langherbrachter Gewonheit der Käyſer und König/ auf Uns kommen iſt / daß in jeder Kirchen auf Unſer Bitt ein Pfrun hingeliehen werde/ ſo bitten Wir dich / daß du dieſem Clerick / dem Heil. Reich zu Ehren/ Verſehung dieſer Pfrun thun wölleſt / ꝛc.

ALBERTI I. IMPERATORIS
AUGUSTI
CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 1303.

Qua confirmantur & radificantur privilegia omnio per alios prædeceſſores Imperatores Eccleſiæ Romanæ conceſſa.

SAnctiſſimo in Chriſto patri & Domino noſtro, Domino Bonifacio, * divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, ALBERTUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, devota pedum oſcula beatorum.

* *ejus nominis Octavo.*

Profiteor, beatiſſime Pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis & ſanctæ Eccleſiæ tuæ fore pro innumeris miſericordiis & immenſis beneficiis obligatum. Profiteor quòd deſiderii mei recepi deſideratum effectum, & diffiteri non audeo, quòd & plus quam deſideraſſe ſcivcrim, adinvenis mirans ſic in præteritis eſſe proviſum, quod de iis, quæ circa talia in futuro peti poterant, ſpes miſerationis habetur. Aſſurgens itaque Deo & ſanctitati veſtræ, ac eidem Eccleſiæ matri meæ ad gratiarum devotiſſimas & humillimas actiones, totum me devoveo, totum me offero, & expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hæc licet pridem, antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratæ, ac alia, quæ in hac parte incumbebant, eſſet per ſanctitatis veſtræ beneficentiam mei ſtatus eſſentia ſolidata, fecerim infra ſcripta, & ſuper his meas beatitudini veſtræ literas duxerim deſtinandas, ac in ſoliditate hujusmodi procuratores mei ad hoc ſpecialiter conſtitui, & in veſtra præſentia renovaverint: ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipſa in majori firmitate procedant, illa duxi præſentibus innovanda.

Grati animi ſignificatio. *Vide Clement. cap. 1. de jurejur.*

Recognoſcens igitur, quòd Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis translatum eſt in perſona magnifici Caroli in Germanos, & quòd jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, certis Principibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus eſt ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii poteſtatem ac vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: pia devotione & ſincero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promovendi per Sedem eandem ad hoc potiſſimè & ſpecialiter aſſumuntur, ut ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Advocati, Catholicæ fidei ac ejusdem Eccleſiæ præcipui defenſores.

Imperium à Græcis ad Germanos translatum, Principum Electorum inſtitutione.

Cætera deſiderantur, quæ exſtant Romæ in Caſtello S. Angeli, quorum hæc eſt ſumma.

Superioribus ſubjicit juramentum fidelitatis ſolitis formulis exhiberi conſuetum. Addit his confirmationem juramenti pariter fidelitatis exhibiti à patre ſuo Rodulpho, & alia omnia ab aliis omnibus Imperatoribus præſtita. Confirmat itidem privilegia ab eodem Rodulpho & aliis Imper. eidem Eccleſiæ Romanæ conceſſa. Ratificat, quæ ſtatuta & jurata fuerant per Ludovicum Imper. Paſchali

Papæ,

Papæ, & per Ottonem Joanni Pontifici. Et poſt reverentiam Patri exhibitam, & filialem amorem inſinuatum, Eccleſiæ jura defendit, primatum & libertatem ejuſdem Eccleſiæ profitetur defenſurum adverſus quoſcumque ejuſdem perturbatores, adverſus quos bella movere, ſi opus ſit, pollicetur, ſpondens ſuum cum exercitu in Italiam adventum, ſi placeat. Datum habetur apud Noremberg, anno Domini M. CCC. III. Indictione prima, decimo ſexto Kal. Auguſti Regni verò anno quinto.

HENRICO VII. REGE ROMANI

A CANONICI DI * MONZA

Della corona Imperiale di Milano.

Ann. Chriſti 1310.
* *Modoetia.*

NOI vi commettiamo & comandiamo che lo Arciprete con tre altri de i piu vecchi, & che faroo cio che biſogna in materia della Corona ferrea, ſenza alcuna dilatione venga à noi, portando tutti i privilegii & gli ſtromenti che ſono in Monza con voi. Et ſopra cio darete fede ad Alard de Rolaes, & à Clecumpe de Gemule noſtri Capitani, i quali ſono apportatori delle præſente. Di Milano, l'anno II. del noſtro Regno.

HENRICI VII. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

AD JOANNEM DE ELNBOGEN, COENOBII WALDSASSENSIS IN NARISCIS ABBATEM

Ann. Chriſti 1312.

De coronatione Romana.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, venerabili Abbati Waldſaſſenſi, Ciſtercienſis ordinis, devoto ſuo ac dilecto, gratiam ſuam & omne bonum.

Imperii translationes. Imperii & Sacerdotii ſedes una.

1. Magnus Dominus & laudabilis valde, in excelſo Divinitatis ſuæ ſolio reſidens, Imperium ſuum (quod pro meritis ejus inter nationes diverſas, quaſi cum gentibus à ſuo Creatore degenerantibus, vacillabat) tranſire voluit ad Romanos, ut illic præiret Imperialis excellentiæ thronus, ubi erat Sacerdotalis Sedes & Apoſtolica affutura: ita quòd in eodem loco Summi Pontificis & Imperatoris auctoritas reniteret.

* *videtur aliquid deeſſe.* Imperator Romæ coronandus. * *ejus nomini V.* Imperator à Cardinalibus, abſente Papa coronandus & ungendus.

2. Noviſſimis quippe temporibus, illo translato in Germanos, poſtquam plures Principes ad ipſum vocatos Imperium, quorum quidam ipſius Imperii aſſumpſere diadema, quidam non * t divina cooperante clementia, per eos, ad quos ſpectat, in Romanorum Regem, futurum Imperatorem, ritè & concorditer electi, propoſuimus ad Urbem pro coronationis noſtræ ſuſcipiendis ſolenniis proficiſci. Ac ſanctiſſimum in Chriſto patrem Dominum * Clementem Summum Pontificem requiſivimus, ut ad Urbem accendens, præfata ſolennia nobis ibidem tradere dignaretur. Qui cùm ex certis cauſis, juxta noſtrum immenſum deſiderium intereſſe nequiret: ne dicta coronatio ob ſui abſentiam impediri valeret, venerabilibus Patribus, Dominis Arnoldo ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, Leonhardo Albanenſi, & Nicolao Hoſtienſi ac Veltrenſi Epiſcopis, ac Franciſco ſanctæ Luciæ, nec non Lucæ, ſanctæ Mariæ in via Lata Diaconis Cardinalibus, commiſit in hac parte plenariè vices ſuas, cum clauſula, ut ſi non omnes his exequendis intereſſe valerent, quatuor, tres, duo, vel unus eorum, dictæ coronationis noſtræ negotium expediret.

3. Verùm dictis Leonhardo & Franciſco de hac luce ſubtractis, per dictos Dominos Cardinales ſuperſtites, die feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum (quem ad hoc, ut poteramus, virtute dictæ commiſſionis elegimus) in Eccleſia ſancti Joannis Lateranenſis, præſente Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum Eccleſiaſticorum Ordinum Urbis, Ducumque, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Romani populi, innumeroſa caterva, oleo ſacro uncti fuimus, nec non Imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac conſuetis ſolenniis inſigniri.

4. Hæc autem devotioni tuæ voluimus intimare, ut de noſtris felicibus ſucceſſibus valeas exultare. Datum Romæ, quarto Kalendarum Julii, Regni noſtri anno quarto, Imperii verò anno primo.

HENRI-

HENRICI VII. IMPERATORIS AUGUSTI
SENTENTIA
IN ROBERTUM SICILIÆ REGEM,
Lata in conventu Principum Imperii Piſis, Anno M. CCC. XI.

Ann. Chriſti 1311.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

Superbiæ condemnatio. Eſaia 14.

1. Deus judex juſtus, fortis & longanimus, omnes ſecundum merita ſua judicans, ſuperbientem illum Spiritum qui ante ſuum thronum demans ſe gloria & honore conſpiciens, ſedem ſuam ad Aquilonem, ut eſſet ſimilis Altiſſimi, ponere cogitavit; de altis cœlorum faſtibus ad inferiora terræ in comprobria ſempiterna demergens, ipſum omni gratia & ſpe minime condignè privando duxit æternalibus ultionibus exponendum. Sic ad præſens juſtitiam reſpiciat, & æquitatem videat ipſe cœleſtium, terreſtrium, & inferorum Dominus, qui novit occulta cordium, & apud eujus tribunal omnis caſſat calumnia, & veritas nullius nequitiæ tenebris obſcuratur. Deponat & nunc de ſede potentem, qui tentavit & acerbavit ipſum, & concitavit eum in iram: perdat eum, qui malè quærit, & det illi, qui obſtinato animo viam innocentiæ refugit & gloriatur in malitia, comprobrium ſempiternum: faciat in eum judicium conſcriptum, & ſic omnibus ſanctis ejus.

Robertus Siciliæ Rex Imperii beneficiarius ingratus & rebellis.

2. Nequitiæ ſiquidem & proditionis alumnus Robertus, natus claræ memoriæ Caroli Secundi, qui ſe Siciliæ Regem intitulat, & Imperii Romani adipe impinguatus, incraſſatus, & dilatatus contra illud (cui etiam cauſa feudorum multorum & bonorum ipſius Imperii, quæ hactenus tenuit, & quæ injuſtè principaliter occupat, humiliter obedire debet) vitiis iniquitatibus eminens, odia, dolos & fraudes pro fidelitate retribuens, ex deteſtando ingratitudinis vitio calcaneum rebellionis reſumpſit erigere: & contra ſtimulum indurata nequitia recalcitrare non ceſſat, nefandaque ſuperbia tumefactus ſedem ab Aquilone, hoc aſt, ab oppoſito Majeſtatis Cæſareæ, quam ejus Dominus & Magiſtrum revereri & honorare tenetur, imponere ſatagens, ipſam convitiis & contumeliis, provocavit hactenus, & continuo animo protervo continuè provocare præſumit.

Roberti conſpirationes in Imperatorem.

3. Ipſe namque inter ceteros ſuæ malignitatis conatus, licet antequam Imperialis coronationis cauſa proficiſceremur ad Urbem, per ſuas literas ſpeciales pluries culmini noſtro ſcripſiſſet, quod ipſe (ſicut ex cauſa prædicta debebat, & nos, qui nec opere nec verbo gravavimus, nec gravare ſed potiùs gratioſè tractare intendebamus, eundem ex pravitate conſcientiæ credebamus) ad exhibendam nobis debitam reverentiam & honorem, tàm in dicta coronatione quàm alibi intendebat, & ad id pro viribus ſe parabat: confederationes tamen, conſpirationes, uniones, & ligas in offenſam & impedimentum proceſſus Cæſarei, unà cum Florentinis, Lucanis, Senenſibus, & aliis noſtri Romani Imperii ſubditis per Lombardiam, & ut eos in rebellionis præcipitium excitatos foveat, omne contrarium (ſicut expreſsè dignoſcitur) per ſe ſuosque procuratores, nuncios & ambaſiatores, in noſtræ Majeſtatis injuriam, & offenſam & impedimentum proceſſus Cæſarei facere procuravit & fecit. Tractavit etiam, quòd civitas Cremonæ, Parmæ, & Rhegii, quæ ſub noſtra obedientia conſiſtebant, contra nos & Imperium rebellarent, inducendo tàm communia ipſarum civitatum, quàm ſubditos noſtros prædictos ad rebellionem hujuſmodi, & eis ad id pollicendo auxilium, conſilium, & favorem; & nihilominus dicti Roberti ſulti favoribus, ſuæque nequitiæ conſcii & miniſtri civitatis Aſtenſis, & caſtra Valentiæ, caſalis ſancti * Evaſii, & alias nonnullas civitates & caſtra provinciæ Lombardiæ, quæ mandata noſtra juraverant, & nos in eorum Dominum recognoverant, & officiales noſtros receperant & habebant, Officialibus ipſis violenter ejectis, nequiter occupatis, & occupata & occupatæ pro Roberto detinent ſupraſcripti. Denique Robertus Johannem fratrem & ſtipendiarios Romam videlicet ea intentione tranſmiſit, ut Urbe (ſi poſſet) ſuæ proditioni doloſè ſubjecta vel ſaltem turbata, in ejus periculo neſandæ ſeditionis immiſſio dictæ coronationis impediret ſolemnia, prout dicti Johannis & ſtipendiariorum in ingreſſu noſtro in Urbem prædictam, quamdiu in partibus illis moram traximus, efficaciter operum argumento probantes, unà cum copioſa ſubditorum dictorum multitudine, quæ per inſtigationem dicti Roberti ſubmiſſi ſibi ſubſidii & defenſionis fiducia cum armis & equis ad opponendum ſe nobis & exercendum per excogitatam malitiam ſimul cum Joh. ſtipendiariiſque prædictis convenit, ibidem contra nos & gentes noſtras hoſtiliter poſuerunt inſidias, fecerunt inſultus, ſpoliationes, violentias, & homicidia perpetraverunt, viaſque publicas & loca, per quæ ad tendendum ad baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus Chriſtianam liber aditus patere debeat, bellicoſis apparatibus claudere nobis ac gentibus noſtris ad baſilicam ipſam, ne ipſa coronatio celebrari valeret, acceſſum totis viribus prohibere, ac aliàs omnino-

* ſ. Gervaſii.

omnimodo quo poterat Majeſtatem noſtrum offendete procuratunt, aliasque præfatus Robertus committebat; & erat in ſitu contra nos committendi omnia, quæ ad noſtri Imperii damnum tenderent, & ad ea modis omnibus quibus poterat oitebatur.

Imperator nemini ſubjectus omnes liberè judicat.

* *fort. mulcebris lenitas m*

4. Hæc ſiquidem creſcente clamore notorio, & in pluribus rerum experientia edocente; licet ipſa tam publica & notoria eſſeot, quod nulla poſſent tergiverſatiooe celari, & oos, qui ſubjecti non ſumus, contra dictum Robertum propter præmiſſa eo irrequiſito potuiſſemus procedere: tamen ex Auguſta clemeotia (quæ libentiùs emendat in ſubditis pœnas quàm puniat; nec exercet ferrum in eos, quos ſanare poteſt * ulcebris, lenitas medicinæ) poſt receſſum noſtrum ab Urbe prædicta, ſuper dicto nototio & prædictis per ipſum Robertum cootra noſtram Majeſtatem commiſſis ad inquiſitionem deſcendimus, quam ut fidei vel amoris ſcintilla (ſi qua forſitan remanſit in eo) ipſius viſcera tangeret, & ipſe interim ſpatiom ad cor redeundi haberet, usque in præſens deliberationibus rationis duximus protrahendam, Robertum prædictum citari legitimè fecimus, ut comparere curaret, ſuam (ſi poſſet) innocentiam oſtenſurus.

Roberti contumacia.

Verùm idem Robertus in ſua protervia perſeverans, in terminis ſibi ad hoc præfixis, vel eorum aliquo vel per ſe vel per alium comparere contumaciter non curavit. Quare nos ſuper præmiſſis in ipſius Roberti contumacia fide digois & ſufficientibus receptis teſtibus, & eorum dictis in ſcriptis redactis, & per nos ſolenniter publicatis, & de mandato noſtro à Proceribus noſtri Palatii eum diligentia recenſitis, & facta nobis de ipſis & per ipſos relatione fideli, per ea, quæ probata fuerunt, prædicta omnia & ſingula poblica & notoria eſſe, in ſcriptis interloquendo pronunciavimus & declaravimus exigente juſtitia, & poſtmodùm eum requiri & citari ſufficienter & peremptoriè fecimus, ut certo termino jam elapſo coram nobis (ubicunque eſſemus) ad hanc noſtram ſententiam audiendam comparere curaret. Quod ipſe præſcius & diffiſus injuriis & offenſis in ſua obſtinatione & contumacia & fraudibus pernicioſis induratus, facere prætermiſit.

Roberti crimina.

* *al. committentes.*

5. Quia igitur dimiſſis omnibus & ſingulis (prout apertiùs in inquiſitione continetur) ſpecialiter per dictos teſtes plenariè nobis conſtat, nos prædictos & alios prædicti Roberti exceſſus nefarios & opera deteſtanda maturo & juſto librantes examine; ac illud notiſſimum nullatenus * ommittentes, quod ipſe Robertus, dum in Urbe prædicta cauſa prædictæ coronationis eſſemus, dilectiſſimi noſtri Piſani (qui inter cæteros noſtros ſubditos fidelitatis ac opinionis ſinceritate, galeas & gentes ad noſtrum ſervitium & honorem Romam mitteret) galeas ipſas in noſtræ Majeſtatis injuriam invadi, ſpoliari, & gentes prædictas capi & incarcerari, & in carcere detineri mandavit & fecit, & nihilominus in hujusmodi continuationis terminis perſeverando, mala malis addendo, & pejora continuè committendo, dum contra rebelles noſtros direximus ſigna Cæſarea, rebellibus ipſis (ſicut publicum & notorium eſt, & facti evidentia docebat & docet) miſit plures armatorum in ſubſidium, ut eos diutiùs in eorum rebellionis erroribus confoveret, & attendens quòd dum ipſe potuit pacem & quietem habere, dum debuit tranquillitatem expectare, * à noſtra benevolentia & dilectione, quam ſibi ex animi ſinceritate paraveramus, obtinere noluit, bella quæſivit, iniquitates exercuit, & pro poſſe curavit, ſicut etiam procurare non ceſſat, in Imperii populos ſeminare zizanias, ſuſcitare odia, immittere ſcandala, concitare tumultus, nutrire ſchiſmata, & fovere diſcordias, & ſine intermiſſione in actu committendi continuandique quod poteſt, contra Imperium noſtrum non omiſit, non ſolùm in noſtri Imperii contemptum Reique publicæ detrimentum, ſed etiam in perturbationem proſperitatis Eccleſiaſticæ, quæ ad Imperii ſtatum plurimùm dignoſcitur tendere, & io retardationem negotii Terræ ſanctæ, ad quod (teſte Deo, qui omnia novit) totis cordibus & affectibus anhelamus, & videntes apertè, quòd dictus Robertus irrevocabiliter in ſignum erroris prolapſus, & obſtinatus in dolis, viam veritatis expiavit omninò, & tanquam aſpis ſurda non obtinens auditum, nec mandata noſtra, nec legis pœnam, in quam ſuis culpis (nam omne, quod eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victoria, qua vincit mundum fides noſtra, *omni cura cuſtodias cor tuum: nam ab ipſo vita procedit*, Proverb. cap. 11.) incidiſſe ac incidere noſcitur, nec etiam Imperatoriæ plenitudinem poteſtatis veretur, ſed quotidie cervicis durior efficitur: & quantum ipſum ad pœnitudinem expectamus, tanto majorem aſſumit audaciam malignandi: conſiderantes etiam, quod ipſe Robertus de Imperii crapulatus pinguedine dilatatur, & ex illicitis ſibi laxatis habenis fuerit, & nobis pro ex obedientia rebellionem, & pro fidelitatis debito injurias refert, nosque ac quoſcumque fideles Imperii nobis obedientes pro poſſe impugnare conatur, ejusque pœnas oon in ædificationem ſed in deſtructionem, non ad fructum & juvamen ut haberet, ſed ad peſtem eſſe dignoſcitur: & volentes præmiſſis injuriis & ipſius fraudibus obviare, & Evangelicam ſequi doctrinam, quæ nos monet, quod omnis arbor, quæ fructum non facit bonum, abſcindatur & mittatur in ignem, licet fideles Reges & Principes in ſuorum dignitatis eminentiam libenter condignis honoribus, & gratioſis favoribus proſequamur, tamen ut culpa ſupplicium timeat, & virtus retributionem expectet, Robertum prædictum, cujus eligimus domare ſuperbiam, & præſumptionem erectam conterere, ipſumque à ſtatu ſuo quantumcumque ſublimi deponere, cum propter præmiſſa Majeſtatis criminis reus ſit, univerſis & ſingulis dignitatibus quocumque titulo comprehenſis, quibus ſe intitulat & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, Provinciis, Comitatibus, civitatibus, caſtris, terris, villis, & aliis feudis, vaſallis, bonis, rebus, juribus, & juriſdictionibus univerſis tàm perpetuis quàm temporalibus, quos, quas, & quæ habet, tenet, & poſſidet, vel quaſi, ſeu habueruot & poſſiderunt hactenus ejus quomodolibet ipſe vel ſui prædeceſſores, privamus: eundem Robertum rebellum, proditorem, & hoſtem Imperii, dictæque Majeſtatis crimine reum, de toto prædicto Imperio exbannimus & diffidamus: ipſum ſi quo tempore in ooſtram

Incluſa videntur ſpuria & ab hoc loco aliena.

Proverb. 11.

Matth. 3. v. 7.

Luc. 3. v. 9.

Sententia privationis.

Sententia exbannitionis.

Digitized by Google

Sententia capitalis condemnationis.

noſtram & Imperii fortiam pervenerit, vita per capitis mutilationem privandum in hiſce ſcriptis ſententialiter condemnamus.

Sententia diffidationis fautorum.

6. Statuentes & mandantes, quod nulla perſona cujuſcumque nobilitatis, excellentiæ, ſtatus, vel conditionis exiſtat, nullaque civitas, caſtrum, villa, vel univerſitas eidem contra nos & Imperium præbeat publicè vel occultè, conſilium, auxilium, vel favorem, ſub pœna centum librarum auri, pro qualibet civitate libras quinquaginta, pro quolibet caſtro, villa, Marchione, Duce, Comite, Barone, & quolibet Nobili viginti librarum auri, & pro quolibet alia ſingulari perſona, pro vice qualibet quæ contrà ſecerint, committenda: quodque cuilibet liceat impunè cives, incolas, habitatores civitatum, caſtrorum, villarum, & quibuslibet alias ſingulares perſonas, cujuſcumque ſtatus vel conditionis exiſtant, quæ contra noſtrum honorem obediant ei, vel darent conſilium, auxilium, vel favorem, publicè vel occultè offendere in perſona, rebus, & juribus, & ipſos & ea capere, & arreſtare, & retinere: inhibentes etiam & præcipientes expreſsè, ne aliqui debitores ipſius Roberti de bonis, in quibus ei tenentur, in aliquo ſatisfaciant, vel reddere quomodolibet præſumant, vel alioquin tantundem Cameræ noſtræ perſolvant.

Sententia abſolutionis.

7. Ad hæc ſine ſtrepitu & figura judicii compellantur univerſitates & provincias noſtras, civitates, villas, & ſingulares perſonas cujuſcumque præeminentiæ vel excellentiæ, etiamſi Regia dignitate, vel cujuſcumque alterius dignitatis, conditionis, vel ſtatus exiſtant, quæ ex aliquo pacto vel promiſſione ſeu obligatione dicto Roberto, aut prædeceſſores ſui facto, pacto vel pœna, ſub qualicumque forma comprehenſo, vel comprehenſi ſint ratione, cauſa, vel titulo, & ſpecialiter de aliquo ſervitio faciendo, vel hominum armatorum, aliudque ſubſidium dando, per mare vel per terram, teneretur eidem Roberto, ab ipſis pacto, promiſſione, obligatione & pœna appoſita, vaſallos quoque & feudatarios, & omnes & ſingulos, qui eidem fidelitatis vinculo vel alia quacumque ratione vel cauſa ad aliqua ſervitia realia vel perſonalia tenerentur, ab omni articulo fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ et vel ſuis hæredibus faciendis abſolvimus penitus & in totum: ita quòd nec civitates, caſtra, villæ, univerſitates, & perſonæ prædictæ pacto vel obligatione prædictorum, aut vaſalli, aut feudatarii, præfati cives, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ratione, cauſa vel titulo ſibi vel ſuis hæredibus quomodolibet teneantur.

Sententia confiſcationis.

Ipſas etiam contratas, civitates, caſtra, villa, feudatarios, vaſallos, bona, res, juriſdictiones, ſervitia, & jura, & quæcumque alia ſub noſtra contenta privatione & abſolutione hujuſmodi, confiſcamus.

Sententia infamationis domeſticorum.

8. Demum omnibus & ſingulis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, & Notariis, qui ejuſdem Roberti domeſtici ſeu familiares exiſtunt, ſive aliis, qui in ejus ſervitio eſſe noſcuntur, & quibusvis aliis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quod ab ipſius Roberti familiaritate, conſiliis, directione, & obſequiis quibuſcumque infra duorum menſium ſpacium ab hodie computandum cum effectu recedant, & numquam ad ejus ſervitium vel conſilium accedere publicè vel occultè præſumant: alioqui ipſos Milites honore ac dignitate militiæ, Judices * adjudicandi & aſſidendi omnibus & ſingulis privilegiis & immunitatibus, ac Notarios notariatus officio: eos videlicet ex dictis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, Notariis, qui hujuſmodi mandato noſtro non paruerint cum effectu, ex nunc prout extunc privamus termino ſupraſcripto, & inhabiles & infames reddimus, ita quod elapſis menſibus ſupradictis ad nullos actus legitimos quocumque tempore poſtmodum admittantur.

* *Leg. ac Jureperitos judicandi.*

9. Hujuſmodi autem privationis, confiſcationis, exbannitionis, diffidationis, condemnationis, & abſolutionis ſententias in his ſcriptis ſecimus, & omnia alia ſingula facta & incerta facimus exiſtente juſtitia, & bono Reipubl. requirente, ac ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan in inquiſitione prædicta, de quibuſcumque proceſſibus propterea habitis ob aliquam juris ſolemnitatem omiſſam eſſet habitis, non obſtantibus aliquibus legibus, conſtitutionibus contrariis, vel privilegiis ſub quacumque forma verborum conceſſis: etiamſi de ipſis oporteret de verbo ad verbum in præſentibus fieri mentionem, quæ contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſſe quomodolibet objici non opponi, quibus ſpecialiter derogamus. Actum Piſis in præſentia noſtrorum Principum & Baronum, ac populi multitudine copioſa, VII. Calend. Maji, regni noſtri anno quinto, Imperii verò anno primo, quod fuit

M CCC XI.

JOHANNIS XXII. PONTIFICIS ROMANI

Ann. Chriſti 1323.

BULLA,

Qua LUDOVICO BAVARO IMPERATORI Imperium abdicatur.

POſteaquam à deceſſoribus noſtris res Romana à Græcis ad Germanos translata, Carolo Magno in fidem atque tutelam commiſſa eſt, ſummus ille honor, beneficium Pontificis maximi eſſe ſolet. Decretum ſiquidem eſt, ut cum Germani Principes Regem juſſiſſent, id demum ratum eſſe, ſi Romanus Pontifex, univerſi orbis Chriſtiani Pater atq; Princeps, author fieret: nec ante cuiquam Comitiis Cæſareis, ſuffragiis Principum deſignato Regi, neq; adminiſtrandi, neque Regii tituli uſurpandi jus eſt, quàm primarius Sacerdos, Dei OPT. MAX. legatus, ſuo numine faveat & aſſeret. Præterea ſumma poteſtas, maximum Imperium, ubi orbum capite fuerit, penes Maximum Pontificem, cujus beneficium illud eſt, exiſtit. Itidem ubi Septem Suffragatores Comitiis Cæſareis diſcordes fuerint, neuter Rex eſt. Epiſcopus Romanus, ſicut communis omnium mortalium parens, faſces Romanos ob diſſenſionem deſtitutos, Rempublicam derelictam, ſuo arbitrio temperat. Quemadmodum animus imperare, corpus illi, cujus beneficio vivit, ſervire debet; ita optimè conſultum eſſe rebus Chriſtianis nemo ambigit, ubi fragilia æternis, prophana ſacris, corporalia ſpiritualibus ſubdita ſunt, atque obtemperant. Quod tum fit, quando Pontifex Maximus dignitatem utramque ſuo arbitratu moderatur: & Imperator, religione ſacramenti, ei, qui terris præſidendo vicem cœleſtis Imperatoris perfungitur, addictus eſt. Haſce ob cauſas, cùm poſt fata Imperatoris Henrici Septimi, duo, Fridericus atq; Ludovicus, Reges conſalutati fuerint, ambo, utpote contra auſpicia creati, indigni ſunt ſummo rerum humanarum faſtigio: Reſpublica in medio derelicta atque dilacerata, à nobis jure noſtro adminiſtratur. Proinde Ludovicus maximo malo ſuo, non minore Eccleſiæ Romanæ detrimento, nec dum à nobis dignus qui imperet judicatus, ſua ſponte Regium nomen, rerum habenas temerè uſurpavit, atque in Italia atque Germania occupat. Nam Brandenburgenſem Principatum contra leges atque interceſſionem filio ſuo tradidit. In Italia Galeacio, ejus fratribus de crimine hæreſeos condemnatis atque renunciatis, ſuppetias tulit. Nos igitur, juxta munus cœlitus nobis datum, Ludovico præcipimus: ut intra menſes tres ſeſe abdicet ab Regio nomine, gubernatione, functionibus publicis, rebus gerendis penitus abſtineat, a ſe hactenus actu reſcindat, nec poſthac niſi juſſu & mandato noſtro dignitatem reſumat. Quod ſi obtemperare obtrectaverit, Patriarchis, Epiſcopis cunctis, Sacerdotibus, Principibus, Civitatibus imperamus, ut eundem deſerant, ac nobis parere cogant. Data atque publicata Avinione, octavo Idus Octobris, Anno dignitatis 8. Chriſti verò ſupra milleſimum, trecenteſimum, vigeſimo tertio.

LUDOVICI IV. BAVARI, IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1324.

APPELLATIO

Quam inſigniter conceptam ubique fecit publicari.

Papa pacis publicæ fractor. * Johan. 15. & ſeqq. Papa Imperatori debet, quicquid habet. * al. promiſſum.

NOs LUDOVICUS Romanorum Rex, proponimus adverſus Joannem, qui ſe dicit eſſe Papam, quòd Chriſti * teſtamentum de pace malè exequitur, publicam Chriſtianitatis pacem perturbans: nec reminiſcitur à ſancto Conſtantino id, quicquid nunc habet, honoris latitanti Silveſtro * permiſſum, malè gratus Romano Imperio: unde duſumpſit omnem, quo nunc abutitur, ſplendorem, &c.

Käyſer

Käyſer Ludwigs deß Vierdten
APPELLATION,

Welche er allenthalben wider den Bapſt Johannem xxij. hat laſſen aufſchlagen.

WIr Ludwig Römiſcher König thun kundt wider Johannem/ der ſich nennet ein Bapſt/ daß er das Teſtament Cheiſti von Frieden übel außrichtet. Den gemeinen Frieden der Chriſtenheit zerrüttet er/ und gedenckt nicht was er jetzund für Ehr hat/ daß der heilig Conſtantinus dieſelbig Sylveſtro/ der ſich gar in einem andern Weſen gehalten/ veelauwen hat. Ee iſt dem Römiſchen Reich undanckbae/ von dem er alle Herrligkeit/ deren er ſich jedoch mißbrauchet/ empfangen hat/ ꝛc.

LUDOVICI IV. BAVARI IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1338.

CONSTITUTIO

De Imperii juribus & excellentia, & poteſtate Electi Romanorum Regis

Lata in Comitiis Francofurtenſibus Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

LIcet (*a*) jura utriuſque Teſtmenti manifeſtè declsrent, Imperialem dignitatem & poteſtatem immediatè in filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum per Imperatorem & Reges mundi jura humano generi apertè tribuiſſe: & quod Imperator ex ſola electione eorum, ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione ſeu approbatione: (*b*) quoniam in terris, quoad temporalia, non habet ſuperiorem, ſed eidem gentes ſubſunt & nationes. Et ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus mandavit, * *quæ ſunt Dei, Deo, & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddenda.* Qui tamen nonnulli avaritiæ & ambitionis cæcitate (c) ducti, & nullius ſcripturæ intelligentiam (*d*) habentes, ſed divertentes à tramite recti ſenſus in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabiles prorumpunt, contra poteſtatem & auctoritatem Imperialem, & jura Imperatorum, Electorum, & aliorum Principum & Imperii fidelium committentes, fallaciter aſſerentes, quòd Imperialis dignitas & poteſtas eſt à Papâ, & quòd Electus in Imperatorem non eſt verus Imperator nec Rex, niſi prius per Papam ſive Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur: & per (*e*) hujusmodi pravas aſſertiones, & peſtifera dogmata hoſtis antiquus movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones parit, & ſeditiones procurat.

a apud Balbum legitur: jura utriuſque teſtimonio m. declaratur.
Imperium non eſſe à Papa, ſed immediatè à ſolo Deo.
b al. cum.
* Matth 22.
c al. devicti.
d al. ſe habere dicentes.
e al. hujuſcemodi.

2. Ideò ad tantum malum evitandum, de conſilio & conſenſu Electorum & aliorum Principum Imperii, declaramus, quòd Imperialis dignitas & poteſtas (*f*) eſt immediatè à ſolo Deo: & quòd (*g*) de jure & Imperii conſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive Regem ab (*h*) Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola electione eſt Rex verus & Imperator Romanorum cenſendus & nominandus, & eidem ab omnibus Imperio ſubjectis obediri: & adminiſtrandi jura Imperii & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ ſive Sedis Apoſtolicæ aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate indiget vel conſenſu. Et ea propter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut Electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex ſola electione cenſeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus ſubjectis Imperio debeat obediri, & adminiſtrationem & jurisdictionem Imperialem, & Imperialis (*i*) poteſtatis plenitudinem habeat, & ita habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur & firmiter aſſeratur.

f B pendet.
g B tam de jure quàm de conſuetudine.
Electum ab Electoribus verum & poteſtativum eſſe Imperatorem, nec requiri confirmationem Papæ.
h B his quorum intereſt, ſtat.
i B dignitatis.

3. Quicumque autem contra hæc declarata, decreta, vel definita, aut aliquid eorum aſſerere ſeu dicere, aut aſſerentibus ſeu dicentibus conſentire, vel eorum mandatis, vel literis, vel præceptis obedire præſumpſerint, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis, & immunitatibus à nobis vel prædeceſſoribus noſtris eis conceſſis exnunc privamus, & ipſo jure & facto decernimus eſſe privatos. Inſuper eos crimen læſæ Majeſtatis decernimus incurriſſe, & pœnis omnibus impoſitis crimen læſæ Majeſtatis committentibus ſubjacere.

Datum (*k*) in oppido noſtro de Franckenfurt, die VIII. Menſis Auguſti, anno Domini M. CCC. XXXVIII.

k B Colonienſi civitate Alemaniæ, die 6.

Digitized by Google

PRINCIPUM ELECTORUM
S. ROMANI IMPERII

Ann. Chriſti. 1338.

EPISTOLA
AD PAPAM BENEDICTUM XII.

Super LUDOVICO IMPERATORE, & diſcordia Imperii & Eccleſiæ.

EX COMITIIS REINENSIBUS, Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Benedicto Papæ, veſtri devoti filii, HENRICUS Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Moguntinenſis, Electorum Principum Decanus, nec non per Germaniam ſacri Imperii Archicancellarius; BALDWINUS Archiepiſcopus Trevereoſis, Cancellarius Galliæ; WALRAMUS Archiepiſcopus Colonienſis, Cancellarius Italiæ; WALDEMARUS Marchio Brandeburgenſis, Camerarius; RUDOLPHUS Palatinus, Dapifer; RUDOLPHUS Dux Saxoniæ, Portitor enſis, Romanorum Regis, & coronandi Imperatoris, legitimi Electores.

Es Imperii & Eccleſiæ diſſidio incommoda.

1. Gravamur non modicè, & turbamur ex intimis, cùm reverendam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, matrem noſtram, & ipſius Summos Pontifices, quibus reverentiam & honorem exhibere volumus promptis & devotis animis omni vice; ac ſacroſanctum Imperium, & Imperatores ſeu Reges ipſius, quorum defenſio ad nos ac omnes alios Coelectores præ cæteris mundi Principibus ſpecialiter pertinere dinoſcitur, ſicut temporibus præſentibus videmus, ad invicem diſcordare. Nam ex hoc non potuerunt ſibi & populo Chriſtiano proficere & prodeſſe, & prout eſt divinitus inſtitutum, ſibi mutuò ſuffragari. Propter quæ in diverſis mundi partibus, provinciis, & terris, ipſis regendas gubernandas commiſſis, innumera execrabilia pericula animarum, perſonarum & rerum, & diverſa ſcandala in Dei Eccleſia (quod dolenter referimus) ſunt ſuborta; & majora præſumuntur futuris temporibus, quæ ad planum dici nequeunt vel conſcribi, certitudinaliter ſuboriri. Quæ ſubmoveri non poſſunt, niſi utraque Poteſtas contenta ſit ſuis juribus & conſuetudinibus hactenus obſervatis; & reformentur, quæ una contra aliam attemptavit.

Imperii & & Eccleſiæ diſtinguenda jura & conſuetudines.

Electorum Imperii concordia pro defendendis Imperii juribus & excellentia.

2. Sanctitati veſtræ cum omni devotione & in modum, quem poſſumus, meliorem & humiliorem referimus bono zelo, quod ſuper præmiſſis & ad conſulendum & providendum ſacroſancto Romano Imperio, cujus jura, honores, bona, libertates, & conſuetudines, proſtrata jacent, & à diverſis perſonis Eccleſiaſticis & Sæcularibus ſunt & fuerunt hactenus in grave præjudicium dicti Imperii invaſa, occupata, & multipliciter conculcata, XV. die menſis Julii, anni XXXVIII. in Reinſe ſuper alveo Reni, ubi Principes Electores ſuper negotiis Imperii tractandis convenire conſueverunt ab antiquo, cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati, & diverſis deliberationibus & conſiliis præmiſſis, ſicut divinæ gratiæ placuit, omnes unanimes fuimus, & nullo penitus diſcrepante pro defenſione & recuperatione jurium, honorum, bonorum, libertatum, conſuetudinum ſacri Romani Imperii ac totius Chriſtianitatis, ad cujus regimen & defenſionem idem Imperium principaliter ordinatum dinoſcitur, diſpoſuimus & ordinavimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & firmavimus jurejurando per Sacramenta corporaliter à nobis & omnibus Coelectoribus noſtris præſtita; quòd jura, honores, bona, libertates, & conſuetudines dicti Imperii, & noſtra, nobis in electione Imperii competentia ex conſuetudine vel de jure, manuteneamus, defendamus, & illibata conſervemus toto poſſe & viribus noſtris, contra omnes homines cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant; & quòd hoc non obmittemus propter aliqua pericula rerum & perſonarum, aut præcepta, mandata, proceſſus, per quemcumque aut in quemcumque modum & formam prolati ſint, vel inanteà proferantur, contra Imperium & nos vel Coelectores noſtros; per quæ dicto Imperio ac nobis & Coelectoribus noſtris in prædictis juribus, bonis, hominibus, libertatibus, & conſuetudinibus præjudicatum ſit, vel in futurum poſſet præjudicium generari.

Papæ proceſſus contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem.

3. Et tandem ſuper præmiſſo lamentabili deſiderio, & cauſis originalibus, ex quibus ortum dinoſcitur, quod inter ſanctam Romanam Eccleſiam, ac ſacrum Romanum Imperium & Dominum noſtrum LUDOVICUM Romanorum Imperatorem, jam longis temporibus diligenti & ſollicita deliberatione præhabita, nos & alii Coelectores noſtri cognovimus, & nobis conſtitit evidenter ex proceſſibus quondam Domini Johannis Papæ XXII. prædeceſſoris veſtri, quod ipſe primò & poſtea ſententias excommunicationis & interdicti (ſi ſic dici merentur) ac alias diverſas ſententias & proceſſus de facto contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem fulminavit contra prædictum Dominum noſtrum, Dominum LUDOVICUM Romanorum Imperatorem, ac fautores & adhærentes ſibi; qui à majori parte Principum Electorum fuit ritè & rationabiliter in Regem Romano-

manorum electus, in Imperatorem poſteà conſecrandus; quod ſe de adminiſtratione Imperii intromiſit, non approbata per prædictum prædeceſſorem veſtrum ipſius electione, quam in diſcordis aſſeruit celebratam. Per quas ſententias & proceſſus, cùm juri & conſuetudini Imperii præfato Domino noſtro LUDOVICO, nobis & aliis Electoribus Imperii maximè derogetur; cùm jure caveatur, & conſuetudine, cujus contrarium memoria hominum non exiſtit, ſit rationabiliter introductum, & ſine cujusvis contradictione legitimè obſervatum, ſicut etiam in prædicto Parlamento per nos & alios Coëlectores noſtros, præhabita diligenti deliberatione & diſcuſſione, ac conſilio multorum Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium eſt concorditer declaratum, & ſententialiter diffinitum; Quòd vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel à majore parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus eſt habendus: & quòd nec nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii indiget, ſive titulo Regio aſſumendo: quodque jura & bona Imperii amminiſtrare & gubernare poterit, & de jure & conſuetudine, nulla Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta.

Electus Romanorum Rex à Principibus habet poteſtatem plenariam Imperatoriam, non expectata Papæ confirmatione.

4. Quare cum Sanctitas veſtra teneatur præ omnibus Regnis mundi defendere jura Imperii, quòd ad defenſionem Sedis Apoſtolicæ & totius fidei Chriſtianæ eſt cœlitus ordinatum, & ſine ejus ſalubri gubernatione & defenſione non poteſt in opulentia pacis perſiſtere Chriſtianus populus, nec benè colere pacis auctorem Clementiæ Sanctitatis veſtræ ſupplicamus, cum omni humilitate & reverentia, qua poſſumus & valemus, quatenus ſentias & proceſſus prænotatos, & quidquid exinde * ad nos ſecutum eſt, totaliter & penitus revocetis, tanquam in præjudicium Imperii & jurium ipſius prolatos. Quæ jura illibata pro poſſe ſervare tenemur ratione à nobis præſtiti juramenti, ut obinde in omni obedientia & devotione Ecleſiæ Romanæ & Sanctitatis veſtræ debeamus devotioribus animis perpetuò permanere. Et ne, ſi ſecus fieret, nos & alii Coelectores noſtri, cum aliis Principibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus Alamaniæ, cogeremur invenire & quærere contra eosdem proceſſus & ſententias, quamvis inviti, remedia opportuna. Super præmiſſis ad Sanctitatem veſtram tales transmittimus, quibus in dicendis & petendis noſtro nomine fidem, veſtram clementiam petimus adhibere.

Papa Imperii tenetur ſarta tecta jura ſervare.

* al. ob nos.

Principes Imperii minantur Papæ contra ejus proceſſus & ſententias.

LUDOVICI IV. BAVARI
IMPERATORIS AUGUSTI
* *APOLOGIA*

Publicè contrà Calumnias JOHANNIS PAPÆ XXII. propoſita Francofurti, Anno Domini M. CCC. XXXVIII. VIII. Idus Auguſti.

Ann. Chriſti 1338.

* *al. Reſponſio contra Iohannis XXII. Papæ Bullam, concernant jura regni & Imperii.*

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus univerſis & ſingulis Regibus Chriſtianorum, ac Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, quocunque honoris culmine præfulgeant, & cæteris Eccleſiarum Prælatis: nec non ſecularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Dominis, Poteſtatibus, Rectoribus, Judicibus, & Officialibus provinciarum, civitatum, & terrarum Romano Imperio ſubjectarum, & ipſarum quibuscunque incolis & habitatoribus, ac omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tàm Eccleſiaſticis quàm Secularibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum.

5. Fidem Catholicam, quam ſancta mater Eccleſia Catholica, extra quam nullus omninò ſalvatur, in Symbolis, Conciliis, & traditionibus ipſius Eccleſiæ ſacroſanctæ, docet & tenet, firmiter credentes, ac fideliter & firmiter confitentes, & ipſius Eccleſiæ ſanctæ doctrinam in ſacris Canonibus traditam ſequi volentes: quibusdam allegationibus, impugnationibus, & oppoſitionibus, quæ contra nos, & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis Imperialis, & contra Imperialem auctoritatem, poteſtatem, & dignitatem opponuntur, ne ſimplicium corda poſſint inficere, ſecundùm ſacrorum canonum & legum tenorem in his ſcriptis duximus reſpondere, & contra ipſos impugnantes & opponentes, & eorum dicta procedimus, prout inferiùs continetur.

Eccleſia Catholica ejusque fides.

In Primis contra Nos & Imperialem authoritatem, & jus Imperii, allegatur & objicitur, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt à Papa; & quòd electus in Regem Romanorum ex ſola electione non * eſt, nec dici poteſt verus Imperator, nec habet poteſtatem, jurisdictionem, & authoritatem, antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa, qui (ut dicunt) tàm in temporalibus quàm in ſpiritualibus habet plenitudinem poteſtatis. Ad quæ reſpondemus, hanc opinionem ſacris canonibus ac juri & rationi pariter obviare, ſicut expreſsè patet in Decretis, 96. diſt. c. *cum ad verum*, & canon. *Duo ſunt*, & ca. *Imperator*. Ubi expreſsè habetur in hæc verba: *Duo ſunt quippe, quibus principaliter hic mundus regitur, ſcilicet authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas. Habet* quippe *Imperator privilegium poteſtatis ſuæ, quam adminiſtrandi legibus * publicis divinitus conſecutus eſt, nec Imperator jura Pontificatus, nec Pontifex jura Imperatoria uſurpat.* Hæc ibi: ubi Gloſſæ Ordinariæ dicunt, *quòd iſtæ poteſtates ſunt diverſæ, & quod neutra dependet ab altera, & quòd Imperator non habet poteſtatem ſive Imperium niſi à ſolo Deo* 93. diſt. cap. *legimus*, ubi in textu dicitur, quòd *exercitus facit Imperatorem* & Gloſſa ſuper verbo *Imperatorem*, dicit: *Sic*

Imperium non eſſe a Papa, & Regem electum eſſe juſtum ante confirmationem Papalem.

* *al. eſt R. dici poteſt.*

Poteſtatis Politicæ & Eccleſiaſticæ diſtincta officia.

* *al. probabiliter di.*

Sic ex ſola electione Principum. Dico enim verum Imperatorem, antequam à Papa confirmetur, ut dixi 73. *diſt. quamvis.* Et hoc etiam probatur in d. can. *cum adver.* ubi de poteſtate Pontificali & Imperiali loquitur in hæc verba: *Quoniam mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriusq; diſcernit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontificibus pro curſu temporalium rerum Imperialibus legibus uterentur: quatenus ſpiritualis actio à carnalibus incurſibus diſtaret, & ideo militans* (ſcilicet Papa) *minimè ſe negociis ſecularibus implicaret, ac viciſſim ille* (ſcilicet Imperator) *non videretur divinis rebus præſidere, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus.* Hæc ibi: ubi Gloſſa ordinaria de utraque poteſtate loquens, dicit ſic: *Dum ergo poteſtates iſtæ diſtinctæ, eſt hoc argumentum, quod Imperium non habetur à Papa, & quod Papa non habet utrumque gladium. Nam exercitus facit Imperatorem*, 43. *diſt. legimus. Et Imperium à ſolo Deo habetur.* 73. *q.* 4. *eſt quamvis. Alioquin ſi Imperium haberet à Papa, poſſet in temporalibus ad Papam appellari: quod probat Alexander*

* vulgo IIII.
a al. cauſam quæ inter.
b al. enim.

* *III. quòd illa* (ſcilicet temporalia) *ſuam* (ſcil. Papæ) *juriſdictionem non attingunt, Ext. de Appellat. Si duobus &, Qui filii ſint legitimi* (a) *tamen. Et ita* (b) *ego credo iſtas poteſtates diſtinctas eſſe.* Hæc Gloſſa. Et 8. diſtinct. c. *quo jure, dicitur:* Quòd *jura humana per Imperatores & Reges ſeculi, Deus humano generi diſtribuit.* Et lex dicit: Quòd *Imperium & Sacerdotium principio præceſſerunt in actum, quomodo oporteat Epiſcopos & cæteros Cleri ad ordinem perduci*, in principio, coul. 1. *Nec Imperator juriſdictionem Papæ, nec Papa juriſdictionem Imperatoris perturbare debet*, Ext. de Judic. Novit ille. Ex quibus & aliis pluribus, quæ brevitatis cauſa dimittuntur, clarè patet, quòd poteſtas & authoritas Imperialis, quæ immediatè aſt à ſolo Deo, & non à Papa; & quod electus in Imperatorem ex ſola electione eſt Rex Romanus, & habet authoritatem, juriſdictionem, & poteſtatem Imperialem & antiquam, inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa aut non: & quòd Papa non habet in temporalibus dictam plenitudinem poteſtatis.

Papa an irritam facere poſſit electionem Principum Imperii.

Sed objicitur, quòd ille, qui ſe Joannem Papam XXII. appellabat, per ſuos proceſſus de facto caſſavit ſive nullam, caſſam, & irritam pronunciavit electionem de nobis in Regem Romanorum factam, aſſerens in ſuis proceſſibus, nos miniſtrare non poſſe jura Imperii, & quòd adminiſtratio Imperii ad ipſum Johannem pertinebat de jure: & alia plura in ipſis proceſſibus aſſerens & attentans contra nos & jura Imperii, & contra illos & contra jura & libertates eorum, ad quos vacante Imperio pertinet electio Regis Romanorum, & contra conſuetudines antiquitus rationabiliter introductas & obſervatas, prout

Papa an Italiam Germaniæ adimere, & de regnis mundi diſponere poſſit.

in ipſis proceſſibus, imò veriùs exceſſibus, continetur. Inſuper poſt dictos proceſſus, quaſdam literas ſub bulla ſua dicitur feciſſe, & per multum publice tranſtuliſſe, in quibus ſe aſſerit totam Italiam ab Imperio & Regno Alemanniæ ſeparaſſe, inſinuans per ſua ſcripta & dicta, quòd Papa, tanquam Dominus univerſalis, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, poteſt tàm de Imperio quàm de omnibus regnis & dominiis temporalibus totius mundi ad ſuum libitum diſponere & ordinare. Ad quæ omnia duximus reſpondendum, quòd dicti omnes proceſſus, aſſertiones & literæ, & omnia & ſingula, quæ per dictum Johannem in prædictis, & contra prædicta, geſta ſeu attentata fuiſſe dicuntur, fuerunt & ſunt nulla, & nullius valoris & momenti, rationibus infrà ſcriptis.

Papam nihil juris habere in Imperium & Imperatorem.

Prima ratio eſt, quoniam Papa quantumcumque Catholicus & legitimus non habet talem poteſtatem, nec authoritatem aut juriſdictionem in temporalibus, & maximè ſupra jura Imperii, quod eſt immediatè à ſolo Deo, ut evidenter probant Canones & jura ſuperiùs allegata. Unde, quicquid dictus Johannes fecit in prædictis, tanquam à non ſuo judice factum, nullius fuit momenti, ut probant apertè canones 11. q. di. pen. & 7. q. 1. c. *in primis*, juxta fin. & 16. q. 1. c. *frater noſter*, & Ext. de Judic. *at ſi clerici*, & Ext. de Conſuetudine *ad noſtram*, & ea. *ſi non à competente judice*, l. a. & 3. & ult. cum ſimilibus.

Citatio debet præcedere ſententiam: ſine qua ſententia nulla eſt.

Secunda ratio eſt ex eo, quòd dicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, fuerunt per dictum Johannem contra nos, & in præjudicium enorme noſtrum, & illorum qui nos elegerunt in Regem Romanorum, & aliorum Principum Imperii & Alemaniæ, ex notoriè falſis cauſis, & nullo fori ordine ſervato, nobisque & aliis, quorum intereat, abſentibus & nullo modo legitimè monitis & citatis. Unde dum ſacri canones, & jura divina & humana decernant, ſententias & proceſſus quoſcumque promulgatos, abſentibus iis, quorum cauſa agitatur ſive ventilatur, & eis ritè non monitis & citatis, nullius exiſtere firmitatis, 3. q. 4. per totum: & ubi etiam legitur ſanctos Pontifices definiviſſe in hæc verba: *Omnia, quæ adverſus abſentes in omni negocio aut loco aguntur aut judicantur, irrita erunt, & evacuantur omninò, nec aliquam obtinent firmitatem:* quia divinæ & humanæ leges hoc fieri prohibent, ut Ext. de Teſtibus, *in nomine Domini*, & in auth. de Teſtibus, *hac verò*, collat. 7. & auth. Quæ ſentent. ſine appellat reſcin-

Papa tenetur juris ordinem obſervare.

dunt, l. 1. c. *ex hoc edicto*, & Cod. Quomodo & quando judex, l. *eaq.* Et maximè in cauſis, quæ ſummi Pontificis judicio deciduntur, ordo juris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſervandus, ut Ext. *de Sent. & re judic. c. in cauſis.* Sequitur, quod prædicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, fuerunt nulli, & nullius valoris, peremptus & momenti.

* *al. ſuam naturam, quam debet ad for. Et à viſis ap.*

Citationem faciendam eſſe perſonaliter.

Nec obviat, ſi dicatur, quòd prædictus Joannes in civitate Avinionis provinciæ exiſtens cum ſua Curia per * ſuas literas, quas dicitur ad fores Eccleſiæ majoris Avenionis appendi feciſſe, nos abſentem citavit: quoniam talis citatio, eſto quod appareret, nullatenus fuit nec eſt dicenda ſententia, rationibus infrà ſcriptis. Prima ratio: quia ſunt canones & jura ad hoc, quod cenſeatur & dici poſſit citatio firma, neceſſe eſt quòd habenas, qui citandus eſt, citetur aut perſonaliter, ſi inveniri poteſt; aut,

ſi non

ſi non poteſt inveniri, publicè citetur ad domum ſuam. Aliàs, niſi ſic citetur, non poteſt procedere contra ipſum, ut apertè [a] projiciatur, 4. q. 5. c. *quisquis*, & Ext. De Dolo & contum. in textu & in c. *venerabilis*, in fin. & De Cleric. non reſident, [b] *ex tua*. c. Ext. Qui matrimonium accuſ. poſſ. c. 1. & D. eo qui mittitur in poſſeſſi cauſa rei ſer. c. ult. & ff. Ex quib. cauſ. majores, l. *item ait*, §. *hoc autem*, cum ſimilibus. Et ſi proceditur, proceſſus nullius eſt momenti, ut dicitur in ſuperiùs allegatis juribus, 3. q. 4. c. *caveant* & auth. Quæ ſentent. ſine appell. reſcind. l. 1. & Cod. Quomodo & quando judex, *eaque*. Ex quibus juribus clarè patet, dato ſine præjudicio quòd talis (inquam) citatio per literas in civitate Avionum appenſas reperiretur facta fuiſſe, quòd nihilominus proceſſus per ipſum Johannem factus fuiſſet irritus & inanis. Secunda ratio, quia ad hoc quòd citatio de jure legitima cenſeatur, & arctet citatum ad veniendum, neceſſum eſt quòd aſſignetur illi, qui citandus eſt, tempus & locus ad comparendum ſecurus, prout manifeſtè probant jura, Ext. De Appellat. c. *ex parte tua*, & 33. q. 2. *ſive de conjugis*: ubi *providendus eſt locus, in quo nulla vis formidetur multitudinis, nec ſit difficile teſtes producere vel cæteras perſonas, quæ tam à ſanctis canonibus quam à venerandis* [c] *Romanis legibus in hujusmodi controverſiis requiritur*. Hæc ibi: & 3. q. 9. *hortamur*, & Ext. Ut lit. non conteſtat. c. *accedes*, & De Judic. l. *ſed locus*. Sed notorium eſt & indubitatum exiſtit, quod dictus Johannes tam nos quàm Imperii noſtri fideles & amicos, odio capitali, & etiam hoſtili exercitu perſequebatur de facto, & civitates & jura Imperii ſibi uſurpare & ſubjugare, quantum poterat, conabatur. Civitates quoque Avionis, in qua idem Johannes cum ſuo conſiſtorio morabatur, & ad quam nos per ſuas literas evocabat, & ille, qui illius, civitatis dominium detinebat, & nos Romanum Imperium habebat odio notorio & antiquo. Unde patet, quòd deciperet, qui diceret vel ſentiret, vel talem citationem nos ad comparendum modo aliquo coartaſſe. Quis enim auderet dicere, quòd talis conſiſtorii in tali loco periculoſo teneremur ſubire judicium, & in hoſtium noſtrorum nos ponere ſinum, & mortis periculo ultroneo nos offerre? Patet igitur, quòd talis citatio, ſi facta reperiretur de nobis, foret irrita & inanis.

a *fort. probatur.*
b *vulg. ex me.*
Citando aſſignandum eſſe tempus & locum ſecurum.
c *vulg. rationis.*
Papa Johannes Imperii Germanici hoſtis & uſurpator iniquus.

Tertia ratio ſumitur ex eo, quòd in ſacris canonibus & legibus ſtatuitur, quòd nullus in propria cauſa poſſit judicare, vel jus ſibi dare, ut probatur 23. q. 4. *inter querelas*, & 23. q. 5. *de occidendis*, & 4. q. 4. c. 1. & Cod. Ne quis in cauſa propria judicet, vel jus ſibi dicat. Sed manifeſtum adeò eſt & notorium, ut nulla poſſit tergiverſatione negari, quòd prædictus Johannes de facto contendebat, ſcilicet quòd ipſe non ſolùm in ſpiritualibus ſed & in temporalibus, & in nos & in totum Imperium, ac jura Imperii, habebat plenitudinem poteſtatis: & quòd ſuper hoc contra nos controverſiam & litigium de facto movebat, & jura Imperii etiam hoſtiliter ſibi pro viribus uſurpare conabatur; & nos & Imperii noſtri fideles, quantum poterat, tanquam adverſarius & hoſtis & inimicus noſter & Imperii, conſequi nitebatur. Unde etiam contra eum, tanquam contra adverſarium, inimicum, & hoſtem noſtrum & etiam Imperii, pro defenſione noſtra & etiam fidelium noſtrorum, & juris Imperialis ac fidei, appellamus ad futurum generale Concilium, & loco tuto & ſecuro modo debito & ſecundum formam ſacrorum canonum congregandum. Ex quibus ſequitur manifeſtè, quòd dicti proceſſus, imò veriùs dicti exceſſus, per dictum Johannem contra nos & contra fideles noſtros & jura Imperii facta fuerunt in propria cauſa, & temerè & perperàm attentati: & quòd ipſe in ipſis proceſſibus ſe judicem ſimul & partem efficit, ac per conſequens, quòd fuerunt irriti & nullius penitus firmitatis.

Papa in ſua cauſa non poteſt eſſe judex.

Tertiò objicitur contra nos, quòd dictus Johannes tam in nos quàm in omnes ſequaces ac fideles noſtros, habentes & tenentes nos pro Imperatore nomine & honore, & nobis tanquam Imperatori obedientes, & reverentiam exhibentes, & in omnibus admittentes nos ad divina, ſeu nobiſcum participantes in divinis, aut divina officia celebrantes coram nobis, & præbentes nobis auxilium, conſilium, & favorem, de facto excommunicationis ſententiam fulminavit: & Eccleſias & Univerſitates, quæ contrà facerent, Eccleſiaſtico ſuppoſuit judicio. Unde dicitur, *Quod ſententia paſtoris, ſive injuſta ſervanda eſt & timenda*. Ad quæ reſpondemus & dicimus, quòd, ſecundum ſacros canones & jura, hujus ſententia proceſſus fuerunt & ſunt nullæ ac nullius firmitatis, nulliusque valoris penitus & momenti: nec ſunt aliquo modo timendæ nec ſervandæ, nec timendi nec ſervandi, quod evidenter oſtenditur & probatur in rationibus infrà ſcriptis. Prima ratio ſic ſumitur. Certum eſt, quòd cum Prælatus Eccleſiæ in ſuo mandato excedit formam & poteſtatem à ſacris canonibus ſibi traditam, & in contra mandatum hujus facientes excommunicationis in ſingulares perſonas, & in Eccleſias, & in Univerſitates, ſententias interdicti promulgat, talem ſententiam non tenere, ſed nullam ipſo jure fore, nullatenusque obſervandam, ut probatur per id quod legitur & notatur Ext. De Exceſſibus Prælatorum, c. *cum ad quorundam*. Temerarium enim eſt & indignum, aliquem ſibi ſua authoritate uſurpare, quod Romana Eccleſia non concedit, Ext. De Privileg. c. *ſanè*. Sed, ut ſuprà probatum eſt evidenter, ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica non concedit, ſed prohibet Papæ jus Imperii & poteſtatem in temporalibus uſurpare: quia, ut dictum eſt, iſtam Papæ juriſdictionem, quæ ſolùm eſt in ſpiritualibus, non contingunt, ut in ſuperiùs allegato c. Ext. De Appellat. c. *ſi duobus*. Et maximum eſt, quòd dictus Johannes per ſuas antedictas ſententias exceſſit formam & poteſtatem Papæ traditam; quia jus Imperii & poteſtatem in temporalibus ſibi uſurpare conatus eſt

Papalis excommunicationis fulmen brutum.
Papæ ſententia, quæ excedit normam, vana eſt.
Papæ ab Eccleſia Romana prohibitum eſt jus Imperii & poteſtatem in temporalibus uſurpare.

contra ſacrorum canonum conſtituta. Ergo hujus ſententiæ ſunt & fuerunt nullæ & nullatenus obſervandæ. Et hoc eſt unus de caſibus expreſſis, in quibus ſententia de excommunicatione nullatenus obſervanda.

Papa, ſi præcipiat non obedire ſuo Domino vel ſtatuat contra Deum & Sacram Scripturam, non eſt audiendus nec timendus.

Secunda ratio ſic ſumitur. Certum eſt de jure, quòd ubi eſt error expreſſus in ſententia vel mandato præſidentis, puta quia præcipit, quòd non obediat ſuo ſuperiori; vel præcipit aliquid contra Deum, vel contra ſacram ſcripturam, talis ſententia ipſo jure nullius eſt momenti, nec eſt timenda, nec aliquatenus obſervanda, ut probatur per illud, quod legitur Ext. De Sententia excommunicationis, c. *venerabilibus*, juxta fin. a. & 11. q. 3. c. *ſi is qui præeſt*, cum duobus c c. ſequentibus. Et idem eſt, utcunque ſententia eſt ipſo jure nulla, ut probatur apertè per illud, quod legitur & notatur Ext. De Sententia excommunicationis, c. *per tuas*, & Ext. De Procurat c. *in noſtra præſentia aſſ.* & Ext. De Crimine falſi, c. *ſuper eo*, & Ext. De Sententia & re judicata, c. 1. Sed maximum eſt, quòd dictus Johannes in dictis ſuis proceſſibus & ſententiis expreſſit, quòd non obediatur nobis, cui omnes Imperiu ſubjecti obedire & reverentiam exhibere ſecundum divina & humana jura ſunt aſtricti: & quòd hoc fecit, volendo ſibi jus Imperii & poteſtatem omnimodam in temporalibus contra Dominum & contra juſtitiam uſurpare, ad quæ non extenditur, ut dictum eſt, authoritas & poteſtas. Ergo ipſæ ſententiæ ſunt & fuerunt nullæ & nullius penitus firmitatis, nec fuerunt nec ſunt quomodolibet obſervandæ.

Sententia poſt appellationem pronunciata, nulla eſt.

Maximum eſt, quòd quando ſententia excommunicationis vel interdicti prolata eſt poſt appellationem legitimam, nulla eſt, nec eſt aliquatenus timenda nec ſervanda, ut apertè probatur Ext. De Offic. & poteſtat jud. deleg. c. 32. *cum olim*, in fine, & De Sententia excommunicationis, c. *venerabilibus*, in fine, & Ext. De Appellat. c. *ad Imp.* Et per illud quod legitur & notatur Ext. De Sententia excommunicationis, c. *per tuas*, in Gloſſa ordinaria, & per Dominum Oſtienſem in Apparatu ſuper c. *ſolet*, & in Summa ſuper quam alios Doctores. Sed maximum & notorium eſt, quòd non dudum contra dictum Johannis & proceſſus, quos ipſe de facto fecit contra nos, ac poteſtatem & authoritatem Imperialem, & præjudicium & derogationem fidei Catholicæ, quam ſancta Romana Eccleſia firmiter hactenus docuit & credidit, & docet & tenet & credidit, appellamus ad futurum generale Concilium, in loco ſecuro & congruo congregandum, & ad ſanctam matrem Eccleſiam Catholicam. Quæ appellatio fuit ad ipſius Johannis notitiam deducta, prout notorium eſt & maximum: Et conſtat etiam per legitima documenta, & quia ipſe Johannes pòſt & ſupradictam appellationem promulgavit, & protulit de facto contra nos & fideles noſtros, & nos ſequentes, & nobis præbentes conſilium, auxilium, & favorem, dictas excommunicationes & interdicti ſententias, ſi ſic dici poſſunt. Ergo fuerunt & ſunt nullæ, & nullius valoris & momenti, nec ſunt aliquo modo timendæ nec obſervandæ.

Papa an habeat ſuperiorem judicem. Concilium eſſe ſupra Papam.

Nec obſtat, quod dicitur, quòd Papa non habet ſuperiorem. Unde, ut aliqui garriunt, non poteſt ab ipſo quomodolibet appellari. Et verè non obſtat, quoniam maximum eſt ſecundum doctrinam Catholicam & ſacrorum canonum, quòd Papa, ubi de fide ſive de jure divino agitur, ſubeſt Conciliis, nec poteſt, per illud quod legitur & notatur 15. diſt. c. *ſicut ſancti*, in textu & Gloſſa, & 25. q. 1. c. *ſunt quidam*, cum ſequentibus capitibus, & 19. diſt. c. *Anaſtaſius*, ubi dicit Gloſſa Ordinaria ſuper verbo *Concilio* dicitur: *Videtur ergo quòd Papa tenetur requirere Concilium Epiſcoporum; quod verum eſt, ubi de fide agitur, & tunc Synodus major eſt, quàm Papa* 15. diſt. *ſicut ſancti mei*, dicit Gloſſa Ordin. *& quod Papa, ubi de fide agitur, habet ſuperiorem in terris, à quo poſſit judicari* & per conſequens, ad ipſum ſuperiorem valeat appellari. Probatur etiam notanter per illud, quod legitur & notatur 40. diſt. c. *ſi Papa*, ubi expreſsè definitur, quòd *Papa à nemine judicari poteſt, niſi deviat à fide Catholica.* Ergo ſi Papa deviat à fide, habet ſuperiorem in terris, à quo poteſt judicari: & per conſequens ad ipſum appellari.

Appellari à Papa ad Concilium poſſe.

Hoc enim patet per hoc, quod dicit Auguſtinus in epiſt. ad Glorium & Eleuſium & reliquos Donatiſtas, ubi de Concilio Papæ & Collegii Cardinalium ſcribit Dominus ſic. q. *Non eis dici poſſit, & adhuc juſtiſſimè dici, Ecce putemus, illos Epiſcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos fuiſſe. Reſtabat adhuc univerſalis Eccleſiæ plenarium judicium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſit agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententia ſolverentur.* Hæc Auguſtinus. Ex quibus & aliis plurimis authoritatibus, quæ brevitatis cauſa dimittuntur, evidenter patet, quòd Concilium univerſale Eccleſiæ Catholicæ, ubi de jure divino aut de fide agitur, majus & ſuperius eſt Concilio Papæ & Cardinalium, & ipſum ſolvit & tollit, ſi ipſi repugnant. Cùm ergo pro defenſione juris Imperii, quod eſt à jure divino, & fidei Catholicæ, appellamus ad generale Concilium in loco tuto & ſecuro congregandum, ſequitur quòd appellatio noſtra fuit interpoſita ad ſuperiorem, ad quem legitimè potuit appellari.

Plures quoque aliæ rationes & cauſæ ſunt, ex quibus cernitur evidenter, quod prædictæ ſententiæ fuerint & ſunt nullæ, ac nullius valoris ſive momenti, nec fuerunt nec ſunt timendæ, nec aliquatenus obſervandæ. Quæ rationes & cauſæ in appellationibus & provocationibus contra adverſantes nobis, & Nos, & Imperium, & fidem Catholicam, quam ſancta Romana tenet Eccleſia impugnantes ſolenniter interjectis, ſerioſiùs explicantur: quas omnes ſeriatim præſentibus literis explicare, prolixum nimiùm videretur.

Caſſatio & annullatio proceſſuum Papæ.

Quamobrem denunciamus & dicimus proceſſus & ſententias, de quibus ſuperiùs dictum eſt, fuiſſe & eſſe nullas, & nullos, & nullius valoris & momenti & nullatenus obſervandas: ac univerſis & ſingulis ſub noſtro Imperio degentibus, cujuscunque ſtatus, dignitatis, ac conditionis exiſtant, diſcretè præcipimus & mandamus, quatenus nulla perſona ſingularis, aut communitas vel univerſitas, dictas excommunicationis & interdicti ſententias præſumat obſervare, vel facere ac ſuſtinere quomodolibet obſervari.

Sanctio.

Quicunque autem contra hoc noſtrum mandatum præſumpſerit facere, vel venire, cum omnibus feudis, quæ ab Imperio tenet, ac omnibus jurisdictioni-

ctionibus, gratiis, & privilegiis, libertatibus & immunitatibus, à nobis vel prædeceſſoribus noſtris eis conceſſia, exnunc privamus.

In quorum omnium teſtimonium & fidem præſentes literas fieri fecimus, & noſtræ Imperialis Majeſtatis bulla juſſimus & fecimus communiri. Et, ut ipſæ literæ ad communem omnium notitiam deducantur, eas majuris Eccleſiæ de Franckenfurt oſtiis appendi ſive affigi faciemus, quæ hunc proceſſum noſtrum quaſi ſonoro præconio publicabunt, ita quòd nullus poſſit prætendere, vel ignorantiam allegare, quòd ad eum prædicta non pervenerint, ſive quòd ea ignoraverit: cùm non ſit veriſimile, occultum & incognitum remanere, quòd tam patenter fuit omnibus publicatum. Datum in oppido noſtro de Franckenfurt, die VIII. menſis Auguſti. Anno Domini, M.CCC.XXXVIII.

CAROLI IV. ROM.
IMPERATORIS
AUREA BULLA

Ann. Chriſti 1356.

Ex Archivo Illuſtriſsimi Principis Electoris Palatini.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS feliciter, Amen.

CAROLUS QUARTUS, divina favente clementia, Romanus Imperator ſemper Auguſtus & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam: Omne regnum in [a] ſcipſo diviſum deſolabitur: nam Principes ejus facti ſunt ſocii furum: ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie ſicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut ceci ſint, & duces cecorum: & qui ambulant in tenebris, offendunt, & ceci mente ſcelera perpetrant, quæ in [b] diviſione contingunt. Dic Superbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes. Dic Sathan invide, quomodo Adam de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes. Dic Ira, quomodo Romanam rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompejum & Julium ſevientibus gladiis ad inteſtina prelia concitaſſes. Dic Luxuria, quomodo [c] Trojanos deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes. Tu quidem invidia Chriſtianum Imperium à Deo ad inſtar ſancte & individue Trinitatis, fide, ſpe, & caritate, virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columnis, totum ædificium ruine ſubiceres, [d] diviſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos velut ſeptem candelabra lucentia in unitate ſpiritus ſeptiformis ſacrum illuminari debet Imperium, multotiens poſuiſti. [e] Sañ cum tamen ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur, futuris diviſionum & diſſenſionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero ut Rex Boemiæ eſſe dinoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio quam electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur, infra ſcriptas leges, ad unitatem inter Electores fovendam & electionem unanimem inducendam, ac deteſtande diviſioni perdicte variisque periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum, in ſolemni curia noſtra Nurembergenſi, aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus eccleſiaſticis & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, procerum, nobilium, & civitatum multitudine numeroſa, in [f] ſolito majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus infulis, inſigniis, & diademate [g] coronati, matura deliberatione prævia, de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus & duximus ſanctiendas, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione nona IIII. Idus Januarii, regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii vero [h] primo.

a *Mog. ſeipſum.*
b *Mog. diviſionem.*
c *M. Trojam.*
d *M. addit, concaſſi divi.*
e *M. Sané cum ex off.*
f *M. ſolio*, & *melius.*
g *M. decorati.*
h *M. ſecundo.*

Cap. I.

Qualis eſſe debeat conductus Electorum, & à quibus.

DEcernimus & præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus, ex certa ſcientia, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ut quotienſcumque & quandocumque futuris temporibus neceſſitas ſive caſus electionis Regis Romani in Imperatorem promovendi emerſerit, & Principes Electores ad electionem hujusmodi, juxta antiquam [i] laudabilem conſuetudinem habuerint proficiſci, unusquisq; Princeps Elector, ſi & quando ſuper hoc fuerit requiſitus, quoslibet Principes coelectores ſuos, vel ipſorum nuncios, quos ad electionem ipſam tranſmiſerint, per terras, territoria & loca ſua, & etiam ultra,

i *M. & laud.*

tra, ſicut longius pôterit, conducere teneatur, & eis abſque dolo præſtare conductum, verſus civitatem in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, ſub pena perjurii & perditionis, pro illa dumtaxat vice, ſuæ vocis quam in electione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem penas eos vel eum qui in præſtando memorato conductu rebelles ſeu rebellem, negligentes vel negligentem ſe præbuerint, eo ipſo decernimus incidiſſe.

a m. direxerit.
b m. potuerit.
c m. procedenti.
d m. ſubſcriptas ipſo facto pen.
e m. omnino.
f m. non habet quos.

2. Statuimus inſuper & mandamus univerſis aliis Principibus, feuda à ſacro Imperio Romano tenentibus, quocumque nomine cenſeantur, nec non Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus & ignobilibus, civibus & communitatibus caſtrorum, civitatum & locorum ſacri Imperii univerſis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romani Imperatorem promovendi electio celebranda occurrerit, unumquemque Principem Electorem ab ipſis vel eorum aliquo conductum hujusmodi poſtulantem, vel ejusdem nuncios, quos ad electionem ipſam [a] duxerit, ut præfertur, per territoria ſua & al., quanto [b] poſſint remotius, abſque dolo, modo [c] prædicto conducant. Si qui vero huic noſtræ conſtitutioni contraire præſumpſerint, [d] ſupra ſcriptas eo ipſo penas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, nobiles, milites & clientes, & univerſi nobiles contrarium facientes, reatum perjurii & privationem omnium feudorum, quæ à ſacro Romano Imperio & à quibuscumque aliis obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum à quocumque habitarum, incurrant. Omnes quoque cives & communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri, & nichilominus univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis & gratiis à ſacro obtentis Imperio, ſint [e] omnes privati, & cum perſonis & bonis ſuis omnibus, bannum & proſcriptionem Imperialem incurrant: & eosdem [f] quos ipſo facto exnunc, prout extunc, jure privamus. Deinceps cuilibet homini auctoritate propria & ſine judicio ſeu invocatione magiſtratus cujuslibet, impune licebit invadere; nullamque penam propter hoc invadens ipſos debebit ab Imperio aut quovis alio formidare præſertim cum contra Rempublicam ac ſacri ſtatum ac dignitatem Imperii, ac etiam contra honorem proprium & ſalutem, tantæ rei temerarii negligentes, tamquam rebelles, inobedientes, & perfidi, infideliter & perverſe agere convincantur.

g m. communitates.

3. Decernentes inſuper & mandantes, ut omnium civitatum cives & [g] communia jam dictis Principibus Electoribus & eorum cuilibet hoc poſcenti, eorumque nunciis, victualia in communi precio atque curſu pro ſuis, ſeu nunciorum prædictorum hominumque ſuorum neceſſitatibus, dum ad prædictam civitatem cauſa celebrandæ electionis perdictæ acceſſerint, ac etiam dum diſceſſerint ab eadem, vendere, ſeu vendi facere teneantur: nullam in præmiſſis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium facientes, penas illas volumus ipſo facto incurrere quas in præcedentibus contra cives & communitates duximus promulgandas.

h m. exigendum.
i m. qualitate.

4. Quisquis inſuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus ſeu ignobilibus, civibus ſeu communitatib. civitatum, Principi Electori ad electionem de rege Romañ celebrandam eunti, vel ab ipſa denuo redeunti, hoſtiles cuſtodias tendere, ſeu inſidias parare præſumſerit, aut ipſos vel eorum aliquem in ſua vel ſuorum perſonis aut rebus invadere vel turbare, ſeu ipſorum vel alicujus eorum nuncios antedictos, ſive conductum petierint, ſive etiam non duxerint [h] erogandum: hunc una cum univerſis malitiæ ſuæ complicibus, ipſo facto ſupradictas penas decernimus incurriſſe: Ita videlicet quod quævis perſona penam incidat, ſive penas, quas juxta præmiſſa pro [i] qualibet perſonarum duximus infligendas.

k m. ob.

5. Si vero aliquis Princeps Elector cum aliquo ſuo coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcumque contentio, controverſia ſeu diſſenſio verteretur: his nequaquam obſtantibus alter alterum vel alterius nuncios ad electionem hujusmodi deſtinandos, præmiſſo modo conducere ſit aſtrictus, ſub pena perjurii ac perditionis, dumtaxat [k] iſta vice, ſuæ vocis in electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

6. Si qui vero alii Principes, Comites, Barones, milites, clientes, nobiles & ignobiles, cives vel communia civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex eisdem adverſam gererent voluntatem ſeu quævis diſcordia inter ipſos adinvicem vel gwerra ſive diſſenſio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo ceſſantibus. Principi Electori vel Principibus, ſeu ejus vel ipſorum nunciis ad electionem hujusmodi deſtinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præſtare conductum, prout ſinguli penas jam dictas, per nos videlicet in ſe latas, voluerint evitare: quas eos qui ſecus fecerint incurriſſe decernimus eo ipſo.

7. Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut univerſi Principes, nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, ſeu ipſarum communitates, pmiſſa omnia litteris & juramentis ſuis firmare, & ad ea bona fide ac ſine dolo implenda efficaciter ſe debeant obligare. Quicunque vero literas hujusmodi dare renuerit, penas illas ipſo facto incidat, quas pro perſonarum conditione per præmiſſa ſingulis duximus infligendas.

l m. noluerint, a. a. c. præſumpſerint, & ſeq.
m m. jure.
n m. noſcit.
o m. proponit in.

8. Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps cujuscunque conditionis aut ſtatus, feudum vel feuda à ſacro tenens Imperio, aut Comes, Baro vel nobilis ſeu ſucceſſores talium vel hæredes, ſupra & infra ſcriptas Imperiales noſtras conſtitutiones & leges adimplere [l] noluerit, aut eis contraire præſumpſerit, ſi quidem talis Princeps Elector extiterit, extunc cæteri ſui coelectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio, ipſeque voce electionis & aliorum Principum Electorum loco dignitate careat atque [m] vice, nec inveſtiatur de feudis, quæ à ſacro Imperio [n] viſus fuerit obtinere. Alius vero Princeps aut vir nobilis, ut præfertur, in has noſtras leges committens, ſimiliter non inveſtiatur de feudis quæ à ſacro Imperio vel alias obtinet à quocunque: & nihilominus [o] omnes penas præmiſſas ſuam concernentes perſonam incidat eo ipſo.

9. Quam-

9. Quamvis autem univerſos Principes, Comites, Barones, nobiles, milites, clientes, Civitates quoque & communitates illarum ad præſtandum cuilibet Principi Electori vel ejus nunciis præfatum conductum, ut prædicitur, indiſtincte velimus & decreverimus obligari, nihilominus eorum cuilibet ſingulares conductus & conductores pro regionum & locorum adjacentia cuilibet magis aptos duximus deſignandos, ut ſtatim per ſequentia plenius apparebit.

10. Primo namque Regem Boemiæ ſacri Imperii Archipincernam, conducent Archiepiſcopus Moguntinenſis, Bambergenſ. & Herbipolenſ. Epiſcopi, Burggravii Nurembergenſes: item illi de Hohenloch, de Wertheim, de Brunecke, & de Hanovue: Item civitates Nuremberg, Rotenburg, & Windesheim.

11. Deinde Archiepiſcopum Colonienſem, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarium conducent & conducere tenebuntur Moguntinenſis & Treverenſis Archiepiſcopi, Comes Palatinus Rheni, Langgravius Haſſiæ: item de Iſemburg, de Weſterburg, de Runkel, de Limpurg & Valkenſtein, item civitates [a] Weſtlaria, Geylnhuſen & Fridberg. *a m. Wetzflar.*

12. Item Archiepiſcopum Treverenſe, ſacri Imperii per Galliam & regnum Arclatenſe Archicancellarium, conducent Archiepiſcopus Moguntinus, Comes Palatinus Rheni: item de Spanheim, de Veldentz Comites: item die Rugraven, Wildegraven, de Naſſovv, de Iſemburg, de Weſterburg, de Runkel, de Limpurg, de Dietz, de Catzenelbogen, de Eppenſtein, de Valkenſtein, item civitas Moguntinenſis.

13. Deinde Comitem Palatinum Rheni, ſacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiſcopus Moguntinus.

14. Ducem vero Saxoniæ ſacri Imperii [b] Archimareſcallum, tenebitur conducere Rex Boemiæ, Moguntinenſis & Magdeburgenſis Archiepiſcopi: Item Bambergen. & Herbipolen. Epiſcopi, Marchio Miſnen. Langgravius Haſſiæ: item Fulden. & Hersvelden. Abbates, Burggravii Nurembergenſis: item illi de Hohenloch, de Wertheim, de Brunecke, de Hanovv & de Valkenſtein: item Civitates Erfordia, Mulhuſen, Nuremberg, Rotemburg, & Windesheim. *b m. Archimareſcalcum.*

15. Et hi omnes proxime nominati Marchionem Brandeburgenſem ſacri Imperii Archicamerarium, ſimiliter conducere tenebuntur.

16. Volumus autem & expreſſe ſtatuimus, ut quisquisque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, hiis à quibus ipſum poſtulare decreverit, hoc ipſum adeo tempeſtive, viamque qua fuerit tranſiturus, inſinuet, & talem conductum expoſcat, ut illi qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & qui fuerint requiſiti, ad hoc opportune [c] valeant & commode præparare. *c m. ſe val.*

17 Præmiſſis vero conſtitutiones circa materiam conductus editas, ita ſane debere declaramus intelligi, ut unusquisque ſuperius nominatus, vel forſan non expreſſus, à quo in caſu præmiſſo conductum requiri contigerit, ad præſtandum ipſum per ſuas dumtaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto poteſt remotius, abſque dolo, ſub penis contentis ſuperius ſit aſtrictus.

18. Præterea ſtatuimus ac etiam ordinamus, ut Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui fuerit pro tempore, ſingulis Principibus coelectoribus ſuis, eccleſiaſticis & ſecularibus, electionem eandem, per ſuos nuncios, patentibus debeat litteris intimare, In quidem quibus litteris talis dies & terminus exprimatur, infra quem eædem litteræ ad ſingulos eosdem Principes veriſimiliter poſſint [d] convenire. Hujusmodi vero litteræ continebunt, ut à die in litteris ipſis expreſſa infra tres menſes continuos omnes & ſinguli Principes Electores Frankenfordiæ ſuper Mogan eſſe debeant conſtituti, vel ſuos legales ad eundem terminum atque locum nuncios deſtinare cum plena & omnimoda poteſtate, ſuisque patentibus litteris majori cujuslibet eorum ſingillo ſignatis, ad eligendum Romanum Regem in Cæſarem promovendum. Qualiter autem & ſub qua forma tales litteræ confici debeant & quæ in eis ſolemnitas debeat immutabiliter obſervari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios ſuos ad electionem hujusmodi deſtinandos ad poteſtatem, mandatum, ſeu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præſentis libri, conſcriptum invenitur clarius expreſſum: Et eandem formam illic traditam mandamus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine usque quaque decernimus obſervari. *d m. pervalere.*

19. Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris vel Regis Romani obitu in dioceſi Moguntinenſi conſtiterit, extunc infra unum menſem à die notitiæ obitus hujusmodi continuè numerandum, ſingulis Principibus Electoribus, obitum ipſum & intimationem de quibus præmittitur, per Archiepiſcopum Moguntinenſem jubemus & decernimus ſuis patentibus litteris declarari. Quod ſi idem Archiepiſcopus in executione & intimatione hujusmodi, negligens aut remiſſus fortaſſis exiſteret, extunc idem Principes, motu proprio, etiam non vocati, pro fidei ſuæ virtute, qua ſacrum proſequi tenentur Imperium, poſt hoc infra tres menſes, ſicut in conſtitutione proxime poſita ſupra continetur, in civitate Frankenfordenſi ſæpedicta conveniant, electuri Regem Romanum in Cæſarem promovendum.

20. Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel ſui nuncii prædictam civitatem Frankenfordenſem cum ducentis [e] equitaturis tantummodo præfate electionis tempore intruire: in quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores ſecum introducere poterit, ſed non plures. *e m. equitibus.*

21. Princeps vero Elector ad electionem hujusmodi vocatus & requiſitus, & ad ipſam non veniens, vel legales nuncios cum litteris patentibus ſigillo ſuo majori ſigillatis plenamque & liberam ac omnimodam poteſtatem continentibus ad eligendum Romanum Regem futurum Imperatorem, non dirigens, aut veniens, aut hujusmodi nuncios [f] forte tranſmittens, ſi poſtea Princeps ipſe, aut prædicti nuncii à prædicto electionis loco recederent, Rege Romano futuro Cæſare non electo, nec ad præmiſſi procuratore legitimo ſubſtituto ſolemniter & relicto, electionis voce ſeu jure quod in eadem electione habuit & tali modo deſeruit, careat [g] iſta vice. *f m. fortaſſe.* *g m. ea.*

22. Injungimus autem civibus de Frankenford, & mandamus, ut ipſi univerſos Principes Electores ingenere, & quemlibet eorum, ab invaſione alterius, ſi quid inter eos adverſitatis emergeret, & etiam ab omni

bomine

homine cum omnibus eorum hominibus quos ipſi & eorum quilibet in præfato ducentorum equorum ſuorum numero ad præfatam duxerint civitatem , in virtute Juramenti quod ſuper hoc ipſos ad ſancta præſtare ſtatuimus , fideli ſtudio & ſolerti diligentia protegant & defendant : Alioqin perjurii reatum incurrant, & nichilominna omnia jura ſua, libertates, [a] gratias & indulta , quæ à ſacro obtinere noſcuntur Imperio ,omnino ammittant , [b] bannumque Impcriale, cum perſonis & bonis ſuis omnibus, incidant eo ipſo : Et liceat extunc omni homini auctoritate propria, ac ſine judicio, cives eoſdem quos eo caſu exnunc, prout extunc , omni jure privamus, tanquam proditores infideles & rebellea Imperii, impune invadere : Ita quod invadentes hujusmodi , penam quamcumque à ſacro Imperio , vel quovis alio, nequaquam debeant formidare. Cives inſuper antedici de Frankenfort, per omne tempus illud quo ſuper electione ſæpe dicta tractari & agi contigerit, neminem in præfatam civitatem, cujuscumque dignitatis, conditionis vel ſtatus extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant : Principibus Electoribus , [c] & eorum nunciis & procuratoribus ante dictis dumtaxat exceptis : quorum quilibet cum ducentis equis debebit , ut prædicitur, intromitti. Si vero poſt ipſorum Principum Electorum introitum , ſeu in ipſorum præſentia , in præfata civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum cives ipſi debebunt abſque mora & cum effectu protinus ordinare, ſub omnibus penis contra ipſos ſuperius promulgatis , ac etiam in virtute Juramenti , quod cives ipſi de Frankenfort, ſuper eo virtute præſentis conſtitutionia præſtare debebunt ad ſancta, ut in præcedentibus eſt expreſſum.

a M. interpoſitu, privilegia.
b M. bannum quoque,
c M. vel,

Cap. II.

De electione Romani Regis.

POſtquam autem ſepedicti Electores ſeu nuncii civitatem Frankenfort ingreſſi fuerint, ſtatim ſequenti die diluculo, in Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli ibidem in omnium ipſorum præſentia, miſſam de ſancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipſe ſanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo [d] fulti præſidio , hominem juſtum, bonum & utilem eligare valeant in Regem Romanum futurumque Cæſarem , ac pro ſalute populi Chriſtiani. Peracta quoque miſſa hujusmodi , omnes illi Electores ſeu nuncii accedant ad altare , in quo miſſa eadem extitit celebrata , ubi Principes Electores eccleſiaſtici coram Evangelio beati Johannis, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, quod illic, ante ipſos poni debebit , manus ſuas pectori cum reverentia [e] ſuperponant : Seculares vero Principes Electores , dictum Evangelium corporaliter manibus ſuis tangant: qui omnes, cum tota [f] ipſorum familia tunc ibi debebunt inermes aſſiſtere. [g] At Archiepiſcopus Moguntinenſis formam Juramenti eis dabat, & una cum ipſis & ipſi, vel abſentium nuncii, una cum eo juramentum præſtabunt vulgariter in hunc modum :

d M. ſuffulti.
e M ſupponant.
f M ſua fam.
g M. Et.

2. [h] *Ego Archiepiſcopus Moguntinenſ. ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector , juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, hic præſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem qua Deo & ſacro Romano Imperio ſum aſtrictus , ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum , cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano , id eſt Regem Romanum in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei dirigunt, & ſecundum fidem prædictam, vocemque meam, & votum ſeu electionem præfatam dabo, abſque omni pacto, ſtipendio , pretio, vel præmiſſo, ſeu quocumque modo talia valeant appellari, ſicut me Deus [i] juvet & omnes ſancti.*

h M. Ego N. Arch.
i M. adjuvat.

3. Præſtito denique per Electores ſeu nuncios in forma & modo prædictis , hujusmodi Juramento, ad electionem procedant, nec ammodo de jam dicta civitate Frankefort ſeparentur, niſi prius major pars ipſorum, temporale caput mundo elegerit ſeu populo Chriſtiano, Regem videlicet Romanum in Cæſarem promovendum. Quod ſi facere diſtulerint infra triginta dies à die præſtiti Juramenti præfati continuo numerandos, extunc tranſactis eisdem triginta diebus, ammodo panem manducent & aquam, [k] ut nullatenus civitatem exeant antedictam, niſi prius per ipſos , vel majorem partem ipſorum, Rector & temporale caput fidelium electum fuerit ut præfertur.

k M. &.

4. Poſtquam autem in eodem loco ipſi vel pars [l] ipſorum major numero elegerit , talis electio perinde haberi & reputari debebit , ac ſi foret ab ipſis omnibus nemine diſcrepante concorditer celebrata. Sique per tempus aliquod morari, abeſſe & tardare contingeret aliquem de Electoribus ſeu nunciis antedictis, dum tamen veniret antequam prædicta eſſet electio celebrata, hunc ad electionem ipſam in eo ſtatu admitti debere decernimus , in quo ipſa adventus ſui tempore conſiſtebat.

l M. certum.

5. Et quia de antiqua approbata , & laudabili conſuetudine inconvulſe quod ſubſcribitur ſemper hactenus extitit obſervatum : Ideoque & nos conſtituimus , & de Imperialis decernimus plenitudine poteſtatis , quod is qui modo premiſſo in Regem fuerit Romanus electus , peracta ſtatim electione hujusmodi , priusquam in aliquibus cauſis aliis ſive negotiis virtute ſacri Imperii adminiſtret , univerſis & ſingulis Principibus Electoribus eccleſiaſticis & ſecularibus qui propinquiora ſacri Imperii membra eſſe noſcuntur, omnia ipſorum privilegia , litteras, jura, libertates, conceſſiones , antiquas conſuetudines, & etiam dignitates , & quicquid ipſi ab Imperio usque in diem electionis ſuæ obtinuerunt & poſſederunt, abſque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per ſuas litteras & ſigilla, ipſisque permiſſa omnia innovare , poſtquam Imperialibus fuerit inſulia coronatus.

6.Com-

6. Confirmationem autem hujuſmodi, electus ipſe cuilibet Principi Electori in ſpecie primo ſuo nomine Regali faciet, & deinde ſub Imperiali titulo innovabit, & in hiis ipſos Principes (a) in genere, & quemlibet eorum in ſpecie, nullatenus impedire, ſed potius abſque dolo (b) generoſe tenebitur promovere.

a m. interfuerit omnes in.
b m. gratioſè.

7. In caſu denique quo tres Principes Electores preſentes, ſeu abſentium nuncii, quartum ex ſe ſeu ipſorum conſortio, videlicet Principem Electorem preſentem vel abſentem, in Regem Romanam elegerint, vocem illius electi, ſi preſens affuerit, aut nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, plenum vigorem habere & eligentium augere numerum partemque majorem decernimus conſtituere, ad inſtar ceterorum Principum Electorum.

Cap. III.

De ſeßione Trevirenſis, Colonienſis & Moguntini Archiepiſcoporum.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis feliciter, Amen. Carolus quartus, divina favente clementia Romanna Imperator ſemper Auguſtus & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

c m. inconvulſa.

1. Decor & gloria ſacroſancti Romani Imperii, & honor Ceſareus, & reipublice grata compendia, venerahilium & Illuſtrium Principum Electorum concordi voluntate foventur: qui velut columpne proceeres ſacrum edificium circumſpecte prudentie ſoleru pietate ſuſtentant: quorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboratur: & quanto mutui ſavoris ampliori benignitate ſtringuntur, tanto uberioria pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Chriſtiano.

2. Ut igitur inter venerabiles Moguntinenſem, Colonieuſem, nec non Treverenſem Archiepiſcopos, ſacri Imperii Principes Electores, omnium litium & ſuſpectuum que & qui de prioritate ſeu dignitate ſeſſionum ſuarum in Curiis Imperialibus & Regalibus ſuboriri valerent, impoſterum perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipſi in cordis & animorum quieta conditione manentes, de opportunitatibus ſacri Imperii concordi favore & virtuoſe dilectionis ſtudio convenientius meditari valeant pro conſolatione populi Chriſtiani, habita deliberatione eum omnibus Principibus Electoribus, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, & de ipſorum conſilio, decernimus & de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine hac edictali lege perpetuo valitura ſancimus, quod ſupradicti venerabiles Archiepiſcopi, Treverenſis videlicet ex oppoſito, (d) ex liniari directione verſus Imperatoris faciem: Moguntinenſis vero in ſuis dioceſibus & provincia, & extra provineiam ſuam, in toto (e) cancellariatu ſuo Germanico, provincia Colonienſi dumtaxat excepta: & demum Colonienſis in ſuis dioceſibus & provincia, & extra provinciam ſuam, in tota Italia & Gallia, in dextro latere Romani Cæſaris, ſedere poſſint, valeant, & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta judiciis (f) collocationibus feudorum, & in refectionibus menſarum, ac etiam in conſiliis & omnibus aliis agendis propter que contingit ſeu continget eos pro honore ſeu utilitate Imperiali tractandis mutuo convenire. Et hunc modum ſeſſionis ſub omni eo ordine ſicut expreſſatur ſuperius, ad prædictorum Colonienſis, Treverenſis, & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuo extendi volumus, ut nullo unquam tempore ſuper hiis quevis dubietas generetur.

d m. oppoſito lineari.
e m. Archicancellariatu.
f m. collationibus.

Cap. IV.

De Principibus Electoribus in communi.

STatuimus inſuper ut quotienscumque Imperialem curiam exnunc inantea (g) celebrare contigerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tam in conſilio quam in menſa, & locis aliis quibuſcumque ubi Imperatorem vel Regem Romanum cum Principibus Electoribus ſedere (h) contigerit, à dextro latere Imperatoris vel Regis Romani immediate poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem vel Colonienſem, illum videlicet quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate provinciarum, juxta privilegii ſui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris aſſidere contigerit, Rex Boemiæ, cum ſit Princeps coronatus & unctus, primum, & poſt eum continuo Comes Palatinus Reni ſecundum ſedendi loca debeant obtinere: Ad ſiniſtram vero partem immediate poſt illum quem ex prædictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & poſt eum Marchio Brandemburgenſis alterum obtinebit.

g m. celebrare.
h m. continget.

2. Ceterum quotiens & quando deinceps ſacrum vacare continget Imperium, extunc Moguntinenſium Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo, ceteros Principes antedictos, ſuos in dicta electione conſortes, litteratoriæ convocandi. Quibus omnibus, ſeu hiis qui potuerint & voluerint intereſſe in electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis, & non alter, eoruudem coelectorum ſuorum vota ſingulariter habebit inquirere, ordine ſubſequenti.

3. Primo quidem interrogabit à Treverenſi Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe; Secundo à Colonienſi Archiepiſcopo, cui competit dignitas nec non officium Romauo Regi primum diadema Regium imponendi: Tertio, à Rege Boemiæ,

qui inter Electores laicos ex regiæ dignitatis faſtigio jure & merito obtinet primatiam: Quarto, à Comite Palatino Rheni: Quinto, Duce Saxoniæ: Sexto à Marchione Brandemburgenſi. Horum omnium vota, præmiſſo jam ordine, dictus Archiepiſcopus Moguntin. perquiret. Quo facto dicti Principes ſui conſortes ipſum viceverſa requirent, ut & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat votum ſuum.

4. Præterea in celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandemburgenſis aquam lavandis Imperatoris vel Regis Romani manibus miniſtrabit: Primum vero potum Rex Boemiæ: quem tamen ſub corona regali, juxta privilegiorum [a] regni ſui continentiam, niſi libera voluntate voluerit, non tenebitur: Et Dux Saxoniæ [b] mareſtallatus officium exercebit, ut ſolitum eſt fieri ab antiquo.

a m. ſuorum cont.
b m. mareſcallatum.

Cap. V.

De jure Comitis Palatini, & etiam Saxoniæ Ducis.

QUotiens inſuper, ut præmittitur, ſacrum vacare continget Imperium, illuſtris Comes Palatini Rheni, ſacri Imperii archidapifer, ad manus futuri Regis Romani in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione Principatus, ſeu Comitatus Palatini privilegio, eſſe debet proviſor ipſius Imperii cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi [c] redditus & proventus, & inveſtiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine ſacri Imperii recipiendi: quæ tamen per Regem Romanum poſtea electum, ſuo tempore omnia innovari & de novo ſibi juramenta ipſa præſtari debebunt: feudis Principum dumtaxat exceptis, & illis quæ [d] *van leben* vulgariter appellantur; quorum inveſtituram & collocationem ſoli Imperatori vel Regi Romani ſpecialiter reſervamus. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium hujusmodi proviſionis tempore expreſſe ſibi noverit interdictum.

c m. reditus.
d m. Fahnleben.

2. Et eodem jure proviſionis illuſtrem Ducem Saxoniæ ſacri Imperii Archimareſcallum frui volumus in illis locis ubi Saxonica jura ſervantur, ſub omnibus modis & conditionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum.

3. Et quamvis Imperator ſive Rex Romanus ſuper cauſis pro quibus [e] impeditus fuerit, habeat, ſicut ex conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, ſacri Imperii Archidapifero, Electore Principe reſpondere: illud tamen judicium Comes ipſe Palatinus non alibi præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator ſeu Romanus Rex præſens extiterit, poterit exercere.

e m. impetitus.

Cap. VI.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes:

DEcernimus ut in celebratione Imperialis Curiæ, quotienscunque illam deinceps [f] celebrari contigerit, antedicti Principes Electores eccleſiaſtici & ſeculares, juxta præſcriptum ordinem atque modum, à dextris & à ſiniſtris immutabiliter teneant loca ſua, eisque vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuscunque ſtatus, dignitatis, [g] præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ullatenus præferatur: Ego ſignanter expreſſo, quod nominatim Rex Boemiæ in celebratione curiarum hujusmodi, in omnibus & ſingulis actibus antedictis, quemcumque regem alium, quacunque etiam ſingulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis caſu [h] ſeu cauſa venire vel adeſſe forte contigerit, immutabiliter antecedat.

f m. interjicit, perpetuo.
g m. præeminentia.
h m. non habet, ſeu cauſa.

Cap. VII.

De ſucceſſione Principum.

INter ſollicitudines iſtas innumeras, quibus pro felici ſtatu ſacri Imperii, cui auctore Domino feliciter præſidemus, cor noſtrum cottidie fatigatur, ad hoc præcipue meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & corda eorum in [i] ſincere caritatis concordia conſerventur: quorum providentia ſuo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius ſubvenitur, quanto inter eos nullus error ſurrepſerit & purior fuerit caritas cuſtodita, obſcuritate ſucciſa, & jure cujuslibet dilucide declarato.

i m. ſincera concord.

1. Sañ, generaliter longe lateque eſt publicum & quaſi per totum orbem notoriæ manifeſtum, Illuſtres Regem Boemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandemburgenſem, virtute regni & principatuum ſuorum, in electione Regis Romani in Cæſarem promovendi cum cæteris Principibus Eccleſiaſticis ſuis coelectoribus, jus, vocem, & locum habere, & una cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos ſacri Imperii Principes Electores, ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios ſuper jure, voce, & poteſtate præfata, futuris temporibus, ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris auctore Deo cupientes periculis ſalubriter obviare, ſtatuimus & Imperiali auctoritate præſenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut poſtquam iidem Principes Electores ſeculares & eorum quilibet eſſe [k] deſierit, jus, vox & poteſtas electionis hujusmo-

infrà c. 25. §. 1.
k m. deſierit.

juſmodi ad filium ſuum primogenitum legitimum laicum: Illo vero non (*) extante, ed ejusdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum, libere & ſine contradictione cujuspiam, devolvatur. Si vero primogenitus hujusmodi, absque (a) heredibus legitimis, maſculis legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox, & poteſtas electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicum per veram (b) paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis & heredibus Principum eorundem, in jure, voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur: Ea tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, ſeu ejus primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori, & heredes maſculos legitimos laicos defectum ætatis pacientes, relinquere contingeret, tunc frater ſenior ejusdem primogeniti, tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimum ætatem attigerit: quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus & ſtatuimus perpetuo (c) & haberi: quam dum (d) exegerit, jus, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter, cum officio teneatur protinus aſſignare.

* m. exiſtente.
a m. hered. maſculinis legit. lai. vide infra ca. 25. §. 2.
b m. paternam.
c m. non habet vi &
d m. attigerit.

3. Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipſorum (e) ipſorum ſacro vacare contingeret; tunc Imperator, ſeu Rex (f) Romanus, qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit & poterit, tamquam de re ad ſe & Imperium legitime devoluta: Salvis (g) ſemper privilegiis, juribus & conſuetudinibus regni noſtri Boemiæ ſuper electione Regis in caſu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Boemiæ, faciends juxta continentiam eorundem privilegiorum & obſervatam conſuetudinem diuturnam à Divis Romanum Imperatoribus ſive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi ſanctione Imperiali in nullo præjudicari volumus, immo ipſa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

e m. Imperio ſacro.
f m. Romanorum.
g m. tamen ſemp.

Cap. VIII.

De Regis Boemiæ & (h) Regnitolarum ejus Immunitate.

h al. regnicolorum.

CUm per Divos Romanos Imperatores & Reges prædeceſſores noſtros, Illuſtribus Boemiæ Regibus progenitoribus & prædeceſſoribus noſtris, nec non regno Boemiæ, ejusdemque regni coronæ olim conceſſum fuerit gratioſus & indultum, ſitque in regno eodem à tempore, cujus contrarii hodie non exiſtit memoria, conſuetudine laudabili inconvulſæ ſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium ſine contradictionis aut interruptionis obſtaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, burgenſis, civis, nulla denique perſona ejusdem regni & pertinentiarum ejus, ubicunque conſiſtentium, cujusconque ſtatus, dignitatis, (i) præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ad cujuscumque actoris inſtantiam extra regnum ipſum, ad quodcumque tribunal ſeu alterius præterquam regis Boemiæ, & judicum regalis curiæ ſuæ judicium citari (k) potuerit ſive trahi nec vocari (l) debeat perpetuis in antea temporibus ſive (m) poſſit: Ideoque privilegium, conſuetudinem & indultum hujusmodi, auctoritate Imperiali & de Imperialis poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia innovantes & etiam confirmantes hac præſenti noſtra conſtitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura, ſtatuimus, ut ſi contra privilegium, conſuetudinem & indultum præfatum, quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, nobilis, miles, clieos, civis, burgenſis, ſeu ruſticus, aut alia quæcunque perſona præmiſſa, ad cujuscumque tribunal extra regnum prædictum Boemiæ, in quacunque cauſa criminali, civili, vel mixta, ſeu ſuper quocunque negotio citatus (fuerit quocunque tempore vel citata) comparere, vel in judicio reſpondere minime teneatur. Quod ſi adverſus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque judice, cujuscunque auctoritatis exiſtat, extra regnum ipſum Boemiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias vel diffinitivas, unam vel plures, in quibuscunque prænominatis cauſis ſive negotiis quovismodo ficti & promulgari continget, auctoritate præmiſſa, de plenitudine inſuper antedictæ Imperatoriæ poteſtatis, citationes, præcepta, proceſſus, & ſententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis vel aliquo eorum quomodolibet ſequi, attemptari (n) poſſent vel fieri, irritamus penitus & caſſamus: Adicientes expreſſe, & edicto Imperiali perpetuo valituro, eadem auctoritate & de præmiſſæ poteſtatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Boemiæ, à tempore cujus contrarii non habetur memoria jugiter obſervatum exiſtit. Ita nulli prorſus Principi, Baroni, Nobili, militi, clienti, civi, burgenſi ſeu ruſtico, nulli demum perſonæ ſeu incolæ regni Boemiæ ſæpedicti, cujuscunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis vel conditionis exiſtant vel exiſtat, à quibuscunque proceſſibus, ſententiis interlocutoriis vel diffinitivis, ſive præceptis regis Boemiæ, aut quorumcumque ſuorum judicum, nec non (o) executionibus eorundem contra ſe in regali judicio ſeu coram Regis regni ſeu prædictorum Judicum tribunalibus, factis aut latis, habitis vel ferendis in antea ſeu fiendis, (p) ad quodcumque aliud judicium appellare: provocationea quoque ſeu appellationes hujusmodi, ſi quas contra hoc interponi (q) contigerit, eo ipſo viribus non ſubſiſtant, & appellantes ipſi pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſe noverint incurriſſe.

i m. præeminentia.
k m. potuerint.
l m. debeant.
m m. poſſint.
inclusa deſunt m.
n m. poſſint.
o m. executione.
p m. addit, liceat ad q.
q m. contingeret.

Cap. IX.

De auri, argenti, & aliarum ſpecierum mineris.

PRæſenti conſtitutione imperpetuum valitura ſtatuimus, ac de certa ſcientia declaramus, quod ſucceſſores noſtri Boemiæ Reges, nec non univerſi & ſinguli Principes Electores, eccleſiaſtici & ſæculares, qui perpetuo fuerint, univerſas auri & argenti fodinas atque mineras, ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscumque generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas quam inveniendas impoſterum quibuscumque temporibus, in regnn prædicto, ac terris & pertinentiia eidem regno ſubjectis: nec non ſupradicti Principes in Principatibus, terris, dominiia ac pertinentiis ſuia tenere juſtæ poſſint & legitimæ poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, prout poſſunt ſeu conſueverunt talia poſſideri.

a m. theolonia. *b m. ad p.* 2. Nec non Judæos habere, (*a*) theolonea in præterito ſtatuta & indicta percipere: Quodque progenitores noſtri Reges Boemiæ felicis memoriæ, ipſique Principes Electores ac progenitores & prædeceſſores eorum, legitimæ potueriat uſque (*b*) in præſens, ſicut boc antiqua laudabili & approbata conſuetudine diuturnique ac longiſſimi temporis curſu præſcripta noſcitur obſervatum.

Cap. X.

De monetis.

STatuimus præterea ut Regi Boemiæ ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore, ſicut conſtat ab antiquo Illuſtris memoriæ Boemiæ Regibus noſtris prædeceſſoribus licuiſſe, & in poſſeſſione pacifica continua ipſos fuiſſe juris ſubſequentis, videlicet monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni ſui, *c m. ſubjectorum.* & (*c*) ſubditarum ei terrarum & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipſe decreverit ſibique placuerit, cudi facere & mandare ſub omni modo & forma in regno ipſo Boemiæ, in hiis ad hæc uſque tempora obſervatis.

2. Quodque futuris perpetuo Boemiæ Regibus hac noſtra Imperiali conſtitutione & gratia perpetuo valituris, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, & perſonis aliis, quascunque terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia ſive bona, liceat emere, comparare, ſeu in donum vel donationem ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſſionum, prædiorum ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria, libera velut libera, & ea quæ dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur: Ita tamen quod ipſi Reges Boemiæ de hiis quæ boc modo comparaverint vel receperint: & regno Boemiæ duxerint applicanda, ad priſtina ac conſueta jura de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio ſint adſtricti. Præſentem nihilominus conſtitutionem & gratiam, virtute præſentis legis noſtræ Imperialis ad univerſos Principes Electores tam eccleſiaſticoa quam ſæculares, ſucceſſores & legitimos hæredes ipſorum plene extendi volumus, ſub omnibus (modis) & conditionibus ut præfertur.

Cap. XI.

De Immunitate Principum Electorum.

STatuimus etiam ut nulli Comites, Barones, nobiles, feudales, vaſalli Caſtrenſi milites, Clientes, Cives, Burgenſes, nullæ quoque perſonæ Colonienſi, Moguntinenſi & Treverenſi eccleſiis ſubjecti vel ſubjectæ, cujuscumque ſtatus, conditionis vel dignitatia exiſtant, ad cujuscumque actoris inſtantiam, extra territorium & terminos ac limites earundem Eccleſiarum & pertinentiarum ſuarum, ad quodcunque aliud tribunal, ſeu cujusvis alterius, præterquam Archiepiſcoporum Moguntinenſia, Treverenſis & Colonienſis & Judicum ſuorum judicium, citari potuerint temporibus retroactis, vel trahi ſeu vocari debeant perpetuis inantea temporibus ſive poſſint, ſicut (*d*) *d m. in pr.* præteritis invenimus temporibus obſervatum. Quod ſi contra præſens edictum noſtrum prædictos Eccleſiarum Treverenſis, Moguntinenſia ſeu Colonienſis ſubditos, vel eorum aliquem ſeu aliquos, ad cujuscumque inſtantiam, ſeu ad cujuscumque tribunal, pro quacumque cauſa criminali, civili vel mixta, ſeu quocumque negotio, extra territorium, limites ſeu terminos dictarum Eccleſiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere vel reſpondere minime teneantur:

tur: & citatio ac proceſſus & ſententiæ interlocutoriæ vel diffinitive contra non venientes à talibus judicibus extraneis latæ vel factæ, fiendæ vel ferendæ, nec non præcepta & præmiſſorum executiones, & omnia quæ ex eis vel aliquo eorum, quomodolibet ſequi attemptari poſſent vel fieri, irrita decernimus eo ipſo.

2. Adicientes expreſſe, quod nulli Comiti, Baroni, nobili, feudali, vaſallo, caſtrenſi militi, clienti, civi, ruſtico, nulli demum perſonæ Eccleſiis hujusmodi ſubjectæ, ſeu ejus incolæ, cujuscumque ſtatus, dignitatis vel conditionis exiſtant, à proceſſibus, ſententiis interlocutoriis & diffinitivis, ſive præceptis Archiepiſcoporum & Eccleſiarum hujusmodi, vel ſuorum officiatorum temporalium, aut executionibus eorundem contra ſe in Archiepiſcopali, ſeu officiatorum prædictorum judicio factis aut latis, habitis, vel ferendis in antea ſeu fiendis, ad quodcumque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiſcoporum prædictorum & ſuorum judicio querulantibus non fuerit juſtitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi ſtatuimus, caſſasque & irritas nunciamus. In (a) defectum vero juſtitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem dumtaxat curiam & tribunal, ſeu Judicis immediate in Imperiali Curia pro tempore præſidentis audientiam: Et etiam eo caſu, non ad quemvis alium Judicem, ſive ordinarium ſive (b) etiam delegatum, hiis quibus denegata fuerit juſtitia, liceat appellare. Quicquid vero contra præmiſſa factum fuerit, ſit irritum eo ipſo.

a m. Defectu.

b m. non habet vi etiam.

3. Eandem conſtitutionem virtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad Illuſtres Comitem Palatinum Reni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandemburgenſem Principes Electores ſæculares, ſive laicos, hæredes, ſucceſſores & ſubditos eorum, (c) plene extendi volumus, ſub omnibus modis & conditionibus ut præfertur.

c m. pleniſſime.

Cap. XII.

De congregatione Principum.

INter illas multiplices reipublicæ curas, quibus aſſidue mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit noſtra ſublimitas, ut ſacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipſius Imperii orbisque ſalute, frequentius ſolito congregentur: qui ſolidæ baſes Imperii, & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus referre ſimul & conferre noverunt, ſanisque providentiæ ſuæ conſiliis non ignorant accommodis talium reformationibus ſalubriter opem dare.

2. Hinc eſt quod in ſolemni curia noſtra in Nuremberg cum venerabilibus eccleſiaſticis & illuſtribus ſæcularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus & proceribus per noſtram celſitudinem celebrata, habita cum eisdem Principibus Electoribus deliberatione, & de ipſorum conſilio, pro bono & ſalute communi, cum dictis Principibus Electoribus, tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, duximus ordinandum quod iidem Principes Electores de cætero per ſingulos annos ſemel, transactis à feſto Paſchæ reſurrectionis Dominicæ quatuor ſeptimanis continuæ numerandis, in aliqua civitatum ſacri Imperii perſonaliter congregentur, & ad idem tempus proximæ affuturum, ſeu anno præſenti, colloquium ſeu curia, & congregatio hujusmodi, in civitate noſtra Imperiali Metenſi, per nos & eosdem Principes celebretur: ac tunc & deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus per nos quo (d) frequenti anno conveniant, ipſorum conſilio ſtatuatur: Hac noſtra ordinatione ad noſtrum & ipſorum dumtaxat beneplacitum duratura. Qua durante, ipſos ſub noſtro Imperiali conductu recipimus ad dictam curiam accedendo, ſtando, & etiam recedendo.

d m. ſequenti.

3. Præterea ne tractatus communis ſalutis & pacis per tractum & moram ſolacii ſeu exceſſivam (e) frequentationem convivii retardetur, ut aliquando fieri eſt conſuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia ſeu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares vero, quæ agendorum expeditionem non impediant, cum moderamine ſint permiſſæ.

e m. frequentiam.

Cap. XIII.

De (f) revocatione privilegiorum.

f m. revocatores.

PRæterea ſtatuimus & hoc Imperiali perpetuo ſancimus edicto, quod univerſa privilegia & literæ, quibuscumque perſonis, cujuscumque ſtatus, (g) præeminentiæ vel dignitatis exiſtant, ſeu civitatum, oppidorum & quorumlibet locorum univerſitatibus, ſuper quibuscumque juribus, gratiis, (h) emunitatibus, conſuetudinibus, ſeu rebus aliis, etiam proprio motu, ſeu (i) à nobis vel recolendæ memoriæ Divis Romanis Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris, ſub quibuscunque verborum tenoribus conceſſa & conceſſæ, ſeu à nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus & Regibus (k) inantea concedenda ſeu concedendæ, non debeant aut poſſint libertatibus, juris dictionibus, juribus, honoribus ſeu dominiis Principum Electorum ſacri Imperii Eccleſiaſticorum & ſæcu-

g m. præminencia.

h m. immunitatibus.

i m. aliàs à.

k m. futuris temporibus conc.

ſæcularium, aut alicujus ipſorum, in aliquo penitus derogare, etiam ſi in talibus privilegiis & litteris quarumlibet perſonarum cujuſcumqne (a) præeminentiæ, dignitatis aut ſtatus, extiterint, ut præfertur, ſeu univerſitatum hujusmodi, expreſſæ cautum ſis vel fuerit in futurum quod revocabilia ſeu revocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſia & toto in eis comprebenſo tenore in tali revocatione fieret de verbo ad verbum ſeriatim meutio ſpecialis. Hujusmodi namque privilegia & litteras, ſi & in quantum libertatibus, jurisdictionibus, juribus, honoribua ſeu dominiis (b) dicturum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare (c) cenſenrur in aliquo, quo revocamus ex certa ſcientia & caſſamus, revocataque & revocatus intelligi (d) & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis.

a m. præminentia.
b m. interponit, qua ſuperius exprimuntur, dictor.
c m. addit, vel obviare c. i. a. quoad hoc.
d m. addit, reputari & h volumm de Imp. plen. pot.
e m. renunciatione.
f m. ipſis.

Cap. XIV.

De hiis quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

IN pleriſque partibus vaſalli & feudatarii, dominorum feuda ſeu beneficia quæ à dominis ipſis obtinent, intempeſtive verbaliter & in fraude renunciant ſeu reſignant eadem: & facta (e) reſignatione hujusmodi, dominos ipſos malitioſæ diffidant, ſuasque inimicitias eis denunciant, dampna (f) eis ſubſequenter gravia inferendo s & beneficia ſeu feuda ſic relicta, prætextu guuerre ſeu inimicitiæ, iterum invadunt & occupant, & detinent occupata. Eapropter præſenti conſtitutione imperpetuum valitura ſanccimus, quod talia reſignatio ſeu renunciatio haberi debeat pro non facta, niſi libere & realiter facta fuerit per eosdem, ita quod poſſeſſio beneficiorum & feudorum hujusmodi dominis ipſis corporaliter & realiter aſſignetur. In tantum quod nullo unquam tempore, diffidantes ipſi in bonis feudis ſeu beneficiis reſignatis, dominos ipſos perturbent per ſe vel alios, aut moleſtent, nec ad hoc conſilium præſtent auxilium vel favorem. Contrarium (g) facientes, ſeu dominos ſuos in beneficiis & feudis reſignatis vel non reſignatis invadens quomodolibet vel perturbans vel dampna in ipſis inferens, ſeu conſilium auxilium præſtans talia facientibus vel favorem, feuda & beneficia hujusmodi eo ipſo ammittat, infamis exiſtat, & banno Imperiali ſubjaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hujusmodi pateat ei de cætero quocunque tempore aditus vel regreſſus, nec de novo ſibi concedi valeant ullo modo: & facta eia contra hoc illorum conceſſio ſeu inveſtitura ſecuta, (h) juribus non ſubſiſtat. Poſtremo omnes pœnas prædictas illos vel illum qui prædicta reſignatione non facta contta dominos ſuos fraudulenter agentes vel agens, ſcienter eos invaſerint vel invaſerit, diffidatione quacumque prævia vel ōbmiſſa, vigore præſentis ſanctionis incurrere decernimus ipſo facto.

g m. faciens.
h m. viribus.

Cap. XV.

De (i) conſpiratoribus.

i al. conſpirationibus.

DEteſtandas præterea, & ſacris legibus reprobatas conſpirationes & conventiculas, ſeu colligationes illicitas, in civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, inter perſonam & perſonam, ſive inter perſonam & civitatem prætextu parentelæ, ſeu (k) receptiones in cives, vel alterius cujuſcumque coloris (l) communicationes: inſuper & confœderationes & pacta, nec non & conſuetudinem circa hujusmodi introductam, quam cenſemus potius corruptelam, reprobamus, dampnamus, & ex certa ſcientia irritamus: quas civitates ſeu perſonæ cujuſcumque dignitatis ſeu conditionis, aut ſtatus, ſive inter ſe, ſive cum aliis abſque auctoritate dominorum quorum ſubditi vel miniſteriales, ſen in quorum diſtrictu conſiſtunt, eisdem dominis nominatim non exceptis (m) fecerunt hactenus & facere præſumpſerint in futuro, ſicut (n) eas per ſacras divorum Auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum leges prohibitss non ambigitur & caſſatas.

k m. receptiones.
l m. conjurationes.
m m. fecerint.
n m. delet pronomen.
o m. legis, quod probitur.
p m. formaſſe.
q m. ac legis noſtra an.

1. Illis confœderationibus & (o) legis dumtaxat exceptis quas Principes & Civitates ac alii ſuper generali pace provinciarum atque terrarum inter ſe (p) firmaſſe noſcuntur. Illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes, in ſuo decernimus vigore manere donec de hiis aliud duxerimus ordinandum.

2. Perſonam ſingularem quæ de cætero contra tenorem præſentis conſtitutionis (q) noſtræ legis antiquæ ſuper hoc editæ, confœderationes, colligationes, conſpirationes & pacta hujusmodi inire præſumpſerit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ & pœnam decem librarum auri: Civitatem vero, vel univerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem, centum librarum auri, nec non ammiſſionis & privationis libertatum & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipſo, medietate pœnæ hujusmodi pecuniariæ, fiſco Imperiali; reliqua vero domino diſtrictus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

v. Henrici R. conſtit. c. 4. & 5. ſeqq. Sigismundi Bulla c. 5. anm 1. ſeqq.
r m. ordinariæ.
ſ m. auſor.
contemnentes.

Cap. XVI.

De Pfalburgeriis.

CEterum quia nonnulli cives & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum (r) originariæ ſubjectionis querentes abicere, immo (ſ) auſu temerario contempnenter in aliarum civitatum cives recipi ſe procurant & frequentius in præterito procurarunt, & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude

fraude præſumpſerunt vel præſumunt deſerere, terris, civitatibus, opidis & villis corporaliter reſidentes, civitatum ad quas hoc modo ſe transferunt, libertatibus gaudere & ab eis defenſari contendunt, qui in partibus Alamaniæ, PFALBURGERII conſueverunt vulgariter appellari: Quoniam [a] igitur patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, omnium Principum Electorum eccleſiaſticorum & ſecularium ſano accedente conſilio, ex certa ſcientia ſtatuimus, & præſenti lege perpetuo valitura, ſancimus, quod prædicti cives & ſubditi, eis quibus ſubſunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis, & provinciis ſacri Imperii, à præſenti die impoſterum, civitatum in quarum cives [b] tali fraude recipi ſe procurant, vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur, niſi ad hujusmodi civitates corporaliter & realiter tranſeuntes, ibique larem foventes, [c] continue & vere ac non ficte reſidentiam facientes, debita onera & municipalia ſubeant munera in eisdem.

a M. autem.
b M. qui tali.
c M. continue vere & non.

2. Si qui vero contra præſentis noſtræ legis tenorem recepti ſunt vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuscumque conditionis, dignitatis aut ſtatus exiſtant, in nullo caſu penitus ſive cauſa, civitatum ad quas recipi ſe procurant, juribus [d] vel libertatibus gaudeant quomodolibet vel fruantur: Non obſtantibus quibuscunque juribus, privilegiis vel conſuetudinibus obſervatis quantocunque tempore & obtentis: Quas & quæ, in quantum præſenti noſtræ legi obviant, præſentibus ex certa ſcientia revocamus de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, omnique carere decernimus robore firmitatis: Circa præmiſſa omnia Principum, dominorum & aliorum hominum quos taliter deſeri [e] contigit vel continget impoſterum, juribus circa perſonas & bona ſubditorum quorumcumque, ipſos ſæpedicto modo deſerentium, ſemper ſalvis. Hos nihilominus qui ſæpedictos cives & ſubditos alienos recipere, contra præſentis noſtræ legis diſpoſitionem præſumpſerint, vel recipere præterito præſumpſerunt, ſi eos omninò non dimiſerint infra menſem poſt intimationem præſentium eis factam, centum marcas auri puri pro transgreſſione hujusmodi, totiens quotiens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes quarum medietas Imperiali fiſco noſtro, reliqua vero dominis illorum qui recepti fuerint, irremiſſibiliter [f] applicetur.

d M. &.
e M. contingit.
Bulla Sigismundi cap. 2. & 8.
f M. applicentur.

Cap. XVII.

De diffidationibus.

Reformat. Friderici III. Imp. cap. 1. & conſtit. deß Landfriedens. Ann. 1467. §. 3.

EOs qui de cætero adverſus aliquos [a] juſtam diffidationis cauſam ſe habere fingentes, ipſos in locis ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempeſtive diffidant, declaramus damna [b] quæcumque per incendia, ſpolia vel rapinas diffidatis ipſis, cum honore ſuo inferre non poſſe. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præſenti conſtitutione imperpetuum valitura ſancimus, [c] diffidantes hujusmodi quibuscumque dominis aut perſonis cum quibus aliqui fuerunt in ſocietate, familiaritate, vel honeſta quavis amicitia converſati, ſic factas vel fiendas impoſterum, non valere, nec licere prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, ſpolia, vel rapinas: niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco quo habitare conſuevit, publice fuerit intimata, poſſitque de intimatione hujusmodi per teſtes idoneos fieri plena fides. Quisquis ſecus quempiam diffidare [d] vel invadere modo præmiſſo præſumpſerit, infamiam eo ipſo incurrat, ac ſi nulla diffidatio facta eſſet: Quem etiam tanquam proditorem per quoscumque Judices penis legalibus ſtatuimus caſtigari.

a M. infertam.
b M. quæcumque.
c M. diffidationes.
d M. &.

2. Probibemus etiam & damnamus univerſas & ſingulas gverras & lites injuſtas: cuncta quoque injuſta incendia, ſpolia & rapinas, indebita & inconſueta [e] thelonea & conductus & exactiones pro ipſis conductibus extorqueri conſuetas, ſub penis quibus ſacræ leges præmiſſa & eorum quodlibet ſancimus punienda.

e M. thelonia.

Cap. XVIII.

Littera intimationis. *

* al. addunt pro electione Regis Romanorum ſienda.

VObis.. Illuſtri & Magnifico Principi, Domino.. Marchioni Brandemburgen. ſacri Imperii Archicamerario, coelectori & amico noſtro cariſſimo. Electioni Romani Regis, quæ ex rationabilibus cauſis [a] imminet facienda, præſentibus intimamus: vosque ex officii noſtri debito ad electionem præfatam, rite vocamus: Quotiens n die tali, &c. infra tres menſes continue computandos, per vos, ſeu nuncios aut procuratores veſtros, unum vel plures, ſufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam ſacrarum legum ſuper hoc editarum, venire curetis, deliberaturi, tractaturi, & concordaturi cum aliis comprincipibus & coelectoribus veſtris & noſtris, de electione futuri Regis Romani in Imperatorem poſtmodum favente Domino promovendi, in eodem manſuri usque ad plenam [b] confirmationem electionis hujusmodi & [c] al-facturi & proceſſuri prout in ſacris legibus ſuper hoc deliberate editis invenitur expreſſum: al-non obſtan. veſtra ſeu veſtrorum abſentia, in præmiſſis una cum aliis comprincipibus & coelectoribus [d] veſtris, prout legum ipſarum ſanccivit auctoritas, & finaliter procedemus.

a M. juxta im. faciendam pr.
b M. conſummationem.
c M. aliàs.
d M. noſtris.

Cap.

Cap. XIX.

Forma procuratorii, mittendi per eum Principem Electorem qui nuncios ſuos ad electionem faciendam duxerit deſtinandos.

a M. addit, eorum.

b M. concordandum, conveniendum, & conclud.

c M. ſeu.

NOs .. talis Dei gratia, &c. Sacri Imperii, &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis, Quod cum electio Romani Regis ex rationalibus cauſis immineat facienda, nos de honore & ſtatu ſacri Imperii ſollicitudine debita intendere cupientes ne tam gravibus diſpendiis periculoſè ſubjaceat, de fide & circumſpectionis induſtria dilectorum nobis & fidelium noſtrorum obtinentes utique præſumptionis indubiæ fiduciam ſingularem, ipſos & quemlibet eorum inſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum [a] inceptum fuerit, per alium finiri valeat & licite terminari, omni jure, modo, & forma, quibus melius & efficacius poſſumus ſeu valemus, noſtros veros & legitimos procuratores & nuncios ſpeciales, facimus, conſtituimus & ordinamus ad tractandi ubilibet una cum aliis comprincipibus & Coelectoribus noſtris, tàm Eccleſiaſticis quàm Secularibus, & cum ipſis [b] concordand & concludend de perſona quacunque habili & idonea in Regem Romanum eligenda, & ipſis tractatibus ſuper electione talis perſonæ habendis, pro nobis loco & nomine noſtris, intereſſend, tractandum & deliberandum, nec non vice & nomine noſtris eandem perſonam nominandum, & ipſam conſentiendum, ac etiam in Regem Romanum promovendum, ad ſacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram præſtant quodcunque Juramentum neceſſarium, debitum [c] & conſuetum fuerit circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum, alium vel alios procuratores in ſolidum ſubſtituendum & revocandum, & omnia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, etiam uſque ad conſummationem tractatuum, nominationis, deliberationis & electionis hujuſmodi de præſenti faciende neceſſaria aut utilia fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna, etiamſi præmiſſa vel eorum quodlibet, mandatum exigant ſpeciale, etiam ſi majora vel magis ſingularia fuerint ſupradictis, & quæ noſmetipſi facere poſſemus, ſi hujuſmodi tractatuum, deliberationis, nominationis & electionis futura negotiis præſentes & perſonaliter adeſſemus: Gratum & ratum habentes & habere volentes, & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos procuratores ſeu nuncios noſtros, nec non ſubſtitutos aut ſubſtituendos, ab ipſis ſeu eorum altero, in præmiſſis ſeu præmiſſorum quolibet, actum, geſtum, ſeu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

Cap. XX.

De unione Principatuum Electorum, & jurium eis connexorum.

Electionis jura ut inhæreant Principatui Electorali, & ſequantur ſolum poſſidentem.

a M. uniti.

CUm univerſi & ſinguli Principatus quorum virtute ſeculares Principes Electores jus & vocem in electione Romani Regis in Cæſarem promovendi, obtinere noſcuntur, cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti & inſeperabiliter ſint [a] initi, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet Principatuum eorundem ſpectantia cadere non poſſint in alium præter illum qui Principatum ipſum cum terra, vaſallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis univerſis dinoſcitur poſſidere, præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus, unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis ac officio, cæteriſque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare & eſſe debere unitum perpetuis temporibus indiviſibiliter & conjunctum, quod poſſeſſor Principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, dignitatis & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeque, & nemo alius, per cæteros Principes Electores ad electionem & omnes actus alios pro ſacri Imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi ſine contradictione qualibet, & admitti, nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint & eſſe debeant inſeparabilia, dividi vel ullo tempore debeat ſeparari, aut in judicio vel extra, diviſim repeti valeat, aut evinci, vel etiam per ſententiam ſeparari, nec aliquis unum ſine alio impetens audiatur. Quod ſi per errorem vel al. auditus quis fuerit, aut proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujuſcemodi contra præſentem diſpoſitionem noſtram emanaverit, ſeu quomodolibet attemptari contigerit, hoc totum, & omnia ex his & quolibet eorum ſequentia, eo ipſo [b] Juribus non ſubſiſtant.

Electoratum ſine electione, & electionem ſine Electoratu, jure non conſiſtere, & de facto impetratum pro nullo haberi.

b M. viribus.

Cap. XXI.

De ordine proceſſionis inter Archiepiſcopos.

a M. ordinationem.

c M. vel.

QUòniam autem ſuperius in principio conſtitution. noſtrarum præſentium circa [a] ordinem Eccleſiaſticorum Principum Electorum in conſilio & in menſa, [b] & alias quotiens Imperialem Curiam celebrari, ſeu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romano congregari contigerit, ſufficienter duximus providendum, ſuper qua priſcis audivimus temporibus plures diſceptatum [c] Expedire credimus etiam proceſſionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc perpetuo Imperiali edicto decernimus, ut quotienscumque in congregatione Imperatoris vel Regis Romani & Principum prædictorum, Imperatore vel Rege ipſo deambulante, inſignia ante faciem ſuam portari contigerit, Archiepiſcopus Treverenſis in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem tranſeat, illique ſoli medii inter eos ambulent quos Imperialia vel Regalia, contingit inſignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex abſque inſigniis eisdem inceſſerit, extunc idem

Archi-

Archiepiſcopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur: Aliis duobus Archiepiſcopis Electoribus, loca ſua, juxta diſtinctionem provinciarum ſuarum circa ſeſſionem ſuperius declaratam, etiam circa proceſſionem perpetuo ſervaturis.

Cap. XXII.

De ordine proceſſionis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur.

AD declarandum autem in Imperatoris vel Regis Romani deambulantis pñcia proceſſionis ordinem Principum Electorum, de quo ſupra fecimus mentionem: Statuimus ut quotienscumque in celebratione Imperialis Curiæ, Principes Electores cum Imperatore vel Rege Romano in quibuscumque actibus vel ſolemnitatibus proceſſionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint inſignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem ſeu Regalem enſem deferens, Imperatorem ſeu Regem immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiſcopum Treverenſem medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro: & Marchio Brandemburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ * lineariter gradiantur: Rex autem Boemiæ Imperatorem ſeu Regem ipſum immediatè, nullo interveniente, ſequatur. * *M, linealiter.*

Cap. XXIII.

De benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris.

QUocieos inſuper in Imperatoris vel Regis Romani præſentia miſſarum ſolemnia celebrari, ac Moguntinenſem Treverenſ. & Colonienſ. Archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe contigerit in confeſſione quæ ante miſſam dici conſuevit, ac in porrectione Evangelii oſculandi & Pace poſt Agnus Dei portanda, nec non & in benedictionibus poſt finita miſſarum ſolemnia, ac etiam ante menſam faciendis, & in gratiis poſt cibum acceptum agendis: Is inter eos ordo ſervetur, prout de ipſorum conſilio duximus ordinandum: quod prima die hæc omnia & ſingula à primo, ſecunda die à ſecundo, tertia vero à tertio peragantur. Primum autem vel ſecundum [a] ſeu tertium hoc caſu, ſecundum quod prius vel poſterius quilibet eorum conſecratus exiſtit, debere intelligi declaramus. Et ut ſe invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, is quem circa præmiſſa ordo tetigerit, [b] ad hæc alterum conniventia & caritativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmiſſa procedat, ſeu quodlibet præmiſſorum. a *M. aut.* b *M. ad hoc.*

Cap. XXIV.

Infra ſcriptæ leges promulgatæ ſunt in Curia Metenſi, per Dominum Carolum IV. Imperatorem & Bohemiæ Regem, Auguſtum, anno Domini M. CCC. LVI. in die Natalis Chriſti, aſſiſtentibus ſibi omnibus ſacri Romani Imperii Electoribus, præſentibus Dominis, venerabili in Chriſto patre, Domino T. Epiſcopo Albanenſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce illuſtri, ac Delfino Viennenſi.

Incluſa deſunt Autographo Palatino, & editione Colonienſi tom. 1. Concilior.

SI quis cum Principibus, Militibus, vel privatis, ſeu quibuscumque perſonis plebeis etiam ſceleſtam factionem, aut factionis ipſius inierit ſacramentum vel dederit de nece venerabilium & illuſtrium noſtrorum & ſacri Romani Imperii tàm eccleſiaſticorum quàm ſecularium Principum Electorum, ſeu alterius eorundem: Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt: Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris qua effectum puniri * Jura voluerunt: ipſe quidem, utpote majeſtatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fiſco noſtro addictis: filii verò ejus, quibus vitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus: paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarii criminis metuuntur exempla: à materna vel avita omnium etiam proximorum hæreditate & ſucceſſione habeantur alieni: Teſtamentis aliorum nihil capiant, ſint perpetuo egenes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullum unquam honorem, * nulla prorſus ſacramenta perveniant: ſint poſtremo tales, ut hiis perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium. * *L. quiſquis, §. in princip. C. ad L. Iul. Majeſtat.* * *M. nullaque ſac.*

2. Denique jubemus eos eſſe notabiles ſine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire temptaverint.

3. Ad filias ſane ipſorum quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, ſive teſtata ſive inteſtata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam quam integrum emolumentum aut nomen hæredis * aſſequantur. Mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus, minus auſuras eſſe confidimus. * *M. conſequantur.*

4. Emancipationes quoque quæ à prædictis ſive in filios poſt legem dumtaxat latam, ſive in filias * fuerit collata, non valeat. * *M. fuerint collata, n. valeant.*

5. Dotes, donationes quorumlibet, poſtremo item alienationes, quas ex tempore, qualibet fraude vel jure factas eſſe conſtiterit quo primum memorari de ineunda * ſanctione ac ſocietate cogitaverint, nullius ſtatuimus eſſe momenti. * *M. factione.*

a *M. abſumuntur.*

6. Uxores ſane prædictorum recuperata dote ſi in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperunt, filiis debant reſervare, tempore quo uſuſtuctus [a] abſumitur: Omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant quæ juxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex hiis rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputetur.

b *M. filiis caventes, etiam etiam de ſatelli.* * *L. antepen. C. ad L. Iul. Majeſtat.* c *M. tantum.*

7. Id quod de prædictis eorumque [b] filiis quo minus etiam de ſatelitibus conſclis ac miniſtris, filiisque eorum, ſimili ſeveritate cenſemus. Sane ſi quis ex hiis in exordio inite factionis, ſtudio vere laudis accenſus, ipſe prodiderit factionem, & præmio à nobis honore donabitur. * Is verò qui uſus fuerit factione, ſi vel ſero, tamen incognita adhuc conſiliorum archana patefecerit, abſolutione [c] tamen ac venia dignus habebitur. Statuimus inſuper ut ſi quid contra prædictos Principes Electores eccleſiaſticos vel ſeculares commiſſum dicatur, etiam poſt mortem rei id crimen inſtaurari poſſe. In hoc item crimine quid ad læſam in Principibus Electoribus ſuis majeſtatem pertinet, etiam in caput Domini, ſervi torquentur.

d *M. ut.*

8. Volumus inſuper & pñti Imperiali ſanccimus edicto, ut etiam poſt mortem nocentiam hoc crimen inchoari poſſit, [d] & convicto mortuo, memoria ejus damnentur, & bona ejus ſucceſſoribus ejus eripiantur. Nam ex quo ſceleratiſſimum quis ceperit conſilium, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Porrò ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neque manumittere eum poſſe, nec ei ſolvete jure debitorem decernimus.

Supra §. 7. in fin. e *M. cauſa.*

9. In hac cauſa in caput Domino ſervos torqueri ſtatuimus, id eſt, propter cauſam factionis damnande contra Principes Electores eccleſiaſticos & ſeculares, ut præmittitur. Et ſi deceſſerit quis propter incertam perſonam ſucceſſoris bona ſerventur ſi in [e] caſu hujusmodi fuiſſe mortuus arguatur.

Cap. XXV.

De integritate Principatuum Electorum ſervanda.

a *Principi.*

SI cæteros [a] Principatus congruit in ſua integritate ſervari, ut corroboretur juſtitia, & ſubjecti fideles pace gaudeant & quiete: multo magis magnifici Principatus, dominia, honores, & jura Electorum Principum debent illæſa ſervari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius de ædificii collidatur.

infra §. 2. in fin.

1. Decernimus igitur & hoc perpetuis temporibus valituro ſanccimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici Principatus, videlicet regnum Boemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandemburgenſis, terræ diſtrictus, homagia, vaſallagia, & alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari non debeant, [b] ſed in ſua perfecta integritate perpetua maneant.

b *M. ſeu ut potius in ſ. Vide ſupra cap. 7. §. 2. & Bullam Sigismundi de Palatin. §. 4.* c *exiſteret.* *Supra §. 1. hoc c.*

2. Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibique ſoli jus & dominium competat: niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius ſamoſi & notabilis defectus [c] exiſtant, propter quem non deberet, ſeu poſſet hominibus principari. In quo caſu, inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundo genitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſang. laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum: qui tamen apud alios fratres & ſorores ſe clementem & pium exhibebit continuo, juxta datam ſibi à Deo gratiam & juxta ſuum beneplacitum & ipſius patrimonii facultates: diviſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatus & pertinentiarum ejus ſibi modis omnibus interdicta.

Cap. XXVI.

De Curia Imperiali & ſeßione.

a *M. venient.* b *M. ipſe omn.* c *M. ibi.*

DIe qua ſolemnis Curia Imperialis vel Regia fuerit celebranda, [a] venient circa horam primam Principes Electores eccleſiaſtici & ſeculares ad domum habitationis Imperial. ſive regalis: & ibi Imperator vel Rex [b] omnibus inſigniis Imperialibus induetur: & aſcenſis equis omnes vadant cum Imperatore vel Rege ad locum ſeſſionis aptate, & [c] illic quilibet eorum in ordine & modo ſupra in lege de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum plenius diffinito.

d *M. fuerint.*

2. Portabit etiam .. Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc [d] ſunt, ſuper baculo argenteo omnia ſigilla & typaria Imperialia ſive Regalia.

3. Seculares vero Principes Electores ſceptrum, pomum, & enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt.

4. Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiſcopum Treverenſem ſuo loco tranſeuntem, primo Aquisgranenſem, ſecundo Mediolan. corona, & hoc ante Imperatorem dumtaxat qui jam eſt Imperialibus infulis decoratus: quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

e *M. Imperatrix.*

5. Imperator etiam vel Regina Romana ſuis auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem vel Imperatorem immediatè ſubſequitur, competentis ſpatii intervallo ſuis aſſociata proceribus, ſuisque comitata virginibus, ad locum ſeſſionis procedat.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVII.

De officiis Principum Electorum in ſolemnibus Curiis Imperatorum vel Regum Romanorum.

STatuimus ut quandocumque Imperator vel Rex Romanus ſolemnes curias ſuas celebraverit, in quibus Principes Electores ſua deſervire ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in hiis ordo ſervetur.

1. Primo enim Imperatore vel Rege ipſo in ſede regia ſive ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ agat officium ſuum hoc modo. Ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis vel Regiæ acervus avenæ: tante altitudinis quod pertingat usque ad pectus vel anrelam equi: ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant io pondere duodecim marcas argenti: & ſedens ſuper equo, primo menſuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitur venienti miniſtrabit eandem. Quo facto, figendo baculum io avenam, recedet, & [a] vicemareſcallus ejus, puta de Pappenheim, accedens: vel eo abſente, [b] Mareſcallus curiæ, ulterius avenam ipſam diſtribuet.

a *M. vicemareſcalcus.*
b *M. Mareſcallus.*

2. Ingreſſo vero Imperatore vel Rege ad menſam, Principes Electnres Eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtanres ante menſam cum cæteris prælatis benedicent eandem, ſecundum ordinem qni circa hæc eis in ſuperioribus eſt præſeriptus. Et beoedictione completa, iidem Archiepiſcopi omnes, ſi aſſunt; alioquin duo vel unus, ſigilla & typaria Imperialia ſive Regalia à Cancellario Curiæ recipient: Eoque in cujus archicancellariatu curiam ipſam celebrari continger, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi junctis, ſigilla & typaria ipſa, omnes quidem baculum in quo ſuspenſa fuerint manibus contingentes ea portabunt & ante Imperatorem vel Regem reverenter ponent in menſa. Imperator vero ſive Rex, eadem ipſis ſtatim reſtituet: & in cujus archicancellariatu hoc fuerit, ut præfertur, is majus ſigillum colla appenſum usque ad finem menſe geſtabit, & deinceps donec ad hoſpitium ſuum perveniat ab Imperiali ſive Regali curia equitando. Baculus verò de quo præmittitur, eſſe debebit argenteus, duodecim marcas argenti babens in pondere, cujus tàm argenti quàm prætii partem tertiam unusquisque Archiepiſcoporum ipſorum perſolver, & baculus ipſe protinus una cum ſigillis & typariis debet cancellario Imperialis Curiæ aſſignari, in uſus ſuos beneplacitos convertendus. Poſtquam autem is quem ordo tetigerit portando ſigillum majus ab Imperiali Curia ad hoſpitium ſuum redierit, ut præfertur, ſtatim ſigillum ipſum per aliquem de ſuis familiaribus prædicto Imperialis Curiæ cancellario remitret ſuper equo, quem juxta proprie dignitatis decentiam & amorem quem ad cancellarium Curiæ geſſerit, ipſi Cancellario tenebitur elargiri.

3. Deinde Marchio Brandemburgenſis Archicamerarius, accedat ſuper eqno habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulcbrum manurergium: & deſcendens ab eo, dabit aqnam Domino Imperatori vel Regi Romano manibus abluendis.

4. Comes Palatinus Rheni intrabit ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor ſcutellas argenteas cibis impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in ſtatera: & deſcendens ab equo portabit, & ponet ante Imperatotem vel Regem in menſa.

5. [c] Poſt hoc Rex Boemiæ Archipincerns veniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus cuppam [d] ſeu civum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua [e] permixtum impleium: deſcendens de equo, civum ipſum Imperatori vel Rege Romano porriget ad bibendum.

c *M. Poſtbæc.*
d *M. vel ciphum rectius, ſcyphum.*
e *M. permixtum.*

6. Sicut enim hactenus obſervatum fuiſſe comperimus, ita ſtatuimus ut peractis per Principes Electores ſeculares prædictis [f] eorum officiis, ille de Falkenſtein ſubcamerarius, equum & pelves Marchionis Brandemburgenſis pro ſe recipiat.

f *M. ipſorum.*

Magiſter coquine de Nortemberg, equum & ſcutellas Comitis Palatini.

Vicepincerna de Limpurg, equum & civum Regis Boemiæ.

Vicemareſcallus de Pappenheim, equum, baculum, & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ.

Si tamen ipſi in tali Imperiali ſeu Regali Curia præſentes exiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret: Si verò ipſi vel eorum aliqui à præfata curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis vel Regalis Curiæ cottidiani miniſtri, vice abſentium, puta quilibet in loco ejus abſentis, cui in vocabulo ſeu officio communicat, ſicut geret officium, ſi tollat in præmiſſis & fructum.

Cap. XXVIII.

SIt daß die Wurdigkeit deß Romiſchen Richs hat zu betrachten Geſetze/ und ußzerichten mancherhant Lande/ dy underſcheiten ſint an Sytten/ an Leben/ an Sprach: So iſt von urteyle aller wiſe Wirdig und Nutz geacht/ daß dy Curfürſten/ dy da ſint (b) Solle und Glider deß Richs/ ſin geleret in underſchent manicherhandt Sprache unde Zungen/ daß ſi vil Lute verſteen/ und auch daß man ſie vorſtee/ und daß ſi mit ſorgſamekeit viel Luten ir nod uff heben. Darumb ſetzen wir/ daß der heeluchten Curefürſten/ deß Koniges von Peheym/ deß Pfaltzgraffe by Ryn/ deß Hertzaugen von Sachſen/ und deß Margraffen von Brandenburg/ Sohne oder yre Erben oder yre Nachkommen geleret werden in (c) Latiner/ Lamparter und (d) Schleſner Zunge/ ane zuvahen von dem ſibende Jahre yres alters: wann es darfur zu halten iſt/ daß yne Dutſhe Sprach zu wiſſen naturlich/ ingepflantzet iſt von Kintheyt zu leren: alſo daß ſi under vyer und zwentzige Jahren deß Alters geleret ſin in ſolichen Zungen/ als ſi dann Genade von Gott darüber hant entpſangen/ das wird nit allein nutze/ es wird auch von (e) vorgeſchribner Sachen gar hohe notturfftig gehalten: darumb daß die Zungen dicke zu nutz und notturfft deß heiligen Richs/ gewönlich ſint zu üben und in ſtrengen Sachen deß Richs mer verjaget werden.

a al. mancherhand. Römiſchen Reich ſeynt mancherhand Zungen und Land underworffen. b al. ſäule. Churfürſten ſollen viel Sprachen lernen. c al. Latyn. al. Grammatick. d al. Welſcher. al. Winiſcher al. Schleſener. Leg. Schlaffner. e al. vorgenanter.

2. Diſe

Churfürſten Sön wo und durch wen ſie ſollent inſtituirt werden.

2. Diſſe wiſſe zu lernen ſetzen wir alſo zu halten/daß es blibe an Vatter wille/ab ſi Sone han/oder jhr nehſten von den ſy ſich verſehen/daß ſy Erben an den Fürſtenthum/ſchicken zu den Stetten/do dy ſelben Zungen mogen lernen/oder zu yne fugen yn yre eigen Huſern Zuchtmeiſtere/Lere und Kinderemegde/Geſellen/die auch dar yne verſtendig ſint/mit der Wandele und Lere ſy mit einandere mogent in den Zungen underwyſet werden.

Keyſer Karols deß Vierdten.

Ann. Christi 1361.

CASSATIO OMNIUM PRIVILEGIORUM CONTRA ROTWILANUM JUDICIUM IMPERATORUM.

WJr Karl von Gottes Genaden Römiſcher Keyſer/zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/und König zu Böhem/etc. Entbieten allen Fürſten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Rittern und Knechten: item Städten und Gemeinen/ und allen anderen/wie die genant ſeyn/und dergleichen unſer und deß Heiligen Römiſchen Reichs lieben Getrewen/ unſer Huld und alles Guts.

Privilegien exemptionis fori Hoffgerichts zu Rotweil widerruffen.

2. Wenn wir mit rath unſerer und deß Reichs Fürſten und Getrewen mit rechter wiſſen/ widerworffen und abgenommen haben alle die Brieff und Freyheit/damit wir euch ehelichen gefreyt haben/mit welchen Worten und Forme wir oder unſer Vorfarn an dem Reich die geben haben/alſo daß jhr euch vor unſer Landrichter zu Rotwil nicht geſtehen oder verantworten ſollen/als unſer Keyſerliche Brieff ſagen/die wir darüber gegeben haben: Darumb wir euch gebieten/und ewer jeglichen beſonder/ernſtlich und feſtiglich bey unſeren und deß heiligen Reichs Hulden/daß jhr alle und ewer jeglicher beſonder daſelbſt recht hantendt und nemen ſollent/als offt und dick deß notturfft geſchicht/oder jhr darvor geheiſchen und gefordert werden/vor dem Landrichter der geſeſſen iſt/der da in Zeiten ſeyn würde von unſer und deß heiligen Reichs wegen.

Oſterreicher Hertzogen und der Reichſtädten außgenommen.

3. Wann wir wöllen/daß die obgenanten Freyung/ wann wir die gethan haben/kein Krafft fürbaß mehr haben ſollen: außgenommen der Hochgeboen Hertzogen von Oſterreich/Steir/ und zu Kärndten/unſeren und deß Reichs Fürſten/jhren Landen und Leuthen in Schwaben: und auch außgenommen der Freyheit unſerer und deß Reichs Städt in Schwaben/die ſie von Keyſeren und Königen/unſeren Vorfarn am Reich an uns bracht haben/dieſelben auch in jhren Krafften bleiben/etc.

Datum.

4. Mit urkundt dieſes Brieffs verſiegelt mit unſerem anhangenden Jnſiegel/der gegeben iſt zu Nurmberg nach Chriſti Geburt/dreyzehenhundert Jahr/ und in dem ein und ſechtzigſten Jahr/ an den nechſt Mitwochen nach Sanct Michaelis Tag/unſer Reich in dem ſechtzehenden/ und deß Keyſerthumbs in dem ſiebenden Jahren/etc.

Per Dominum Magdenburgenſem Archiepiſcopum,

Johannem Eyſtettenum.

WEN-

WENCESLAI REGIS
ROMANORUM
EPISTOLA
AD CAROLUM VI. REGEM FRANCORUM.

Ann. Chriſti 1398.

De impedimentis, cur de pace Eccleſia nondum inſtituta ſit Reformatio.

SEreniſſimo Principi, Domino Karulo Regi Francorum Illoſtri, conſanguineo cariſſimo, WENCESLAUS * Dei gratia Romanorum Rex, ſalutem & fraternæ dilectionis mutuum incrementum.

** mſ. D. O.*

Sereniſſime Princeps, conſanguinee cariſſime. Venientibus ad nos proximè honoralibus Ambaſiatoribus veſtris, in facto ſanctæ matris Eccleſiæ hucusque miſerabiliter laniatæ, deliberavimus ad Serenitatem noſtram, Sereniſſimos Principes & Dominos, Sigiſmundum Regem Ungariæ, fratrem noſtrum cariſſimum, ac * W. Regem Poloniæ, Marchiones Moraviæ patruos noſtros cariſſimos ac Duces Poloniæ, noſtro regno Bohemiæ ſubjectos, aliosque noſtros Imperii ſacri regnique Bohemiæ Principes Eccleſiaſticos & Seculares, Prælatos & Nobiles advocare Verùm dictorum Regum imminens neceſſitas, & occupatio grandis natalium ſedium, eorum adventum ad nos, quanquam nobis invitis, pertraxit. Verumtamen cum eisdem Regibus & Principibus tali ſumus intentione concordes, quòd ulteriori mora poſtpoſita apud nos in civitate noſtra Vratislavia, intra feſtum Natalis Domini debebunt finaliter convenire. Quibus, auſpice Deo, nobiſcum convenientibus, ipſorumque conſilio, in facto ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſignanter ſuper via ceſſionis, ſicut expedit, communicato : Serenitati veſtræ in hujusmodi facto per Ambaſiatores noſtros ſolennes finale reſponſum volumus deſtinare. Præſertim cùm etiam à Domino noſtro Apoſtolico, Domino * Bonifacio, de intentione & deſiderio veſtro nondum obtinemus reſponſum.

Eccleſiæ ſalus Imperatori debet eſſe curæ.

** fort. Vladiſlaum.*

Ceſſio Imperatoria.

** ejus nominis IX,*

Ideoque eandem Serenitatem veſtram ſtudioſius exoramus, quatenus veſtra dilectio Serenitati noſtræ Regiæ non imputet, quòd hucusque vobis absque dictorum Regum & Principum, quorum in hac parte res agitur, quorumque conſilia vitare non poſſumus, ne videamur eſſe contenti ; * *quodque omnes tangit, debet ab omnibus approbari*, & † *quod à pluribus quæritur, faciliùs invenitur*; reſponſum non valuimus exhibere, ſingularis in eo vobis amoris gaudium offenſuri. Si enim à dictis Regibus, quorum hucusque adventum, confecti tædio, præſtolati ſumus, reſponſum & conſilium participaſſemus, dudum dilectioni veſtræ reſponſum debitum dediſſemus. Datum in Burgelins, die ſexta decima menſis Octobris, Anno &c. M. CCC. XCVIII.

Imperator & Rex ſine Principum conſilio nihil debent agere.

** c. 29. Ext. de Regul. jur. lib. 6.*

† Ex B. Gregorii Moral. lib.

PRINCIPUM ELECTORUM
SACRI ROMANI IMPERII

Ann. Chriſti 1400.

SENTENTIA EX AUTHORATIONIS ET PRIVATIONIS DOMINI WENCESLAI ROMANORUM REGIS

Lata & pronunciata Anno Domini M. CCCC.

IN nomine Domini, Amen. Nos Joannes Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, notum facimus univerſis, præſentibus & futuris.

1. Quam varia multiplicia & gravia cùm incommoda tùm diſſidia multis abhinc annis, in ſacram Eccleſiam invecta ſint, etiamnum durantia, atque in dies uberiùs pullulantia, in ſacri Romani Imperii (quod Eccleſiæ Dei & orbi Chriſtiano præſidio eſſe debebat) graviſſimam convulſionem, imminutionem, & diſſipationem : Id omne ut ſcribi nequit, ſic mala in dies ingruentia, manifeſtè ſatis docent atque comprobant. Eamque ob rem ſacri Romani Imperii Domini Electores, intervenientibus ſacræ Eccleſiæ, Principum, Dynaſtarum, civitatum, Provinciarum & ſubditorum ſacri Imperii, prudentem moderatorem expetentium, ardentibus precibus, Illuſtriſſimum Principem Dominum WENCESLAUM Bohemiæ Regem, tùm ſua tùm amicorum opera, literis denique, jampridem perſæpè & ſeriò nobiſcum admonuere, eique diligenter ob oculus poſuere

Eccleſiæ diſtractio Imperii eſt divulſio.

Principes Imperii poſtulantes novum Imperatorem.

Imperator elatus in jus à Principibus.

poſuere, privatim ac publicè, indecentes ac deteſtabiles ejus in imperando mores & actiones, nec non ejusmodi Eccleſiæ orbisque Chriſtiani defectus, incommoda atque diſſidia, graviſſimas item membrorum ſacri Imperii avulſiones diminutionesque, contra nominis ſui dignitatem damnosè factas, fierique permiſſas; nempe quòd pacem in Eccleſia non promoverit, quanquam id ſumma orbis Chriſtiani neceſſitas, nec non ipſius ceu Advocati & defenſoris Eccleſiæ munus efflagitaret, & ad id faciendum ſæpius rogatus, requiſitus & admonitus eſſet: ipſo nihilominus Imperium membris aliquot perniciosè mutilante, & mutilum reddi permittente. In quorum numero ſunt Mediolanum & Provincia Longobardiæ, quæ juris ſacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis, in qua ditione Mediolanenſis, veluti miniſter, ſacri Imperii partibus fungebatur: eum is, contra quam ejus ſublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani Ducem & Comitem Papienſem creavit. Complures inſuper urbes terrasque, tàm in Germania quàm Italia, ad Imperium pertinentes, quarum quædam ad idem redierant, alienavit: parum penſi habens, ut eas ſacro Imperio retineret.

Imperator non poteſt minuere res Imperii.
Eccleſiæ Advocatus & defenſor Imperator.
Mediolanum & Longobardia alienata.
Mediolani Dux & Papienſis Comes.

2. Præterea membranas perplures nudas raſasque ſuæ tamen Majeſtatis ſigillo munitas, amicis pecunia vendidit, in quibus cum illis tum aliis, in quorum manus iſtiusmodi membranæ venerunt, ſub Regio ſigillo, quæ ſcribere vellent, licuit. Qua ex re, ob ſacri Romani Imperii jurium & emolumentorum damnoſam imminutionem & diſſipationem, graves querelæ ſubortæ ſunt.

Membranas nudas raſasque ſacro ſigillo munitas Imperatori non licet vendere.

3. Controverſias porrò bellaque, quæ (proh dolor) Germaniam, aliasque ſacri Imperii terras, miſerè afflixerunt & peſſundederunt, atque etiamnum peſſundant, nil unquam curæ habuit. Hinc prædationes, incendia, & latrocinia orta, adeò funeſtis vel hodie incrementis, ut nulli neque Clerici neque Laici, neque agricolæ neque mercatores, neque viri neque mulieres, ſive terra ſive mari, tuti verſentur: templa, cœnobia, & domus ſacræ, quas ſacrum Imperium manu aſſerere atque tueri decebat, rapinis & incendiis pateant, & ad interitum redigantur. Eo res abiit, ut quivis contra juris & æqui rationem, alium pro arbitrio tractarit, ac etiamnum tractet, absque ulla ſacræ, ſpretæque diu, Imperialis auctoritatis reformidatione: ſicut & locus conveniendi quempiam, ubi nomine Imperii juris defenſio & patrocinium ſuſcipiatur, planè ignoretur.

Pacem & quietem omnibus ac ſingulis conſervare, & controvertentes componere, injuriantesque compeſcere convenit Imperatori.

4. Denique, quod horrendum & immane dictu, cùm propria, tùm aliorum facinoroſorum, quos ſecum habet, manu reverendos ſacrorum Antiſtites, Sacerdotes, & ſpirituales perſonas, alios item plures honeſtæ notæ homines, contra juris normam, ſecus quàm Romanorum Regem decebat, neci dedit, aquis ſubmerſit, igne cremavit, miſerabiliter ac truculenter peremit.

Sacerdotes & Antiſtites lædere Imperatori nefas.

5. Quæ quidem memorata, aliaque multa gravia facinora atque damna adeò divulgata ſunt & palam nota, ut excuſari vel celari nullatenus queant. Nos igitur, ut præſcripſimus, ſæpiùs eum perquam ſtudiosè oravimus, admonuimus, & requiſivimus, ut indecenti hac vitæ ratione repudiata, id ſibi ſtudii & laboris ſumeret, quò ſacræ Eccleſiæ, opem ejus veluti Romanorum Regis & Advocati ſui multoties implorantis, pacem & tranquillitatem; ſacro autem Imperio priſtinum honorem, terras, ditiones, emolumenta denique ſua recuperaret, in ſubſidium & conſolationem orbis Chriſtiani hoc nomine graviter debilitati atque oppreſſi.

Principum Electorum ſtudium pro Reipub. & poteſtas in Imperatorem.

6. Etſi verò prædicto Domino Wenceslao, hos aliosque graviores defectus, ipſum tanquam Romanorum Regem Imperiumque concernentes, clariſſimè explicuerimus, ac ſcriptis exhibuerimus: auditis tamen illius reſponſis, reiteratisque ſeriis noſtris exhortationibus, communicato quinetiam ſacræ Sedi Romanæ negotio, nunquam adhuc deprehendimus eum, ſicut Romanorum Regem decet, mores compoſuiſſe, ſcilicet ad Eccleſiæ pacem, orbi Chriſtiano ſummè neceſſariam; ſacro item Imperio dignitates, terras ac ditiones ſuas recuperandas, & fructuosè conſervandas, id quod per univerſas Imperii provincias eſt notiſſimum.

Papæ communicatum negocium Imperiale.
Imperatoris officium.

7. Quoniam igitur commemoratos pluresque alios defectus, ſacram Eccleſiam & Imperium gravi cum damno genitique tangentes, ob inſtantes prædictorum preces, maximè verò ſacramenti rationе, quo nos, ceu ſacri Imperii proximè ſuperiora membra, eidem obſtringimur, nec reticere nec ſuſtinere diutiùs potuimus. Idcircò ex officio debito cogitandum animendumque nobis fuit, ut ſacro Imperio, cujus vecordi & negligenti adminiſtratione incommoda iſthæc irrepſerunt, in orbis Chriſtiani præſidium & conſolationem, rectiùs & ſalubriùs provideretur. Et ſanè ut is parendo nobis rem gratam præſtitiſſet, ſic eum ſufficienter & ſeriò vocavimus atque citavimus, adeò ut ei ſignificaverimus niſi loco & die definitus præſto eſſet, fore ut cùm exhibitarum nobis precum tùm juramenti noſtri reſpectu, ejusmodi conſilia capere & inire cogeremur, quibus ſacrum Imperium meliùs conſtitueretur, literis id noſtris clariſſimè atteſtantibus. Ea propter loco & tempore præſcriptis, unà cum Coelectoribus noſtris ſufficienter oratis, cæteris item ſacri Imperii Principibus & Urbibus, comparuimus de die in diem expectantes, num præfatus Dominus Wenceslaus comparituruſs eſſet, morbis prædictis remedium adhibiturus, ac ſacri Romani Imperii rebus rectiùs deinceps conſulturus. At is ne comparere, nec quemquam procuratorio nomine ad nos deſtinare dignatus eſt. Quare cum tot prægnantium & perniciosorum defectuum cauſa, eum crebriùs privatim & benignè; inde verò, cum nil proficeremus, coram Principibus, Optimatibus & Urbibus Imperii, in diverſis conventibus non ſine magnis gravibusque expenſis, absque tamen ullo fructu, admonuerimus & redarguerimus: ideò commemorata omnia ad ſacram Sedem Romanam detulimus. Cæterùm cùm nec tum cuncta hæc quicquam penſi habuerit, nil aliud inde conjicere potuimus, quàm eum & Eccleſiæ & Chriſtiani orbis, in primis autem ſacri Imperii curam depoſuiſſe. Idcircò malum hoc, toti Chriſtianæ Reipubl. exitiale, minimè diutiùs

Principum Electorum officium in rebus Imperii.
Imperator à Principibus in jus vocatus.
Imperatoris Wenceslai contumacia.
Principes Electores debent admonere & redarguere Imperatorem negligentem & malè agentem.

Digitized by Google

diutius ferendum & tolerandum cenſentes, animo benè confirmato, poſt multos varioſque tractatus conſultationeſque, tùm inter nos ipſos tùm etiam cum aliis Principibus & Optimatibus ſacri Imperii, ſeriò habitas, pro Eccleſiæ ſalute, Chriſtiani orbis conſolatione, ſacri Imperii honore & utilitate, præfatum Dominum Wenceslaum, tanquam negligentem & deſtructorem Imperii, eoque indignum, à ſacro Romano Imperio, omnique ejus dignitate hoc tempore penitus removendum eſſe duximus.

Imperator Wenceslaus deponitur.

8. Nos itaque Joannes Archiepiſcopus, nomine prædictorum Dominorum ſacri Romani Imperii Coelectorum, noſtroque, tum commemoratis tùm pluribus aliis inſignibus defectibus cauſſiſque moti, hac noſtra ſententia, quam præſenti ſcripto damus atque ferimus, prædictum Dominum Wenceslaum, ceu inutilem, negligentem, diſſipatorem, & indignum ſacri Romani Imperii defenſorem, eodem Romano Imperio, omnique ejus gradu, dignitate ac ditione ad idem pertinente, privamus & ſubmovemus: cunctis Principibus, Optimatibus, Equitibus, Ingenuis, Urbibus, Provinciis, & ſubditis ſacri Romani Imperii denunciantes, eos ab omni homagio & juramento, perſonæ Wenceslai nomine Imperii præſtito, prorſus eſſe liberos: requirentes atque monentes eos ſub jurisjurandi fide, qua ſacro Imperio adſtricti tenentur, ne prædicto Domino Wenceslao, tanquam Romanorum Regi, deinceps obediant & obſequantur; neque illi jus ullum, ubſequium, cenſum, reditum, aut ullam aliam obventionem, quocunque nomine tandem appellanda veniat, ceu Romanorum Regi, pendant, exhibeant, aut exhiberi permittant: ſed ejusmodi debita utili & idoneo Romanorum Regi, divino favente numine deinceps ſufficiendo, aſſervent.

Abſolutio ſubditorum à juramento & fidelitate.

9. In quorum omnium fidem & teſtimonium, nos Joannes Archiepiſcopus Moguntinenſis, præſens inſtrumentum, per ſubſcriptos Notarios, hac forma patenti, confici, & majus noſtrum ſigillum appendi curavimus.

10. Lecta & renunciata fuit ſententia præmiſſa, per nos Joannem Archiepiſcopum Moguntinenſem, noſtro & Dominorum Coelectorum noſtrorum antememoratorum nomine, ſub caſtro Lonſtein ad Rhenum, Treverenſis diœceſis, Brubachium verſus progreſſi, è publico ſolio in tribunalis uſum erecto, Dominis Coelectoribus noſtris ibidem judicio aſſidentibus, anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo, indictione octava, feria ſexta, die vigeſima menſis Auguſti, paulùm ante Nonarum tempus: Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, Domini Bonifacii Noni, divina providentia Papæ, anno 11. præſentibus Illuſtriſſimis Principibus ac Dominis.

Joanne Illuſtriſſimi Principis ac Domini Ruperti Ducis Bavariæ & Comitis Palatini ad Rhenum filio:

Friderico Burggravio Norimbergenſi:

Nobili Philippo, Domino in Naſſau & Sarbrucke,
Emichone de Liningen,
Joanne de Zigenhaim,
Cuntrado Burggravio, Canonico noſtro Moguntinenſi
} Comitibus.

Bernhardo à Weſterburg,
Joanne à Limburg,
Reinhardo de Hanuvve
} Baronibus:

Domino Nicolao Brovvin ſacræ Paginæ,
Joanne à Witenburg, & Nicolao Burgman, Decretorum
Domino Hermanno Præpoſito S. Gereonis Colonienſis, Legum
} Doctoribus.

Item, ſtrenuo Equite Sigfrido de Lindovve, Vicedomino in Ringaugia;

Joanne Boſſen à Waldeck, Burggravio noſtro in Beckelnheim: Et fidelibus, Henrico Rulmanno à Dadenberg, Gerardo ab Emenberg, Domino in Lanscron,

Friderico de Sachſenheim, Kulmanno à Coneren,
Joanne de Dalburg, Rudolfo de Zeiſſikon,

nec non pluribus aliis Dominis, Equitibus, & Ingenuis, ſpiritualibus & ſecularibus, magno numero aſtantibus, ad ſupraſcripta vocatis atque rogatis.

11. Et ego Nicolaus Berchtoldi Fridbergenſis, Clericus, Moguntinenſis diœceſis, Pontificia & Imperiali auctoritate Notarius publicus, ac prædicti Clementiſſimi Dn. mei, Dn. Joannis Archiepiſcopi Moguntinenſis, ſcriba juratus, quoniam tùm temporis, cùm judicialis iſthæc, quam præſcripſimus, ſententia lata & renunciata fuit, unà cum ſubſcriptis publicis tabellionibus, teſtibusque commemoratis, præſens interſui, eaque omnia fieri vidi atque audivi: ideò jubente atque petente prædicto Moguntinenſi, Domino meo clementiſſimo, publicum hoc inſtrumentum bona fide perſcriptum, in publicam redegi formam, illudque conſueto mei notariatus ſigno ac nomine, appenſo etiam prædicti Moguntinenſis, Domini mei clementiſſimi, majore ſigillo, in fidem & teſtimonium prædictorum omnium, ſubſignavi atque munivi. Nomina Notariorum ſunt

Nicolaus Berchtoldi Fridbergenſis.
Joannes Meier junior Gaſterveldenſis.
Conradus à Leiborn, Clericus Baderbornenſis diœceſis.
Henricus Stalberg Rotenbergenſis.
Tilmannus à Honberg.
Conradus Coler Zuſtenſis, Colonienſis diœceſis.

BONI-

BONIFACII IX. PONTIFICIS ROMANI

Ann. Chriſti 1401.

B U L L A

Degradationis Wentzeslai Imperatoris ac Regis Bohemorum, & confirmationis

RUPERTI ELECTI REGIS ROMANORUM.

Regnorum diſtinctio.

BOnifacius Nonus &c. cariſſimo in Chriſto filio RUPERTO in Regem Romanorum electo ſalutem &c.

1. Pater immenſæ Majeſtatis altiſſimus, clementi providentiâ cuncta diſponens, terrarum orbem diſpoſuit ſub diſtinctione regnorum. Illaque conſultè dirigi voluit & ſalubri regimine gubernari, &c. ut omnes ſub juris & honeſtatis regula limitata, vita pacifica viverent, & ab offenſis alterutrum abſtinerent, ac naturali affectu factorem ſuum cognoſcerent, cognitum colerent, & ſuo reverenter Imperio ſubjacerent.

Jeſus Chriſtus Dei filius à Patre miſſus ad ſalvandos nos peccatores.

2. Dudum verò pater ex alto proſpiciens, populum, quem ipſe creaverat, damnationis ſententiam incurriſſe, regem pacificum, unigenitum filium ſuum, Dominum Jeſum Chriſtum miſericorditer in mundum pro ipſius redemptione populi deſtinavit, qui carnem noſtræ mortalitatis indutus populum eundem ab æterno cruciatu mortis eripuit, & ſuo ſanguine precioſo redemit.

Papa Dei Vicarius in terra, ejusque officium.

3. Nos igitur, in hac terreſtri patria gerentes licet immeriti vices ejus, levamus vigilis more paſtoris tàm corporeos quàm interiores oculos, in circuitu viſuri, quid gregi commiſſo nobis expediat, & quid operis impendi debeat circa ipſum, ut illius fulti præſidio, cujus ſunt terræ cardines, cui cogibus populis neceſſariò expedire viderimus & noverimus profutura.

Romana Eccleſia ſuper omnes Reges & regna Princeps.

Romanorum Regi Romam proficiſcendum pro Imperiali diademate.

4. Sanè dudum ferè Urbanus Papa VI. immediatus præceſſor noſter provida meditatione conſiderans, mundum poſitum peccatis exigentibus in malignitate, & quod diſponente Domino, cui obediunt univerſa, Romana mater Eccleſia ſuper Reges & regna, tanquam mater omnium & magiſtra, ſupremum obtinet principatum, ut per ejus miniſterium regatur ſalubriter Catholicæ Fidei firmamentum, per diverſos nuncios literis, repetitis vicibus, paternis & accuratis affectibus excitavit cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Wentaeslaum, tunc Romanorum & Bohemiæ Regem, ut pro defenſione militantis Eccleſiæ, ac honore ac ſtatu ſacri Imperii, prout ejus exigebat officium, ad ſuſcipiendum Imperiale diadema ad Italiæ partes accederet. Et videns eum ad hoc perficiendum nimia tepere deſidia, ejusdem Imperii Electores, tanquam ipſius Imperii membra præcipua, ſæpenumerò interdum literis, nonnunquam verò nunciis ſpecialibus, inſtantiſſimè requiſivit, ut præfatum Wentaeslaum, ad deſcendendum præmiſſorum cauſa in Italiam, opportunis monitis atque remediis hortarentur, & inſtantiis ac monitionibus debitis propulſarent.

5. Damum autem eodem Urbano, præceſſore noſtro, ſicut Domino placuit, ab hac luce ſubtracto, nos divina favente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, maximo animi fervore flagrantes ad obviandum jacturis & ſcandalis, quæ Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ & ipſi conſequenter Imperio cernebamus jugiter exoriri, nonnunquam interpoſuimus, tàm per literas quàm etiam per nuncios, ſpirituales paternis affectibus partes noſtras, ut præfatum Wentzeslaum ad hujusmodi deſcenſum diverſis modis invitavimus, nihil poſſibilitatis penitus omittendo &c. Et videmus exhortationes, inductiones, & monitiones præfati præceſſoris noſtri noſtrasque omninò nihil proficere: ne quid attemptaret in tam gravi tamque ponderoſo negotio providentia Apoſtolicæ ſervitutis omitteret, venerabilibus fratribus & dilectis filiis Nobilibus viris, ſacri Imperii Electoribus, crebrò ſcripſiſſe meminimus, ut attentis periculis, quæ ex tanta ſecordia Wentzeslai præfati Eccleſiæ atque Imperio & Chriſtianæ religioni jugiter ingruebant: & ſignanter cùm Gallici, quos ſemper animadvertimus ad uſurpationem vel ſaltem diviſionem Eccleſiæ & Imperii totis ſtudiis totisque conatibus inhiare, Imperialem civitatem Januenſem in ipſius Italiæ faucibus poſitam occupaſſent: eundem Wentzeslaum ad veniendum in Italiam more divorum prædeceſſorum ſuorum ad ſuccurrendum, ne prædicti Gallici pedem in Italiam validarent, &c.

Galli ad uſurpationem Imperii ejusque & Eccleſiæ diſſidium, inhiantes.

Genua civitas Imperialis.

Italiæ defenſio Imperatori incumbit.

6. Tandem verò Electores ipſi, videntes ulteriorem moram infinita ſecum diſpendia trahere, & quascunque adhortationes &c. fruſtrà factas, & aures ipſius ad hanc rem tàm ſanctam, tàm piam, tamque Chriſtianitati utilem & neceſſariam penitus obduratas, ipſumque Wentzeslaum ad regimen dicti Imperii eſſe omninò inutilem, &c. nobis per eorum proprium nuncium ſignificare curarunt, quòd præfati Wentzeslai ſegnicie diligenter inſpecta, ex qua dietim mundo diſcrimina & innumera ſcandala pullulant, ipſo amoto ad ulterius electionem, qui hujusmodi diſcriminibus & ſcandalis potenter occurreret, &c. ad ipſius Wentzeslai depoſitionem ſeu amotionem à præfato regno Romanorum,

Digitized by Google

rum, auctoritate noſtra ſuffulti, concorditer proceſſerunt: & deinde te, cariſſimum filium noſtrum, Bavariæ Ducem, Comitem Palatinum Rheni, eorumque Coelectorem in Regem Romanorum in futurum Imperatorem poſtmodum promovendum concorditer elegerunt: Tuque ſuper hoc digeſta meditatione præhabita, ad ipſorum electionem multorum aliorum inſtantia hujusmodi electioni conſenſum tuum libenter præbuiſti.

Papæ auctoritate ſuffulti Electores Imperatorem depoſuerunt.

7. Poſtmodum ubi per ſolennes Ambaxiatores & Nuncios tuos pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujusmodi depoſitionem & amotionem Wentzeslai præfati, & electionem de te factam, ut præfertur, & quæcunque inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica approbare, & perſonam tuam habilem & idoneam ad ſuſcipiendum Imperialis culminis dignitatem diſcernere & declarare de benignitate ſolita dignaremur. Nos igitur de omnibus præmiſſis &c. fide plenaria nobis facta, & cum præfatis fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus diligenti deliberatione præhabita, hujusmodi tuis ſupplicationibus inclinati, de ipſorum fratrum conſilio ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti, & beatæ acglorioſæ ſemper Virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac exaltationem & honorem dictæ Romanæ Eccleſiæ, & bonum ac promotionem ſacri Imperii, & proſperum ſtatum mundi, &c. penſantes depoſitionem præfati Wentzeslai & electionem de te factam, & quæcunque inde ſecuta, rata habentes & grata: teque in ſpecialem noſtrum & dictæ Eccleſiæ filium ſuſcipimus, tibi noſtros favorem & gratiam concedentes, tuaque perſona idonea repræſentata, te nominamus, pronunciamus, & in Regem Romanorum aſſumimus, tuam approbantes perſonam: teque ſufficientem & habilem atque idoneum declarantes ad ſuſcipiendum præfati Imperialis culminis dignitatem, ac decernentes unctionem & conſecrationem Imperialem, nec non ejusdem ſacri Imperii diadema per manus noſtras tibi oportunis loco & tempore impendenda, ſupplentes nihilominus omnem defectum, ſi quis aut ratione formæ, aut ratione perſonæ tuæ, aut perſonarum dictorum Electorum, ſeu quavis alia ratione vel cauſa in electione hujusmodi interveniret actionis modus, ex certa ſcientia & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: præcipientes quoque omnibus fidelibus & vaſallis Imperii, cujuscumque conditionis exiſtant, etiamſi Regali aut Pontificali dignitate præfulgeant, ut tibi ſicut Regi Romanorum pareant efficaciter & intendant.

Papæ auctoritas ſupplicata ab Electoribus in confirmatione Imperatoris.

Papæ deliberatio cum Cardinalibus.

Forma confirmationis Papalis ad electum Regem Romanorum.

vide Clement 1. de jurejur.

Papa mandat Imperii ſubditis obedientiam Electo Regi præſtandam.

8. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Pontificatus noſtri anno quarto decimo.

SIGISMUNDI REGIS
ET IMPERATORIS
BULLA
De jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum.

Ann. Chriſti 1413. item 1434.

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum * Imperator ſemper Auguſtus, ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; ad perpetuam rei memoriam.

* *al. Rex.*

1. Quanquam * Imperialis ſublimitas dignitatis, in qua conditor orbis nos ſuæ pietatis clementia feliciter collocavit, jugiter mentem noſtram ſollicitet, ut cura pervigili & laborum ſtudiis accuratis, noſtrorum & Imperii ſacri fidelium amputemus incommoda, eisque deſideratæ pacis amœnitatem ſalubriter procuremus: ferventiori tamen affectu cor noſtrum accenditur penes ea, quæ ſacri decus Imperii, & Illuſtres ipſius Principes Electores, per quos cœpit, & in quibus conſiſtit noſtræ gloriæ Celſitudo, qui & in partem ſollicitudinis nobiſcum ſunt vocati, quadam ſingularitate concernunt; eos præcipuè, quos generis nobilitas, multipliciaque virtutum inſignia & præclara fidei devotio laudabiliùs recommendant.

Imperatoris officium.

* *al. Regia.*

Principes Electores communem ſollicitudinem cum Imperatore habent.

2. Sanè cùm aliàs per literas omnium Principum Electorum, & nominatim divæ recordationis Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris & Bohemiæ Regis, genitoris noſtri cariſſimi, velut Regis Bohemiæ; venerabilium Gerlaci Moguntini per Alemanniam, Boemundi Trevirenſis per Galliam & regnum Arelatenſe, Wilhelmi Colonienſis per Italiam, ſacri Romani Imperii Archicancellariorum Archiepiſcoporum; Rudolphi Ducis Saxoniæ, ſacri Imperii Archimarſchalli; & Ludovici dicti Romer, quondam Imperatoris Ludovici filii, Marchionis Brandenburgenſis, ſacri Imperii Archicamerarii: ac etiam à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, ac multis aliis noſtris & Imperii ſacri fidelibus informationem certiſſimam & luce teſtimonia clariora, noſtra ſuſcepit * Imperialis Celſitudo, qualiter felicis memoriæ Illuſtris Rupertus præſenior, quondam Comes Palatini Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, & Bavariæ Dux, patruus Illuſtris Ludovici Comitis Palatini Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapiferi, Principis Electoris, nec non Bavariæ Ducis, avunculi noſtri cariſſimi; & poſt prædictum Rupertum præſeniorem, Rupertus ſenior avus jam dicti avunculi noſtri Ludovici; & poſt eundem Rupertum ſeniorem Rupertus Pater jam dicti avunculi noſtri Ludovici, ſucceſſivè tanquam Archidapiferi ejusdem Imperii, & veri Principes Electores ab omnibus aliis eorum Conelectoribus

* *al. Regia.*

Palatinorum Electorum juſta et legitima ſucceſſio.

ſemper

ſemper habiti & reputati fuerunt : ec etiam voluntate, conſenſu, & votis aliorum ſuorum Conelectorum Principum unanimiter accedeutibus, claræ memoriæ Sereniſſimos quoudam Rnmanorum Reges, prædeceſſores noſtros, temporibus ſuis & rationabiliter juxta ſacri Romsni Imperii obſervantiam in Romanorum Reges elegeruut sd Imperatorism celſitudinem promovendos, ac ſubſequenter idem modernus Ludovicus cum aliis Couelectoribus ſuis modernis retroactis temporibus nos iu Regem Romanorum elegit, qui diſponente eo, à quo bona cuncta procedunt, Rege Regum & Domino dominansium, * corouam Imperialem ſuſcepimus : Quodque prædicti, Rupertus præſenior patruus, ac Rupertus pater dicti Ludovici quondam Comitis Pslatini Rheni, diuturna temporum præſcriptione inconcuſsè habuerunt & poſſederunt legitimè, prout etiam ipſe Ludovicus in præſentiarum ad inſtar illorum ex ſucceſſione psterna & hæreditaria dignoſcitur juſto titulo poſſidere jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promoveudum : quemadmodum in noſtris literis *declarationis ſtatuta ordinationis* ſub Regali Romauorum titulo deſuper editis sc promulgatis plenius continetur : Et quod longinquintate ſæpe fit temporis, quòd res clara præſentibus redditur per oblivionem obſcura futuris, prudentum cautels providit, ea quæ adduntur, ſcripturæ teſtimonio commendari, ut emplinris autoritatis robore poſteriteti inuoteſcant : *Habes* interdum noſtræ proviſionis induſtria, ut illa iu novstione confirmet, & sutoritate fulcist innovata.

* *al. die dicto præſentium Aquisgrani corona ſumus Regia coronati.*

Ludovico Comiti Palatino Electoratus confirmatur.

3. Unde ſanè tàm Eccleſiaſticorum quàm Seculsrium Principum ſacri Romsni Imperii Electorum conſilio & conſenſu accedeote, non improvidè neque per errorem, ſed snimo deliberato, aliorum etiem Principum plurimorum Eccleſiaſticorum & Secularium, Baronum, Nobilium, & Procerum, noſtrorum ac Imperii ſacri fidelium, maturè communicato conſilio, cupientes eutore Domino futuris obviare periculis, & materiam omnium ſuccidere dubiorum ; de certa noſtra ſcientis & de plenitudine * Imperialis poteſtatis, in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, ſtatuimus, declaramus, & etiam hoc † Imperiali perpetuo valituro ſancimus edicto : quòd jus, vox, dignitss, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum eidem Ludovico Comiti Palatino Rheni, tanquam Imperii ſacri Archidapifero ac Principi Electori, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis legitimis, lsicis duntaxat, sb eo deſcendentibus, quoties caſus hujusmodi electionis emerſerit, in perpetuum debeat competere ; ſicut & ritè ſibi tanquam Comiti Palatino Rheni, ac ſacri Romani Imperii Archidapiſero competit manifeſtè ; ac ipſe velut Comes Pslatinus Rheni ejusdem Romani Imperii Archidapifer, verus & legitimus Princeps Elector, & poſt obitum ejus hæredes & ſucceſſores ſui legitimi, modn & forma ſubmiſſis Principatum & Comitatum Palatinum ac Archidspiferism dicti Imperii ſacri, de quibus ipſum die * noſtræ coronationis in Aquisgrano ſolenniter infeudsvimus & inveſtivimus, ac tenore præſentium inſeudatum & inveſtitum profitemur : cum omnibus & ſingulis eorum terris, dominiis, proprietatibus, vaſallagiis, libertstibus, honoribus, & pertinentiis, in quibuscunque rebus conſiſtant, & quibuscunque ſpecialibus poſſint vocabulis deſignari, nec non jus vocem, dignitetem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem iu Imperatorem promoveudum, ſine impedimento quodlibet debeant obtinere.

* *al. Regia.*
† *al. Regio.*
* *al. ſupradicta Aquisgrani.*

Succeſſionis ordo in Electoratu deſcendentium hæredum. c. 7. §. 2. & cap. 25. §. 2.

4. Et ne inter hæredes & ſucceſſores ipſius, eo deſuncto, ſuper hujusmodi jure futuris temporibus dubitationum, quæſtionum, ſeu litium quævis materia oriatur ; decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto in perpetuum valituro, (prout hoc idem per præfatum Dominum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, geuitorem noſtrum cariſſimum, omnium ec ſingulorum Principum Electorum, & multorum ſacri Romani Imperii Principum, Comitum, Nobilium, sc fidelium conſilio & unanimi conſenſu eccedente, lege & Imperiali edicto in Aurea Bulla publicè ſancitum eſſe dignoſcitur,) quod poſt obitum dicti Ludovici Comitis Palatini Rheni & Bavariæ Ducis, primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejusdem primogeniti ſenior filius ex ordine genituræ, & ſic deinceps à ſeniori filio deſcendentes ex ordine genituræ ſemper ſenior ; ſi verò primogenitus præfati Ludovici deceſſerit meſculini ſexus, laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Lodovici Ducis prædicti, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus : & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſeaus, laicis duntaxat, deceſſerit, tertiogenitus dicti Ludovici, & ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius ; & deinceps per telem modum directa linea genituræ deſceudentes ab eo, lsici duntaxet, jus vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem promovendum in Imperatorem & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus, & pertinentiis, iu perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genituræ.

Succeſſionis ordo in Electoratu hæredum collateralium.

5. Si verò præfatum Ludovicum modernum Comitum Paletinum Rheni & Bavariæ Ducem ſine legitimis maſculini ſexus hæredibus lsicis, de lumbis ejus directs linea genituræ deſcendentibus, mori contigerit ; extunc Principatus & Comitatus Palatinus Rheni, nec non Archidapiferia ſacri Imperii, & jus, vox, dignitas, & poteſtas eligeudi Romanorum Regem iu Imperatorem promovendum, ad ſeniorem fratrem præfati Ludovici per veram paternalem lineem deſcendentem, & ad legitimos ejus bæredes meſculini ſexus, laicos duntaxat, devolvantur : ita videlicet, quod poſt obitum ejusdem fratris ſenioris primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejusdem primogeniti ſenior ex ordine genituræ, & ſic deinceps ex ſeniore filio deſcendentes ex ordine genituræ ſemper ſenior : ſi verò primogenitus ſenioria fratris (ut præfertur) deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat,

xat, hæredibus non relictis; extunc ſecundogenitus prædicti fratris ſenioris, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſexus laicis deceſſerit, tertiogenitus dicti fratris, ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directa linea genituræ deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, & officium Archidapiferi cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus, & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebant per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genituræ.

6. Quibus omnibus non extantibus ad proximiorem hæredem ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum, ſeniorem Comitem Palatinum Rheni pro tempore, ac ejus hæredes ſecundùm eundem modum ſuperiùs expreſſatum, in perpetuum legitimè devolventur*.

Succeſſio remotiorum propinquorum paternalium.

7. Et talis ſucceſſio & devolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus, debet (ut præmittitur) in omnibus præſcriptis & ſingulis ſine invocatione perpetuò inviolabiliter obſervari, taliter videlicet; quod ſi aliquem ex eis præmiſſo ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus hæredes legitimos laicos poſt ſe relinquat debitæ patientes ætatis defectum; extunc ſenior frater, nepos & conſanguineus proximior in linea genituræ, ſi frater non extiterit ejusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem præſcripta devolventur, de jure tutor eſſe debeat & curator tamdiu, donec debitam pertingat ætatem: Cui etiam juveni, quàm citò ad ætatem debitam pertigerit, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem prædictæ electionis, ac omnia & ſingula ab eis dependentia, idem tutor ſine difficultate & renitentia qualibet tenebitur & debebit protinus aſſignare. Ætatem autem debitam in hoc caſu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus & haberi. In principalibus autem, Ducatibus, & dominiis aliis temporibus gubernandis, ætatem obſervandam decernimus, prout à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus eſt ſancitum.

* al. addit. in futurum.

Adminiſtratio & tutela pupillorum Electorum.

Adminiſtratio Electionis quando reſignanda.

Ætas juſta XVIII. anni.

Adminiſtratio dominiorum quando reſignanda.

8. Porrò ne ſuper jure, voce, dignitate, & poteſtate Electionis hujusmodi, nec non Principatibus & officio Archidapiferiæ & aliis prædictis ullo unquam tempore contingat ſcandala ſuſcitari, vel attentari valeant novitates; de Imperiali plenitudine poteſtatis, & de certa ſcientia, omnia & ſingula præmiſſa, prout in ſuis clauſulis; membris, articulis, atque punctis ſuperiùs deſignantur, auctorizamus: nec non omnia & ſingula privilegia, donationes & conceſſiones quaslibet per Divos Romanorum Reges & Imperatores, prædeceſſores noſtros, & Nos, dicti Ludovici progenitoribus Comitibus Palatinis Rheni, & ſibi quomodolibet factas, datas, & conceſſas, auctorizamus, approbamus, ratificamus, & tenore præſentium de certa ſcientia confirmamus; ſupplentes de præfatæ* Imperialis plenitudine poteſtatis omnem defectum, ſi quis in præmiſſis aut eorum aliquo ex verborum defectu, ſententiarum obſcuritate, ſolennitatis omiſſione, ſeu alio quovis modo nunc & inanteà reperietur admiſſus.

Privilegia Palatinorum Electorum confirmata.

* al. Regia.

9. Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ pronunciationis, decreti, ſtatuti, declarationis, ſanctionis, infeudationis, & inveſtituræ, auctorizationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, & defectum ſuppletionis paginam infringere, aut ei auſu temerario quomodolibet contraire; ſub pœna mille marcarum auri puriſſimi, quas ab eo, qui contrafecerit, totiens, quotiens contrafactum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem* Imperialis noſtræ Cameræ fiſco, reſiduam verò partem injuriam paſſorum uſibus applicari. †† Præſentium ſub Bulla Aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa teſtimonio literarum.

Sanctio.

* al. Regalis.

10. Datum Baſileæ anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto, die octava menſis Martii, Regnorum noſtrorum anno Ungariæ quadrageſimo ſeptimo, Romanorum viſigeſimo quarto, Bohemiæ quarto decimo, Imperii verò primo.

†† *Alterum exemplar ſequentia habet ad hunc modum:* Teſtes hujus rei ſunt,

*Venerabilis, Wernherus Treverenſis ſacri Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe, Theodoricus Colonienſis per Italiam } Archicancellarii, Archiepiſcopi.

* leg. venerabiles.

Illuſtres, Rudolphus Dux Saxoniæ & Luneburgenſis, ſacri Imperii Archimarſcalcus;
Reinaldus Dux Juliacenſis & Geldriæ; Fridericus Burggravius Nurinbergenſis.

Georgius Patavienſis, Johannes Herbipolenſis, & Urbanus Spirenſis } Epiſcopi.

Adolphus de Clivis, Emerich de Leiningen, Fridericus de Veldentz, Johannes de Catzenelbogen, Johannes de Werthem, & Thomas de Rineck } Comites & fideles.

Præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigilli teſtimonio literarum. Datum Aquiſgrani anno Domini MCCCCXIV. ipſo die coronationis noſtræ, quæ fuit octava Novembris, Regnorum noſtrorum anno Hungariæ vigeſimo octavo, Romanorum verò Electionis quinto.

COLLATIONATA IN CANCELLARIA ELECTORALI PALATINA Anno Domini M. D. XCII.

SIGISMUNDI IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

Ann. Chriſti 1413. Carolo VI.

MISSA * REGI FRANCIÆ AD INVITANDUM EUM AD CONCILIUM CONSTANTIENSE.

SIGISMUNDUS Dei gratia &c. Sereniſſimo Principi &c.

Regnorum diſtinctio.

1. Rex paeificus pia miſeratione diſpoſuit, ne homo creaturarum digniſſima, quem de limo terræ formatum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit, per abuſum liberi arbitrii laberetur, & labendo à cognitione ſui recederet creatoris, dum par in parem imperium non haberet, præſides ſuo operi ſupereſſe voluit, quorum ducatu vita cujuslibet regeretur, ac ipſorum motibus [a] & præceptis inferiores cæteri obedirent. Sicque ſtatuit duo luminaria ſuper terram, majus videlicet atque minus, ut in ipſis [b] viſibilis Eccleſiæ conſiſteret firmamentum, in quibus Pontificalis auctoritas & Regalis potentia deſignantur: una videlicet, qua ſpiritualia, & altera, qua corporalia regerentur. Ad ſubſiſtentiam igitur machinæ ſpiritualis, beatum Petrum Apoſt. Principem, & in beato Petro Pontifices ſucceſſores, ſummus Pontifex in æternum unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus, qui doctrinam humano tribuit generi ſalutarem, magiſtros eſſe voluit & paſtores: ad corporalia verò compaginis firmamentum, cujus facilis eſt profectò diſtinctio, Reges & Principes Rex Regum & Dominus Dominantium idem ipſe præeſſe voluit Jeſns Chriſtus, ut illi quidem in executione Pontificalis officii ſpiritualibus vacando negotiis proficerent ad ſalutem: & hi ſalubriter in excellentia Regiæ dignitatis corporalis gubernando malitiis hominum obviarent: ſicque machina fieret utriusque ſubjecti ſtabilior, dum haberet quodlibet proprium ſervatorem. Debitum profectò * caritatis, quæ [c] *non quæ ſua ſunt, quærit*, nimirum expoſcit, ut non ſolùm is, qui contemplationis ſpeculam aſcendit, ſed opportunitate ſuadente actionis onera ſupportans magis neceſſarius inveniatur: quis licet ille ſit ſecurior, hic tamen eſt utilior, ſibi & aliis commodum afferens & profectum. Licet enim [d] Mariæ ſedentis ſecus pedes Domino otium, Marthæ miniſterio præferatur, & quòd ſit ſtatus ille tutior, utpote à ſeculari ſtrepitu ſegregatus; activa tamen poteſt utilior judicari eſſe, quòd ſibi prodeſt & aliis, tribulationes ſuſtinens & preſſuras, per quas virtutes ſuſcipiunt incrementum: quoniam, ſicut ait Apoſtolus, [e] *tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit.* Et plerumque contingit, quòd virtus in infirmitate perficitur.

a mſ. ac ſuprà, ac.

b mſ. viſibilis fort. univerſalis.

Papæ & Imperatoris diſtincta munia.

* 1. Corinth. 13.

Imperatorem ut litem eſſe Papà, ut praxin theoriâ.

c Roman. 16. Philip. 2.

d Luc. 10.

e Roman. 5.

Imperatoris ſollicitudo in frenandis vitiis, & promovendis virtutibus.

* mſ. non.

f Ovidius lib. 3. Amor.

2. Sed quia diebus iſtis noviſſimis, in quibus ſuperexereſcente malitia * in immenſum refrigeſcit caritas, in pleriſque proprius appetitus, qui [f] *nitì ſemper in vetitum conſuevit*, adeò debacchatur in homine, quodam dato quaſi libello repudii libertas arbitrii, qua bonum malumve diſcernitur, exulat extra terminos honeſtatis, multum oneris multumque ſollicitudinis nobis incumbit, ut animarum corporumque periculis obveatur. Niſi enim malitiis hominum congruis obſtaculis obvietur, deſcenſus eſt profectò labilis ad exceſſus, & dum per lubricum iter diſcriminis abuſivè deſcenditur, facilis (proh dolor) relevatio vix habetur. Inter profectò curas varias noſtris proceſſibus influentes, ſollicitudo cottidiana nos excitat, qualiter generali bono ſtatui totius populi Chriſtiani multipharié multisque modis, noſtris temporibus proficere valeamus, ut cùm in die illa noviſſima, die ſcilicet diſtricti & tremendi Judicis, diſcuſſio venerit, plenam poſſimus ipſius Dei ſuperfavente clementia de commiſſis nobis talentis, duplicata Domino importando, reddere rationem. Maximo etenim deſiderio jamdudum tenebamur, ut diebus noſtris videre poſſemus unicam Chriſti ſponſam, Katholicam Eccleſiam, feliciter reformatam: Poſteà verò cùm ad Imperialia gubernacula fuiſſemus aſſumpti, id quod erat nobis in deſiderio, tranſivit in præceptum, cùm teneamur ſanctam matrem Eccleſiam per Imperiale officium tueri, cujus etiam Canones ſanctorum Patrum nos appellant Advocatum & defenſorem.

Eccleſiæ pax & unitas incumbit Imperatori.

Sigiſmundi Imp. ſtudium reformandæ Eccleſiæ.

Imperator Eccleſiæ Advocatus & Defenſor.

Concilii generalis tempus & locum deſignat Imperator.

* mſ. indixiſſet.

3. Conſiderantes veruntamen, qualiter & quomodo ſalubriter id peragere valeamus, cum Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Proceribus, aliis quoque prudentibus & peritis noſtri & Imperii ſacri fidelibus, prout tantæ rei inſtantia exigebat, accurato & frequenti tractatu præhabito: intereà contingit nos intellexiſſe, quomodo ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Johannes Papa XXIII. venerabile Concilium * indixiſſet Summo itaque ſtudio curavimus, ne quid negligentiæ poſſet in hoc nobis apud Deum & homines imputari. Et ob hanc rem per literas & nuncios inſtitimus apud eundem Dominum noſtrum Papam pro edicatione generalis Concilii, loco alibi & tempore congruo deputandis. Qui noſtris votis annuens miſit ad nos reverendiſſimos in Chriſto Patres, Dominos ad titulum ſanctæ Cæciliæ Presbyterum & * ſanctorum Coſmæ & Damiani Diaconum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Apoſt. Sedis Legatos, & Nobilem M... tradita eiſdem in prædictis plena poteſtate. Ipſis verò ad nos pervenientib. poſt multa nobiſcum habita ſuper his conſilia tandem nos cum eiſdem pro loco concilii elegimus civitatem Conſtantienſ. Provinciæ Mogunt.

Quem

Google

Quem locum nos eisdem nominavimus tanquam idoneum, tutum, & communem omnibus nationibus ad Concilium venturis: & in quo, Deo favente, curabimus perſonaliter intereſſe, & omni modo poſſe ſecundùm noſtrum Imperiale officium tueri omnes cujuscumque ſtatus ad Concilium venturos in plena libertate: ita quòd omni timore poſtpoſito poterunt ad Concilium venire, ibi ſtare, & recedere pro ſua voluntate. Et inſuper nos cum prædictis Legatis & nunciis ad initiandum præfatum Concilium aſſignavimus tempus unius anni, incipiendo die I. menſis Novemb. nunc inſtantis.

Conſtantia commoditas.

Salvus conductus imperator ad Concilium.

4. Expedit quippe, ut univerſi & ſinguli ſolicitudine non pigri, fervente ſpiritu Domino ſervientes, in † vinea Domini Sabaoth, in qua ex denario diurno & labore convenimus, inrefragabiliter operemus extirpandis vitiorum ſpinis & peccatorum tribulis, quæ ſuperficiem ejus obumbraſſe videntur: nec non plantandis virtutum germinibus, in quibus Dominus delectatur, totis affectibus intendendo illuſtrare. Illuſtrem itaque Serenitatem veſtram ex Imperiali officio ad tam ſuave & dulciſſimum convivium fraternè vel caritativè invitamus & ** requirimus & hortamur in Domino, ut pro religione Catholica, quam Deo debetis, ad cujus divinæ religionis exaltationem & ſtatum inſtitutum eſt præmiſſum Concilium, velitis ut præfato Concilio tempore præſcripto, ſi commodè poteſtis, per vos; vel ſi commoditas perſonalis non patietur, ſaltem per veſtros ſolempnes Ambaſiatores intereſſe, atque cum effectu diſponere & curare, ut Prælati, Doctores, & Magiſtri, & viri Eccleſiaſtici, religioſi & ſæculares, qui ſunt in veſtro regno & territorio, veniant ad hujusmodi Concilium tempore conſtituto.

Chriſtianorum ſtudia in extirpandis vitiis & plantandis virtutibus.

† *Matth.* 20.

Rex Franciæ vocatur ad Concilium.

5. Ubi dum tantorum Regum, Præſulum, & Principum, quos unitas fidei Orthodoxæ (*) convertit, fuerit honorabili congregatione Concilium ipſum & comitiva fulfultum, ac in ejus nomine, cujus *Spiritus, ubi vult, ſpirat*, collecta Eccleſiæ reparationem, ordinationem, reformationem & ſtabilitatem ſacroſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ, ac pacem & quietem populi Chriſtiani, ſicut caſti conſilii ſeminator Altiſſimus infuſionem ſuæ gratiæ (*b*) amminiſtrabit...... Illa communi conſilio etiam decurando vetuſtiſſimi antiqua & antiquata peſte diſſidii, quo univerſalis Eccleſiæ unitatem Orientalis ſeu Græcorum diſſenſio dempnabiliter ſecuit, ut in domum Domini individuam ſponſæ unicæ, in unitate orthodoxæ (*c*) collectionis & (*d*) intemeritate fidei puritate, (utinam noſtris temporibus cœlitùs infundatur hæc gratia) per providam reintegrationem reducatur, & lucis cœleſtis illuminatione (*e*) ſolidet lumen in revelationem gentium, inveniatur proviſio & ejusdem approbatione Concilii roboretur, per cujus ſaluſeram executionem virtus Altiſſimi fugatis erroribus, roborata fide, ad tramitem veritatis reductis errantibus, re integrata ejusdem fidei unitate, extirpatis vitiis, virtutibusque plantatis, correctis exceſſibus, moribus reformatis, repreſſis oppreſſionibus, libertate ſolida ſtabilitate munita, recuperatis deperditis, & ejusdem Eccleſiæ ſtatu proſpero recuperato occupata reſtituat, vaſtata reſtauret, & reſtaurata conſervet, viamque (*f*) aperiat idem ipſe qui novit, & facultatem tribuat ipſe qui poteſt, ut ſic in præmiſſis juxta intenſum animum noſtrum deſiderium ſibi miniſtrari ſalubriter, quod idem verus ejusdem univerſalis ſponſus Eccleſiæ ipſam dilectam ſuam purgatam maculis, ornatam virtutum monilibus, ac ſpecioſam, unam ſemper habeat cum unico ſponſo vero, & formoſam, quam in dilecta tabernacula ſua virtutum bonus paſtor, qui animam ſuam pro ſuis poſuit ovibus, non habentem maculam neque rugam, in veſtitu deaurato circundata varietate introducat ad ſui nominis laudem & gloriam, animarum profectum, robur fidei, ſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ exaltationem ac pacem plebis Chriſtianæ, &c.

Concilii Generalis ſtudium & officium.

a *Joh.* 3.

b *mſ. prima miniſtrabit.*

Græcorum diſſenſio.

c *vel collationum.*

d *fort. intemerata fid.*

e *fort. ſolidetur.*

f *mſ. apperiet.*

SIGISMUNDI IMPERATORIS AUGUSTI

LITTERÆ

DIRECTÆ AD CONCILIUM CONSTANTIENSE.

Ann. Chriſti 1416.

Sacroſanctæ Conſtantienſi Synodo in Spiritu ſancto congregatæ.

SUmme equidem Sapientia rationis ſuæ lege multiplici, creaturæ à ſe conditæ jura ſuaviter diſponens, quemadmodum eminens cœlum ſyderibus ornat, ut vicibus alternatis mundum illuſtrent, & eorum officioſa diverſitatis in numero diſcordet, ſed ſubjectam terrarum latitudinem vernanti rerum * univerſitate depingat: ita humanos actus & in pacis pulchritudine & juſtitiæ celebritate providit regulariter, ut alter alteri non injurietur, exemplis de ſuperioribus derivatur ad inferiora. Verùm humani generis inimicus, pacis impatiens, emator litium, diſcordiæ ſeminator, ſaluti hominum invidens, inter Sereniſſimos Principes Francorum & Angliæ Reges, fratres noſtros cariſſimos, contentionis materiam (quod dolenter referimus) ſuſcitavit. Quod etiam veſtræ notorium eſt ſanctitati, ut moleſtam admodum & novam etiam ſacroſancta mater Eccleſia ex hac experientia diſpendioſam ſentiret perniciem. Sentit utique, ſentit ſancta mater Eccleſia tàm populi Chriſtiani ſibi commiſſi, quàm ſuam gravem de hujusmodi contentione jacturam: Ex eo namque quàm dirè, quàm graviter materne ejus viſcera quatiantur quòd Ipſa tàm raros filios, tàm inclitos Principes in ſuo ſentiens utero collidentes. Prudenter advertit Chriſtianæ militiæ potentiam in Chriſti blaſphemos, & inimicos nominis Chriſti,

Concordiæ auctor Deus.

* *vel unitate.*

Diſcordia inter Reges Carolum Franciæ & Henr cum Angliæ.

Eccleſiæ ſuper ea dolor & incommoda.

ſti, potenter & magnificè, more ſolito, exercendam, in opprobrium & grande domeſticorum fidei detrimentum talibus contentionibus explicari.

Imperator pacis auctor & arbiter.

Hæc igitur & alia incommoda diſſenſionis hujuſmodi & fervore caritatis intrinſicæ, & nos ſincero penſantes affectu, vigilamus atteneiùs, attentioneque ſolita vigiliter intendimus, multaque ſollicitudine pervigiles laboramus diſcriminibus tantis occurrere, ipſoſque Reges inclitos à diſcordiarum diſpendiis poſſetenus præſervare, ac glutino ſolidæ caritatis & concordiæ unire. Quam etiam tractatus, qui ſuper hoc inter ipſos habentur & deducuntur, promittere probabiliter videntur, ut & regnis ipſis & ſubditis quietis optatæ jocunditas proveniat, perverſorum exterminetur malitia, animarum pericula vitentur, Eccleſia ſancta in unitate capitis aſſuturi, eorundem Regum præcipuè & cæterorum Catholicorum Principum munita unanimi præſidio & concordi voto, à fluctibus perfecta, ejectaque ſciſſura, largiente altiſſimo, deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis reſpiret, & ſuorum jurium gaudeat & virium integritate reſumpta. Profectò ad id jugiter noſtra ſuſpirat intentio: ad id plenis deſideriis anxiamur, non proponentes à cœptis deſiſtere, quin circa negotium hujuſmodi ſub ſpe illius, qui facit concordiam in ſublimibus, qui ventis imperat & mari, & ad ejus nutum ſtat ſpiritus procellarum; pacis conſilia cogitantes, in quantum ab alto permittitur proſequi, pacis ſemitas intendimus ſtudioſè. Nimirum id etiam propenſiùs deſiderat Chriſtianitatis, maximè his diebus, miſeranda conditio: quam etiam intrinſica pluſquam civilia bella, & inhumaniter efferarum immanitates gentium, & infidelium feritates nationum, affligunt inceſſanter.

Concilium hortatur, ne quid ſe abſente decernat.
* *mſ. conſilio.*
* *mſ. ſupplicans.*

Quæſumus igitur, Patres ſanctiſſimi, filiali devotione & reverentia, quatenus cùm ſciatis, quòd probatio fidei patientiam, quæ vincit malitiam, operatur; patientia autem opus perfectum habet, noſtrorum proceſſuum cauſam, ordinem, ac rectam & puram prætendentes attentionem, veſtro prudenti* conſilio & ſpiritu quieto diſcutientes; & procul dubio animus rectæ rationis dictamine dijudicans in illis inveniet, unde rectum proſequendo judicium, omni ſuper præmiſſæ objectionis & turbationis remota materia, quieſcet, nec via querelæ patebit.* ſupplicamus devotè, ut quemadmodum nuper per reverendiſſimum in Chriſto patrem, Dominum N. Archiepiſcopum Girezinenſem, amicum noſtrum cariſſimum, & venerabilem Symonem Epiſcopum Tragurienſem, Principem & Procuratorem noſtrum devotum, fidelem ac dilectem, ſanctitati veſtræ intimavimus, de concluſione negotiorum arduorum & aliorum quorumcunque uſque ad noſtrum adventum ſuperſedere dignemini, gratiſſimam in eo complacentiam, immò gratiam facientes.

Wilhelmus Dux Bavariæ & Comes Hanoniæ, &c. Imperatorem deducit.

Retardatio nempe adventus Illuſtris Principis, Wilhelmi Ducis Bavariæ Comitiſque Hanoniæ, Holandiæ, &c. conſanguinei noſtri cariſſimi, propter ventorum contrarietatem, effecit moram tantam in Anglia nobis pauſandi, qui jam nudiuſquartus advenientes ſperamus breviter unà cum eodem in tractatibus pacis fine dato bonam facere concluſionem, & per ſemitas ejuſdem Ducis verſus Conſtantiam directo tramite continuabimus greſſus feſtinanter; quoniam jam noſtros & comitivæ noſtræ equos abhinc remiſimus ultra mare, ut ad terram ejuſdem Ducis deducantur. Datum in Wyſtmonter propè civitatem Londoniarum in Anglia, ſecunda die Junii, regnorum noſtrorum, Ungariæ, &c. anno XXX°. Romanorum electionis ſexto, coronationis verò ſecundo.

Sacroſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ Advocatus & filius devotus, SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum & Ungarorum &c. Rex ſemper Auguſtus.

RESPONSIO CONCILII CONSTANTIENSIS.

Laus Sigiſmundi Imp.

SAcroſancta Conſtantienſis, &c. Regi Romanorum &c. ſalutem & Dei omnipotentis benedictionem.

Si quantam tuæ Serenitatis litteræ pridem nobis directæ lætitiam attulerint, qualem animis noſtris dulcedinem præbuerint, exprimere curaremus, non ſolùm non liceret, ſed ſi fas eſſet, in longum nimis protenderetur oratio. At nos cum familiari ſermone uſuri ſumus, dicendi ſeriem obmittimus. Indicaſti quidem ſpem optimam componendæ pacis inter clariſſimos Eccleſiæ filios Karolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges Illuſtres, illorumque inclita regna. Quæ pax non ſolùm eis ſed cuncto Chriſtiano cœtui ſummam quietem pollicetur, & Eccleſiæ Dei ſanctiſſimæ peropportuna cenſenda eſt. Numquid illorum Regum clariſſimorũ potentiam vidimus, quam & Barbari etiam plurimumque formidant? Numquid illorum ingentium regnorum Chriſtiana religio ſuo robore conſiſtit, & magis ac magis dilatabitur, dum ingentia bella ſopientur? Si veterum repetas hiſtorias, paſſim futura auſpicia conſiderare licebit, quibus ut primum eorundem Regum Illuſtrium diſſentiones in amicitiam convertentur. Intelligere poſſumus, fidem Katholicam proinde maxima debere ſuſcipere incrementa: denique Eccleſiam ſanctam & ſacrum Imperium ſuis juribus poſſe conſiſtere. Verumtamen unum ſingulari gaudio noſtris deſideriis præeſſe dinoſcatis, Excellentiſſime Princeps, ut tua hæc opera pro totius orbis ſalute procedant. Nam non ſolùm erit tuum nomẽ etiam apud poſteros continuè glorioſum, ſed penitus admirabile. Quis enim unquam, ut vetera recenſeamus, tanta ſollercia ac diſciplina pro ſingulorum quietè laboravit?

Multi,

Multi quidem armis, multi reliquis factionibus, quò ſuum imperiom extenderent, inſudarunt: tu verò, Princeps clemeotiſſimæ, id pro tuo Imperio deligis, ut alii legitimè & quietè imperare valeant, prorſus invigilas. Itaque ſi te ſuprema dignirate decorarum aſpicimus, non minus Regali diſplicina imbutum, & apud omnes ſumma devotioue veneratioueque receptum intelligimus. Deum etiam ſupplices * oramus, elevatisque ad eum manibus † exoramus, ut de ram ſaluberrima pace & ab omnibus pariter concupita Celſitudo tua hominem ampliſſimum: nos verò ſuaviſſimæ ſpei, quam in ea pacetuis mediantibus ſtudiis habemus, intentum feliciter conſequamur.

* *mſ. exoramus.*
† *mſ. exortamus as.*

Cæterùm, Glorioſiſſimæ Princeps, ſi ab hujusmodi concordiæ tractatu ab intimis tui regreſſum deſideriis remperavimus, inſidet tamen ſemper cordibus noſtris reviſendæ tuæ Serenitatis inexplicabilis affectatio, quò tandem pro univerſalis Eccleſiæ unitate atque reformatione, quæ inſtat, perficere valeamus, itque etiam ſacrum iſtud Concilium ſolidiùs conſervetur. Proinde quantum noſtræ exhortationes apud tuam manſuetudinem valituræ ſunt, obſecramus ut peractis (& ô utinam feliciter, ut ſperamus) cum illis inclitis Regibus tractatibus, quantocius eadem Serenitas revertatur. Nec enim facile dictu eſt, quanta rua præſentia commoda, qualemve jocundiratem omnibus afferret, quantumque ex ea hoſtibus & pacis detractoribus timoris emerget. Et ut paucis agamus, cùm venerit tua inclita Celſitudo, cuncta proſperè, cuncta quietè ſuccedent. Præcipuè autem vidaris, Katholice Princeps, ne dum te abeſſe contigerit, in arduis rebus aliud agamus. Nos, qua tuis maximè deſideriis annuere cupientes, prout & hactenus geſtum eſt, ita in futurum curabimus, ne quid grave & magnum decernatur ac fiat intenri ſemper, quantum licebit, ſingula tuæ Celſitudinis vota cunt omni ſtudio manſuetudineque tractare. Datum Conſtantiæ, VII. Kalend. Julii.

Concilium inviro & abſente Imperatore nihil promittit decernere.

AVISAMENTA
CONSTANTIENSIA

Ann. Chriſti 1416.

Per Deputatos Provinciarum Nationis Germaniæ concepta in Concilio Conſtantienſi, & poſteà per Deputatos ejusdem Nationis audita, ſuper materia Apoſtolicarum reſervationum, & collatione beneficiorum hactenus per Summos Pontifices & Ordinarios Collatores practicanda, &c.

Capitulum I.

IN primis ad tollenda illa ſcandala, quæ hactenus ex diminutione divini cultus Simoniacæ extorſionis pecuniarum, ambitione & cupiditate proventuum Eccleſiaſticorum beneficialium, & poſſeſſionum eorum deſolatione acciderunt in Eccleſia Dei, &c. Pro illorum ſcandalorum materia reſecanda videtur, quòd per hoc ſacrum generale Concilium tolli, auferri, & revocari debeant reſervationes omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, tàm majorum quàm minorum, quæ ſaltem in corpore juris non clauduntur, ut ſunt videlicet illæ, quæ introductæ ſunt in exiſtentia ad regimen, aut per quaſcumque regulas Cancellariæ, &c. quòd hujusmodi reſervationes futuris temporibus nullatenus per quemcumque Summum Pontificem fiant ſine declaratione, authoritate, conſenſu, & approbatione Concilii generalis.

Cap. II.

Item tollatur hæc nimis exorbitans abuſio, quam ſibi Domini Cardinales velut pro lege ſervare conantur, videlicet quo bona Eccleſiaſtica quæcumque per Cardinales obtenta, ſi illa vacare contingat, quòd aliis quàm Cardinalibus conferre non debeant. Quod utique magnum incouveniens eſſet in Eccleſia ſancta Dei: quia inrroduceret præciſè acceptationem perſonarum, quam ſupremus Monarcha in Eccleſia triumphante non admittit. Item, quia id officium dominorum Cardinalium eſt, Summo Pontifici, cui univerſalis ſolicitudo Eccleſiæ Dei commiſſa eſt, ſecundum ſuas partes aſſiſtere, & in agendis rebus conſilium dare, cújus occaſione veriſimiliter continget, ipſos non niſi in curia Romana decedere, & ex eorum deceſſu ſua beneficia dictorum Dominorum Cardinalium, per ipſos jam obtenta, in curia perpetuarentur, in magnum detrimentum illorum beneficiorum & ſuarum poſſeſſionum, & (quod pejus eſt) divini cultus, & Chriſti fidelium animarum, illa ad ſua remedia & Dei laudem frequentandam inſtituentium: ſtatuat hoc generale Concilium, quòd Domini Cardinales, habentes Eccleſiaſtica beneficia, de facto illa obtineant, ſi ſaltem velint, quamdiu vivant: ſicque ipſis decedentibus vacare cenſeantur Ipſis Ordinariis Collatoribus, non obſtante c. *licet ſtatutum*, & cap. *præſenti, de præſenti*, lib. 6. ſicut ſi ipſi ex Romana curia deceſſiſſent.

Rom. 2. v. 11. & c. 10. v. 11. Iacob. 2. v. 1.

2. Et præfatorum Dominorum Cardinalium numero reducto, ſecundùm quod in aliis reſervatoriis articulis eſt aviſatum, nulli Cardinalium tunc inanteà aliquod beneficium Eccleſiaſticum, majus aut minus, detur vel aſſignetur, cui in propria perſona præeſſe, aut ipſum regere non valeat: ſed ipſi ſicut

pro

Reformat. Sigiſmundi c. 8. §. 2. ** hanc vocem addidi ſenſu exigente.*

pro commuoitate totius laborent Eccleſiæ, ita ipſis ſecundùm decentiam ſtatus eorum de omnibus fructibus Cameræ Apoſtolicæ, aut de regnis aut provinciis Chriſtianitatis diſtinctis provideatur, ſic quòd quilibet annuatim pro decentia ſui ſtatus ſervandi, cum debita moderatione & ſuperfluorum amputatione, habeat III. vel IV. * milia florenorum: ſecundùm quod huic ſacro Concilio pro ſalubri remedio contra faſtus, pompæ, ambitionis, cupiditatis, & voluptatis morbos (qui à talibus Apoſtolorum Chriſti ſucceſſoribus debent eſſe longè remoti) viſum fuerit expedire.

Cap. III.

** vulg. & prout.*

ITem ſtatuatur & ordinetur, quòd in omnibus beneficiis electivis, ſive ſint Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Primiceriatus, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, aut alia electiva beneficia inferiora, ſerventur jura de electione & apoſtolatione in corpore juris contenta, cum omnibus eorum capitulis, * prout polita & ab antiquo per ſanctos Patres practicata ſunt, quæ etiam beneficia electiva ſub quacumque expectativa gratia cadere non debeant: ſic tamen, quod illæ electiones, quotiens occurrerunt faciendæ, poſtquam factæ ſunt, per immediatos ſuperiores ſecundùm formam juris examinentur, & canonicè factæ confirmentur: & quòd nullo modo liceat Summo Pontifici quicquam in contrarium attentare, præterquam in electis ſibi immediatè ſubjectis, de quibus habebit prohibere; vel niſi contingat in præmiſſis quicquam contra formam juris factam aut eſſe quomodolibet attentatum, quo ſicut ad id tenetur, ita ſibi liceat taliter acta vel attentata retractando ſive in melius ordinando reformare, cum poteſtate corrigendi vel puniendi tranſgreſſores.

Cap. IV.

ITem quia ſecluſis beneficiis electivis, de quibus in proximo capite mentio facta eſt, reliqua beneficia Eccleſiaſtica, quæ ſaltem non ſunt de jure patronatus Laicorum, ſunt adhuc in duplici differentia. Nam quædam ſunt minora, ut quæ taxam decem marcarum argenti puri non excedunt: alia ſunt, quæ communi æſtimatione hujusmodi taxam excedunt.

Cap. V.

† fort. altariſtæ.

ITem quædam minora beneficia ſunt, quæ continuam perſonalem reſidentiam, & continuum exercitium divini officii requirunt ſic, ut quaſi manualia cenſeantur. Idcircò ut ſecundum valorem beneficiorum fiat moderatio talis, ut magis idoneis & benè meritis majora, & minùs benè meritis minora beneficia, ſecundùm æqualem juſtitiæ diſtributivæ regulam, quod meliùs fieri poterit, conferantur; ſtatuit & ordinet hoc ſacrum Concilium, quod ſub gratiis Apoſtolicis in forma ſpeciali conceſſis nullatenus omni cadere debeant beneficia memoria, quæ videlicet taxam decem marcarum argenti non excedunt, vel continuum requirunt exercitium divini officii; ut ſunt Vicariæ, Capellaniæ, † Altariſtæ, & Præmiſſariæ tàm Cathedralium quàm Collegiatarum Parochialiumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Conventuum ac Hoſpitalium: & ex adverſo ſub gratiis in forma pauperum conceſſis non cadant beneficia majora, quæ taxam videlicet decem marcarum argenti puri excedent. Et ſi quæ ſignaturæ gratiarum ſecus factæ reperiantur, careat impetrans commodo literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum: & acceptiones & proviſiones, ſuper talibus confectis literis factæ, ſint irritæ, caſſæ, & ipſo jure nullæ.

Cap. VI.

Aviſam. Mogunt. c. 7. Gravam. Germ. Nat. c. 5. Epit. Pragm. Sanct. c. 3. § 6.

ITem diſponat & ordinet hoc ſacrum Concilium, quòd Summus Pontifex futuris temporibus quemcunque Ordinarium Collatorem gravare non habeat, neque debeat, niſi per unicam Apoſtolicam expectativam in forma ſpeciali ad beneficia majora, quæ taxam decem marcarum argenti puri, ut præmittitur, excedent: & ſimiliter non niſi per unicam Apoſtolicam expectativam in forma pauperum ad beneficia minora, ut præmittitur. Et ad cavendum multitudinem per variam importunitatem quandoque impetrantium, ut ſingulis gratiis expectativis, ſecundum diſpoſitionem juris communis antiqui, ponatur hæc clauſula: SI PRO ALIO SUB TALI FORMA VEL GRATIÆ SPECIALIS, VEL IN FORMA PAUPERUM, SIT IPSO JURE NULLA. Sic ſimiliter de tertia parte & ſequenti, nec non omnia inde ſecuta nullius ſunt roboris vel momenti. Caveatur autem in omnibus, quòd executores Apoſtolici, ſecundùm tenorem literarum Apoſtolicarum, non declarent illos ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia habiles & idoneos, niſi qui diſtricto examine tales de facto reperiuntur.

Cap. VII.

Aviſam. Mogunt. c. 8. per totum, Epitom. Pragm. Sanct. c. 3. §. 10.

ITem, quòd ad providendum univerſali Eccleſiæ Dei, quæ contra infideles, Hæreticos, ſchiſmaticos, & bonorum morum everſores, maximè indiget viris literatis & in ſcientia eruditis, qui in generalibus ſtudiis & aliis patrimonia ſua & labores ſuorum conſumunt proventuum, & quibus forſitan per ordinarios eis ignotos minimè vel ſaltem tardiùs provideretur: ſtatuat & ordinet hoc ſacrum Conci-

Concilium, reſervandi pro viris literatis quartam partem omnium Eccleſiaſt. beneficiórum majorum, videl. quæ taxam decem marcarum argenti videantur excedere, ſic videl. ut in qualibet Eccleſia Cathedrali quarta pars Canonicatuum & præbendarum reſervetur pro Doctoribus ſacræ Theol. Juris Canonici & Civilis, aut Licentiatis in eisdem. In ſingulis verò Collegiatis Eccleſiis, quæ ſaltem præbendas majores & dictam taxam excedentes habent, ſimiliter quarta pars Canonicatuum, præbendarum, pro dictis Doctoribus, Licentiatis, aut in Medicina Doctoribus, Magiſtris in artibus: ac in dictis facultatibus Theologiæ, Juris Canonici, Civilis, & Medicinæ Baccalaureis, reſervetur. Et ita de quarta ſimiliter cujuscunque alterius ordinarii collatoris, ſic quòd ad illam nominatam quartam partem talium majorum beneficiorum omnium Ordinariorum, poſt dictorum beneficiorum vacationem, ſint manus clauſæ, ſicut per Decreta Summorum Pontificum hactenus fuerunt per unum menſem, per quem dicti Ordinarii Collatores expectare, & præfati Doctores, Licentiati, Magiſtri, & Baccalaurei venire, & ut recipiantur inſtare, teneantur. Quòd ſi tales non venerint infra menſem, nec ut recipiantur inſtent; aut forſitan inſtent, & dicta beneficia deſervire non velint; aut ea etiam deſervire volentes alias forſan ſint inhabiles, & inidonei: tunc liceat Collatoribus Ordinariis dicta beneficia vacantia aliis perſonis idoneis, etiam non graduatis, iſta vice conferre, ſic tamen quia in aliis futuris vacaturis beneficiis de dicta quarta parte exiſtentibus, præfatis Doctoribus, Licentiatis, Magiſtris & Baccalaureis nullum præjudicium generetur: [a] collationes verò ſecus aut aliter factæ, ſint ipſo jure nullæ. Et nihilominus Collatores ſecus ſeu in contrarium Eccleſiaſtica beneficia conferentes, eo facto ſuſpenſionem à collatione etiam aliorum beneficiorum, ſi quæ ultrà conferre haberent, & à fructibus ſuorum beneficiorum, ratione quorum hujusmodi eis collatio debetur, per triennium ſint ſuſpenſi: & ultra hæc talia tam apud Collatorem quàm apud eum, cui ſecus proviſum extitiſſet, in proxima vel in Provinciali vel Epiſcopali Synodo, & ſecundum ejus determinationem corrigantur & reformentur, quod cæteris cedat ad exemplum.

[a] al. collationes.

Cap. VIII.

QUod in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio non ſolùm Epiſcopi & Principales infulati Abbates habere debeant voces judicativas & diffinitivas, ſed Epiſcoporum & Abbatum, nec non Capitulorum, & Univerſitatum ſtudiorum Procuratores, Monaſteriorum & Conventuum Præceptores, Generales, Miniſtri, Provinciales, & Priores, Magiſtri, Doctores, & devotorum Chriſti fidelium Oratores, ex ſubſequentibus videtur apparere, &c.

AVISAMENTA CONSTANTIENSIA,

Bedencken der Stände des Röm. Reichs

über

deß Bapſts und der Geiſtlichen Eintrag:

Erſtlich durch die Verordneten von den Provincen Teutſcher Nation im Concilio zu Conſtantz verfaßt/ hernach von den Deputirten gemelter Nation angehört/ und Ihrer Majeſtät Keyſer Sigmunden ꝛc. zu exequiren übergeben.

ANNO DOMINI M. CCCC. XVI.

Cap. I.

ERſtlich und zuforderſt iſt vonnöthen/ daß alle Aergernus/ ſo biſher zu Minderung und Abgang deß Gottesdienſts in der Kirchen Gottes fürgefallen/ abgeſchafft werden/ als da ſind die Simoniſche Geldforderung/ Ehrgeitz/ Pfrund- und Kirchen-Güter-Sucht/ und der Kirchen-Lehen Oedung in Verlaß deß Beſitzes/ ꝛc. zu abſchneiden ſolche ſcandaln und Aergernus wird für gut angeſehen/ daß durch dieſes heilige General-Concili abgeſchafft/ aufgehebt und widerrufft werden die Reſervation aller und jeden Kirchen-Lehen/ ſo wol der gröſſern als der kleinern/ die in corpore Juris nicht beſchloſſen ſeynd: als nemlich/ die eingeführt worden in exiſtentia (wie ſie reden) ad regimen oder durch einige regulas Cancellariæ, &c. daß dergleichen reſervationes zukünfftiger Zeit keines wegs einigen Bapſt nicht geſtattet noch zugelaſſen ſollen ſeyn ohne Erklärung/ Authorität/ mit Wiſſen und Bewilligung eines General-Concili.

Gottesdienſt der Kirchen geſchwächt durch der geiſtlichen Simoney und Aergerniß.

Wie die zu verhüten.

Reſervationes quæ in corpore juris non comprehenſæ, abſchaffen/ und dem Bapſt nicht mehr geſtatten.

Cap. II.

Beneficia Eccleſiaſtica per Cardinales obtenta, illis decedentibus, ad ordinarios Collatores revertantur.

Item ſol abgeſchafft werden der ſehr groſſe Mißbräuch/den in die Herren Cardinäl gleichſam für ein Geſatz und Gerechtigkeit unterſtehen zu halten/ durch den nemlich die Kirchen-Lehen einmahl von den Cardinälen erlangt/wann es zu Fall kommt das ſie ledig werden/niemands andern als den Cardinälen ſollen verliehen ſeyn. Welches warlich ſehr grob und ungereimt zu ſeyn in der heiligen Kirchen Gottes ſcheinet: weil es begreifflich einführet die Anſehung der Perſon / welche der öberſte Monarch in der triumphirenden Kirchen kurtzumb verbotten und unzuläſſbarlich halten ohne allen Unterſcheid befilcht. Darnach / weil diß der Herren Cardinäl Ampt iſt/ daß ſie dem Bapſt/ dem der Kirchen Gottes allgemeine Sorg befohlen iſt/ ſo viel ihren Theil betrifft und ausweiſet/ auffwarten und in Handlung der Sachen zu Rath ſitzen. Durch welchen Anlaß und Urſach leichtlich/ja (die Warheit zu ſagen) faſt allezeit ſich begeben mag / daß ſie / als an dem Römiſchen Hof / nirgend anderſtwo verſcheiden/ und alſo nach ihrem Abſterben die Kirchen-Lehen allein zu Rom vacien und ledig würden. Derhalben/ damit die Kirchen-Lehen/von genanten Herren Cardinälen allbereit erlangt und eingenommen/zu Hof nicht hangen und kleben bleiben/zu groſſem Schad und Nachtheil der Güter und ihrer Beſitzung / und (das noch ärger iſt) deß Gottesdienſt/ und aller Chriſtgläubigen Seelen / von denen ſie zu ihrer ſelbſt Heyl und Wolfahrt / und zu preiſen Gottes Lob geſtifftet / ſo ſol diß General-Concili ſtatuirn und ordnen/ daß die Herren Cardinäl / die Kirchen-Lehen inhaben / dieſelbigen mögen / ob ſie wöllen / die Zeit ihres Lebens de facto behalten : aber nach ihrem tödlichen Abgang für vacirend und ledig erkennt werden / und den ordentlichen Collatorn zu diſponirn heimgefallen / ohne Hindernuß deß cap. licet ſtatutum, und cap. præſenti, De Præbendis, lib. 6. in Geſtalt als geſchech / wann die Herren den Römiſchen Hoff quittirt und davon abgezogen.

Cardinäl ſollent ihren Pfruenden ſelbſt vorſtehen und die verſehen. Cardinälen ſol von der Bäpſtl. Cammer/ oder aſſignirten Provincen der Bäpſtl. Cammer abgezogen/ verſehung geſchehen.

2. Und nachdem die Zahl vorgedachter Herren Cardinäl reducirt und in gewiſſe Summ gebracht iſt/ als in andern Capiteln ſo hie vorbehalten ſeynd/ aviſirt wird/ ſo ſol fürohin keinem Cardinal einiges Kirchen-Lehen/ ſey groß oder klein/ nicht gegeben noch verliehen werden/ es ſey dann Sach/ er wiſſe ihm in eigner Perſon vorſtehen und daſſelbige verwalten: ſondern weil ſie für die Gemein der gantzen Kirchen arbeiten / ſol ihnen auch nach Würde ihres Standes von allen Früchten und Einkommen der Apoſtoliſchen Römiſchen Cammer/ oder von jedem Reich und Provintz der Chriſtenheit Provision und Fürſehung beſchehen / alſo daß ein jeder jährlich / zu erhalten die Würde ſeines Stands/ mit ſchuldiger Mäſſigung / und Abſchneidung deß Uberfluß/ habe iij. oder iiij.* Floren/ nachdem diß heilig Concilium / zur heilſamen Artzney wider die Kranckheiten deß Stoltzs / Pomp/ Prachts / Ehrgeitzs / Begierd und Wolluſts (die von ſolchen Nachkömmling der Apoſteln Chriſti feer ſeyn ſollen) nutzlich zu ſeyn für gut angeſehen wird.

Cap. III.

Cardinälen Laſter und ergernüß zu verhüten. Beneficia Electiva ſollen ihre jura electionis und apoſtolationis behalten.

Item ſol ſtatuirt und geordnet werden / in allen geiſtlichen Lehen/ſo durch die Wahl verliehen werden/ als da ſind Patriarcheyen/ Primateyen/ Ertz-Biſthum/ Abteyen/ Probſteyen/ Primicereyen/ Prioreyen/ Ertz-Helffereyen/ Ertz-Prieſtereyen/ Dechaneyen/ oder anderen/ ſo durch die Wahl geſchehen/ geringere Lehen/ all Recht von der Wahl von Apoſtolation in corpore Juris begriffen ordenlich zu behalten und obſervirn/ mit allen ihren Capiteln/ wie ſie geſetzt und von Alters her durch die heilige Vätter practicirt worden ſeynd.

Beneficia Electiva non debere cadere ſub gratia exſpectativas, Bapſt ſol nicht macht haben darwider zu handeln.

2 Es ſollen auch die Lehen/ſo durch die Wahl gegeben werden/ unter keiner exſpectativa gratia (wie ſie pflegen zu reden) oder Gnadwartung nicht fallen / doch mit dem Verſtand/ daß ſo offt es ſich begeben würd eine Wahl zu thun / nachdem dieſelbige beſchehen iſt / ſol ſie von den / die ohne Mittel Oberſten ſeynd/ nach Form deß Rechtens examinirt werden/ und/ wo ſie Canoniſch geſchehen/ confirmirt und beſtetiget. Und ſol dem Bapſt keines wegs geſtattet noch zugelaſſen ſeyn etwas darwider zu thun oder fürzunehmen / ausgenommen / wann die Erwehlten ohne Mittel ihme unterworffen ſeynd. Dann ſolche Wahl hat er Macht / ſo er will/ zu verhinderen. Oder auch wo in vorgehender etwas wider Form deß Rechtens wäre gehandelt oder einerley Weiß fürgenommen worden/ ſol ihme vergünſtiget ſeyn / nach ſeinem Ampt und Beruff / dergleichen That und Fürnehmen zu retractirn und verhindern/ oder auch in beſſere Ordnung reformirn/ mit vollkommner Macht und Gewalt die Ubertretter nach Geſtalt der Sachen zu züchtigen und ſtraffen.

Cap. IV.

Beneficia Eccleſiaſtica, quæ non ſunt de jure patronatus Laicorum, eſſe vel minora, vel majora.

Item nachdem nun die Kirchen-Lehen / ſo durch die Wahl verliehen werden / in Geſtalt und Maß / wie in vorgehendem Capitel angezeigt / ausgeſchloſſen / iſt überig die andern Kirchen-Güter auch zu betrachten/ ſonderlich die/ über welche das jus patronatus die Layen nicht haben. Und dieſer ſind auch zwey unterſchiedliche. Dann etliche ſind klein / die über zehen Marck lötiges Silbers nicht taxirt werden: etliche aber werden durch gemeinen Schlag über gemelten Tax geſchätzet.

Cap.

Digitized by Google

Cap. V.

Beneficia minora, quæ continuam perſonalem reſidentiam requirunt, concedenda ſecundum juſtitiam diſtributivam: Nec cadere ſub gratiis Apoſtolicis in forma ſpeciali conceſſis.

ITem/ etlich unter den geringen Lehen ſeynd alſo beſchaffen/ daß ſie die Perſon allezeit wöllen gegenwärtig haben/ und ohn Unterlaß die Ubung deß Göttlichen Ampts erfordern: daher ſie auch zu Latein beneficia manualia, das iſt (alſo zu reden) Handlehen genennt werden/ weil die Lehens-Perſon bey handen und zugegen ſeyn ſoll. Derwegen/ damit nach Wehrung der Lehen ein ſolche Moderation angeſtellt werde/ daß den tauglichern und beſſer Verdieneen die gröſſere/ den minder Verdienten aber die geringere Lehen/ nach dergleichen Regel und rechten Richtſchnur der Gerechtigkeit/ ſo in Lateiniſcher Sprach Juſtitia diſtributiva genahmſet/ verliehen werdend/ ſo ſoll diß heilige Concilium ſtatuiren und ordnen / daß unter dem Titul der Apoſtoliſchen Gnaden in forma ſpeciali einem gegeben fürohin zu ewigen Zeiten kein Kirchen-Lehen mehr fallen ſoll/ das über zehen Marck Silber nicht taxiet iſt/ oder das ohnunterläßliche Ubung deß Göttlichen Ampts erfordere: als da ſeynd Vicarey/ Capellaney/ Altariſtey/ Frühmeſſerey/ ſo wol der Thum-Kirchen als Chor-Stifften und Pfarr-Kiechen/ Klöſter/ Conventen und Spitälen. Und hinwider das auch unter dem Titul der Gnaden in forma pauperum (wie ſie ſprechen) wegen Armuth verliehen keines wegs fallen die gröſſere Lehen/ ſo höher als zehen Marck löhtiges Silbers geſchätzt ſeynd. Und ob Gnaden-Siegel dartwider gemacht ſich finden lieſſen ſoll/ der ſie erlangt/ allee Krafft und Würckung der Apoſtoliſchen Brieff darüber zu machen beraubet / auch alles einnehmen und Proviſion über ſolch gemachte Beieff beſchehen ungültig/ caſſirt/ und an Rechten nichtig ſeyn.

Beneficia majora non cadere ſub gratiis in forma pauperum conceſſis.

Cap. VI.

Privilegia/ Siegel und Brief darüber vom Bapſt gegeben unkräfftig.

ITem ſoll diß heilig Concilium diſponiren und ordnen/ daß der Bapſt nunmehr in künfftiger Zeit einigen ordinari Collatorn nicht habe/ er ſey Geiſtlich oder Weltlich/ zu beſchweren noch ſolle beläſtigen als durch ein einige Apoſtoliſche Gnadwartung in forma ſpeciali gegeben auf die gröſſere Lehen/ ſo in dem Tax zehen Marck pur lötiges Silbers/ wie vor geſagt iſt/ übertreffen. Deßgleichen auch auf die geringere Lehen ſoll er nicht mehr als ein einige Apoſtoliſche Gnadwartung in forma pauperum, wie obſtehet/ zu langen Macht haben. Und zu verhüten die Menge derjenigen/ ſo durch mancherley Practig und Ungeſtümmigkeit bißweilen ſolche Brieff erlangen/ ſoll jedern Gnadenwartungs-Brieff nach Diſpoſition deß gemeinen alten Rechtens dieſe Clauſul einverleibt werden: Si pro alio ſub tali forma, vel gratiæ ſpecialis, vel in forma pauperom, ſit ipſo jure nulla. In Krafft welcher Clauſul ſoll auch vom dritten Theil und dem nachſolgenden/ und allem was daraus entſprungen/ gehalten werden/ daß ſie ſeynd Krafft- und Machtloß und gantz und gar nichtgeltig.

Papæ non liceat gravare Ordinarios Collatores gratiis expectativis in forma ſpeciali ad majora. Neque in forma pauperum ad minora beneficia, unâ in utroque caſu unius Collatoris & ſemel excepta:

Cap. VII.

ITem / weil die allgemeinen Kirchen Gottes wider die Ungläubigen/ Ketzer/ Abtrennigen/ und die in ärglichen Sitten leben / hoch und ſehr vonnöthen iſt gelehrter und geſchickter Leut / die auff Hochenſchulen und andern Orten ihr vätterlich Erb / Haab / Gut und Einkommens haben verſtudirt/ und vielleicht von den ordinari Collatorn/ als unbekandte/ keine oder doch gar zu ſpäte Proviſion erlangen: ſolchen zuvor kommen ſol diß heilig Concilium ſtatuirn und ordnen/ daß der vierdte Theil alles Einkommens von den Kirchen Lehen (verſtehe/ der gröſſeren/ ſo über zehen Marck Silber taxirt ſeyn) für die gelehrten Leut hinderſich ſollen legen und aufbehalten / alſo daß in jeder Thum-Kirchen der vierdte Theil aller Thum-Stifften und Pfründen aufgehebt werde für die Doctores und Licentiaten der heiligen Schrifft/ deßgleichen geiſtlichen und werntlichen Rechtens.

Gelehrter Leut Nothdurfft in der Kirchen.

2. Gleichesfalls in den Chor-Stifften/ welche gröſſere Pfründen/ und die genanten Tax überſchreiten/ habend/ ſol der vierdte Theil oon den Chor-Herren und andern Pfründen fürgemelte Doctores und Licentiaten der heiligen Schriffe und Rechtens: oder auch die Doctores der Artzney/ und Maiſter der freyen Künſten: oder auch für ein Baccalar in vorgedachten Facultäten der heiligen Schrifft / geiſtlichen und weltlichen Rechtens/ und der Artzney/ aufgehabt werden.

Doctores und Magiſtri, ſo ihr patrimonium verſtudirt/ wie die ſollen verſehen werden ex quarta Eccleſiarum.

3. Und dieſer Geſtalt und Weiß ſol der vierdte Theil aller und jeden andern ordinari Collatoen verſtanden werden.

4. Alſo daß zu dieſem genanten vierdten Theil aller ſolchen gröſſeren Ordioari Lehen nach gedachter Lehen Vacation die Händ ſollen beſchloſſen ſeyn/ als ſie dann aus Decret der Bäpſten bißher ein gantzer Monat geweſen/ in welchem gemelte ordinari Collatores warten / und vorgedachte Doctores, Licentiaten / Maiſter und Baccalär ſich herzufügen / und umb Aufnehmung anhalten ſchuldig ſeyn ſollen. Wo aber ſolche in Monats Friſt ſich nicht einſtelten/ und umb Aufnehmung anhielten: oder vielleicht anhielten/ wolten aber gemelte Lehen nicht mit Dienſt verſehen: oder ob ſie ſey ſchon mit Dienſt verſehen ſich anerbieten/ ſonſt vielleicht ungeſchickt/ untauglich finden lieſſend: alsdann ſol den ordinari Collatorn erlaubt ſeyn genante vacirende Lehen andern tauglichen Perſonen / die auch keinen Grad nicht haben / an dieſer ſtatt zu leihen: doch dergeſtalt/ daß in andern Lehen/ ſo künfftiger Zeit vaciren würdend / mehrgedachten Doctorn, Licentiaten / Maiſtern und Baccalärn / an gemeltem vierdten Theil kein Nachtheil entſtehe noch ihnen zu Schaden reiche. Die Collecten aber auf andere und wider dieſe Form geſchehen/ ſollen von Recht nichtig erkennt ſeyn.

Quarta quomodo & quando reſervanda Doctoribus & Magiſtris eſt petenda, non obtrudenda: At quidem idoneis atque dignis illis deficientibus, alios poſſe admitti etiam non gradatos.

5. Und

Sanctio.

5. Und nichts deſtoweniger ſollen die Collatores/die auf andere und widerſtreitende Weiß die Kirchen-Lehen verleihen/durch dieſe That nicht allein von den Verlichenen/ſondern auch von der Collatur anderer Lehen/ wo ſie mehr zu verleihen hätten/ und von allem Einkommen ihrer Güter/ umb welcher willen dieſe Collatur von ihn beſitzet und beherrſchet wird/ drey gantzer Jahr verſtoſſen/ und derſelben beraubet ſeyn. Und über das ſoll nicht allein der Collator/ ſondern auch derjenig/ ſo dergleichen ungebürende Proviſion angenommen oder ausgebracht im nechſten Provincial oder Biſchöfflichen Synodo/ nach deſſelbig Determination und Erkäntnus/ andern zu einem Exempel/ gezüchtiget und geſtrafft werden.

Cap. VIII.

Sententias judicativas & diffinitivas in Concilio liberas eſſe debere etiam minorum gentium & ordinum.

DAs in dieſem heiligen Concilio zu Conſtantz nicht allein die Biſchöff und Gefürſte Inſulirte Aebt ſollen ihre Stimm zu Recht und Urtheil haben/ ſondern auch der Biſchöff und Aebten/ deßgleichen der Capiteln und Hochenſchulen Procuratores, der Klöſter und Conventen Præceptores, Generales, Miniſtri, Provinciales, & Priores, Magiſtri, Doctores, und aller andächtigen Chriſtgläubigen Geſandten/ wird aus nachfolgenden kund und offenbar.

Illa deſiderantur.

Ann. Chriſti 1426.

CONRADI III. ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI, ELECTORIS ARCHICANCELLARII, ET VICARII S. R. IMPERII

EPISTOLA

AD EPISCOPUM AUGUSTENSEM

Qua eum vocat Moguntiam ad Comitia Imperialia.

CONRADUS ARCHIEPISCOPUS Moguntinenſis, &c. Reverendo in Chriſto Patri & Domino, P... EPISCOPO AUGUSTENSI, Amico meo cariſſimo, ſanctam & ſinceram in Domino caritatem.

Conventus Legatorum Electoralium Frizlariæ.

REverende in Chriſto Pater, amice cariſſime, convenientibus nuper Revereodorum in Chriſto Patrum & Dominorum, Ottonis Treverenſis, & Theoderici Colonienſis Archiepiſcoporum: & Illuſtrium Principum Dominorum, Ludovici Comitis Palatini, & Friderici Ducis Saxoniæ, &c. Coelectorum Principum noſtrorum & conſanguineorum dilectorum, atque noſtris ſecretariis conſiliariis ad hoc miſſis, in termino conventionis eisdem & Illuſtri Principi Domino Friderico Marchioni Brandeburgenſi, avunculo noſtro cariſſimo, ſacri Imperii noſtris Coelectoribus Principibus atque nobis in diem ſancti Clementis Papæ proximè præteritum deputato, Nobilis Johannes Comes de Lupfen Langravius in Stulingen, Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini SIGISMUNDI Romanorum, Ungariæ, Boemiæ, &c. Regis Domini noſtri gratioſi Ambaſiator ad hoc ſpecialiter deſtinatus, inter cætera per eundem Comitem præfatis noſtrorum Coelectorum Principum atque noſtris conſiliariis, dicti Domini noſtri nomine ibidem propoſita, de generali & victorioſo exercitu contra infideles Bohemos, Huſſitas perfidos, per præfatum Dominum noſtrum Romanorum Regem & ſacrum Romanum Imperium in futura æſtate inſtaurando, & dante Deo, cujus res agitur, feliciter dirigendo mandatum [a] apparuit atque mentem. Pro cujus votivi & in Domino dignis laudibus extollendi propoſiti conſummatione per præfatum Johannem Comitem dicti Domini noſtri Oratorem, Coelectorum Principum noſtrorum & noſtros Conſiliarios & amicos ad eandem conventionem, ut præmittitur, [b] deſtinatos, prælibati Domini noſtri Romanorum Regis, Principum Coelectorum noſtrorum atque noſtri parte, ibidem inter cætera indicta & deputata fuit Dominica dies poſt feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximè ſecutura in Moguntia pro generalis conventionis termino Ambaſiatorum memorati Domini noſtri Romanorum Regis ad hoc transmittendorum, ſacri Imperii Principum Electorum, noſtri, & aliorum Principum, Comitum, Baronum, & Communitatum pro hujusmodi inſtaoratione exercitus concluſione finaliter ſacienda. In cujus conventionis termino, in loco memorato, præfati noſtri Coelectores Principes atque, nos propriis in perſonis conſtitui volumus & debemus, niſi alicui noſtrum corporale (quod abſit) obſtiterit impedimentum.

Johan. Comes de Lupfen.

Exercitus contra Huſſitas.

a *leg. aperuit.*

Comitia Moguntiam indicta.

b *mſ. deſtinatum.*

Eſtque

Eſtque in præfata conventione dicti Domini noſtri Romanorum Regis mandato diffinitum, quòd conſanguinei noſtri memorati Domini, Otto Treverenſis, Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopi, atque nos, quisque ſingulos Epiſcopos Suffraganeos, confratres noſtros, ad nos & noſtras Metropoles civitates pertinentes, ad conveniendum unà nobiſcum in dictæ conventionis termino, præfati Domini noſtri Romanorum Regis atque noſtro nominibus cohortando invitare debeamus & teneamur.

Archiepiſc, Electores ſuos Suffraganeos ad Comitia voces.

Unde, Pater reverende & amice cariſſime, cùm hujusmodi Hæretici perfidi non ſolùm omnis religionis ritu calcato, ſed & humanitate abjecta in homines crudeliter [a] ſæviant, & naturam induti ferinam ultra blaſphemiam Domino & Sanctis ſuis per ipſos [b] inſævientes irrogatam humanum genus atrociter perſequantur, gladios ſuos in Chriſti fidelium occiſorum ſanguine inhumaniter inebriantes, prout mundus novit, & à veſtra notitia non credimus peregrinum, nec de reductione eorum adamante duriorum ad gremium orthodoxæ fidei ſpes aliqua habeatur, ſitque ob id ad tantæ contagioſæ arboris radices ſecuris Evangelica admovenda, & putredo foliorum tradenda flammis, ut eo igne, quo univerſum orbem conatur comburere, contrita in favillarum cineres redigatur.

Huſſitarum graſſatio.
a *mſ. ſevient.*
b *vel inſervientes.*

Vos igitur, amicum & confratrem noſtrum cariſſimum, noſtræ Metropoliticæ Sedis membrum præcipuum, quem ipſa Dei cauſa, quæ agitur, & rei neceſſitas, quæ imminet, ultra quàm noſtræ exhortationes, debebunt fortiùs inflammare, præfati Domini noſtri Romanorum Regis atque ooſtro nominibus, quantò ſinceriùs quantoque attentius poſſumus & debemus, requirimus in Domino & hortamur, quatenus cunctis veſtris agendis poſtergatis penitus ad prætatum conventionis diem, videlicet Dominicam poſt feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis glorioſæ ſubſequentem in Moguntia cum Domini noſtri Romanorum Regis Oratoribus, Principibus Electoribus, nobis, & aliis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, & Communitatibus, propria in perſona convenire & conſtitui, aut aliàs, ſi amicitiæ veſtræ in his corporale (quod abſit) obſtare contigerit impedimentum, veſtros celebres nuncios, pleno veſtro mandato ſuffultos, dignemini deſtinare, pro hujusmodi Catholicæ cauſa fidei pertractanda, pro dicto victorioſo exercitu inſtaurando, ac hujusmodi pernicioſam hæreſin conculcando, veſtram prudentiam, conſilia, opem, & auctoritatem Domino noſtro memorato, ſacri Imperii Principibus Electoribus, vobiſmetipſi, nobis ac aliis Chriſti fidelibus, tanquam firmis fidei tetragonis, ſalubriter impartiendo. Nec amicitiam veſtram ab his aliqua agendorum qualitas diſtrahat, prout adeò meritum & ab hominibus laudum præconia cupitis reportare. In eo nobis nihilominus gratiſſimæ amicitiæ oſtenſum indicium, per nos erga vos, dum occurrerit, ſinceris affectibus compenſandum, ejusdem veſtræ amicitiæ reſponſales litteras ſuper his expetentes nuncium per præſentem. Datum Fritzlariæ, decima die menſis Decembris, Anno &c. M.CCCC.XXVI.

Auguſtenſis ad Comitia veniat.

Electores & Principes in Comitiis ſore perſonaliter.

AVISAMENTA MOGUNTINA.

QUÆ TEMPORE BASILIENSIS CONCILII A STATIBUS IMPERII MOGUNTIÆ IN PUBLICO CONVENTU FUERE DELIBERATA.

Ann. Chriſti 1427.

Cap. I.

ANno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, Moguntiæ in materia declarationis animorum ſuper facto diſſenſionis in Eccleſia Dei exortæ, per Dominos Electores facienda, & de cautione facienda Nationi Germanicæ, de ſublatione gravaminum ejusdem Nationis, fuit aviſatum [c] in dieta inibi tenta circa feſtum Purificationis Mariæ Virginis, quòd cuicunque parti adhærendum eſſet, ante omnia provideri deberet, ne authoritas Conciliorum generalium infirmetur, & gravamina, quæ dudum præfatæ Nationis fuerunt illata, tollantur è medio, & contra ea caveatur in futurum.

c *al. indicta.*

Cap. II.

IN primis, quia Baſileæ hucusque non eſt nominatus aliquis locus pro futuro Concilio celebrando, juxta formam conſtitutionis frequens, ita quod jam non pendeat terminus alicujus Concilii; expedit, quòd ille, cui facienda eſt hæc adhæſio, omnes & ſingulas conſtitutiones olim in Conſtantienſi Concilio ſuper authoritate, honore, & reverentia ſacrorum generalium Conciliorum promulgatas approbet, recipiat, & provideat: & mox in eisdem literis Bullatis conficiendis ſuper præmiſſis promittat ſeu polliceatur, ſe Oecumenicum vel ſaltem generale Concilium indicere velle, quantocyus id fieri potuerit, in loco rebus gerendis accommodo, ubi perſonaliter, ſi poterit; alioquin ſi nequeat, per Legatos Apoſtolicos plena poteſtate fulcitos, Concilium ipſum proſequatur cum effectu. Promittat inſuper, operam ſe daturum, quòd in hujusmodi celebrando Concilio per Nationes procedatur, ſicut in prioribus Conciliis reperitur obſervatum.

2. Et

2. Et præmiſſa omnia videntur honeſtè & juſtè peri poſſe. Nam per hoc veritas prodibit io lucem, & illi, qui ex alia perte, ſeu ſub alis obedientia remanebunt, poterunt aptiſſimè nobis conſolidari. Papa etiam, cni adhærebitur, ex hoc authoritatem ſuam & Apoſtolicæ ſedis augebit & cnnfirmabit, quando videbitur ab omnibus ſynceritas ſua in factis Eccleſiæ Dei.

Cap. III.

ITem de præſenti non poteſt de loco vel de tempore ſpecificè tractari, neque poterit hoc alicujas arbitrio committi, ne alii fortaſſis indignentur, quaſi non ſit habita ratio commoditatis eorum, quantum ad ſitum vel aliam aptitudinem loci, & ideò non poterit oegotium, quo ad hoc, melius ſpecificari.

Cap. IV.

DEinde qno ad relevemen gravaminum, aviſatum eſt, quòd cùm dicta Natio plus cæteris nationibus ab Eccleſia Romana ſit honoranda, propter auxilia, quæ Eccleſiæ Romanæ multipliciter præſtitit, ac propter Imperium Romanum, cujus vis & poteſtas io eo conſiſtit, quòd Eccleſiem Romanam multis dotibus exornavit; ut illi, cui facienda eſt adhæſio, eidem Nationi in retributionem meritorum ſuorum pro ſe & ſucceſſoribus ſanctaque Sede Apoſtolica, de conſenſu Cardinalium, propris etiam manuum ſuarum ſubſcriptione ſubſequente conſtituat, otdinet, & in ſingulare privilegium concedat, per ſe & ſucceſſores ſuos perpetuis temporibus inconcuſsè ſervaodum, &c. ut inferius ſeriatim annotatur.

Cap. V.

IN ptimis ſiquidem caſſet, annullet, & irritet omnes & ſingulas reſervationes, tam generales quàm ſpeciales ſive particulares Eccleſiarum Metropolitanorum, Cathedralium, Collegiatarum, Monaſteriorum, dignitatum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, quibus pro electione provideri conſuevit, ſive per extravagantes *Ad regimen*, & *Execrabilis*, aut per regulas Cancellatiæ, ſeu quaſcunque alias conſtitutiones aut ordinationes introductæ ſint, reſervationibus in Corpore juris clauſis duntaxat exceptis. Et quòd hujuſmodi beneficia in corpore juris clauſa Romanus Pontifex infra unius menſis ſpacium, ab ipſius vacationis notitia computandum, conferre teneatur: deinde ia, cui collatio facta fuerit, eam infra tres menſes continuos ordinariè teneatur inſinuare. Si verò collatio vel inſinuatio ampliùs retardetur, [a] Ordinarli perinde habeant diſponere, ac ſi oulla reſervatio præceſſiſſet.

a l. ordinarii.

2. Beneficiis autem & dignitatibus electivis in corpore juris non reſervatis, juxta diſpoſitionem juris communis debitè provideatur, poſtulationibus etiam in diſpoſitione juris communis remanentibus.

Cap. VI.

ITem ſi Epiſcopus aut Abbas fuerit eligendus, convenient eligentes, audituri miſſam Spiritus Sancti: & confeſſi & contriti, ſuſcepta euchariſtia, ad eligendum ingrediantur. Et primò jurabunt in manibus Præſidentis Capituli, & rurſus Præſidens in manibus immediatè ſequentis, ſub hac forma: *Ego N. juro & promitto omnipotenti Deo, & tali Sancto vel Sanctæ, ſub cujus vocabulo dedicata eſt Eccleſia, eum eligere, quem [b] credo futurum Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus utiliorem; & non illi vocem dare, quem veriſimiliter ſeu vero promiſſione aut datione alicujus rei temporalis, ſeu prece per ſe vel alium interpoſita, aut aliàs qualitercunque directè vel indirectè pro ſe electionem procurare.*

b al. credunt.

2. Item juramentum præſtet, confiteaturque & communicet, qui conſtituit procuratorem ad eligendum certam perſonam: nec non & procurator conſtitui poteſt, quòd etiam juramentum præſtetur ab iis, in quos continget ſuper electione futuri [c] Epiſcopi vel Abbatis fieri compromiſſum: qui etiam confiteri & communicare teneantur. Quod ſi prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi ſunt ipſo jure poteſtate privati.

c al. Archiepiſcopi.

3. In inferioribus verò dignitatibus eligentes, ad confeſſionem & communionem nullatenus ſint aſtricti, ſed in aliis formam ſuperiùs traditam obſervare teneatur.

4. Finita autem electione, decretum electionis immediatè ſuperiori, ad quem jus pertinet confirmandi, præſentetur, qui in electionis negotio procedat, formam electionis, & electi merita, omneſque circumſtantias diligenter examinaturus, ita ut ſi electio confirmanda ſit vel infirmanda, judicialiter confirmatur vel infirmetur.

Epitom. Pragm. Sanct. cap. 1. §. 2.

5. Confirmatores autem ratione confirmationis nihil exigere, ſed neque etiam ſponte oblata recipere ratione confirmationis, ſub oomine ſubventionis, ſubſidii, gratitudinis, aut alio quovis exquiſito colore, prætextu conſuetudinis, privilegii, ſuperioritatis, aut reverentiæ, aut alia quavis ratione [e] præſumant.

al. confirmationes.
al. præſumat.

6. Nota-

6. Notarlis autem cæterisque miniſtris emolumentum moderatum taxetur, laborum & operarum habito reſpectu, non autem Prælaturæ valote.

7. Confirmationes aliter factæ ſint lpſo jute nullæ, & eonfirmantes ipſi confirmandi poteſtate ſint ea vice privati.

8. Electiones eutem & eonfirmationes (ut præmittitur) factæ, neqoe per Papam aut Sedem Apoſtolicam, ſeu tllius eut alia quavis authoritate infringi valeant ſeu quomodolibet impediri, niſi fortè in perturbetionem Ecclesiæ aut privetæ ſeu publicæ utilitatis electio aliqua vergere timeatur. Quo caſu Summus Pontifex, cùm ed ipſum confirmatio deleta fuerit, ſi talem urgentiſſimam cauſam ſubeſſe agnoverit, ea priùs maturè diſculſe, & parte plenè deſenſe, accedendo ratione Eccleſiæ Cardinalium vei majoris partis ſubſcriptione, cauſem hujusmodi veram ſufficientemque fore atteſtantium, tali electione rejecta, ad Cepitulum vel Conventuum remittat, ut infra competens tempus, juxta loci diſtantiam, ad aliam, ex qua talie evenire non formidentur, electionem ptocedant.

9. Omni autem caſu, quo electio per mediatum Superiorem fuerit confirmanda, remittatur conſecrandus aut benedicendus ad ſuum Superiorem immediatum, (*a*) nec præſens fuerit in Romana curia. Quo caſu poſt benedictionem aut conſecrationem ſimiliter temittatur, immediato Superiorl debitum juramenrum præſtiturus.

a *Videtur aliquid deeſſe.*

Cap. VII.

1. Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non ſolùm fines hujus ſacri Imperii: quod prædeceſſores noſtri, Germaniæ Principes, ob defenſionem ſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ, ſuo ſuorumque ſæpiùs effuſo ſanguine, per divinam gratiam, ſibi quæſierunt, ad Orthodoxam viam adductis, vel expulſis infidelibus, propagare: verùm etiam, ne qua hæreſeos labes aut ſuſpicio, in jam ſibi ſubditis Nationibus ſacroſanctam Religionem noſtram commaculet, ſummo ſtudio providere: [*] ac ſi qua jam oriri cœperit, eam omni ope, omnique cura, juxta normam, à Sancta Romana Eccleſia hactenus obſervatam, delere penitus & extinguere. Quod ſi quis alius è Majoribus noſtris, tantò Nos magis præſtare debemus, quantò Dei Opt. Max. immenſa benignitas Nobis plura Regna & Dominia, pluresque & magis bellicoſos populos, majoresque vires, quàm jam multis ſæculis alicui Principi, qui hiſce titulis ſit potitus, ad ſuæ ſanctæ fidei tutelam & incrementum, elargiri dignata eſt. Accedit, quòd quum ex paterno genere, è Chriſtianiſſimis Imperatoribus & Archiducibus Auſtriæ, Ducibusque Burgundiæ: Ex materno vero, Catholicis, Hiſpaniarum, Siciliæ, & Hieruſalem Regibus, ſimus orti: quorum omnium, pro fide Chriſtiana, res præclarè geſtas, nulla unquam delebit oblivio: Non ſine gravi conſcientiæ noſtræ onere, & perpetua nominis nota, quadamque veluti nebula, felicibus ineuntis Principatus noſtri auſpiciis offuſa, factum crederetur, ſi, quæ jam abhinc triennium pullulare in Germania cœperunt, novas quaſdam hæreſes, immò verius jam ſæpe olim per Concilia, & ſummorum Pontificum decreta, approbante Eccleſia, damnatas, & nunc denuò, veluti ab Inferis erutas, altiores jacere radices, ulla noſtra negligentia paſſi eſſe videamur.

Officium Romani Imperatoris & Germaniæ Principum.

** al. ac ſi*

Major Carolo V. quàm aliorum antea Imperatorum ad fidem obligatio.

2. Sanè, veſtrum neminem ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus, ab Orthodoxa fide longè alienis, quidam frater Martinus Lutherus, Ordinis S. Auguſtini, Religionem Chriſtianam, in hac præſertim Inclyta Germanica Natione, omnis infidelitatis & hæreſum perpetua oppugnatrice, ita inficere conetur, ut niſi maturè occurratur, tota hæc Natio, & deinde ſerpente contagione univerſa Chriſtiana Reſpublica, in abominandum ſchiſma, & bonorum morum pacisque, ac tandem deteſtandam ſui perniciem, prolapſura videatur. Quapropter, non immeritò commotus Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Leo X. Sacroſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ Summus Pontifex: ad quem fidem Catholicam, & Eccleſiæ Sacramenta curare ſpectat, prædictum Martinum à principio clementer & paternè monuit, & hortatus eſt, ut à nefandis hujusmodi inceptis deſiſteret, & jam ſparſos errores revocaret. Quod cùm ille neglexiſſet, & pejora ſemper prioribus adderet: idem Beatiſſimus Pater, ad opportuna, neque tamen inuſitata remedia procedere ſtatuit. Itaque convocatis ſæpiùs Reverendiſſimis

Lutherus à Leone X. Pontif. & à Carolo V. Imp. hæreſeos notatus.

Proceſſus juris contra Luth.

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Epiſcopis, ac aliis Prælatis, nec non Regularium ordinum Prioribus ſeu Miniſtris generalibus, accerſitisque pluribus ſcientia & probitate præſtantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diverſarum Chriſtianorum Nationum Doctoribus & Magiſtris: prædicto tamen Martino prius vocato ac citato, ac in contumacia perſiſtente, ipſius ſcripta, tam Alemanico quàm Latino ſermone ædita & ædenda, ut pernicioſa, & fidei unitatique Eccleſiæ contraria, authoritate ſua Apoſtolica, præfatorumque ad hoc accedente Cardinalium conſilio & aſſenſu, ac Epiſcoporum & Prælatorum, Doctorumque & Magiſtrorum matura deliberatione, damnavit, & ubique locorum comburenda, prorſusque abolenda cenſuit & decrevit. Martinum verò ipſum, niſi infra certum expreſſum terminum, à publicatione Decreti ſanctitatis ſuæ, mutata ſententia, ſe errores ſuos revocaſſe, & ad pœnitentiam rediiſſe, docuiſſet: ut inobedientiæ & iniquitatis filium, ut ſchiſmaticum & hæreticum ab omnibus evitandum, &, prout jura poſtulant, puniendum declaravit, ſub pœnia & cenſuris, quæ in Apoſtolicis literis, Bulla plumbea communitis, & ſuper hac re æditis, latiùs continentur. Quas ad Nos, utpote Chriſtianæ fidei verum & ſupremum propugnatorem, & Sedis Apoſtolicæ, ſanctæque Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ Primarium filium, & Advocatum, per ſuum, & dictæ Sedis ſpiritualem Nuncium & Oratorem, honorabilem virum nobis dilectum, Hieronymum Aleandrum, ejusdem Sedis Protonotarium, & Apoſtolicæ Bibliothecæ Præfectum, dedita ad hoc opera, miſit: petens atque requirens, ut pro officio ac debito Imperialis dignitatis, in univerſo primum Romanorum Imperio, deinde (quod Catholicum Regem & Chriſtianum Principem decet) in cæteris etiam Regnis, Dominiis, & Provinciis noſtris, & præſertim in Germania, præſtito in auxilium fidei Catholicæ brachio ſæculari, omnia & ſingula in jam dictis literis Apoſtolicis contenta, inviolabiliter obſervari, & executioni mandari juberemus.

Advocatus Eccleſiæ Roman. Imperator.
Hier. Aleander Nuncius Apoſtolicus.

Executio contra libros Luth.

3. Poſt quas quidem prædicto Martino factas à ſummo Pontifice, Monitionem, Vocationem, Citationem, & ipſius tandem Condemnationem, nec non præſentatas Nobis ejusdem Beatiſſimi Patris literas, Bullamque Apoſtolicam, per varia & diverſa loca Germaniæ publicatam, & noſtro juſſu & mandato, non ſolùm Lovanii in Inferioribus Dominiis noſtris: verùm & Coloniæ, Treveris, Moguntiæ, Leodii, executioni demandatam, tantum abfuit, ut idem Martinus reſipiſceret, errataque ſua revocaret, & petita abſolutionis venia, in gratiam cum Summo Pontifice & ſancta Eccleſia redire procuraret, ut etiam deteſtabiliores perverſi ingenii ſui fructus indies æderet, & perinde, ac in manifeſtam Eccleſiæ perniciem, furens rueret, complures acervatim libros, non modò novarum, ſed etiam à ſacris Conciliis olim condemnatarum hæreſum plenos: nec ſolum Latino, verum etiam, ut facilius vulgus perverteret, Alemanico ſermone à ſe compoſitos, vel ſaltem ſuo nomine æditos, ferè quotidie divulgaret: In quibus (bone Deus) obſervatum ab Eccleſia jam tot ſæculis, ſeptem Sacramentorum numerum, ordinem, uſum, diſſipat, confundit, deturpat: inviolatas Matrimonii leges, miris modis fœdiſſimè inficit: Extremam Unctionem cum Wicleпho fictionem dicit: Communicandæ ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ritum, ad damnata Bohemorum revocat inſtituta. At ſaluberrimam contaminatis peccato mentibus Confeſſionem primum ita involvit, ut confuſionem eam è Confeſſione fecerit, mox etiam magna in parte convellit: poſtremò, adhuc peiora ſe de ea ſcripturum minatur. Unde nonnulli jam (ut accepimus, quod vel auditu eſt intolerabile) ſumpta hinc occaſione, de Confeſſionis inſtituto & modo cœperint ſubdubitare: Alii mutilatam & truncam fecerint: Alii verò (proh ſcelus) & confiteri ipſi deſtiterint, & nequaquam eſſe confitendum publicè aſſerere ſint auſi. Porrò ſacerdotalem ordinem, & per quod ſacroſanctum Chriſti corpus ſanguisque conficitur, divinum illud munus claviumque cœleſtium poteſtatem, non ſolum viliſſimi pendit Lutherus, & Laicis puerisque, atque adeò fœminis ipſis, communia facit: ſed & eosdem Laicos, ad lavandas ſibi in Sacerdotum ſanguine manus, incitat. Ipſum verò ſummum noſtræ Religionis Sacerdotem, divi Petri ſucceſſorem, & verum in terris Chriſti Vicarium, non niſi infamibus & probroſis nominat verbis, & frequentiſſimis atque inauditis invectivis contumeliis, & blaſphemiis inſectatur. Liberum arbitrium prorſus nullum eſſe, ſed omnia certa lege ſtare, ex Manichæi quidem & Wiclephi penu depromit: ſed tanquam irrefragabili argumentu Ethnicorum Poëtarum carminibus confirmat. Miſſæ venerabile Sacramentum neque defunctis, neque vivis aliis, quàm ſoli celebranti ſuffragari ſcribit, Jejuniorum & Orationum inſtitutionem, & conſuetudinem, ab Eccleſia obſervatam, invertit & corrumpit.

Luth. contra Confeſſionem peccatorum.
Contra Ordinem ſacerdotalem.
Contra lib. arbitrium.
Contra Miſſam.

Contra Purgatorium.
Contra Eccleſiam militantem.
Contra Patrum authoritatem.
Contra magiſtratum & obedientiam.
Contra leges & canones.

4. De Purgatorio, & Animarum, quæ in eo expiantur, ſtatu, deque divini ſacrificii & veniarum ſuffragiis, quæ à nobis fideles defuncti expectant, cum Waldenſibus & Wiclephiſtis contra Eccleſiam ſentit. De Eccleſia verò ipſa militante, cum Pelagianis & Huſſitis. At ſanctorum Patrum authoritates & ſcripta, ab Eccleſia recepta, pro nihilo habet. Eſt ubi etiam ſæpe deridet, debitumque illis cultum & devotionem deterit & diminuit. Obedientiam, & Regimen omne prorſus tollit. Unde populi ad defectionem & rebellionem à ſuis, tam ſpiritualibus quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifeſto Chriſtianæ Reipublicæ diſcrimine, provocentur. Quinimò, quum vitam quandam ſolutam, licentioſam, atque ab omni lege explicatam, & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo, leges ipſas omnes damnat & contemnit, ut Decreta ſanctorum Patrum, & ſacros Canones, publico igni comburere non formidaverit: facturus pejora Civili juri, ſi non magis ſæculi gladium, quàm Pontificis excommunicationes & cenſuras metuiſſet.

Luth. contra Concilium Conſtantienſe.

5. Jam verò ſacroſanctis Conciliis palàm contradicere, & pro ſuo arbitratu detrahere, non erubeſcit. E quibus potiſſimum Conſtantienſe illud, quod cum perpetua Inclytæ Germanicæ Nationis gloria, pacem & tranquillitatem diſſidenti Eccleſiæ dedit: ita ubique mordet, & impuro ſceleratoque

que ore lacerat, ut in magnum oniverſalis Eccleſiæ dedecus & offendiculum, ſed Germanicæ præſertim Nationis opprobrium & ignominiam, Concilium ipſum nunc peſſime omnium erraſſe ſcribat: nunc Synagogam Satanæ quique in eo convenerant, & Joannem Huſſitam hæreſiarcham comburi juſſerant, Sigiſmundum utique fœlicis recordationis Imperatorem, & Sacri Imperii Principes, Antichriſtum, & ſuos Apoſtolos, homicidasque & Phariſæos, vocet. Quid, quod damnata in eodem Concilio omnia Joannis Huſſitæ errata, Evangelica & Chriſtiana eſſe, & ſe recipere, probaturumque profitetur: Approbatos vero ejusdem Huſſitæ articulos, nequaquam admittit. In tantamque prorupit mentis væſaniam, ut ſi ſemel Joannes Huſſita fuerit hæreticus, ſe plus decies hæreticum Martinus glorietur: homo usque adeo novarum rerum ac potiùs perditionis humanæ cupidus, ut nihil fere ſcripſerit, vel ſaltem ſuo nomine divulgaverit, cui non aliqua peſtis, aliquis lethalis inſit aculeus: præter illos libros, ne nominandos quidem, ob execrandam eorum materiam, ipſius tamen titulo æditos, & ab eo cum reliquis ut ſuos agnitos, quorum ſingula verba, ſingula venena meritò quis dicat. Et ne omnia, quæ innumerabilia ſunt Lutheri errata, ſingulatim percenſeantur, tanquam ſi hic unus, non homò, ſed Diabolus ipſe, ſub hominis ſpecie, ad perniciem humani generis, aſſumpta Monachi cuculla, quàm plurimorum hæreticorum damnatiſſimas hæreſes, jamdiu ſepultas, in unam ſentinam congeſſerit, & aliquas etiam noviſſime de ſuo excogitaverit, ſub ſimulata prædicatione fidei, quam ad prætexendos ſuos dolos, tam ſæpe, tantoque opere objicit: Fidem veram prorſus deſtruit, ſub libertatis, quam promittit, ſpecie: Diaboli jugum & ſervitutem inducit, & ſub Evangelicæ profeſſionis nomine, omnem Evangelicam pacem & charitatem, omnemque rerum ordinem, & pulcherrimam denique totius Eccleſiæ faciem invertere, labefactare, & penitus pessundare molitur.

Johannes Huſſ.

Lutheri ſcripta.

Lutheri dogmata.

6. Quibus omnibus per Nos, & conſilia noſtra omnium Nationum nobis ſubditarum, ſæpius & diligenter attentis & conſideratis, & præſertim in hac parte ab eodem Beatiſſimo Patre requiſiti: abs que inſigni macula noſtra, atque Orthodoxæ Religinnis injuria & detrimento, rem tanti ponderis negligere nequaquam potuimus, ut etiam non debuimus, neque voluimus: ſed potius prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Imperatorum, veſtigiis inſiſtentes, eorumque pro libertate Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ perpetuò laudabilia facta, ac pias & ſanctas, ſuper puniendis & exterminandis hæreticis, conſtitutiones obſervantes, convocatis ſæpius ad præſentiam noſtram, propter hoc præcipue, Electoribus: necnon univerſis ſacri Romani Imperii Ordinibus & Statibus, in hoc Wormacienſi Conventu congregatis, de eorum omnium & ſingulorum unanimi conſilio, matura deliberatione & conſenſu, in hanc tandem devenimus ſententiam & concluſionem; Ut quamvis hominem, ita à Summo Pontifice & Sede Apoſtolica condemnatum, & in ſua obſtinata perverſitate obduratum, atque ab uſu Catholicæ Eccleſiæ alienum, & notorium hæreticum audire, omni jure exceptum eſſet: tamen ad tollendam omnem cavillandi anſam (idque, quia nonnulli plerosque libros Martino aſcriptos, ipſius eſſe apertiſſime inficiebantur) complures audiendum à Nobis priùs hominem, quàm in eum ad executionem Pontificii Decreti ulterius procederemus, aſſeverabant, Martinum ſæpedictum, miſſo ad ipſum, dedita opera, uno è Caduccatoribus ſeu Præconibus & Heraldis noſtris, ſub libero huc veniendi & hinc recedendi ſalvo conducto, accerſiri juberemus: Quod & factum fuit. Non ut nos de hoc negotio judicaremus, aut cognoſcéremus (quum id dubio procul ad Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam pertineat) neque ut res ſacroſanctæ fidei noſtræ, nunc tandem, poſt tot ſæcula, per novas altercationes, cum magno fidelium ſcandalo & perturbatione, ac infidelium deriſione, in controverſiam revocari pateremur: ſed ut cum vulgi & plurimorum ita petentium ſatisfactione, hominis animum pereontantes, cum bonis monitionibus & ſuaſionibus, ad rectam ſemitam (ſi fieri poſſet) reduceremus.

Edictum Wormatienſe, omnium & ſingulorum Principum ac Statuum Imp. conſenſu conſtitutum.

Sententia & Concluſio Edicti.

7. Itaque Lutherum in noſtra, & ſacri Imperii Electorum, Principum, Prælatorum, & Statuum præſentia conſtitutum, juxta formam Imperialis mandati, ſuper hac re nuper æditi, interrogati juſſimus. Primum; Nunquid ipſe multos libros ſibi ob oculos adductos, & titulatim nominatos, & alios item, qui ſub ſuo nomine circumferuntur, compoſuiſſet. Deinde, an ea, quæ in ipſis libris contra ſacra Concilia, Decreta Patrum, ritus & conſuetudines, à noſtris majoribus ad hunc usque præſentem diem obſervatas, ſcripſerit, revocare vellet, & ad ſinum & unitatem univerſalis Eccleſiæ redire, adbibitis ad hoc noſtro & Imperii nomine admonitionibus & adhortationibus, quæ obſtinatiſſimum hominem (etiam lapide duriorem) emollire, & convertere potuiſſent. Qui ſane ſtatim libros ipſos antedictos ut ſuos agnovit, & confeſſus eſt, & nunquam ſe id negaturum proteſtatus: immo & adhuc alios ſe compoſuiſſe dixit, quorum copia, cum nobis non fuiſſet facta, idcirco in medium non fuerant allati. Quantum vero ad revocationem attinet, terminum ſibi ad reſpondendum dari petiit, qui quamvis merito negari potuiſſet, tum quia novitates & errores in fide nulla ſunt dilatione tractandi, ſed ſtatim penitus reſecandi; tum quia ex mandato noſtro ſibi legitimè inſinuato, necnon etiam literis, quas ad eum dederamus, optimè admonitus, quam ob cauſam vocaretur, non niſi ſtatim reſpondere paratus, ad tantum Imperialis Conventus conſeſſum venire debuiſſet: tamen ex noſtra clementia & benignitate, unius adhuc diei terminum ad reſpondendum ſibi dedimus. Quo elapſo, rurſus coram Nobis, & prædictis Ordinibus Imperii comparens, & ſimilibus adhortationibus ſæpiùs, ut ad cor rediret, efflagitatus, pollicentibus etiam nobis, ſi reſipiſceret, erroresque ſuos agnoſceret, & quæ in ſuis libris damnata & mala eſſent, revocaret: facile nos impetraturos, ut à Beatitudi-

Evocatio Luth. ſub ſalvo conductu. Interrogatus Luth. in publico conſeſſu Cæſ. & Prin. Imperii.

De revocando petiit Luth. terminum deliberandi.

Reſponſum Lutheri de non revocando.

ne Pontificis in gratiam benigne reciperetur, & adhibito fideli, æquo, & diligenti examine, ex ipſius libris, quæ mala ſcripſerat, ſecernerentur: quæ vero bona, Authoritate Apoſtolica approbarentur. Sed ne verbum quidem in ſuis libris mutaturum, imprudentibus ſimul & impudentibus verbis, oriſque & corporis geſtu, quodvis potius, quàm religioſum aut ſanum hominem præ ſe ferente, apertiſſime negavit. Quinimmo, in noſtram & ſacri Imperii faciem, Summorum Decreta Pontificum, & Concilia ipſa ſacroſancta, erraſſe ſæpiùs, & ſibi ipſis contradixiſſe, & tandem nullius apud ſe momenti fore, aſſeveravit: ſeque nihil ex his, quæ ſcripſerat, revocaturum, niſi evidenti ſibi ratione, & ſacræ ſcripturæ authoritatibus, ad ſuæ conſcientiæ animique ſatisfactionem & aſſenſum fuerit convictus: illud ſubinde repetens & inculcans (quo fraudum ſuarum virus, jam multis detegi cœptum, occultaret) conſcientia ſibi illæſa & integra neque velle ſe, nec poſſe verbum Dei immutare. Mala mens, malus animus. Quaſi vero Nos id ab eo peteremus, ut verbum Dei immutaret, ac non potiùs, ut juxta verbum Dei verum, ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, à qua tam impiè quàm turpiter defecerat, rediret. Cujus authoritatem, quum tantam voluerit eſſe Dominus, idemque Deus noſter

Matth. 18.

Jeſus Chriſtus, ut qui Eccleſiam non audierit, tanquam Ethnicus & Publicanus ſit habendus. Idcirco non immerito vel eam ſolam omnibus inventionibus, & vaſtamentis hæreticorum longe anteferendam nemo nunquam, niſi perditiſſimus & vere hæreticus, & Lutherus indicavit, qui ut tandem egregia ſua hic acta condigno fine clauderet, & quod peſſime inceperat, pejùs terminaret, quid animi habeat, & quàm fidelium clade exultet, vel in noſtro & ſacri Imperii conſpectu diſſimulare non potuit. Nam detorta (ut hæreticis mos eſt) à vero ſenſu ad ſuam impietatem Evangelica illa

Matth. 10.

ſententia: *Non veni mittere pacem, ſed gladium.* Omnium ſibi, dixit, jucundiſſimam iſtam in rebus faciem videri, ob verbum Dei, ſtudia, & diſſenſiones fieri: Id eſt (quod utinam ne experientia videremus) ob diſſidentes ab Eccleſiæ ritu Lutheri opiniones, quas verbi Dei falſo titulo prætexit, verè ſtudia contraria, & diſſenſiones, & diſſidia, & ſchiſmata, & bella, & cædes, & rapinas, inter Chriſtianos concitari. Tali igitur, & tam ſubdola, atque hæreticis omnibus peculiari, reſponſione, Nobis, & ſacro Imperio à Luthero data, etſi decreveramus, ipſo ſtatim remiſſo, ad ulteriora progredi (id quod ex ſententia noſtra, manu noſtra ſcripta, & poſtera die publicata, nemini non conſtare poteſt:) Tamen ad preces omnium Imperii Ordinum inclinati, adhuc ipſi triduum ad reſipiſcendum con-

Admonitio, per Principes Imperii habita cum Luthero.

ceſſimus. Quo tempore duo Electores, duo Epiſcopi, duo Principes ſæculares, duoque Civitatum nomine, Univerſos Ordines, & Status ſacri Romani Imperii repræſentantes, & ad hoc communi omnium juſſu & nomine deputati, vocato ad ſe Martino prædicto, nullum non admonendi & adhortandi eum, ut tandem reſipiſceret, & niſi id faceret, quæ ipſum à Nobis, & ſacro Imperio, legumque conſtitutionibus pœnæ manerent, declarandi officium fruſtra inſumpſerunt. Unus etiam ejuſdem ſacri Imperii Elector, adhibitis ſecum duobus Doctoribus, pietate & ſcientia præclaris, non ſolum adhortationibus: ſed etiam multorum errorum evidentibus redargutionibus, ad ipſius uſque obmuteſcentiam factis, mox ſeorſim ipſum prudenter & humane commonefecit, ut ad Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, Noſtrumque & ſacri Imperii Statuum, & cæterarum fidelium Nationum, ſanam ſententiam, juxta continuatum tot ſæculis Eccleſiæ ritum, potiùs, quam ad ſuam unius opinionem reſpiceret. A qua ſi recedens, in ordinem redire vellet, id ſe primum nonnullorum ſanctorum patrum, qui & ipſi aliquando erraverunt, laudabili exemplo, deinde ſalvis, anima,

Reſponſum Luth. contra Concilium.

corpore, & honore, facturum cognoſceret. Ad quæ Martinus antedictus, etſi varia pleraque & diverſa, cumque eis, quæ ſcripſerat, pugnantia: nihilo tamen meliora, aut ſaniora, privatim reſpondit, quàm publicè, coram Nobis, & ſacro Imperio, fecerat. Atque adeo ſe, non omnes modo ſupra memoratos, ſed & Concilium ipſum generale (ſi quod fieret) ſuſpectum habere proteſtatus eſt. Et, (ut certiſſimo, & omni exceptione majori, teſtimonio nobis conſtat) pollutiſſimo & ſceleratiſſimo ore profari non eſt veritus, res Evangelii & Catholicæ fidei, nunquam fuiſſe in Conciliis generalib. bene tractatas. Unde non injuria plurimum nobis mirari ſubiret, cur nam à Summi Pontificis ſententia, ad generale Concilium nuper provocarit, quum tam impiè de Conciliis ipſis loquatur & ſcribat, niſi manifeſtè ſciremus, ut nihil eſt hæreticis æquè formidabile, atque œcumenicum Concilium: ita nihil illis iiſdem magis proprium eſſe, quàm ut dictis factiſque & ſcriptis, ſecum ipſi diſſideant. Quod ſi uſquam alibi, præcipuè in Lutheri libris (divina providentia ſic operante, quo ipſius vana ædificia per ſe ruant) paſſim legere & videre eſt.

Remiſſus Luth. in ſalvo conductu.

8. His omnibus & ſingulis, ſic omnino ut præmittitur, ſe habentibus, quum prædictus Martinus, tam perverſè & obſtinatè, in ſuis adeo manifeſtè hæreticis opinionibus perſiſteret, ut ab omnibus iis, qui ſapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obſeſſus ſpiritu, judicaretur. Nos, juxta tenorem ſalvi conductus, ipſum ſtatim à conſpectu noſtro miſſum fecimus, datoque ſibi in comitatu uno ex Heraldis noſtris, & præſcripto termino, à die viceſima quinta menſis Aprilis, qua ex Wormatia diſceſſit, ad viginti deinde proxime futuros dies, quibus peractis, unà ſalvus conductus peractus & extinctus cenſeretur. Nunc tandem ad reliquas opportunas medelas, huic peſtilentiſſimo morbo neceſſarias, in hunc, qui ſequitur modum, procedere decrevimus.

Sententia Cæſ. ad exequendum proceſſum juris contra Lutherum.

9. Primùm omnium, ad honorem Dei omnipotentis, Romanique Pontificis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ debitam reverentiam, pro Imperialis dignitatis officio ac debito, necnon zelo & ſtudio, quo noſtrorum majorum more, & ingenita etiam Nobis vi, ad defenſionem Catholicæ fidei, ſanctæque Romanæ & univerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam & protectionem, omnes noſtras vires & facultates, Imperium, Regna, Dominia, amicos, vitam denique & animam ipſam noſtram, exponere ſolemus

mus parati: Ex Imperiali & Regia authoritate, necnon conſilio & aſſenſu Electorum, & omnium ſacri Ro. Imp. Principum, Ordinum, & Statuum, in hac celeberrima & frequentiſſima Imperiali Dieta Wormatiæ congregatorum, ad perpetuam rei memoriam. Exequendo ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, veri in hac parte judicis, ſententiam, decretum & condemnationem, in literis Apoſtolicis (ut ſupra dictum eſt) ad Nos directis, contentam, Martinum Lutherum, ut membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, ut obſtinatum ſchiſmaticum & Notorium hæreticum, à Nobis haberi declaramus, & ut talem à vobis omnib. & ſingulis habendum decernimus & edicimus Mandantes de eorundem Statuum conſilio & conſenſu, ſub criminis læſæ Majeſtatis, Noſtræque & ſacri Imperii graviſſimæ indignationis, ac etiam amiſſionis feudorum, Dominiorum, & bonorum omnium, gratiarum quoque & omnium Privilegiorum, à Nobis, & ſacro Imperio dependentium, quæ obtinuiſtis hactenus, aut prædeceſſores veſtri quomodolibet obtinuerunt: necnon proſcriptionis ac Banni, & interdicti Imperialis, pœnis; ne quis veſtrûm præfatum Martinum Lutherum, receptare, defendere, ſuſtentare, fovere, dicto, facto, aut ſcripto præſumat. Quinimmo poſt elapſum ſupradictum viginti dierum terminum, contra eum, ubicunque depræhenſus fuerit, & in manu, aut facultate veſtra erit, juxta formam Imperialis Banni procedatis, vel ſaltem perſonaliter captum, tam diu cuſtodiatis, donec Nos, à vobis de hac re certiores facti, de legitima in eum proſecutione facienda vobis ſignificemus, & vos tam ſancti operis & laboris debita præmia, & mercedem etiam uberem, cum impenſis ob hanc cauſam factis, reportetis. Et nihilominus ejusdem Martini complices, adhærentes, receptatores, & quomodolibet fautores & ſectatores (niſi ſe iniquitatis ſemitam deſeruiſſe, & authoritate Apoſtolica abſolutionis remedium conſecutos eſſe, fidem condignam fecerint) necnon eorum omnia & ſingula bona, mobilia & immobilia, juxta ſacras conſtitutiones, ac interdicti & Banni Imperialis legem & ordinem, liberè & abſque ulla contradictione proſequamini, illosque & illa capiatis, & in uſus veſtros optimo & pleno jure convertatis.

Crimen læſæ Majeſtatis in Receptatores Luth.

10. Mandamus inſuper vobis omnibus & ſingulis præfatis, ſub eisdem prænominatis pœnis, ne quis Martini Lutheri ſcripta, à Summo Pontifice authoritate ſua Apoſtolica (ut præmittitur) damnata, aut alia quæcunque, tam Latino quàm Alemanico, ſeu alio quovis idiomate, ab eo hactenus compoſita, vel in poſterum componenda, utpote mala, ſuſpecta, & à notorio & pervicaciſſimo hæretico provenientia, emere, vendere, tenere, legere, deſcribere, imprimere, aut deſcribi vel imprimi facere, aſſerere, ſuſtentare, prædicare, defendere, præſumat: non obſtante, quod in illis etiam aliqua bona (ad fallendas ſimplicium mentes) immixta eſſent. In quo præter juſtam Sedis Apoſtolicæ ſententiam, etiam laudatiſſimam veterum Patrum inſtitutionem & conſuetudinem omnino exequendam duximus: Qui Arrianorum, Priſcillianiſtarum, Neſtorianorum, Euthychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona quam mala, promiſcuè exuſſerunt, & ad nihilarunt. Neque id immerito. Nam ſi optimi quique cibi, unius tantum guttæ veneni (quo humanum corpus læderetur) infuſione ſuſpecti, penitùs ſunt abjiciendi: quanto magis ea ſcripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena paſſim inſerta ſunt, non ſolum nobis cavenda ſunt, ſed etiam (ne aliis noceant) prorſus deſtruenda & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt obliteranda. Accedit ad id, quod quicquid boni in Martini libris repetitur, id antea à ſanctis Patribus, quos Eccleſia recepit & approbavit, ſæpe dictum & ſæpius repetitum, absque ullius periculi aut mali ſuſpicione, legi, & haberi poteſt.

Lutheri ſcripta, ut aboleantur.

Vetus conſuetudo contra libros hæreticorum.

11. Ea propter, ſub eisdem pœnis omnib. & ſingulis ſupradictis, vos omnes, & quilibet veſtrum, tam Principes quàm alii, ad quos juſtitiam quomodolibet pertinet miniſtrare: & alii quicunque in univerſo Imperio, Regnis, & Dominiis noſtris conſtituti, hujuſcemodi peſtiferos Martini libros, tam Alemanicos quam Latinos, impreſſos & imprimendos, aut etiam manu ſcriptos, ubicunque reperiantur (utpote magnæ ſeditionis, ſchiſmatis, hæreſeos, in Eccleſia Dei ſomites) diripiendos, & publico igni conſumendos, penitusque abolendos cum effectu curetis, Apoſtolicisque Nunciis, ſeu eorum Commiſſariis, ſi operam veſtram ad hanc rem requiſierint, fideliter & diligenter aſſiſtatis: & nihilominus in eorum abſentia, per vos ipſos hæc ſic fieri, noſtro nomine & juſſu, omnino & reipſa faciatis. In quo omnibus fidelibus, dilectis, ſubditis noſtris, ut vobis ac Nobismetipſis aſſiſtant & pareant, tenore præſentium ſub eisdem pœnis injungimus & mandamus.

Mandatum Imp. de comburendis lib. Luth.

12. Verum, quia maxime cavendum eſt, ne Martini libri, aut ex illis * incerpta mala, ſuppreſſo aut etiam mutato authoris nomine, publicentur; quia etiam non ſine magna animi noſtri offenſa, multos quotidie videmus & audimus, cum alibi, tum maxime in Germania, componi & imprimi libros, pluribus malis traditionibus & exemplis refertos: & ne non omni aſtu & dolo, humanæ naturæ hoſtis, Chriſtianis laqueos tendat multos, paſſim divulgari picturas & imagines, non in opprobrium modo privatarum perſonarum, ſed & ipſius Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ contumeliam excogitatas: ex quibus omnibus libris & picturis, Chriſti fideles in maximos, tam in fide quam in vita & moribus, prolabuntur errores, & non ſolum privata odia, ſcandala, & ſimultates (prout experientia docet) multis in locis exorta fuerunt: verumetiam ſeditiones, tumultus, rebelliones, ſchiſmata, in Regnis, Provinciis, & populis, atque univerſa Dei Eccleſia (niſi provideatur) jamjam excitanda formidantur: Idcirco ad hanc pernicioſiſſimam peſtem extinguendam, ex ſupradictorum Electorum & Statuum concordi animo & ſententia, omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Imperiali quàm hæreditario jure nobis ſubditis, ſub jam ſæpedictis omnibus pœnis præcipimus & mandamus, ne quis hujusmodi famoſos & peſtilentes libros, ſeu quascunque alias ſchedas, ſcripturas, imagines, picturas, contra Orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod ſancta Romana Eccleſia hactenus obſervavit: atque etiam invectivas criminationes & ignominias, contra Summum Pontificem, Sedem Apoſtolicam,

* al. excerpta.

Contra ſcandaloſas ſcripturas & picturas.

Præla-

Prælatos, Principes, Univerſitates Studiorum, & eorum facultates honeſtasque perſonas, componere, ſcribere, imprimere, depingere, vendere, emere, tenere, habere, aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, quavis arte aut dolo audeat, aut attentet. Quinimmo ſub eisdem pœnis jubemus omnibus & ſingulis ſupradictis, & præſertim iis, qui juſtitiæ miniſterio præſunt, ut ejusmodi libros quoscunque antehac impreſſos, vel poſthac imprimendos, necnon enim manuſcriptos, cujuscunque ſint authoris, aut ubicunque locorum per ſacrum Imperium, atque etiam noſtra hæreditaria Regna & Dominia, inveniantur; ſimiliter etiam picturas hujusmodi & imagines, noſtro juſſu & nomine occupent, diripiant, & publico igni comburant. Et nihilominus hujusmodi deteſtabilium librorum, codicum, ſchedarum, ſcripturarum, & picturarum, authores & inventores, ac etiam poſt præſens mandati publicationem, Impreſſores, Emptores, & Venditores, qui contra juſſa noſtra facere præſumpſerint (ſi modo id legitime conſtiterit) necnon eorum Jura, & bona omnia & ſingula capiant, apprehendant, & detineant, ac jure bono quicquid ſibi libitum fuerit, de illis diſponant: ita, quod de hoc nulli hominum, tam in judicio quàm extra, reſpondere ſint obligati.

Contra Impreſſores & Bibliopolas Luth.

13. Atque ut omnis ejusmodi & aliorum errorum occaſio tollatur, & ne talia ſcribentium venena longe lateque diffundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum, & laudabiles uſus exerceatur: ex certa noſtra ſcientia, animoque deliberato, ac Imperiali Regiaque authoritate, de maturo ſupradictorum Electorum, & aliorum ſacri Rom. Imp. Statuum, conſilio, deliberatione, & unanimi conſenſu, volumus & ſub Banni, & Interdicti Imperialis, ac aliis antedictis pœnis præcipimus & jubemus, tenore præſentis Edicti, quod vim inviolabilis legis habere decernimus; Ne quis de cætero Chalcographus, & librorum Impreſſor, aut alius quivis ubilibet per ſacrum Imperium, atque noſtra prædicta Regna & Dominia conſtitutus, libros ullos, ſeu aliam quamcunque ſcripturam, in quibus de ſacris literis, aut fide Catholica aliquid vel minimum tractatur, non habito prius conſenſu & voluntate Ordinarii loci, aut ejus ad hoc ſubſtituti & deputati, cum authoritate etiam facultatis Theologicæ alicujus propinquæ Univerſitatis, pro prima videlicet impreſſione: alios verò cujuscunque rei facultatis libros, ſchedas, & picturas, de conſenſu ſaltem Ordinarii, aut ejus ad hoc Subſtituti, ullo pacto imprimere, vel vendere, aut imprimi, vel vendi facere, directe vel indirecte, quoquo modo præſumat aut attentet.

Mandatum de examinandis libris antequam excudantur.

14. Quod ſi quis cujuscunque ſit dignitatis, gradus, aut conditionis, hanc noſtram mentem, decretum ſtatutum, legem & ordinationem, in omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Lutheranam, quam impreſſoriam materiam concernentibus, inviolabiliter obſervandam, ullo pacto, aut quovis quæſito colore vel ingenio, contrafacere, aut venire, auſu temerario præſumpſerit: præterquàm quod illud irritum decernimus & inane, etiam in læſæ Majeſtatis crimen, ac noſtram, & Sacri Imperii graviſſimam indignationem, proſcriptioniſque & Banni, ac Interdicti Imperialis, necnon alias ſæpe dictas pœnas, ſe, ipſo facto, incurriſſe cognoſcat. Harum teſtimonio literarum, Sigilli noſtri munimine roboratarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Wormatia, die Octava Menſis Maji, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Viceſimo Primo, Regnorum noſtrorum: Romani ſecundo: Cæterorum vero omnium Sexto.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

Keyſer Carle deß Fünfften Mandat/

Wider die Neuerungen der Religion/

Außgangen auf dem Reichs-Tag zu Wormbs/ Anno M. D. XXI.

Wormbſiſch Mandat.

Wir Carl der Fünffte von GOttes Gnaden erwählter Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeit Mehrer deß Reichs/ ꝛc. In Germanien/ zu Hiſpanien / Beyder Sicilien/ Hieruſalem/ Hungern / Damatien / Croatien/ ꝛc. König / Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ ꝛc. Graf zu Habſpurg / Flandren und Tirol/ ꝛc. Entbieten allen und jeglichen Churfürſten/ Fürſten/ geiſtl. und weltl. Prälaten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuten/ Landvögten/ Vitzthumen/ Vögten/ Pflegern/ Vorweſern/ Landrichtern/ Schultheiſſen/ Schöpfen/ Bürgermeiſtern/ Richtern/ Räthen/ Burgern und Gemeinden. Auch Rectoren und Regenten aller gemeinen Univerſitäten/ und ſonſt allen andern unſern und deß Reichs/ auch unſern Erblichen Fürſtenthum und Lande Unterthanen und Getrewen/ in was Würden/ Stands oder Weſens die ſeyn/ den dieſer unſer Keyſ. Brief oder gläublich Abſchrifft

(die

(die durch einen geiſtlichen Prälaten oder offenbare Notari / verfertigt iſt) davon vorkommt oder gezeiget würdet / Unſer Gnad und alles Gut. Hochwürdigen und Ehrwürdigen / Hochgebornen / Ehrſamen und Edlen / Lieben Freund / Neven / Oheimen / Churfürſten / Fürſten / Andächtigen und Getrewen.

1. Nachdem unſerm Röm. Kayſerl. Ampt zuſtehet / nicht allein den Gezirck deß H. Röm. Reichs / ſo unſer Vorfahren der Teutſchen Nation / um der H. Römiſchen und gemeiner Kirchen Beſchirmung willen / durch die Göttlich Gnad / mit ihrem ſchweren Blutvergieſſen / an ſich bracht haben / in Austilgung und Untertrückunge der Ungläubigen zu erweitern / Sonder auch nach der Regel / die von der heiligen Römiſchen Kirchen bißher gehalten iſt / Fürſehung zu thun / daß kein Beflecknug der Ketzerey oder Argwohn / in dem Römiſchen Reiche / unſern heiligen Glauben verunreine / oder ob der einige jetzt angefangen hätt / mit allem Fleiß / guten Mitteln / und Beſcheidenheit / ſo in ſolchem fürzunehmen ſeyn / auszutilgen. Deßhalben bedencken wir / wo ſolchs je einem unſern Vorfahren zu thun gebührt / daß uns die Bürde deſſelben viel höher und mehr aufgelegt iſt. Nach dem deß Allmächtigen GOtts unmeßliche Gütigkeit / zu Beſchirmung und Mehrung ſeins heiligen Glaubens / uns mit viel Königreichen und Landen und mehrern Macht / dann vor manig Jahren / je einen unſern Vorfahren am Reiche / fürſehen und begabt hat. Dieweil wir auch von vätterlichem Stamme aus den Allerchriſtenlichſten Kayſern / und Ertzhertzogen zu Oeſterreich / und Hertzogen zu Burgundi / und denn aus mütterlichem Stamme / aus den Chriſtglaubigſten Hiſpaniſchen / Siciliantſchen / und von Hierusalem Königen entſprungen ſeyn. Welcher klaren Thaten Gedächtnus durch ſie für den Chriſtenlichen Glauben geübt / nimmer abgehen würdet. Darum wo wir etliche Ketzereyen / ſo innerhalb dreyen Jahren in Teutſcher Nation / entſprungen / und vormals durch die H. Concilien und deß Bapſts Satzungen / mit gemeiner Kirchen Verwilligung warlich verdammt / und jetzt von neuem aus der Höllen gezogen ſind / tieffer einwurtzeln laſſen / und aus unſer Verſäumnus verhengen und gedulden / So würde unſer Gewiſſen mercklich beſchwert / und unſers Namens ewige Glori in glückſeligem Eingang unſer Regierung mit einem dunckeln Nebel umfangen.

2. Dieweil nu ungezweiffelt euch allen unverborgen iſt / wie weit die Irrungen und Ketzereyen von dem Chriſtlichem Weg abweichen / ſo einer genant Martinus Luther Auguſtiner Ordens / in der Chriſtenlichen Religion und Ordnung / ſonderlich in der Durchläuchtigen Teutſchen Nation / als einer unaufhörlichen Zerſtörerin alles Unglaubens und Ketzerey / einzuführen und zu beflecken unterſtehet. In der Geſtalt wo dem fürderlich nicht begegent / daß dardurch dieſelb gantz Teutſch Nation / und nachmals durch ſolche Einwurtzlung und erbärmlichen Abfall guter Sitten / deß Friedes und Chriſtenlichen Glaubens kommen würden. Deßhalb nicht unbillich unſer H. Vatter Bapſt Leo der Zehend / der H. Röm. und gemeiner Chriſtlichen Kirchen / Obriſter Biſchoff / dem die Sorg und Verſehung der Sachen / ſo den Chriſtl. Glauben antreffen / ſonderlich zuſtehet / bewegt worden iſt / denſelben Luther anfänglich / vätterlich und mildiglich zu warnen und zu ermahnen / ſolcher böſen Anfäng abzuſtehen / und die ausgebreiten Irrſalen zu revociren. Und als er das unterlaſſen / und darüber je länger je Böſers geübt / hat ſein Heiligkeit unterſtanden / dagegen füglich und nicht ungebräuchlich Mittel und Wege vorzunehmen / und darauf zu mehrmalen die Cardinäl / Biſchoff und ander Prälaten / auch der regulirten Orden / Priorn und General / Miniſter / und viel ander trefflich redlich Leut / aller Erbarkeit / Kunſt und Wiſſenſchafft erfahren / deßgleichen viel ander Chriſtenlicher Nation Doctor und Magiſter erfordert und berufft / und denſelben Martin Luther dazu citirt / und als er ungehorſamlich ausblieben iſt / all ſein Schrifften / ſo in Latein und Teutſch ausgangen ſind / und noch ausgehen werden / als ſchädlich und dem Glauben und Einigkeit der Kirchen / gantz widerwärtig / verdammet / und aus Bäpſtl. Gewalt / mit Rath und Willen der gedachten Cardinäl zeitlicher Erwegung / Biſchoff / Prälaten / Doctores und Meiſtern / allenthalben zu verbrennen und gäntzlichen zu vertilgen gebotten / und daneben denſelben Luther / es ſey dann / daß er innerhalb einer beſtimmten Zeit / nach Eröffnung ſeiner Heiligkeit Decret / beweiſe / daß er ſeiner Irrſal Reu / auch die verwandelt und revocirt habe / als einen Sohn der Ungehorſam und Boßheit / und als einen Zertrenner / und Ketzer von männiglichem zu meyden. Und nach Satzunge der Recht geordnet und geſetzt / bey den Peenen in Bäpſtlicher Bullen begriffen / die ſein Heiligkeit uns / als deß Chriſtenlichen Glaubens / wahrer und öbriſter Beſchirmer / und deß H. Bäpſtlichen Stuhls / und der Römiſchen und gemeiner Chriſtlichen Kirchen Advocaten / durch ſein und deſſelben Stuls Orator und Bottſchafft / ſo ſein Heiligkeit deßhalben ſonderlich zu uns verordnet / zugeſandt hat / mit Begehr und Erforderung unſern Pflichten nach / und aus Oberkeit und Gerechtigkeit unſers Kayſerl. Ampts / ſeiner Heiligkeit in ſolchem unſer Hülff deß weltlichen Schwerdts / zur Rettunge deß Chriſtlichen Glaubens mitzutheilen / und allenthalben im H. Röm. Reich / auch als einem Chriſtgläubigen König und Fürſten wol geziemet / in unſern erblichen Königreichen und Fürſtenthumen und Landen / und ſonderlich in Teutſcher Nation zu befehlen und zu gebieten / alles und jedes ſo in ſeiner Heiligkeit Bullen begriffen iſt / unübertrettlich zu halten / und darinn Execution und Vollziehung zu thun.

3. Und wiewol wir ſolche Ermahnung nach Uberantwortung der Bäpſtlichen Bullen / und zuletzt die Verdamnis deß Luthers / an viel Orden in Teutſcher Nation verkündet / auch in unſern nidern Burgundiſchen Landen und ſonderlich zu Cölln / Trier / Mentz und Lüttich / zu exequiren und zu vollziehen gebotten haben. So hat ſich doch Martin Luther darüber nicht allein / nicht gebeſſert / noch ſein Irſal revociert / noch von Bäpſtl. Heiligkeit Abſolution / und wiederum in der Heil. Chriſtl. Kirchen Gnad begehet / ſondern ſeines verkehrten Gemüths und Verſtands viel böſer Feucht und

Würckung

Würckung wie ein Wütender in ein offenbare Untertrückunge der Heil. Kirchen einfallend durch viel gehauffte Bücher / die nicht allein neuer / ſonder vormals von den heiligen Concilien verdammt Ketzereyen und Gotteslâſterung voll ſind in Lateiniſcher und Teutſcher Sprach / aus ihm ſelbſt oder zum wenigſten unter ſeinem Namen gemacht / täglich ausgebreitet / darinn er von der Heil. Kirchen ſo lange Jahr gehalten / den ſieben Sacramenten Zahl / Ordnung und Gebrauch zerſtöret / umkehrt und verletzet / und die unzerſtörlichen Geſetz der heiligen Ehe / in wunderbarliche Weg ſchändlich befleckt. Sagt auch / daß die H. Oelunge ein erdicht Ding ſey. Er will auch den Gebrauch und der unausſprechlichen H. Sacrament Meſſung zu der verdammten Beheim Gewonheit und Gebrauch ziehen / und verwickelt anfänglich die Beicht die den Hertzen ſo mit Sünden befleckt oder beladen ſind / am allernutzbarlichſten iſt / dermaſſen / daß daraus kein Fundament noch Frucht mag genommen werden. Zum letzten drauet er weiter von der Beiche ſo viel zu ſchreiben / wo das geſtattet / daß nicht allein gar niemands ſey der aus ſolchen ſeinen aberwitzigen Schrifften nicht unterſtehen würde zu ſagen / die Beicht unfruchtbar zu ſeyn / Sonder auch wenig ſind die nicht predigen werden / daß nicht zu beichten ſey. Er hält auch nicht allein prieſterlich Ampt und Orden / auf das allergeringſt / ſonder unterſtehet auch die weltlichen layſchen Perſonen zu bewegen ihre Händ in der Prieſter Blut zu waſchen / und nennet den Oberſten unſers Chriſtlichen Glaubens Prieſter / des Heil. St. Peters Succeſſor und Chriſti wahren Vicarien auf Erden mit verleumbden und ſchändlichen Worten / und verfolget ihn mit mannigfaltigen unerhörten Feindſchrifften und Schmähungen.

4. Er beſtättigt auch aus der Heydniſchen Poeten Gedicht / daß kein freyer Will ſey / der Meynung daß alle Ding in einer gewiſſen Satzunge ſtehen / und ſchreibt / daß die Meßhaltung niemands zu gut komm / dann dem der die vollbringt / Darzu umkehret er den Gebrauch / ſo mit Faſten und Gebet von der Heil. Kirchen aufgeſetzt / und bißher gehalten worden iſt. Sonderlich verachtet er auch der H. Vätter Auctoritäten / die von der Kirchen angenommen ſind / und nimmt gäntzlich hinweg die Gehorſam und Regierung / und ſchreibt beyläufftig gar nichts anders / das nicht Aufruhr / Zertrennung / Krieg / Todſchläge / Rauberey / Brand / und zu gantzem Abfall deß Chriſtenlichen Glaubens reiche und diene / denn wie er lernet / ein frey / eigenwillig Leben / das von allem Geſetze ausgeſchloſſen / und gantz viehiſch / alſo iſt er ein frey eigenwillig Menſch der alle Geſetze verdammt und unterdruckt / wie er denn die Decreta und geiſtlich Geſetz offentlich zu verbrennen kein Entſetzung oder Scheue gehabt hat. Und wo er das weltlich Schwerdt nicht mehr / denn deß Bapſts Bann und Peen geforcht / ſo hätte er dem weltlichen Rechten viel böſers gethan.

5. Er ſchämet ſich nicht jetzt wider die Heil. Concilien offentlich zu reden / und die nach ſeinem Willen zu ſchmälern und zu verletzen / aus den er ſonderlich das Concili zu Coſtentz allenthalben mit ſeinem befleckten Mund ſchwerlich antaſtet / und nennet das / der gantzen Chriſtl. Kirchen und Teutſcher Nation zu Schmach und Verkleinung / ein Synagog deß Teuffels / und denn die / ſo darinnen geweſen ſind / und Johanſen Huſſen um ſeiner ketzriſchen Handlung willen zu verbrennen verordent haben / nemlich unſern Vorfahrn Kayſer Sigmunden / auch deß heiligen Reichs Fürſten und gemeine Verſammlung / Entchriſten / und deß Teuffels Apoſtel / Todtſchläger und Phariſeyer / und ſagt daß alles das / ſo in denſelben Concili / von deß Huſſen Irrſal wegen verdammt / Chriſtenlich und Evangeliſch ſey / und vergicht das anzunehmen und zu bewehren / und iſt mit ſeinem Gemüth / in ein ſolche Unſinnigkeit gefallen / daß er gloriert / ſey der gedacht Huſſe einmal ein Ketzer geweſen / ſo ſey er zehen mal ein Ketzer / und damit alle ander deß Luthers unzahlbare Boßheiten um Kürtze willen unerzehlt bleiben / ſo hat dieſer einiger / nicht ein Menſch / ſonder als der böß Feind / in Geſtalt eines Menſchen mit angenommner Münchskutten / manicher Ketzer aufs höchſt verdammter Ketzereyen / die lange Zeit verborgen blieben ſind / in ein ſtinckende Pfützen zuſammen verſammlet / und ſelbſt etliche von neuen erdacht / in Schein / daß er predig den Glauben / den er männiglichen mit ſolchem hohen Fleiß einbildet / darmit er den wahren gerechten Glauben zerſtöre / und unter dem Namen und Schein der Evangeliſchen Lehr allen Evangeliſchen Friede und Liebe / auch aller guten Ding Ordnung / und die aller zierlich Chriſtlich Geſtalt umkehrt und niedertrücke.

6. Solchs alles haben wir zu Hertzen gefaſſet und in Krafft unſers Keyſerl. Ampts und Würdigkeit / damit wir von GOtt fürſehen ſind / darzu aus ſonder Liebe und Zuneigunge / ſo wir wie unſere Vorſahrn zu beſchirmen Aufenthalt / und Handhabung deß Chriſtlichen Glaubens / auch deß Röm. Biſchoffs und heiligen Stuls Ehre haben und tragen / betrachtet / daß uns ſunderlich über obgemelt Bäpſtlicher Heiligkeit Ermahnunge und Erſuchen / an unſere merckliche Nachrede / und der gantzen Chriſtenheit Schmach und Schaden / in einer ſolchen groſſen und erſchröckenlichen Handelung nachläſſig zu ſeyn / nicht gebühren wölle / als wir auch nicht thun ſollen / und unſer Wille und Gemüthe nicht geweſen iſt / ſondern wir wöllen vielmehr in unſer Vorfahren Röm. Keyſer Fußſtapfen tretten / und ihren hochberühmten Thaten ſo ſie zu Beſchirmung der Chriſtlichen Kirchen vollbracht haben / nachfolgen / und den löblichen Conſtitutionen ſo zu Straff und zu Vertilgung der Ketzer gemacht ſind / anhangen / und haben ſonderlich dieſer Sachen halben unſer und deß H. Reichs Churfürſten / Fürſten und Stände jetzt hie zu Wormbs zu mehrer mahlen zu uns berüfft / und dieſelb Sachen mit hohem Fleiß / wie denn die mercklich Nothdurfft erfordert / treffeulichen bewogen / und mit einhelligen Rathe und Willen uns dieſer nachfolgender Meynunge vereinet und entſchloſſen / in Geſtalt / Wiewol einem ſo verdammten und in ſeiner verſtopften Verkehrung verhärten / und von dem Brauch der Chriſtenlichen Kirchen abgeſonderten Menſchen / und offenbaren Ketzer / Verhör zu geben / in allen

Rechten

Rechten außgenommen iſt/ daß wir alle unnütze Reden abzuſchneiden/ ſonderlich dieweil etlich offentlich verneinen/ daß in deß Luthers Namen viel Bücher getruckt und geſchrieben werden/ die von ihme nicht gedicht/ oder außgangen ſeyn ſollen/ und auch etlich vermeynen/ den Luther zuvor und ehe wir weiter gegen ihm procedieren/ billich zu hören/ ihn zu uns zu fordern/ und mit freyem Geleydt/ fürſehen ſollen.

27. Ob aber von einigem frembden Hof oder Landgericht wider deß gemelten Hauß Oeſterreich und ſeiner zugehörigen Land Unterthanen ichts gehandelt / geurtheilt oder geſprochen würd / daſſelb ſoll nichtig / kraffتloß und caſſirt ſeyn.

28. Der obgemelt Ertzhertzog ſoll auch ſein Landgericht mit edlen / oder ſunſt mit andern erbarn unverleumden Mannen / an Richterſtatt beſetzen / und verordnen mögen.
Landgericht.

29. Auch ſo ſollen die Unterthanen und Diener deß Hauß Gewalt haben / offen Achter zu halten / und mit ihn Gemeinſchafft zu haben / doch daß ſie auf Anruffen der Partheyen die zu Recht halten.
Achter zu halten.

30. Ob auch jemand an der gemelten Ertzhertzogen zu Oeſterreich Hof oder Landgerichten in die Acht erkennt würde / ſo ſollen dieſelben an unſerm und deß Reichs Hof nicht daraus genommen werden mögen / die ſeyen dann zuvor an der gemelten Ertzhertzogen Hof oder Landgericht daraus kommen.

31. Und

31. Und was alſo vor deß Fürſten der Oeſterreichiſchen Landen verordneten und geſatzten Hof und Landgerichten/ oder ander ihren Gerichten/ mit Urtheil und Recht erkant und entſchieden würd/ dabey ſol es endlichen bleiben: es were dann/ daß die Sach ein Appellation auf ihro trüg/ ſo ſoll doch dieſelb nach Ordnung deß regierenden Landsfürſten/ und der Land Gebräuch/ auch nicht weiter dann in deß Landsfürſten Cammergericht vollführt/ und darüber an uns/ noch unſern Nachkommen am Reich Römiſch Keyſer und König/ noch an deß Reichs-Cammergericht/ oder ander Gericht nicht appellirt/ ſupplicirt/ noch reducirt werden.

Appellation.

Juden und Wucherer.

32. All aus jeden Juden/ ſo der Zeit unter ihrem Gewalt ſitzen/ und künfftiglich ſitzen werden/ ſollen bey allen ihren Rechten und Zugehörungen bleiben/ wie die Hertzogen und ihre Vorfodern ſolch Juden herbracht haben/ und die in ihren Landen halten/ ſteuren/ und damit in allweg handlen und fahren mügen/ in aller Maß/ als wir und unſer Nachkommen Römiſch Keyſer und König in dem Heiligen Reich von Rechten/ Freyheiten/ Gewonheiten/ und alten Herkommen/ die halten/ und nie ſteuern/ und in ander Weg mit ihn fahrn/ gethun und handeln mügen. Sie mügen auch ſunſt in allen ihren Landen offen Wucher halten.

Amptleut.
* fort. unverraith/ id eſt, unverrechnet.
Abzug.

33. Der gemelten Ertzhertzogen zu Oeſterreich * underait Amptleut/ ſollen in keinen Reichs-Städten einig Recht haben: und wer aus ihren Landen zeucht/ der mag nimmer auf ſein Gut wider darein ziehen.

Leib und Gut verfallen.

34. Welcher Einwohner deß Lands/ oder der Güter darinnen hat/ wider den Ertzhertzogen thut/ heimlich oder offentlich/ der iſt ihm Leib und Gut verfallen.

Dieſe Satzung ihrer alten Herrn behaltent noch heutigs Tags die Schweitzer/ und habent es gezogen auf alle maleficiſche Sachen ohne Unterſchied.
Freyheit in Zollanſtzung.

35. Die Ertzhertzogen mügen in den vorgemelten ihren Fürſtenthumen/ Herrſchafften/ und Landen/ die ſie jetzt haben/ oder in künfftigen Zeiten gewinnen/ ſich aller Gewaltſam gebrauchen/ mit Freyung zu geben/ neu Aufſchläg/ Meut/ Zoll/ und ander Mehrung ihr Nutz und Renth zu machen/ und auf zu Setzung/ und dero in all ander Weg/ wie die genannt ſeyn/ und ſich bewegen werden/ zu genieſſen und zu gebrauchen/ zu gleicher Weiß als wir und unſer Nachkommen Römiſch Keyſer und König/ die in dem Reich geben/ machen/ auſſetzen/ und gebrauchen mügen/ nichts darin ausgenommen.

Freyheit Herren/ Adel/ Doctor ꝛc. zu machen.

36. Auch daß ſie und ihre Erben und Nachkommen/ in allen ihren Landen/ Herrſchafften und Gebieten/ als oben gemelt iſt/ Grafen/ Freyherrn/ Ritter/ Knecht/ auch taugſam und verdiene Perſonen von neuem Edel machen/ denſelben Wappen und Kleinod mit Schild und mit Helm/ und allerley Zierrath/ Farben/ und Plaſmirungen geben und leyhen/ der Keyſerl. Rechten/ der Ertzney/ der ſieben freyen Künſt Lehrer und Meiſter/ auch offen Schreiber und geordent Richter ſetzen und creiren/ alſo daß dieſelben Grafen/ Freyherrn/ Ritter/ Knecht/ Edelleut/ Lehrer/ Meiſter/ und offen Schreiber und geordene Richter/ von Keyſerlichem Gewalt gemacht/ geordent und creirt/ der gebrauchen/ üben und nieſſen/ von Gerechtigkeit und Gewonheit/ doch daß ſie voran gebührlich Gelübd und Eyd/ darum von ihn an unſer ſtatt und Nachkommen/ und deß Reichs ſtatt nehmen/ alsdann ſolch Gelübd und Eyd vor denſelben Ehren und Würdigkeit wegen zu thun gebüre.

Freyheit zu legitimiren.

37. Daß ſie auch in allen ihren Landen/ Herrſchafften und Gebieten/ als oben gemelt iſt/ all und jeglich Baſtarten/ und ander unehlich geborn/ in welcherley Weiß das iſt/ oder was Gebrechen die an ihrer Geburt haben/ ehlichen/ und zu dem Rechten deß ſo ehlich geborn ſeyn/ bringen/ auch zu Ehren/ Würden/ und Ständen und allen Aembtern tauglich machen/ und ſie zu Vätterlicher und Mütterlicher/ und aller ander Erbſchafft beyder ſelben ihr Vatter und Mutter/ lebendig oder nach ihrem Todt/ es ſeyn ehlich Erben vorhanden oder nicht/ zulaſſen: auch alle ungeleumbt/ von welcherley That/ die ſollen durch Urtel oder ſunſt gemerckt und verleumbd/ und an ihren Ehren/ Würden/ und Ständen geſchwächt/ ihren Leumbd er und Würd widergeben/ und ſie in ihren fordern Stand wider zu ſetzen.

Freyheit Herren/ Adel/ Doctor/ ꝛc. zu degradiren.

38. Auch Grafen/ Freyherrn/ Ritter/ Knecht/ und Edelleut/ Lehrer/ Meiſter/ offen Schreiben/ und die geordneten Richter/ die ihrer Würd und Ampt nicht gebrauchen als recht iſt/ davon entſetzen von aller ihrer Würd und Ampt/ auch den/ die es verſchulden/ der Ritterſchafft und Meiſterſchafft Zierheit abnehmen/ und von ihnen aufheben mögen.

39. Daß daſſelb Hertzogthum hab all und jede Recht/ Privilegien/ und Indult/ wie die andern Fürſtenthum deß Reichs auch haben.

Extenditur conſtitutio ad acquirenda.

40. Ob auch die Diſtrickt/ Gebiet und Herrſchafft vorgemelts Ertzhertzogs erweitert werden durch Erbſchafft/ Gabungen/ Käuff/ Vermachnuſſen/ oder einig ander Anfall/ ſo ſollen obbemelte Recht/ Freyheiten/ und Indult auf dieſelben Mehrungen oder Erleuterungen vollkommenlich aufgereckt und gezogen werden. Sie ſollen auch haben all Vogteyen und Vogtrecht/ in Biſtumen/ Abteyen/ Probſteyen/ Clöſtern/ Gottshäuſern/ und Kirchen/ an Leuten und Gütern/ die in ihren Herrſchafften und Landen/ oder anderſtwo gelegen ſeyn/ deren Erbvögt ſie ſeyn/ und zu Recht ſollen ſeyn.

Derogatio.

41. Und wider die obgeſchriebnen Gnaden/ Privilegien/ und Freyheiten/ ſollen nicht helffen thun oder ſeyn keinerley Gemein/ Keyſerlichen geſchrieben Geſetz und Recht/ noch keinerley Gewonheit/ oder ander ſonder Satzung oder Ordnung an einigerley End oder Statt gemacht/ in was Laut die ſeyn/ ob die auch alſo gethan werden/ daß davon ſondern Meldung und von Wort zu Wort beſchehen ſolt/ wann wir denſelben allen und jeglichen in den obgeſchriebnen Dingen entziehen/ und entzogen haben wöllen/ durch dieſen unſern Brief: doch denſelben Geſetzen/ und in den andern ihren Stucken und Inhaltungen/ unvergriffenlich.

42. Ob auch unſer Vorfahren und Vordern Römiſch Keyſer und König/ icht Freyheit/ Gnad/ oder

oder Brieſ/ wie die wern/ geben hätten/die wider vorgemelten deß Hauß Oeſterreich Freyheit/ Brieſ/ Gerechtigkeit/ Würd/ Gnad oder Gewonheit wären/dieſelben vernichten wir/ und wöllen / daß ſie gantz kraffilos und ungeſchädlich ſeyn ſollen/ und demſelben Hauß Oeſterreich/noch deſſelben Hauß Fürſten/ Hertzogen/ und Nachkommen keinerley Schaden noch Irrung nicht bringen ſollen noch mögen/ in kein Weg.

43. Es ſoll auch dem gemelten Ertzhertzogen nicht Schaden noch Abbruch gebehren / ob einiger der vorgemelten Brieſ/oder ſonderlich einiger Articel darin zerriſſen oder verbrochen wer/ von König Ottakern zu Beheim/oder König Bela zu Hungern/ oder noch verbrochen möchte werden/ſonder die Hertzogen ſollen die Freyheiten all haben/ wie die vorgemelten lautend.

Ottocari Bohemiæ & Belæ Hungariæ Regum invaſiones in Auſtriam.

44. Wie dann die vorgemelten Freyheiten/ Privilegien/ Gab und Gnad in etlichen unſern Vorfahrn Römiſchen Keyſern und Königen Privilegien und Brieſen und Urkundung/ mit mehrer Inſerierung lauter begriffen und ausgetruckt ſeyn/und ſonderlich in den nachgemelten Brieſen/ nemlich König Heinrichen deß Vierdten/ mit Inführung zweyer Brieſ von Keyſer Julio und Nerone / König Heinrichen deß Fünfften/ Keyſer Friedrichs deß Andern / mit Inſerierung Keyſer Friedrich deß Erſten/ König Rudolff / König Albrechten / König Heinrichen/ Keyſer Ludwigen/ Keyſer Carln deß Vierdten/ König Wentzla/ König Sigismunden/ und Keyſer Friedrichen deß Dritten / aller Römiſcher Keyſer und König/ mit ſampt ander Freyheiten und Handveſten / mit mehr Ausführung und gründlichem Anzeigen begriffen ſeyn.

Römiſcher Keyſer und König gegebne Freyheiten.

45. Darauf verneuern/confirmirn/beſtätten/ und beveſtnen wir die und ſonſt all ander Freyheiten/ ſo hierin nicht benennt und begriffen ſeyn/und doch die Ertzhertzogen/und unſer Hauß Oeſterreich haben möchten / zu gleicher Weiß/ als ob die von Wort zu Wort hierin auch begriffen und geſchrieben ſtünden / von Römiſcher Keyſerl. Macht Vollkommenheit/ wiſſentlich in Krafft diß Brieſs / was wir denſelben unſern Bruder dem Ertzhertzogen Ferdinanden im Namen und an ſtatt/ wie obgemelt iſt/ und den obbemelten Fürſtenthumen/ Landen/ Herrſchafften und Gebieten/von Recht und Billigkeit/ auch Gnaden wegen daran verneuern/confirmirn/beſtätten und beveſtnen ſollen und mügen.

Ratificatio.

46. Meynen/ ordnen/ ſetzen und wollen auch / daß der vorgemelt unſer lieber Bruder / wie obgemelt iſt/ und all unſer beyder Erben und Nachkommen/ der vorgemelten Fürſtenthum/ Land / Herrſchafften/und Gebiet/ ſo wir jetzt habent/ oder in künfftigen Zeiten gewinnen möchten/mit der Hülff deß Allmächtigen Gottes aller ſolcher Freyheit/ Recht und Gnaden zu ewigen Zeiten gebrauchen und genieſſen ſollen/ als ob ſie ihn ſelber und von neues gegeben wären/ohn allen Eintrag und Widerred. Wir erfülln auch von der obgemelten Römiſcher Keyſerl. Macht Vollkommenheit alle Gebrechen/ die in ſolchen Brieſen und Privilegien von unbillichen Intragen die man fürbringen möcht/wie das am bequemeſten gefunden werden möchte/und wöllen/ daß die ſolchen Brieſen und Privilegien kein Kränckung/ Irrung/ oder Schaden bringen ſollen/ innerhalb oder auſſerhalb Gerichts/ ſonder ſie ſollen in allen ihren Puncten/ Clauſulen/ Articel und Meynungen/ wie die von Wort zu Wort lautend und begriffen ſeyn/gantz kräfftig und beſtändig bleiben zu ewigen Zeiten/alles getreulich und ohn Geſehrde.

47. Und gebieten darauf allen und jeglichen unſern und deß H. Reichs Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Grafen/ Freyherrn / Rittern und Knechten/ Hauptleuten/ Landvögten/Landmarſchalcken/ Vögten/ Pflegern / Landrichtern/ Richtern/ Amptmann/ Schultheiſſen/ Städten/Gemeinden/Burgermeiſtern/ Räthen/ und ſonſt allen andern unſern und deß H. Reichs/ auch unſer erblich Fürſtenthumen und Landen/ Unterthanen und Getreuen/ in was Würden/ Staat/ oder Weſen die ſeyn/von Röm. Keyſerl. Macht und Vollkommenheit/ernſtlich/veſtiglich/ Und wollen/ daß ſie den vorgemelten unſern lieben Bruder dem Ertzhertzogen Ferdinanden/ im Namen/ wie vorgemelt iſt/auch unſer beyden Erben und Nachkommen der obbemelten unſer Landen/ſo an uns beyden erblich gefallen und kommen ſeyn / oder künfftiglich an uns und die unſere fallen und kommen möchten/ gemeinlich und ſonderlich an den berührten Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Brieſen / Privilegien/ Handveſten/ alten Herkommen/ Gebräuchen/ guten Gewonheiten/nach aller ihren Inhaltung/ und dieſer unſer Keyſerlichen Confirmation und Beveſtigung nicht hindern noch irren/ ſonder ſie der aller und jeglicher/ wie obſteht/ ohn Einred / Auszug / Eintrag/ oder Verhindernus geruhlichen gebrauchen/ genieſſen/ und gäntzlich dabey bleiben laſſen/ und hiewieder nicht thun / noch das jemand andern zu thun geſtatten/ in kein Weiſe/ als lieb einem jeden ſey unſer und deß Reichs ſchwer Ungnad und Straff/ und darzu ein Peen/ nemlich M. Marck löthigs Goldes / zu vermeiden: die ein jeder ſo offt er freventlich hiewider thät/ uns halb in unſer und deß Reichs Cammer/und den andern halben Theil dem vorgemelten Ertzhertzogen und Fürſten der obbemelten Landen / dem ſolchs widergeht und beſchicht/ ohnabläßlich zu bezahlen/ verfallen ſeyn ſoll.

Sanctio.

Datum Wurmatiæ, in Imperiali urbe noſtra, &c.

ACTA

ACTA
Comitiorum Nurmbergenſium
SUB CAROLO V. IMPERATORE AUGUSTO,

In cauſa Lutherana, Turcica, & Pontificia,
Anno Domini M. D. XXII. & ſeq.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI
EPISTOLA
AD HADRIANUM VI. PONT. ROM.

Ann. Chriſti 1522. Papæ & Imperatoris mutua obſervantia.

BEATISSIME Pater, Domine Reverendiſs. Etſi ea eſt Sanctitatis veſtræ erga nos benignitas, amorque paternus, ſitque contrà noſtra erga S. Veſtram ea obſervantia & veneratio: ut majora eſſe non poſſint: illa tamen omnes & noſtræ maximè ditionis populi longè majora, tantaque exiſtimant, ut & nos nihil à beatitudine veſtra fruſtrà poſſe petere, & S. veſtram nobis non omnia libenter non conceſſuram eſſe arbitrentur. Quæ res nos ea, quæ alioqui non niſi verecundè petere auderemus, liberè, confidenter à B. veſtra poſtulare facit, & maximè, ſi talia fuerint, quæ publicæ ſalutis cauſa à nobis efflagitata videantur.

Imperii Romani egeſtas.

2. Cùm itaque ſuperioribus menſibus in civitate noſtra Imperiali Nurnbergenſi omnes ordines ſacri Rom. Imperii pro tutela defenſioneque Regni Hungariæ conveniſſent, & Electores cæterique Principes ac aliorum ordinum Status ſeculares inter cætera animadverterent, Germaniam ad eam egeſtatem, rerum inopiam redactam eſſe, ut non modò ipſi quidquam contra Chriſti fidei hoſtes truciſſimos Turcas dignè gerere poſſint: Sed nec tantulas ſupereſſe S. Rom. Imperii opes & facultates, unde juſtitiam & pacem tueri & conſervare, ac nefariorum hominum ſcelera & in inferenda injuria audaciam poſſint cohibere, niſi etiam S. V. liberalitate & paterno favore atque auxilio adjuti fuerint.

Ordinum Imperii petita à Pontifice pro quadriennali contributione. 1. Annatæ.

3. Itaque inter cætera cùm meminiſſent annatas, quas novi antiſtites Rom. Pontifici ſolvere conſueverunt, ab origine ea maximè ratione conceſſas eſſe, ut hujusmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur: Nunc autem ipſi Turcæ magna parte inferioris Panonniæ occupata, Germaniæ inhient: æquum eſſe, ut hujusmodi annatæ in Germania retineri, & illic in hunc uſum converti debeant. Præterea cùm inter mortales nihil ſit ſanctius, Deo nihil gratiùs, quàm juſtitiæ & æquitatis cultus; Qua de re etiam cenſuerunt, neque Deo ingratum, neque ulla ratione imperium dici poſſe, & ſi ea quæ ſolùm divinæ Majeſt. cultui dedicata conſecrataque exiſtimantur, ad juſtitiæ pacisque conſtituendæ uſum in parte convertantur. Propterea cuperent, noſtraque interceſſione à S. V. obtinere poſſe ſperant, in primis ut penſiones, quæ ex ſacerdotiis Germanicis Curiæ S. V. & Romanæ urbis hominibus perſolvuntur, poſthac in Germania detineantur. Adhæc cujuslibet Eccleſiæ majoris ſive minoris Collegium quotannis decimam proventuum ſuorum contribueret, vel ſaltem proximè vacaturæ præbendæ proventus, uti mortuæ & aſſiduè vacantis conſervarentur, nec non cùm Germania ditiſſimorum Monaſteriorum plena ſit, ut illis quoque tributum imponeretur: Atque etiam ut reliquorum ſacerdotum ordines quisque pro facultate & fortunis ſuis aliquid penderet: Præterea Mendicantium ordinum Monaſterium quodlibet florenos quinque quotannis conferret. Quodque hujusmodi proventus omnes ad Turcarum impetus reprimendos, ac pro juſtitia & pace in Germania ac S. Rom. Imperio ſtabilienda, & in nullum prorſus alium uſum converterentur: utique S. V. ſuprà memorata omnia ad quadriennium concedere & clementer admittere dignaretur.

2. Decimæ Eccleſiarum. 3. Sacerdotum tributa. 4. Mendicantium cœnobiorum capitationes.

Turcarum impreſſio in Hungariam. Imperium exhauſtum indulgentiis Pontificum, & liberalitate in Eccleſias.

4. Nobis verò diligenter conſiderantibus, perpetuos Reip. Chriſtianæ hoſtes Turcas, Hungarorum munitioribus locis & quodammodo propugnaculis captis, jam ſoli Germaniæ maximè imminere. Præterea S. Imperii proventus & vectigalia tum indulgentia, tum prædeceſſorum noſtrorum liberalitate, Eccleſiaſtico ordine locupletando, adeò eſſe extenuata atque diſtracta, ut non modò Turcis reſiſti, ſed nec pax aut juſtitia in Germania diutiùs confirmari poſſit, niſi his atque aliis tributis, quæ Imp. ordines ſibi præter hæc ultrò impoſituri ſunt: ea Beatitudinis V. & munificentia & mitiſſimo animo ſublevantur.

Lutheriana ſecta.

5. Adhortatur nos & nefariam illam Lutherianam ſectam, quam ut tolleremus nullum officium prætermiſimus, ita multorum Germanorum animis uti peſtiferum virus paulatim obreſipſſe, obſe-

diſſe-

diſſeque, ut inde quoque incendium Reip. Chriſtianæ extimeamus, niſi prædictis tribatis juſtitia ita roboretur fulciaturque, ut aliquando in viruleutæ illius doctrinæ ſectatores diſtricto gladio poſſit animadverti. Ad quam rem etiam multorum Germanorum animos, & horum præſertim qui honeſtiſſimi ſunt ordinis, pro univerſalis Rom. Eccleſiæ tranquillitate & auctoritate conſervanda erectos incenſosque cognoſcimus.

6. Quapropter B. V. ſummoperè rogamus, ut divina illa ſua mente & mitiſſimis oculis, quibus Chriſtianum orbem irradiaſſe videut, hæc omnia clementiùs intueatur, ponatque ante oculos Turcarum infeſta ſigna aciesque jam penè invictas, perniciosi Lutherani dogmatis incendium, quod peſſimi cujuſque mentem obſedit. Præterea noſtram à Germania abſentiam: Quodque tantorum malorum imminentes flammæ nullo alio, quàm B. V. æterno illo benignitatis & munificentiæ fonte reſtingui poterunt: & hæc nobis, deinde S. Romano Imp. & nationi Germanicæ, alioqui de ſancta Apoſtolica ſede optimè meritæ, pro tot, tantisque malis coercendis clementer ad quadriennium concedere & indulgere dignetur. Quod ſi S. V. fecerit, uti ſperamus, faret genti bello invictæ ad furorem Turcarum refrenandum dignas atque optatas ſuppetias in ampliſſimo Chriſtiani orbis populo, & regno alioqui inquieto juſtitiæ cultum & pacem conſtituet: unico beneficio ſibi innumeros & clariſſimos Principes conciliabit, Germanis autem reliquis, qui nunc ab iſta ſancta ſede, Lutheriana hæreſi circumducti, nonnihil alieni animi eſſe videntur, uberem occaſionem præbebit, hoc munificentiſſimo & paterno S. V. beneficio illectis, ut quicquid ſtudio, labore, obſervantia, quicquid fide, diligentia & ingenio, quicquid viribus atque opibus poſſunt, hoc totum pro B. V. & ſacroſanctæ iſtius ſedis Apoſtolicæ dignitate atque autoritate tuenda deferant & polliceantur. Quemadmodum hæc omnia S. V. ex Oratore noſtro, & Dn. Johanne Emanuele Duce Seſee extenſiùs intelliget: & S. V. valere, ac ſanctæ Romanæ univerſalique Eccleſiæ diu feliciter præeſſe cupimus.

Germani de Sede Romana optimè meriti, & bello invicti

Datum in oppido noſtro Valliſoleti, ultim. Octobr. Anno M. D. XXII. Regnorum noſtrorum, Rom. quarto, &c.

CAROLUS *divina favente clementia electus Rom. Imperator ſemper Auguſtus.*

ADRIANI VI. PONTIFICIS ROMANI
B R E V E

Ann. Chriſti 1522.

Ad S. Romani Imperii Electores, aliosque Principes & Ordines.

ADRIANUS PAPA VI.

VENERABILIBUS FRATRIBUS, DILECTIS FILIIS, NOBILIBUS VIRIS, S. ROM. IMPERII PRINCIPIBUS ELECTORIBUS, & aliis Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, ac etiam Communitatum omnium inclytæ Germanicæ Nationis Oratoribus in Dieta Nurnbergenſi congregatis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

VENERABILES *fratres & dilecti filii: Poſtquam ad Apoſtolatus Officium, divina diſponente providentia, aſſumpti ſumus, teſtis nobis eſt ille, qui nos ut immeritos, ita nil tale expectantes, promovit, nil nos aliud die noctuque cogitaſſe, quàm ut incurando grege nobis credito, tam in univerſum, quàm ſingulatim boni paſtoris partes, modis omnib. impleremus: atque adeò nullam exiſtimaſſe è noſtris ovibus tam morbuſam, quam non pro virib. curare: nullam tam vagam, & à cæteris errantem, quam non perquirere, & ad dominicam caulam reducere ſummopere cuperemus. Et ſanè ab ineunte ſtatim Pontificatu noſtro (quod tum potiſſimum expedire videbamus) Chriſtianorum Principum animos, heu nimis jam inter ſe diſſidentes, ad pacem & concordiam ineundam, deponendaque arma (aut ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertenda) tam per diverſos nuncios noſtros, quàm per quotidianas ferè literas hortari, animare, precari, hactenus nunquam deſtitimus.*

Et ne verbo tantùm, ſed & reipſa hujus noſtri deſiderii ederemus exempla, Deus ſcit, quantò rei noſtræ familiaris, his præſertim temporibus incommodo, pecunias, & alia ſubſidia ad Rhodienſes milites ſtrenuos fidei propugnatores, ab immaniſſimo Turcarum tyranno atrociter obſeſſos, ac in alia etiam loca in ejusdem hoſtis faucib. periclitantia, miſimus. Mox verò ab externis ad inteſtina animum advertentes, non ſine gravi animi moleſtia percepimus, Martinum Lutherum quem ſua culpa jam filium noſtrum vocare non poſſe dolemus) hominem veterum, &

Subſidia pro Rhodienſibus

Lutheri impunita perſeverantia.

jam damnatarum hæreſum ſuſcitatorem, poſt ſedis Apoſtolicæ paterna primùm monita, deinde etiam ſententiam, non abſque conſilio optimorum & doctiſſimorum virorum, & diverſarum Univerſitatum legitimè contra eum latam: poſt chariſſimi in Chriſto filii Caroli noſtri Roma-

Edictum Wormatienſe.

norum & Hiſpaniorum Regis Catholici, in Imperatorem electi, & veſtrum Imperiale edictum, ſuper ejuſdem ſententiæ executione, in proximis comitiis VVormatiæ habitis, maturè decretum, & per totam ferè Germaniam promulgatum: non modò per quos deceret, non punitum, aut per ſe cohibitum, à praviſſimis inceptis non deſiſtere, ſed omnis Chriſtianæ charitatis & pietatis Evangelicæ non oblitum modò, ſed & impiè contemnentem, novos quotidie libros, errorum, hæreſum, contumeliarum, ac ſeditionum plenos, ſive de ſuo, ſive ab aliis adjutum, divulgare, ac veluti peſtem quandam Germaniam, & vicinas regiones longè lateque pervadentem, venenatæ linguæ ſpiculis bonas & animas & mores inficere & corrumpere conari: &, quod pejus eſt, horum ſuorum facinorum non plebejos modò, ſed & Nobiles pleroſque habere fautores: adeò, ut (quæ fortaſſe iſtorum tumultuum primaria fuit cauſa) in Sacerdotum bona iri, & obedientiam tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus debitam, vilipendi cœptum ſit, & tandem inter nonnullos veſtrum ad civilia bella deventum.

1. Cor. 11.

Quod quàm malè cadat Chriſtianæ Reipub. hoc præſertim tempore, mente & cogitatione facilè proſpicere poteſtis. Etſi enim prædixit Apoſtolus, oportere hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant: nullum tamen videas tempus huic rei magis importunum, quàm hoc: aut quod citiùs ab hæreſibus, ſi quæ ortæ ſint, neceſſariò veniat repurgandum. Quum enim humani generis perpetuus hoſtis diabolus, ſub leonis rugientis ſpecie per Turcarum vires in Chriſtianas oves continuè debacchetur, non videmus, quo modo contra tantos impetus obſiſtere poſſimus, quamdiu eundem diabolum ſub draconis ſubdoli forma, iſtas hæreſes domi noſtræ diſſeminantem, interque fortiſſimos Germanos noſtros diſcordias & ſeditiones ſuſcitantem, fovebimus. Atque ut etiam debellare externos hoſtes maximè poſſimus, irritus tamen fuerit labor, impenſaque, & animarum ſaluti minimè utilis, foris hoſtes vincere, & domi hæreſibus, ſchiſmatibusque laborare. Meminimus, quum etiam in minoribus conſtituti, in Hiſpania eſſemus, multa ad nos & varia de Luthero, & ejus perverſis dogmatibus frequenter perferri. Quæ cùm per ſe duriſſima

Papa Adrianus natione Germanus.

auditu, eò nobis duriora videbantur, quòd ex ea regione venirent, unde nobis ſecundum carnem origo eſt. Sed ſolabatur nos tum rei ipſius adeò manifeſta vel iniquitas, vel ſtoliditas, ut à nemine diu toleranda crederetur. Tum illa ſubinde nobiſcum facta reputatio, qua dubio procul confidebamus iſtas venenatas plantas aliunde in Germaniam tranſlatas, non perventuras ad frugem in ea terra, quæ acerrimos hæreſum, & omnis infidelitatis hoſtes ſemper protuliſſet.

Nunc verò poſtquam hæc mala arbor, ſive divino judicio ſic populi ſui peccata puniente, ſive ſocordia eorum, qui, ut debebant & poterant, principio non obſtiterunt, quos videtis & auditis longè lateque ramos expandere cœpit: Conſiderandum vobis eſt, Germani Principes & populi, ac providendum, ne vos, qui ab initio hujus mali culpa aliunde orta, facilè excuſari poteratis, per iſtam nimiam tolerantiam, & priſtinæ virtutis, naturæq; obliti, & tanto facinori, dum illi non reſiſtitis, conſentire videamini. Omittimus quod enormiſſimum eſt, tantam, tamq; religioſam nationem per unum fraterculum (qui à Catholica fide & religione Chriſtiana, quam ab ineunte ætate, non ſolùm profiteri & ſequi viſus eſt, ſed etiam multis annis prædicaſſe ac docuiſſe dicitur, noviſſimè infeliciter apoſtatavit, ac Deo mentitus eſt) ſeduci ab ea via, quæ à redemptore noſtro, & ejus ſanctiſſimis Apoſtolis demonſtrata, tot Martyres, tot præclari doctrina & ſanctitate viri, & majores denique veſtri, omnes hactenus inceſſerunt: quaſi ſolus Lutherus ſapiat & ſciat: ſolus nunc primùm (ut de ſe hæreticus Montanus glorïabatur) Spi-

Matth. ult.

ritum ſanctum acceperit, & Eccleſia ipſa, cum qua ſe futurum ad conſummationem ſeculi benigniſſimus humani generis redemptor pollicitus eſt, in tenebris ignorantiæ & perditionis ambagibus ſemper erraverit, donec novo Lutheri lumine illuſtraretur.

Quæ omnia quanquam apud eos qui ſapiunt, perridicula judicantur: Simplicibus tamen animis plurimum ſunt pernicioſa, & iis qui novarum rerum cupiditate omnem ordinem immutatum vellent, plurimas ad ea perpetranda, quæ nunc experimini, cauſas & fomenta ſubminiſtrant. An non conſideratis Germani Principes & populi, præludium eſſe quoddam hæc eorum malorum, quæ Lutherus & ejus ſectatores moliuntur? An non apertè videtis, iſtud prætenſum principio à Lutheranis veritatis Evangelicæ patrocinium detectum, nunc eſſe merum rerum veſtrarum latrocinium? An putatis, aliò tendere iſtos iniquitatis filios, quàm ut libertatis nomine, omni obedientia ſublata, quod cuique libuerit faciendi licentiam inducant? An ullius penſi juſſa & leges veſtras habituros creditis, qui ſacros canones, & Patrum decreta, nec

Digitized by Google

non ſacroſancta Concilia, quorum auctoritati Imperatorum leges ſemper, & libenter ceſſerunt, & prompte famulatæ ſunt, non ſolùm vilipendunt, ſed etiam diabolica rabie lacerare & comburere non verentur? Denique qui Sacerdotibus, qui Epiſcopis, qui Pontifici ſummo debitam obedientiam detrectantur? An ſperatis contenturos ſacrilegas manus à Laicorum bonis, & non omnia potiùs ſibi, quæ poterunt, vindicaturos, qui res Deo dicatas, quotidie vobis præſentibus & videntibus, ferunt, aguntque? An denique veſtris cervicibus parſuros, qui non tangendos Chriſtos Domini contemerare, cædere, trucidare auſi ſunt? In vos, in veſtras res, domos, uxores liberos, ditiones, dominatus, templa, quæ colitis, hæc miſeranda calamitas tendit, niſi maturè obviam eatis.

Proinde fraternitates, nobilitates, & devotiones veſtras, omnium & ſingulorum in Domino hortamur, & per Chriſtianam charitatem & religionem, quam tam ſæpe majores veſtri ſuo ſanguine & tutati ſunt, & auxerunt, obſecramus, atque in virtute ſanctæ obedientiæ, quam Deo & beato Petro, ejuſque vicario omnes Chriſtiani debent, à vobis requirimus, ut depoſitis, ſi quæ ſunt inter vos ſimultatibus, ad hoc commune incendium extinguendum, nunc ſaltem toto animo incumbatis, & Martinum Lutherum, cæteroſque iſtorum tumultuum & errorum autores, ad rectam ſentiendi & vivendi viam (quod nobis gratiſſimum & jucundiſſimum eſſet) omnibus ſanctis modis reducere enitamini. Quod ſi (quod avertat Deus) velutì aſpides, obturatis auribus, audire recuſaverint, ne quod reliquum, & nunc ſanum conſtat, eum magna & evidenti nationis veſtræ macula & totius Reſpub. Chriſtianæ manifeſto periculo inficiatur, in eos juxta ſacras conſtitutiones, juxta leges à veſtratibus Imperatoribus latas, atque adeò recens veſtrum ſuper hac re Imperiale edictum, ſeveritatis virga animadvertatis. Novit ille, cui ſola arcana humanorum pectorum aperta ſunt, quam nos, & pro natura noſtra, inſtitutoque, & pro paſtorali, quod gerimus, officio, ad ignoſcendum potiùs, quam ad ulciſcendum ſimus propenſi. Sed ubi tetrum iſtud cancer ita ulceroſum eſſet, ut blandis, lenibuſque medicamentis curari non poſſet, aſpera erunt & ignita cauteria adhibenda, & abalienata membra ab integro corpore penitus reſecanda. Sic Deus omnipotens ſchiſmaticos fratres, Dathan & Abiron in terræ baratrum vivos demerſit: Num. 16. *& nolentem obedire ſacerdotis Imperio, capitali ſupplicio puniri juſſit. Sic Apoſtolorum Princeps Petrus Ananiam & Saphiram ſibi in Deum mentientes, ſubito morituros denunciavit. Sic veteres & pii* Act. Apoſt. 5. *Imperatores Jovinianum, & Priſcilianum hæreticos gladio ſeculi ſuſtulerunt. Sic D. Hieronymus vigilantium item hæreticum optat in interitum carnis tradi, ut ſpiritus ſalvus fiat. Sic denique majores veſtri de Joanne Huſſita, & Hieronymo Pragenſi, qui nunc in Luthero revixiſſe videntur, à quo & in ſumma habentur veneratione, in Conſtantienſi Concilio debitas ſumpſere pœnas. Quorum ſancta & præclara geſta ſi etiam hac in parte (ubi aliter fieri nequeat) fueritis imitati, non dubitamus, quin divina clementia ad eundem mox ſuppetias Eccleſiæ Dei, quæ ab infidelibus vexata, in nationem veſtram virtute bellica & hominum numero facilè præſtantem, os oculoſque jam dudum intendit, ſenſus & corda veſtra inſpirot. Unde omnipotentis Dei & beati Petri benedictione per nos accepta, & de triumphato dracone ac leone diabolo, id eſt ſublatis domo hæreſibus, & devictis foris fidei hoſtibus, glorioſam victoriam, & in futuro ſeculo æternæ ſalutis præmia reportetis.*

Vos verò pro compertiſſimo habeatis, quicquid nobis opum & auctoritatis altiſſimus concedere dignatus eſt, id omne & vitam ipſam pro tam ſanctis operibus, & pro ſalute commiſſarum nobis ovium libentiſſimè expoſituros. Cætera quæ tam in hoc Lutherano, quàm aliis negotiis vobiſcum particularibus communicata cupimus, dilecto filio Franciſco Cheregato, electo Aprutini, quem nuper menſe Septembri ad negotia fidei & religionis, noſtro nomine vobiſcum tractanda, noſtrum & hujus ſanctæ ſedis nuncium, ad inſignem iſtum conventum ire juſſimus, vobis latiùs explicanda commiſimus. Cujus verbis hortamur vos, eandem quam noſtris haberetis, fidem adhibere. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die XXV. Novembr. M. D. XXII. Pontificatus noſtri anno primo.

T. Hezius.

INSTRUCTIO

PRO TE D. FRANCISCO CHEREGATO, DE QUIBUSDAM, QUÆ PRÆLATIS,

Principibus, & Civitatum Germanicarum oratoribus dicere poteris viva voce, ubi, & quando oportunum judicaveris.

IN primis declarabis eis maximum dolorem quo affligimur, ex proſperatione ſectæ Lutheranæ: ob id potiſſimùm, quòd videmus innumerabiles animas Chriſti ſanguine redemptas, & curæ noſtræ paſtorali commiſſas, illius occaſione à vera fide ac religione averti, & in perditionem ire: idque in natione, ex qua nobis ſecundum carnem origo eſt, quæ ab initio, ex quo ad Chriſtum converſa fuit, uſque ad iſtos proximos annos ſemper extitit fideliſſima, ac religioſiſſima: Papa natione Germanus. *ac propterea nobis vehementiſſimum deſiderium eſſe, ut huic peſti celeriùs occurratur, priuſquam Germaniæ ipſi contingat, quod Bohemiæ olim contigit: noſque paratiſſimos eſſe, ad faciendum omnia in hunc effectum, quæ ex parte noſtra expectari poterunt: ac ſummoperè deſiderare, ut etiam unuſquiſque eorum hoc ipſum pro virib. facere ſtudeat: utque id faciant, nos quantum poſſumus unumquemque eorum hortari & rogare. Debebunt autem eos ad hoc movere ſequentia.*

PRIMO, *& ante amnia honor Dei omnibus rebus præferendus, qui per iſtas hæreſes graviter læditur, ejusque cultus conſuetus non ſolùm diminuitur, ſed potius ex toto corrumpitur. Item charitas erga proximos, qua unusquisque pro viribus ſtudere debet, proximos errantes ab errore revocare. Quod niſi fecerit, Deus eos qui ſua negligentia pereunt, de manu ejus requiret.*

Germani Chriſtianiſſimi.

SECUNDO, *movere eos debet infamia nationis ſuæ, quæ cùm ſemper præ cæteris nationibus Chriſtianiſſima ſit habita, nunc propter eos, qui ſectam Lutheranam inſequuntur, apud omnes peſſimè audit.*

TERTIO, *moveat eos reſpectus honoris eorum proprii, qui maximè læditur, ſi ipſi, qui apud nationem Germanicam auctoritate & potentia pollent, hæreſes iſtas non totis viribus expellere laborant: tum quia degenerabunt à progenitoribus ſuis, viris Chriſtianiſſimis, qui in Conſtantienſi Concilio ex magna parte interfuerunt condemnationi Joannis Huſs, & aliorum hæreticorum, quorum aliqui ipſum Joannem Huſs propriis manibus ad ignem duxiſſe dicuntur. Tum quia ipſi, vel major eorum pars, edictum Imperiale, in executione ſententiæ Apoſtolicæ contra Martinum Lutherum & ſuos latæ factum approbarunt, eique auctoritatem ſuam adhibuerunt; & propterea niſi illud pro viribus executi fuerint, vel inconſtantes judicabuntur, vel etiam favere reputabuntur: cùm manifeſtum ſit, eos, ubi efficaciter velint, illum exterminare facilè poſſe.*

Edictum VVormatienſe.

QUARTO, *moveat eos injuria, quæ per Lutherum, eis & eorum parentibus, ac progenitoribus infertur. Cùm enim ipſorum parentes & progenitores, & ipſimet ſemper tenuerint fidem quam Eccleſia Romana atque Catholica approbat, & Lutherus, ſuique ſectatores, longè diverſam fidem teneant, aſſerendo multa non eſſe de fide, quæ tamen illi tenuerint eſſe de fide: manifeſtum eſt, illos à Luthero condemnari, pro infidelibus & hæreticis; & per conſequens ſecundum Lutherum omnes eorum majores, qui in fide noſtra deceſſerunt, ſunt in inferno: cùm error in fide homines damnationis reos faciat.*

QUINTO, *attendant finem, ad quem Lutherani tendunt, ut ſcilicet ſub colore libertatis Evangelicæ, quam hominibus proponunt, omnis poteſtas ſuperioritatis tollatur. Nam licet ab initio præ ſe tulerint, Eccleſiaſticam poteſtatem tanquam tyrannicè, & contra Evangelium occupatam annihilare, ſeu reprimere velle, tamen cùm eorum fundamentum, ſcilicet libertas, quam prædicant, æquè vel plus militet contra poteſtatem ſecularem, quòd ſcilicet illa nullis præceptis, quantumvis juſtis & rationalibus obligare poſſit homines ad parendum, ſub pœna mortalis peccati: Manifeſtum eſt, eos etiam illam enervare velle: quamvis aſtutè fecerint illam ſalvando, ut ſcilicet Principibus ſecularibus credentibus, machinationem hanc, non contra ſe, ſed duntaxat contra Eccleſiaſticos (quibus Laici communiter infenſi ſunt) dirigi, ac propterea partim in eorum favorem tractis, partim diſſimulantibus, ſeu non contradicentibus, ipſi faciliùs Eccleſiaſticos verterent. Qua facta, dubium non eſt, quin populi idem contra ſeculares Principes tentaturi eſſent.*

SEXTO, *moveant eos maxima ſcandala, turbationes, direptiones bonorum, homicidia, lites, diſſenſiones, quas ſecta hæc peſſima excitavit, & quotidie excitat per totam Germaniam. Item blaſphemiæ, maledicta, ſcurrilitates & amaritudines, quæ iſtis ſemper in ore ſunt: quæ niſi ipſi ſedare curaverint, verendum eſt, ne ira Dei deſolatio veniat ſuper Germaniam, in ſe tam diviſam, immò ſuper ipſosmet Principes, qui cùm poteſtatem & gladium à Domino acceperint,*

Jerem. 48.

ad vindictam malorum, talia in ſubditis ſuis fieri permittant. Maledictus, inquit Propheta, qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium ſuum à ſanguine iniquorum.

SEPTIMO, *conſiderent Lutherum propè conſimili via ad ſeducendum populum Chriſtianum uti, qua Mahometus ille ſpurciſſimus uſus, tot animarum millia decepit; permittendo videlicet ea, ad quæ homines carnales inclinantur, & exinde eximendo eos ab his, quæ in lege noſtra graviora videntur: niſi quòd Lutherus paulò modeſtiùs agere videtur, ut eò efficaciùs decipiat. Machometus plures uxores habendi, & eas pro arbitrio repellendi, aliasq; ducendi licentiam conceſſit. Iſte ut Monachorum & Deo dicatarum virginum ac ſacerdotum, laſcivia carnis geſtientium ſibi favores conciliet, prædicat vota perpetuæ continentiæ etiam illicita eſſe, nedum non obligatoria: Proptereaq; licere illis, per Evangelicam libertatem, nubere: immemor verbi Apoſtoli, cùm dicit de viduis adoleſcentioribus, quòd cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*

1. ad Timoth. 5.

Quibus per te expoſitis, & aliis pluribus, quæ in hanc ſententiam partim ex literarum noſtrarum exemplis colligere, partim ex tua prudentia excogitare poteris: hortaberis noſtro nomine

ne

ne dictos Principes, Prælatos ac populos, ut tandem expergiſcantur, & excitentur, ad obviandum, & tam grandi injuria, quam Lutherani Deo & ſacræ religioni ejus, & maxima ignominia quam toti nationi veſtræ Germanicæ, ipſiſq; Principibus, & maximo opprobria atque contumelia, quam majoribus eorum, quos (ut diximus) in effectu ad gehennam condemnant, inferre noſcuntur, & ad executionem ſententiæ Apoſtolicæ ac Imperialis edicti facti, omnino procedant: detur venia his, qui reſipiſcere, & errores ſuos abjurare voluerint: ſemperq; proniores ſint ad miſerandum, quàm ad vindicandum, exemplo Dei noſtri, qui non vult mortem peccatorum, ſed magis ut convertantur, & vivant. Ezech. 18. *At qui in errore pertinaces permanſerint, diſtrictionis virga juxta ſacrorum canonum & legum decreta, ſic puniantur, ut cæteri eorum exemplo vel in fide recto permaneant, vel lapſi in rectam viam redeant.*

Quòd ſi quis fortè dixerit, Lutherum inauditum & indefenſum fuiſſe per Sedem Apoſtolicam condemnatum, & propterea audiri omnino debere, nec antequam convictus ſit, condemnandum eſſe: Reſpondebis, quòd illa quæ fidei ſunt, propter divinam auctoritatem credenda ſunt, non probanda. Lutheri cauſa quatenus audienda. *Aufer (inquit Ambroſius) argumenta, ubi fides quæritur: piſcatoribus creditur, non dialecticis.* Ambroſius. *Et certè fatemur, ei defenſionem negari non debere, in his quæ ſunt facti: hoc eſt, utrum dixerit, necne: utrum prædicaverit, vel ſcripſerit, necne: ſuper divino jure verò & materia Sacramentorum ſtandum auctoritati Sanctorum & Eccleſiæ. Adde quòd ferè omnia, in quibus Lutherus ab aliis diſſentit, ſunt per diverſa concilia priùs reprobata. Non debet autem revocari in dubium, quod per Concilia generalia & univerſam Eccleſiam conſtat eſſe approbatum, tanquam fide tenendum. Injuriam namque facit Eccleſiæ Synodo, qui ſemel rectè diſpoſita nititur in dubium revocare. Quid enim unquam certi eſſe poterit inter homines? vel quis diſputationum contentionumque finis erit, ſi præſumptuoſæ & perverſæ cuique libertas ſeu licentia erit recedendi ab his, quæ non unius neque paucorum, ſed tot ſeculorum, & tot ſapientiſſimorum hominum conſenſu, & Catholicæ Eccleſiæ (quam Deus in his quæ fidei ſunt, nunquam errare permittit) determinatione ſancita ſunt: cùm tamen unaquæque civitas leges ſuas inviolabiliter obſervari exigat? Quomodo non omnia turbationibus & ſcandalis & confuſione plena erunt, niſi ea, quæ ſemel, immò ſæpiùs maturo judicio conſtituta, ab omnibus inconcuſſè obſerventur? Cùm igitur Lutherus & ſui Concilia Sanctorum Patrum condemnent, ſacros canones comburant, & cuncta pro arbitrio ſuo confundant, ac totum mundum perturbent: manifeſtum eſt, eos tanquam publicæ pacis inimicos & perturbatores, ab omnib. ejuſdem pacis amatoribus exterminandos eſſe.*

Item, dices nos ingenuè fateri, quòd Deus hanc perſecutionem Eccleſiæ ſuæ inferre permittit, propter peccata hominum, maximè ſacerdotum & Eccleſiæ Prælatorum. Certum enim eſt, non eſſe abbreviatam manum Domini, ut ſalvare nequeat, ſed peccata dividere inter nos & ipſum, & abſcondere faciem ſuam à nobis, ut non exaudiat. Clamant ſcripturæ, peccata populi derivari à peccatis ſacerdotum: propterea que (ut ait Chryſoſtomus) Salvator noſter curaturus infirmam civitatem Hieruſalem, ingreſſus eſt prius templum, ut peccata ſacerdotum primò caſtigaret, inſtar boni medici, qui morbum à radice curat. Chryſoſtom. *Scimus in hac ſancta ſede, aliquot jam annis, multa abominanda fuiſſe, abuſus in ſpiritualibus, exceſſus in mandatis, & omnia denique in perverſum mutata.* Sedis Romanæ abominanda. *Nec mirum, ſi ægritudo à capite in membra, à ſummis Pontificibus in alios inferiores Prælatos deſcenderit. Omnes nos (id eſt Prælati & Eccleſiaſtici) declinavimus, unuſquiſque in vias ſuas: nec fuit jam diu qui faceret bonum, non fuit uſque ad unum.* Pſalm. 13. *Quamobrem neceſſe eſt, ut omnes demus gloriam Deo, & humiliemus animas noſtras ei, videatque unuſquiſque noſtrum, unde ceciderit, & ſe potiùs quilibet judicet, quàm à Deo in virga furoris ſui judicari velit. Qua in re, quod ad nos attinet, pollicéberis nos omnem operam adhibituros, ut primùm Curia hæc, unde forte omne hoc malum proceſſit, reformetur: ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet.* Reformatio Romanæ Curiæ. *Ad quod procurandum nos tantò arctiùs obligatos reputamus, quanto univerſum mundum hujuſmodi reformationem avidiùs deſiderare videmus. Nos (uti aliàs tibi dixiſſe credimus) Pontificatum hunc nunquam ambivimus, immò quantum in nobis fuit, longè maluiſſemus privatam vitam agere, & in ſancto ocio Deo ſervire. Et profectò Pontificatum ipſum planè recuſaſſemus, niſi Dei timor, & ſincerus electionis noſtri modus, nec non ſchiſmatis ex recuſatione noſtra imminentis metus nos acceptare illum coegiſſet. Subjicimus igitur collo ſummæ dignitati, non ob dominandi libidinem, neque additandos propinquos noſtros, ſed ad divinæ voluntati parendum, ad deformatam ejus ſponſam Eccleſiam Catholicam reformandam, ad ſubveniendum oppreſſis, & doctos ac virtute præditos, qui multo jam tempore neglecti jacuerunt, erigendum & ornandum, & denique ad omnia alia agendum, quæ bonum Pontificem & legitimum beati Petri ſucceſſorem agere oportet. Quanquam nemo mirari debebit, ſi non ſtatim omnia errata & abuſus omnes per nos emendatos viderit. Inveteratus nimiùm morbus eſt, nec ſimplex, ſed varius & multiplex: pedetentim in ejus cura procedendum eſt, & prius gravioribus magiſque periculoſis occurrendum, ne omnia pariter reformare volentes, omnia perturbemus. Omnes ſubitæ mutationes (inquit Ariſtoteles) in republica periculoſæ ſunt.* Ariſtoteles. *Qui nimis emungit, elicit ſanguinem.* Eccleſiaſt.

Concordata Principum cum Sede Romana.

Quòd autem ultimis literis tuis ſcribis, queſtos fuiſſe tecum Principes iſtos, quod Concordatis eorum per hanc ſedem derogatum ſit: dices, nos de his, quæ ante nos facta fuere, culpari non poſſe nec debere, nobisque ejuſmodi derogationes etiam dum in minoribus eſſemus, ſemper plurimum diſplicuiſſe. Proinde nobis certiſſimam ſententiam eſſe: etiamſi ipſi non requirerent: illis noſtri Pontificatus tempore penitus abſtinere: partim, ut unicuique jus ſuum ſervemus: partim, quia æquitas & humanitas expoſcit, ut inclytam nationem noſtram non ſolùm non offendamus, ſed etiam peculiares ei favores impendamus.

Proceſſuum avocatio à Rota Romana.

De proceſſibus verò, quos à Rota avocari, & ad partes remitti poſtulant, dices nos cupere eis in hoc gratificari, quantum honeſtè poſſimus. Sed propter abſentiam auditorum ab urbe peſtis gratia, non poſſe nos de qualitate & habitudine ipſorum proceſſuum ad præſens informari: reverſis vero illis, quod peſte jam decreſcente, brevi futurum ſperamus, facturos in gratiam dictorum Principum, quicquid rationabiliter poterimus.

Item, ſollicitabis diligenter reſponſa literarum noſtrarum, & requires eos, ad quos ſcribimus, ut nos literis ſuis informent, quibus mediis eorum judicio videatur huic peſſimæ ſectæ commodiùs obviare poſſe: ut ea quæ per nos providenda fuerint, celeriùs provideri poſſint. Et ſuper hoc ipſo etiam tutè diligentiſſimè informabis, & nobis plenè perſcribes.

Doctorum & piorum virorum promotio in Eccleſia.

Item, quia intelleximus, in Germania eſſe multos bonos & doctos viros pauperes, aliqua etiam præclara ingenia, quæ ex dignitate Apoſtolicarum proviſionum, hiſtrionibus & ſtabulariis potiùs, quàm viris doctis fieri ſolitarum, à ſedis hujus devotione averſa: cupimus, ut inquiras, quinam illi ſint, eorumque nomina ad nos tranſmittas, ut occurrente beneficiorum Germanicorum vacatione, illis proprio motu providere poſſimus. Scimus enim, quantum Dei honori & animarum ſaluti ac ædificationi obfuerit, quòd jam diu beneficia Eccleſiaſtica, maximè curam & regimen animarum habentia, data fuerunt hominibus indignis.

Subſidium pro Hungaris contra Turcas.

De ſubſidio procurando, pro Hungaris, non damus aliam informationem, quam diſcedenti tibi dedimus, excepto, quòd te hortamur, ut rem illam ſummo ſtudio (uti facis) cures. Nos etiam apud Principes & Reſpublicas Italicas, miſſis oratoribus, ſollicitabimus, ut pro viribus quiſque ſubveniat.

Adrianus Papa VI.
T. Hezius.

RESPONSIO

ILLUSTRISSIMORUM AC REVERENDISSIMORUM PRINCIPUM, NEC non aliorum ſacri Romani Imperii Ordinum, Pontificio Legato reddita.

SERENISSIMUS & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus FERDINANDUS ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Locumtenens, nec non Reverendiſſimi in Chriſto Patres, Illuſtriſſimi, Reverendi, ac Illuſtres Principes Electores, aliorumque omnium Ordinum hujus ſacri Romani Imperii conventus Proceres, literas beatiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Adriani, ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificis optimi & maximi, in forma Brevis, ſimulque ea, quæ veſtra Reverendiſſima dominatio verbo propoſuit, tandemque inſtructionem, quam ſcriptis nomine ſuæ Beatitudinis præſentavit, in negotio Lutheranæ factionis, cum debita honoris & reverentiæ exhibitione, atque non ſine ſingulari animorum gratitudine acceperunt, & diligentiſſimè intellexerunt,

1. Inprimis, ex quo Sereniſſimus & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus Locumtenens, cæterique Electores, Principes, & hujus ſacri conventus Proceres noverunt, Beatitudinem Pontificis ex nobiliſſima Germanica natione originem traxiſſe & natum eſſe: Cujus eximias ac præſtantes animi & corporis dotes virtutesque toto ferè orbe, etiam dum in minoribus eſſet, celebratas, jam pridem perſpicuas habent: Quare de ſuæ Beatitudinis ad ſummum Apoſtolatus apicem concordi ac divina electione & vocatione, incredibili quadam animorum hilaritate & lætitia ſunt affecti: aguntque Deo optimo maximoque ſummas gratias, quòd ſanctæ ſuæ Eccleſiæ de tali ac tam digno, optimoque paſtore providere dignatus eſt. Ex animoque precantur, & pro ſua ſumma clementia, & perpetua ſui nominis gloria, animarumque ſalute, & Eccleſiæ univerſalis incolumitate, ſuæ Beatitudini omnem felicitatem rerum atque corporum diutinam proſperitatem largiri velit: Nihil dubitantes, quòd ex hac tam ſancti & virtuoſi paſtoris concordi electione ſanctæ, Chriſtianæ, Catholicæque Eccleſiæ, plurimum fructus & ſalutis ſit eventurum. Cujus rei evidens facit argumentum, quòd ſua Beatitudo iterum atque iterum teſtatur, nihil ſe tam die noctuque cogitare, quàm ut in curando grege ſibi commiſſo, boni paſtoris partes modis omnibus præſtare poſſit: inprimisque ſibi curæ eſſe, Chriſtianorum

norum Principum animos, jam nimis inter ſeſe diſſidentes, ad pacem & concordiam ineundam componere, deponendaque arma (aut ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertenda) quotidianis ferè literis hortari, precarique hactenus non deſtitit: Simulque declarando, quanta hujus tam ſancti & præclari deſiderii (juvando, & ſubſidia mittendo Rodianis militibus eum incommodo ſuæ rei familiaris) re ipſa ediderit exempla. Ea quibus omnibus ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Dominus Locumtenens, cæterique hujus ſacri Imperii ordines, non mediocrem ſpem & conſolationem, cum maxima animorum gratitudine accepêre, planè intelligentes, hanc concordiam Chriſtianorum Principum in omnibus rebus bene gerendis ac ordinandis non minimum momenti habere: ſine qua profectò nec respublica Chriſtianæ religionis rectè curari, vel inſtitui, multoque minus tyrannidi immaniſſimi Turcæ commodè obſiſti poterit. Quemadmodum hæc ex his, quæ Reverendiſſimus Dominus ſuæ Beatitudinis Nuncius Apoſtolicus nuper, cum pro ſubſidiis Hungarorum regno decernendis, perorando propoſuit, ſimulque ex his, quæ per Sereniſſimi Hungarorum Regis & illius regni Legatos lamentabiliter expoſita & declarata ſunt, quas ſcilicet calamitates, injurias, & ad extremum usque exitium Hungarorum regnum ab impiis hoſtibus tulerit, indiesque majora timere habeat, abundè intellecta ſunt.

Concordiæ ſtudium & neceſſitas.

2. Quare Sereniſſimus Princeps ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Locumtenens, cæterique Principes, Electores & Ordines, ſummo ſtudio ea animo orant, ut ſua Sanctitas, in hoc ſancto propoſito, ea qua cœpit diligentia, ut pius pater & verus paſtor pro incumbentis officii ſui debito pergat, nihilque intentatum relinquat, quo Chriſtianorum Principum diſſidentes animos ad pacem reducat: vel ſi id in totum fieri non poſſit, ſaltem ad tempus, in tanta temporum & rerum neceſſitate, inducias facere laboret: quo inſtantib. Chriſtianæ reip. periculis & Turcæ perfidiſſimi conatibus, Dei auxilio, communibus Chriſtianorum copiis, & commodius faciliusque obſiſti, & Chriſtianus populus ab illius tyrannide liberari poſſit: pro quo Sereniſſimus Princeps Locumtenens, aliique Principes Germani, unà cum cæteris Potentatibus omni ope & opera fideliter ſunt laboraturi.

Pax ſive induciæ diſſidentia in Religiona Principum.

3. Deinde ſuæ Beatitudinis literæ, ſimulque inſtructio per ſuæ beatitudinis Nuncium Apoſtolicum, coram Ordinibus Imperii oblata, continebant; ſuam Beatitudinem maximo dolore affligi, ex proſperatione ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimum, quòd innumerabiles animæ, Chriſti ſanguine redemptæ, ac ſuæ beatitudinis curæ commiſſæ, illius occaſione, à vera religione avertantur, atque in perditionem eant: ob id ſuam beatitudinem vehementiſſimè deſiderare, ut huic peſti celerius occurratur, ne deteriora inde contingant; cum explicatione quarundam neceſſariarum rationum, quæ Principes Germanos ad hæc quàm celerius conandum, maximè movere poſſint, ac debeant: et in primisque adhortando, ut ſententia per ſedem Apoſtolicam in Lutherum legitimè lata, & poſt ſacræ Cæſareæ & Catholicæ majeſtatis edictum, ſuper ejusdem ſententiæ executione, in proximis comitiis Wormatiæ habitis decretum, debitæ demandentur executioni.

Edictum Wormatienſe.

4. Ad hæc ſacræ Cæſareæ majeſtatis Locumtenens, & Principes, aliisque Ordines dicunt, ſe non minus, quàm Beatitudinem Pontificis ex animo dolere de impietatibus, animarum periculis & incommodis, quæ in Chriſtiana religione, ex Lutherana ſecta, aliisve provenerint. Quicquid enim auxilii & conſilii pro extirpandis erroribus & animarum periculis amovendis ſua moderatione præſtare unquam poterint, ſunt pro ſumma ſua in Chriſti religionem devotione & pietate paratiſſimi: ingenueque agnoſcunt, ſe, & Beatitudini Pontificis, & ſacræ Cæſareæ Majeſtati, ut Chriſtianos decet Principes, ad omnem obedientiam eſſe obnoxios.

5. Sed quòd ſedis Apoſtolicæ ſententia in Lutherum lata, ſimulque ſacræ Cæſareæ Majeſtatis edictum, non ſit debitæ executioni demandatum, non ſine maximis, urgentiſſimisque rationibus, utputa, ne pejora inde cauſarentur, &c. hactenus prætermiſſum eſt.

Edictum cur non executioni mandatum.

6. Majori namque populi parti jam pridem perſuaſum eſt, & modò Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinio ſic informata, ut jam pro comperto habeant, nationi Germanicæ à Curia Romana per certos abuſus, multa & magna gravamina & incommoda illata eſſe: ob id, ſi pro executione Apoſtolicæ Sedis ſententiæ, vel Imperatoriæ Majeſtatis edicti, quidpiam acerbius attentatum eſſet, mox popularis multitudo ſibi hanc ſuſpicionem animo concepiſſet, ac ſi talia fierent pro evertenda Evangelica veritate, & ſuſtinendis, manu tenendisque malis abuſibus, impietatibusque. Unde indubiè aliud nihil, quàm graviſſimi tumultus populares, inteſtinaque bella ſperanda eſſent. Quemadmodum ex multis ac variis rerum argumentis Principes, aliique Ordines jam planè didicere, & cognovere. Oportunioribus itaque remediis his malis, in hac potiſſimum temporum difficultate, ſuccurrendum eſſe exiſtimant.

Abuſus & gravamina Romanæ Curiæ.

7. Nam quemadmodum & reverendiſſimus Dominus Nuncius Apoſtolicus, nomine beatiſſ. Pontificis, in ſua inſtructione inter alia piè, Chriſtianè, & verè fatetur & agnoſcit, quòd Deus hanc Eccleſiæ ſuæ perſecutionem inferri permittit, propter peccata hominum; pollicetur que beatitud. Pontificis omnem adhibiturum operam, ut primum Romana Curia, unde fortè omne hoc malum proceſſit, reformetur, ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet.

Eccleſiæ perſecutiones propter peccata hominum.

A Romana Curia tanquam capite omne malum proceſſiſſe

8. Ad hæc beatiſſimus Pontifex pio ac paterno amore teſtatur, ſibi etiam dum in minoribus eſſet, plurimum diſplicuiſſe, quotiens Concordatis Principum per curiam Rom. derogaretur, ſuæque Beatitudini hanc certiſſimam eſſe ſententiam, etiamſi Principes nunquam requirerent, ſui Pontificatus tempore penitus abſtinere, unicuique, & maximè nationi Germanicæ, jus ſuum conſervare, illique nationi peculiares favores impendere. Quis itaque ex his omnibus non videt ſanctiſſimum

Concordatis Principum in curia derogatum.

mum Pontificem nihil penitus illorum omittere, quæ vel pius pater & verus paſtor ovibus ſuis unquam vel præſtare poſſet, vel debeat? Quis etiam per hæc ad veram pietatem, filialem amorem, & erratorum ſuorum emendationem non moveretur, maximè ubi ſua Sanctitatis hæc tam pia, ſanctaque inſtituta opere ipſo, uti cœpit, præſtiterit, quemadmodum Sereniſſ. Dominus Locumtenens, cæterique Principes, & omnium hujus Imperii Ordinum Proceres indubiè ſperant, idque pro ſumma immortalis Dei gloria, animarum ſalute, ac publica pace & tranquillitate ſervanda fieri ex animo efflagitant, orantque.

Gravamina ſæcularium Principum. Concordia inter diſſidentes Principes quid impediat. Imperium ab Eccleſiaſticis exhauſtum.

9. Nam niſi iſtiusmodi abuſus & gravamina, ſimulque certi articuli, quos ſeculares Principes juxta hæc ſpecialiter deſignatos, ſcriptis exhibebunt, fideliter reformentur, vera pax & concordia inter Eccleſiaſticos, ſecularesque ordines, hujusque tumultus & errorum extirpatio per Germaniam minimè ſperanda eſt. Nam ex longis & variis bellorum tumultibus, quibus Germania noſtra multis annis interturbata: Item ob alia gravamina & incommoda, quæ huic nationi hactenus incubuerunt, hæc natio pecuniis ac divitiis adeò eſt extenuata & exhauſta, ut etiam jam pro neceſſaria juſtitiæ ac pacis conſervatione in his deficiat. Multo majori itaque incommodo & difficultate Hungarorum regno & Croatis petita auxilia contra Turcam præſtare poterit.

Annatarum ſolutio in verum uſum vertenda & Imperio reapplicatio.

10. Cum autem Ordinea ſacri Romani Imperii nihil dubitent, beatitudinem Pontificis pro comperto habere, Principes Germaniæ in ſolutionem Annatarum ad aliquot annos ſedi Apoſtolicæ ſolvendarum, ea lege ac conditione conſenſiſſe, ut illa in oppugnationem perfidiſſimi Turcæ, & defenſionem fidei Catholicæ converterentur: Ex quo autem numerus annorum, intra quos Annatæ illæ ſolvi debeant, nunc longo intervallo tranſactus ſit, neque Annatæ illæ à beatitudinis ſuæ prædeceſſoribus Pontificibus Romanis in hunc uſum, in quem decretæ ſunt, converſæ: Ob id, ſi modò neceſſitate exigente, communia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam eſſent decernenda & colligenda, cauſatur inde populus Germanicus, quare Annatæ priùs jam multis annis in hunc uſum reſervatæ, ad hoc opus non applicentur, averſaturque alia in ſe ob hanc cauſam gravamina recipere. Ex quo Prælati Eccleſiaſtici pro Annatis ſedi Apoſtolicæ ſolvendis, utplurimum ſuis ſubditis ſuperindicta & collectas imponere, & talia ab eiſdem recuperare cauſaverunt. Quare Illuſtriſſ. Princeps Dominus Locumtenens, aliique Principes, & Imperii Romani Ordines vehementer orant, ut beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno affectu conſiderare, & illas Annatas, quæ poſt obitum Epiſcoporum, aliorumque prælatorum, ſeu Eccleſiaſticorum, ad Curiam Romanam ſolvendæ fuerint, in futurum non exigere, ſed illas fiſco ſacri Romani Imperii applicandas relinquere; ut eò commodiùs juſtitia, pax & tranquillitas nationi Germanicæ conſervari, & reſpub. eò meliùs per hæc ordinari, poſſintque per Germanicam nationem aliis Chriſtianis potentatibus contra Turcam communem hoſtem auxilia & præſidia præſtari! quod aliâs & abſque eo, minimè ſperandum erit.

11. Item cùm beatitudo Pontificis inter alia deſiderat informari, quibus mediis huic Lutherano errori commodiùs obviari poſſit, ut ea, quæ per ſuam Beatitudinem providenda fuerint, celeriùs curari poſſint: Ad hæc Illuſtriſſ. Principes Dominus Locumtenens, aliique Principea & Ordines dicunt, quicquid hac in re pro pietate & Chriſtianæ religionis devotione utilitatis & auxilii præſtare poterint, ſunt, eruntque ſemper ex animo paratiſſimi. Ex quo autem hoc ſeculum in omni ſtatu, tam Eccleſiaſtico, quam ſeculari, corruptiſſimos habeat mores, ſintque non tantùm ex parte Lutheranæ ſectæ, ſed ex aliis cauſis multi errores, abuſus & corruptelæ, quæ ita inoleverunt, ut iſtis opportunis remediis provideri ſummopere neceſſarium ſit, ob id ſimulque propter immenſam tyrannidem crudeliſſimi Turcæ, qua multis jam annis Chriſtianitati multa incommoda & calamitates varias intulit, hodieque majora inferre molitur. Nullum itaque commodius, efficacius & opportunius remedium Illuſtriſſ. Dominus Princeps Locumtenens, cæterique Principes & Ordines cogitare poſſunt, quàm quòd beatitudo Pontificis, accedente ad hæc ſacræ Cæſareæ Majeſtatis conſenſu; liberum Chriſtianum Concilium ad locum convenientem in natione Germanica, quanto ocyùs & celeriùs, quoad fieri poſſit, videlicet vel in Argentoratum, vel Moguntiam, Coloniam Agrippinam, vel ad civitatem Metenſem, vel alium convenientem locum in Germania indiceret: nec ultra unius anni ſpatium (ſi poſſibile foret) hæc Concilii convocatio & deſignatio differetur: & quòd in tali concilio eis qui intereſſe deberent, Eccleſiaſtici, vel laicalis ordinis, non obſtantibus quibuscunque juramentis & obligationibus, liberè liceret loqui & conſulere pro gloria ſummi Dei, & ſalute animarum, proque republica Chriſtiana, abſque aliquo impedimento: quinimò quilibet ad hæc debeat eſſe obnoxius, ut non dulcia, ſed vera & meliora conſular, ſumma cura & diligentia per ſalutem animæ ſuæ, & abſque aliqua adulatione doli vel fraudis ſuſpicione.

Concilii convocatio in Germania.

In Concilio conferendi libertas omnis ordinis hominibus.

12. Verùm quibus modis & rationibus interim, & medio tempore iſti tumultus & populi errores poterint pacari, intertineri, & compeſci, maxima curâ & diligentia Illuſtriſſ. & Sereniſſimus Dominus Locumtenens, & alii Principes conſuluerunt, cùm non minima para iſtius negotii ex hac medii temporis intercapedine pendeat.

Scriptorum eriſticorum interdictio.

13. Itaque deliberaverunt in primis, ex quo Lutherus, & aliqui illius ſectatores in ditione ac territorio Illuſtriſſimi Ducis FRIDERICI, Saxoniæ Principis Electoris, &c. agant: Ob id Illuſtriſſ. Princeps Locumtenena, & alii Ordines Imperii, apud prædictum Principem Saxoniæ ſummæ diligentia curare volunt, & per eundem Principem efficere ſperant, ne Lutherus & ſui ſectatores aliquid amplius ſcribat, edat, & typis excudi faciat: indubieque ſibi perſuadent, quòd prædictus Illuſtriſſimus Princeps Saxoniæ, pro ſua in religionem Chriſtianam pietate, & in ſacrum Romanum Imperium

rium obſervantia & obedientia, ut virtute præditum decet Principem Electorem, omnem operam in hac re ſit adhibiturus.

14. Curabuntque ſimul Illuſtriſſimus Dominus Locumtenens, Principes, & Imperii Ordines, ut per omnem Germaniam cum divini verbi concionatoribus, ſive prædicatoribus, diligenter agatur, ne in populum Chriſtianum ſpargant, vel dicant ea, per quæ poſſit popularis multitudo ad tumultum vel rebellionem moveri, aut in aliquem errorem induci; ſed quod nihil præter verum, purum, ſincerum, & ſanctum Evangelium, & approbatam ſcripturam, piè, manſuetè & Chriſtianè, juxta doctrinam & expoſitionem approbatæ, & ab Eccleſia Chriſtiana receptæ ſcripturæ doceant & prædicent, omniaque ab illa omittant, quæ à populo doctiùs & ſanctiùs ignorantur, quàm ſciantur, quævè ſubtiliùs indagare, & ad imum usque exigere, minimè expedit: nihilque in populo per concionem diſputationum moveant, ſed quicquid controverſiæ fuerit, usque ad determinationem futuri Concilii reſervent.

Prædicatorum clamationes adverſariæ inhibendæ.

15. Ordinabunt præterea Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac alii Prælati per ſuas diœceſes viros doctos, probos, & ſacris literis peritos, qui prædicantibus fideliter & diligenter intendere debebunt. Et ſi quid ab illis vel erratum, vel minùs idoneæ dictum eſſe offenderint, piè, manſuetè, ac modeſtè eos corrigent, & informabunt, in hunc modum, ne quiſpiam ſuſpicari poſſit, ut veritas Evangelica per hoc impediri quæratur. Quæ prædicatores, ſi tales monitores audire nollent, nec à ſuis ineptiis abſtinere, debebunt per locorum Ordinarios congruis pœnis coerceri & puniri.

Corycæi Prædicatoribus conſtituendi.

16. Prætetea in omnibus bibliothecis, & apud typographos diligentiſſimè, quantum poſſibile erit, providebunt, ne in futurum aliquid novi typis excudatur: maximè, ne libelli famoſi, neque publicè, neque ſecretè vendantur. Et ordinabuntur apud omnes Poteſtates, ut ſi quiſpiam aliquid novi edere, vendere, vel typis excudere voluerit, ut priùs per aliquos viros probos, doctos, & literatum peritos iſta revideantur & recognoſcantur: & niſi per eosdem admiſſum, vel approbatum fuerit, minimè vendatur, excudatur, vel publicetur.

Librorum novorum inſpectores. Cenſores librorum imprimendorum.

17. Et per hæc media ſperant, quòd hoc tempore poterit iſtis tumultibus, erroribus, & offendiculis commodiùs mederi: maximè, ubi beatitudo Pontificis in iſtis gravaminibus congruam & debitam faciet reformationem, & proviſionem, atque liberum & Chriſtianum deſignabit Concilium. Per hæc enim maximè ſatisfieret populari, & nunc fluctuanti multitudini. Et ſi hic tumultus tam illico in totum forſan per iſta ſedari non poſſet; nihil tamen dubitant, quòd major pars iſtius per hunc modum ad tranquillitatem & pacem moveretur. Indubiè enim multi probi & boni viri Chriſtiani futurum & proximè indicendum Concilium magno deſiderio eſſent expectaturi.

18. Poſtremò de Presbyteris, qui matrimonium contrahunt, & de religioſis, qui relictis monaſteriis, ad ſeculum redeunt, de quibus reverendiſſimus Dominus Nuncius Apoſtolicus, etiam inter cætera meminit, conſiderant Principes, & Imperii Ordines: ex quo in legibus civilibus nulla pœna ſpecialiter ſuper his ſit ſtatuta, ob id congruum & juſtum ipſis viſum eſt, ut tales per eorum Ordinarios debita pœna, ſacris canonum conſtitutionibus ſuper hoc expreſſâ, utputa emiſſione Beneficiorum, & privilegiorum, & aliis condignis pœnis puniantur, & coerceantur: & quòd Ordinarii illi à Poteſtatibus ſecularibus in iſta animadverſione & punitione minimè impediantur: Sed quòd pro tuitione juriſdictionis Eccleſiaſticæ eis auxilium & favorem impendant, & ſuper his omnibus publica mandata & edicta faciant, ne quiſpiam Ordinarios in punitione & coertione talium impediat: ſed quando aliàs illi votorum transgreſſores in ditione & territorio alicujus Principis vel Poteſtatis ſecularis delinquerent, quòd extunc debitis & congruis pœnis puniantur & coerceantur.

Presbyteri conjugati & Monachi fugitivi.

19. Poſtremò ſuper his omnibus Illuſtriſſimus & Sereniſſimus Princeps Dominus Locumtenens, aliique Principes & Ordines vehementer, & ex animo iterum atque iterum orant, ut beatitudo Pontificis, ſimulque reverendus Dominus orator, iſta omnia non aliter accipere & intelligere velint, quàm à bono, pio, ſincero, & Chriſtiano animo profecta, cogitata, & dicta eſſe. Nihil enim eſt, quod omnes iſti Principes & Ordines tam ex animo velint, atque cupiant, quàm ſtatum ſanctæ, Catholicæ, & Romanæ Eccleſiæ, beatitudiniſque Pontificis fœlicem, incolumem, & ſalvum; ad cujus vota, deſideria, & obedientiam, ut fideles filii, ſe paratiſſimos offerunt, atque commendant.

REPLICATIO
PONTIFICII ORATORIS.

Sereniſſime Cæſareæ M. Locumtenens, Reverendiſſimi Patres, Illuſtriſſimi Principes, & tertius ſacri Cæſarei ſenatus Ordines ampliſſimi, cùm pridie mihi longo tempore expectanti, datum fuerit tandem a vobis reſponſum, in re Lutherana; volui illuſtriſſimis dominationibus veſtris non ſolum verbo, ſed & literis indicare, quam parum mihi illud ſatisfaciat, & per ſubſequens Pontifici Maximo, ac univerſæ Chriſtianitati ſit minùs ſatisfacturum. Et omiſſis multis, quæ de pietate, fide, & obſervantia veſtra ergo ſanctiſſimum Dominum noſtrum & ſanctam ſedem Apoſtolicam in proœmio veſtri reſponſi habentur, de quibus tamen nomine ſuæ Sanctitatis veſtris illuſtriſſimis dominationibus gratias ago, veniam tandem ad ea, quæ ſupplemento, correctione & declaratione indigere videntur: reliqua prout ſtant, quatenus placeant ſanctiſſimo Domino noſtro acceptanda.

Et

Et primò, quantum pertinet ad id, quòd illuſtriſſimæ dominationis veſtræ dicunt, & ſe excuſando aſſerunt, quòd attento, quòd populis Germaniæ ſit perſuaſum, quod ipſis multa gravamina à Curia Romana ſint illata, & ab ipſa multa ſcandala & incommoda indies patiantur; non fuiſſe viſum, ſibi expedire, ut ſententia Apoſtolicæ ſedis, & Imperiale decretum, debitæ executioni mandetur, ne inde contingat, pejora & acerbiora mala provenire. Ad hoc replicatur; quòd nec ſanctiſſimus Dominus noſter, nec Cæſarea Majeſtas, nec ullus Chriſtianorum Principum expectavit unquam tale à vobis reſponſum in hac re dari. Nam ſi Lutherus ante ſententiam Apoſtolicam, tot clariſſimorum virorum, ac Univerſitatum judiciis fundatam, & denique ante Cæſareum decretum ipſiuſque edictum erraverat in uno, poſt eandem ſententiam & decretum erravit in longè pluribus, & nihil reliquum fecit, quo minus tota orthodoxa religio à fundamentis everſa ſit. Quapropter cùm pœnæ debeant de jure commenſurari delicto, attento, quod indies magis cum ſuis ſequacibus erravit, & errat, ut notorium, debent pœnæ ipſæ augeri, atque gravari, & non diminui, prout ex præſenti veſtro decreto fit. Et quantum ad reſponſum ipſum, ex eo in primis offenditur divina majeſtas, cujus cauſa tam ſegniter curanda proponitur. Offenditur Pontificis & Apoſtolicæ ſedis dignitas: offenditur, poſtremo Imperialis culminis celſitudo, quorum decreta & ordinationes tam impunè ſuſpenduntur, abrogantur, depriminturque: offenditur & pariter communis honor veſter, tùm omnes unanimes interfueritis eidem Imperiali decreto decernendo, & veſtram auctoritatem præſtando. Nec ſatisfacit illa ratio, quòd propter ſcandala evitanda, dicta Apoſtolica ſententia, & imperiale edictum, exequi non debeant. Nam non ſunt toleranda mala, ut proveniant bona: & magis ſunt curanda ea, quæ pertinent ad animæ, quàm ad corporis ſalutem. Neque videntur excuſandi, qui Lutherum ſectari velint, quòd propter ſibi inflicta ſcandala & gravamina à Curia Romana (etiamſi verum illud eſſet) deberent ab unitate Catholicæ fidei propterea reſilire, & in profundum malorum ſe præcipitare. Nam omnia potiùs mala deberent æquo animo & patienter ſuſtinere, quam ſe & animam ſuam, cum animæ periculo in præcipitium dare. Et ſi illud in omni tempore præſtare debuiſſent, quanto magis deberent reſipiſcere? cùm intelligant, Deum optimum maximumque dediſſe Eccleſiæ ſuæ ſanctæ paſtorem optimum: paſtorem (inquam) ſanctiſſimum, eundemque Germanum, qui non ſolùm univerſam Eccleſiam ſit curaturus & inſtauraturus, ſed etiam Germaniam ſuam ad priſtinam pietatem reſtituturus, ac pluribus & inſignibus donis, in his quæ honeſtè poterit, illuſtraturus. Quare Principes illuſtriſſimi & excellentiſſimi, vos tantis affectibus rogo, & vehementer obteſtor, ut his rationibus veriſſimis adducti, velitis, antequam hujuſmodi celeberrimus veſter conventus diſſolvatur, omnino ſtatuere, & firmiter deliberare, quòd eadem Apoſtolica ſententia, ac Imperiale edictum exequatur, & executioni mandetur, ſine aliqua diminutione: cùm ex hac magna pars, quinimo tota Germaniæ ſalus dependeat. Et ſi in aliquibus Germani populi, ut aſſeritur, ſunt à Curia Romana gravati, illud declarent. Nam ſemper Apoſtolica ſedes, quæ eſt mater piiſſima omnium oppreſſorum, parata erit, illos ſublevare, & pro viribus juvare, & tueri.

Quo ad ſeditiones & diſcordias, quæ ſunt inter Eccleſiaſticos, & ſeculares Principes Germaniæ, pacandas, ac ad articulos dandos eoſdem moderandos: reſpondetur, quòd ſanctiſſimus D. N. ubi eas ſeditiones, diſcordias intellexerit pro officio humeris ſuis incumbenti, curabit, ut omnino componantur, & extinguantur: cùm non minùs habeat in filios ſuos & Eccleſiæ temporales Principes, ac habeat eoſdem Eccleſiaſticos. Pariformiter moderabitur omnia inter eos, ut unuſquiſque habeat quod ſuum eſt, & neutrè injurietur.

Quo ad Annatas non perſolvendas Romæ, ſed in Germania retinendas, pro ſuſtentatione Imperialis gubernii, habita ea declaratione, quæ facta eſt verbà difficultate, *quæ fieri poſſit ad eam concedendam, reſervatur reſponſio ipſi Pontifici, quæ dabitur, vel Imperiali regimine, vel futuro Principum conventui, prout magis expedire ſuæ Sanctitati videbitur.*

Quo ad conſilium, quod datur per illuſtriſſimas dominationes veſtras, quòd attentis legitimis cauſis, quas adducunt, ſanctiſſimus Dominus noſter debeat convocare œcumenicum generale Concilium: replicatur, quòd illud ſperatur non debere diſplicere ſuæ Sanctitati, ob omnes præcipuè illas cauſas; tamen petitur, ut illud Concilium aliis verbis magis idoneis reformetur, & quòd tollantur ea, quæ poſſent aliquam umbram facere ſuæ Sanctitati, prout eſt, quòd ſua ſanctitas debeat convocare Concilium de conſenſu Cæſareæ Majeſtatis. quòd ſit liberum, & quòd relaxentur juramenta, item quòd ponatur magis in una civitate, quàm in alia, & ſimilia, &c. Quia niſi tollerentur iſta, videretur ſanctitate ſuæ ligari manus per illuſtriſſimas D. veſtras, prout in voce declaratum eſt.

Quo ad prædicatores, qui in poſterum fidelibus habebunt prædicare verbum Dei, replicatur, quòd ſervari debeat illud, quod ſanctiſſimus Dominus noſter nuper piè, & ſanctè ſtatuit, & ordinavit, de venerabilium fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu. Quod eſt, ut ſtante iſta pernicioſa ſecta in Germania, nullus deinceps poſſit prædicare verbum Dei per civitatem vel diœceſim alicujus; niſi ille talis priùs fuerit examinatus per Epiſcopum, vel Officialem ſuum de doctrina & ſufficientia ſua, & eadem fuerit ab eo approbata, vel pro pia & Chriſtiana reputata. Et pariformiter, niſi ille talis fuerit ad munus prædicandi, per eundem Epiſcopum, vel ſuum Officialem inſtitutus: qui habeat etiam illum amovere & caſtigare, quando à recta via ceciderit. In cæteris placet, quantum de dictis prædicatoribus per illuſtriſſimas D. V. reſpondetur: id eſt, quod prædicent Evangelium cum interpretatione ſcripturæ, quæ fit per Eccleſiam approbata.

Quo ad impreſſores & venditores, ſeu alios divulgatores Lutheranorum librorum, & aliorum, qui ſectam ſuam ſuſtinent & fovent; replicatur, quod nullo pacto placet data reſponſio, quod curabunt illuſtriſſimæ dominationes veſtræ providere, quantum poſſibile erit, ne tales libri imprimantur, vel vendantur, &c. Sed dico in hoc, prout in aliis, totaliter debere exequi ſedis Apoſtolicæ & Imperialis Celſitudinis

ſenten-

ſententiam : id eſt, quòd libri impreſſi & imprimendi comburantur : imprimentes verò & vendentes, ſeu aliàs invulgantes dictos libros, juxta eaſdem ſententias puniantur. Et in hoc maximè peto, deberi adverti : nam in hoc ſtat tota vis, pro iſta pernicioſa ſecta comprimenda, ne tales libri ampliùs inveniantur. Nam ex illorum lectione omnia hæc mala profecta ſunt. Et quantum pertinet ad id, quòd nullus poſſit in poſterum libros novos imprimere, niſi illi tales libri priùs videantur & examinentur per aliquem virum doctum : dico, in hoc non debere recedi a conſtitutione moderni Concilii Lateranenſ. quæ jam eſt in uſu : & eſt, ut nullus ſub pœnis in ea contentis, poſſit aliquos libros imprimere, niſi per ordinarium Epiſcopum loci vel ejus officialem tales libri lecti & examinati, ac pro Chriſtianis reputati & habiti ſint. Lateranenſis Concilii decretum de impreſſione librorum.

Quo ad Clericos, qui uxorem ducunt : replicatur; quòd illa quæ pro reſponſione ſcripta ſunt, non diſplicere videntur, quando in cauda aculeum non habeant. Propter quod petuntur illa verba declarari, quæ ſunt in fine capituli dicti reſponſi ſub eiſdem verbis : Sed quando aliqui illi votorum transgreſſores in ditione & territorio alicujus Principis, vel poteſtatis ſecularis deliquerent, quòd ex tunc debitis & congruis pœnis puniantur, & coerceantur, &c. *Dico, quòd ſi talia verba intelligi debent ſecundùm prædicta, id eſt, quòd tales puniantur à ſuis judicibus Eccleſiaſticis, bene ſtant : ſed ſi referantur, quòd ſeculares Principes vel Potentes illos punire debeant : in hoc dico, & inſtantiſſime peto tale reſponſum, utpote, contra libertatem & jus Eccleſiæ, omnino corrigi debere, & reduci ad verum ſenſum. Nam ſi Principes ſeculares auderent tales judicare, & in eos juriſdictionem exercere, eſſet ponere falcem in meſſem alienam, & tangere eos, qui ſunt peculiariter Chriſto reſervati, nec ob transgreſſionem voti, ſeu ob apoſtaſiam præſumant credere Principes, tales ad ſuam poteſtatem, vel juriſdictionem devolutos eſſe, ſi delinquent in ſuis dominiis, vel territoriis : cum propter talem transgreſſionem, vel abuſum ordinis ſui, non deſinant propterea eſſe de juriſdictione Eccleſiæ. Quia cùm remaneant illis character & ordo ſemper ſunt in ejuſdem Eccleſiæ poteſtate. Unde in tali caſu, quòd in dominiis Principum delinquant, ipſi Principes denuncient illos ſuis Epiſcopis, vel aliis ſuperioribus, qui eos caſtigent, corrigant : &, ſi opus fuerit, pro viribus ſuis dictos Epiſcopos ſeu Superiores brachio ſuo juvent, & aliis præſto ſint.*

Super quibus omnibus & ſingulis petitur per me Nuncium Apoſtolicum, habita matura deliberatione, ab illuſtriſſimis Dominationibus veſtris meliùs, clariùs, ſaniùs, & conſultiùs reſponderi.

DUPLICATIO
ILLUSTRISSIMORUM AC REVERENDISSIMORUM PRINCIPUM, &c.

QUAMVIS Principes & reliqui Ordines Germanicæ Nationis, iterum pro verbis verba dare potuiſſent : quum tamen aliis magis neceſſariis occupati eſſent negotiis, Pontificium Oratorem priori reſponſione contentum eſſe juſſerunt; donec Gravamina Nationis Germanicæ Summo Pontifici transmiſſa forent, ac inde manifeſtum fieret, num verba ejus tam blanda, facta etiam debita ſequutura eſſent.

):o:(

SACRI

CONSTITUTIONES

SACRI ROMANI
IMPERII
PRINCIPUM AC PROCERUM
GRAVAMINA CENTUM,

Quæ adverſus Sedem Romanam, ac totum Eccleſiaſticum Ordinem, Oratori Pontificiæ Sanctitatis, in Comitiis Germanorum Principum Norembergæ, Anno &c. XXII. inchoatis, finitis vero XXIII. propoſuerunt.

PROOEMIUM.

POSTQUAM relatio per Oratorem Sanctitatis Pontificiæ Comitiis prædictis, coram Majeſtatis Cæſareæ Locumtenente, Electoribus cæteriſque Principibus, ac Imperii Statibus, ibidem congregatis, habita, ac Breve, quod vocant, Apoſtolicum, ejuſdem Romani Pontificis, in conſultationem forent deducta, deſuperque reſponſio conſulta & concluſa, ac eidem Oratori & Legato Pontificio, in ſcriptis, nomine totius Romani Imperii tradita, factaque eſſet, forè inter alia, mentio non infrequens, gravaminum atque onerum Romani Imperii Procerum, quibus iniquius, quàm par ſit, ab Romanæ Eccleſiæ Clero premerentur: placuit Principibus, ac cæteris Imperii Ordinibus, hæc ipſa, quæ contra Eccleſiæ Romanæ Primores, ſe in medium adducturos polliciti erant, gravamina, paulo altius à Principibus, ſigillatim per claſſes, & quàm potuit maximum per ordinem digeſta, repetere, recenſereque, ac ita deſcripta fuſius Legato Romano, ferenda ſecum trans Alpes, dare, rogareque hunc, ut apud Sedem Apoſtolicam curare velit, quatenus onera hæc, non ferenda Germanis, e medio tollere, emandareque Sanctitas ſua non dedignetur. Quemadmodum prædicta hac in reſponſione ſuprà memorata, omnia latius continentur. Itaque per compendium, ut ſequitur, Germanicæ nationis onera hæc juſto graviora, digeſta, ac oratori Pontificio, qui ſe nomine Sanctiſſimi Rom. Præſulis, ita ſyncerè ac Chriſtiane obtulerat, tradita ſunt; quo ſæpe dictus orator ac Legatus Pontificius, hæc inde Sanctitati legantis referre, ac apud eundem pro Germanis Principibus & Proceribus, totius Imperii Romani Ordinibus, interpellare poſſit. Sunt autem gravamina ſupra memorata, quæ per capita nunc ſequuntur.

GRAVAMINA SEDIS APOSTOLICÆ, NON FERENDA GERMANIS.

CAPIT. I.

De diſpenſationibus ære redemptis.

Humanæ traditiones jure divino non comprehenſa Matrimoniorum obſtacula Ciborum interdictiones.

INTER reliqua onera, vel illud minimè poſtremo loco eſt collocandum, quòd conſtitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo divino præcepto vel interdicta ſunt vel imperata. Quod genus ſunt: Matrimoniorum tam innumera excogitata obſtacula, ex affinitatis, publicæ honeſtatis cognatione, ſpirituali, legalique, & conſanguinitatis, tam multis gradibus originem trahentia. Ciborum item uſus interdictus, quos Deus tamen ad hominis neceſſitatem creavit, ac cum gratiarum actione promiſcuè ſumendos Apoſtolus docuit. Hæc nimirum, atque iis ſimilea complures humanæ conſtitutiones, eouſque ligant homines, donec pecunia ſibi harum legum gratiam à ſtatuentibus impetrent: ut ita pecunia faciat divitibus licitum, quod tenuibus gratus ſit prohibitum. Illicitisque his legum ac conſtitutionum humanarum retijaculis, non modò magna nummorum copia à Germanis eſt expiſcata, è Germania & trans Alpes lata: ſed & maxima inter æquè Chriſtianos orta iniquitas, plura offendicula, ſimultates, dum tenues hiſce laqueis vident ſe illaqueari, non ob aliud, niſi quòd ſpinas Evangelicas (ita enim Chriſtus divitias non ſemel appellat) non poſſideant.

CAP. II.

De tempore interdicto.

Nuptiarum interdicta tempora.

2. Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum ſolennibus, à Dominica Septuageſima, qua cantatur in Eccleſia, *Circumdederunt me*, &c. ſub Quadrageſimæ uſque initium, quo tempore ab Eccleſiæ Romanæ primoribus, undique nuptias celebrari interdictum eſt. Quum tamen interim & ab Eccleſiaſticis & à ſecularibus paſſim ſine diſcrimine publicè Genialiter vivatur. Sed ita demum Interdictum illud procedit, ſi gratis hoc facere quis intendat. Quòd ſi nummi ſpes refulſerit, jam

quod

quod primum erat prohibitum, impunè ac liberè facere licet. Eſt enim & hoc grave Germanorum crumenis retijaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim gravamen, quòd pauperis divitiſque longè diverſa, in relaxandis his conſtitutionibus, ſit conditio.

CAP. III.

De oneribus Papalium indulgentiarum.

3. Illud importabile jam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando ſub perſona pietatis, quum aut Baſilicas Romanas conſtruere, aut profectionem in Turcas parare polliciti ſunt Romani Pontifices, omnem ſimplicibus, nimiumque credulis Germanis exuxerunt pecuniarum medullam. Et quod longè majoris eſt faciendum, per has impoſturas, ac earum conductitios præcones & prædicatores, profligata eſt Germana Chriſtianorum pietas; dum qui extrudere volebant venales ſuas BULLAS, laudes ſuis mercibus occinebant, miras & inauditas condonari per emptitias has condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras viventium; ſed & functorum vita exiſtentium in Purgatorio (quod vocant cantores illi indulgentiarum) ignis: modò numeraretur aliquid, modò tinniat dextra. Atque his mercium nundinationibus, ſimul & ſpoliata eſt ære Germania, & Chriſti pietas extincta; quando quilibet pro precii, quod in has merces expenderat, modo peccandi impunitatem ſibi pollicebatur. Hinc ſtupra, inceſtus, adulteria, perjuria, homicidia, furta, rapinæ, fœnora, ac tota malorum lerna ſemel originem ſibi traxerunt. Quod enim malorum ampliùs jam horrebunt mortales, quando ſibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in vita, ſed & poſt obitum, ære, licet immodico, comparari poſſe à nundinatoribus illis indulgentiariis, ſemel perſuaſum habent? maximè Germani, quibus per hos veræ pietatis fucos, ſub religionis perſona, nihil non perſuaderi difficile eſt? ut ingenio planè ad pietatem credulo eſt Germania.

Indulgentiarum impoſturæ & fraudes.

Purgatorium nullum.

Chriſti meritum extinguitur.

Indulgentiæ vitiorum ſtabula.

Germani Creduli.

4. Et licet indulgentiæ hæ non ſemel in hoc ad Germanos miſſæ ſint, quaſi ex corraſa earum venditione pecunia, fideles contra barbaros eſſent tutandi, ac defendendi: Eventu tamen compertum habent Germani, pecuniam hanc, non in rem fidei, aut alioqui reipub. Chriſtianæ neceſſariam, ſed in propinquorum luxum, ac ſublevandam familiam ipſorum eſſe verſam, quo uno, bina hæc nata ſunt perquam maxima incommoda, quòd & offendicula orta ſunt ſimplicibus; & quòd nunc Germani toties ſentientes luſam fidem, quum verè jam res poſtulat, ut contra Turcas inſtituatur expeditio bellica, nullis rationibus perſuaderi ſe patiuntur, ut credant, quod res ipſa ferè notorium facit; Ita ſcilicet inſtare cervicibus noſtris crudeles Turcas: ſuſpicantes ſemper, prioribus ſimile quippiam agi. Quæ una ratio eſt, ut tam ægrè manus contra Turcas jungant. Quantorum ergo malorum & in rebus temporalibus, ac Chriſti fidelium conſcientiis, cauſæ fuerint Romanæ Indulgentiæ, ſanctitas Apoſtolica, pro ſublimitate captus ſui, exigua opera, vel inde, ſi non ex re ulla alia, conjectura conſequi poterit.

Indulgentiarum commentitiæ & fraudulentæ Corrationes.

5. Præterea Papalis ſanctitas, cæterique Epiſcopi, ac Eccleſiæ Romanæ columnæ, caſus aliquot ſuæ tantùm abſolutioni reliquos fecerunt; quorum ſi unum aut alterum commiſeris, jam aut numerandum, aut abſolutione tibi carendum eſt: nempe quòd in hoc reſervati ſint, ut vel inde nummorum aliquid eis accreſcat. Quod ex eo conjicere licet, quòd in caſibus etiam quantumvis pro tempore honeſtis, aut neceſſariis, nunquam tamen, niſi numeretur aliquid, diſpenſant. At ſi nihil attuleris, numeraverisve, indiſpenſatus perpetuò maneas oportet.

Diſpenſationes caſuum reſervatorum.

6. Verùm, ſi quis, unde numeret, habeat, jam nedum præſentes indulgentur harum conſtitutionum transgreſſiones; ſed & in futurum impunè, ut eas ipſas transgredi liceat, indulto permittitur. Quo fit, ut anſam inde accipiant ii, cum quibus ita diſpenſatum eſt, pejerandi, homicidia, adulteria, & ſimilia flagitia perpetrandi: quando quilibet ex ſacerdotum vulgo, abſolutionem emptitiam virtute indulti his impartiri poteſt. Quæ malorum ſeges tota ex habendi libidine, aurique ſacra fame, qua nunc Eccleſiaſticorum nonnulli miſerè excruciantur, originem ducit.

Et peccatorum futurorum.

CAP. IV.

De prædicatoribus indulgentiarum Stationariis.

7. Eſt & aliud Indulgentiis vendendis addictum hominum genus, quos Stationarios vulgò vocant, hi ruſticorum plerumque abutuntur ſimplicitate, dum omnes vicos, villas, pagos, angiportus, omniaque peragrant caſtella & oppidula, prædicantes Sancti cujuſpiam, Valentini putà, Huperti, Cornelii, Anaſtaſiive ſanctimoniam, ac quantum ad rem familiarem addat, ſi quotannis hunc vel illum munuſculo aliquo, quod eis Stationariis ſcilicet in commodum cedat, demulceas: Inſcribentesque dehinc ſimplices, ſub Sancti alicujus numen ac tutelam, promittentesque, ut hoc aut altero morborum genere vacaturus ſit, qui eis annuum cenſum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata ſunt, ut ſimplices illi ad vivum uſque exugantur. Nam primùm hoc negotium à ſancto Antonio cœptum, in innumera morborum genera dehinc ſuevit diduci: ita ut vix ſuperſit morbus nunc aliquis, cui Stationarii non & peculiarem Sanctum, tanquam tabernæ vel negotiationi præpoſuerint. Proceſſitque eò uſque ejus mali ſerpigo, ut pauperum ac ſimplicium illorum, Quæſtuarii ac Stationarii prædicatores, ſanguinem vorent & medullam: dumque illi unà cum liberis ſuis, neceſſariis ſpoliantur, in deliciis & luxu plus quàm Sybaritico degunt Stationarii. Quæ res & in primis præſentem ſibi Sanctitatis Apoſtolicæ medicinam poſtulare videtur, quo interdiceretur Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiæ Primatibus, ac eorum Vicariis, ne

Stationarii indulgentiatores.

Morborum averrunci Divi.

pro legationia ſeu functionia hujus admiſſione quidpiam poſthac acciperent precii: néve eas omnino tolerarent ampliùs, aut quantum per eos ſtaret, paterentur.

Terminarii Mendicantium. 8. Nec minùs & in hoc à religioſis gravantur prophani, maximè pauperes, quibus res eſt anguſta domi: Nempe quòd mendicitas ordinum Mendicantium nihil in rure, neque in urbe ſinit non peragratum, dum à terminis, quos pervagantur, Terminarii dicuntur. Quas quidem pervagationes contra ordinis eorum ſtatuta, neque etiam ad neceſſitatem, per avaritiam inſatiabilem adinvenerunt. Ita enim fit, ut quum in oppidulo, aliquando non admodum celebri, ſed per exiguo, duo, tria, aut eo ampliùs illorum ſint conventicula, in quæ omne, quicquid eleemoſynæ undique diſquiri poteſt, confertur, dum tamen interim morbo aut ſenio confecti cives vel incolæ, qui per ætatem ex laboribus & ſudoribus ſuis, unà cum uxoribus & liberis honeſtè vixerant, egeant, fame & inedia pereundum neceſſe habeant. Itaque rogant ſanctitatem Apoſtolicam, Imperii Principes, cæterique Status, quatenus Sanctitas ſua, paterno animi affectu, offendicula & gravamina hæc Indulgentiarum, diſpenſationum, Stationariorum, Terminariorumque è medio tollere, atque ita negotium temperare velit, ne libertas Chriſtiana, ſervitute humanarum conſtitutionum penitus extinguatur, illaqueenturque conſcientiæ Chriſti fidelium mandatis hominum, quibus nullum eſt peccatum majus, quàm nummis carere. Non ultrà enim quicquam prohibent, quàm ſi gratis contravenire quis velit; & diſpenſant illico quod prohibuerant, numerata ſcilicet pecunia ampliore. Verum quòd ſincerius cum fidelibus Chriſti, tanquam cum ſuis ovibus agatur, inſtruanturque potius ad pietatem & charitatem mutuam, ex juſſione Chriſti, quàm ad obſarvationem cujusvis traditionis humanæ, formidine pœnæ. Ac ſi errare eas aliquando ubique contigerit, moneantur, & ſubleventur potiua fraternè; quàm ita ſerviliter, ac durè tractentur. Quò omnibus paulò notius fiat, paſtorem cupere potius & quærere ſalutem ovium, quàm privata compendia, ac earum lanam.

CAP. V.

Quàm iniquè cauſæ prophanæ in prima inſtantia ad Romanum tribunal judiciarium trahantur.

Juriſdictionum diſtinctio. 9. Quum nedum juris ratio, ſed & rei ipſa ſeries poſtulet, ut diſtincti ſint juriſdictionum limites, & ut quilibet Ordinarius ſuis ſit finibus contentus, alterumque in exercenda juriſdictione non diſturbet: minimè tamen Pontifices Romani pro tempore exiſtentes, æquitatem hanc communem conſiderarunt, ſed neglecta hac, ad petitionem perſonarum Eccleſiaſticarum, laicos non rarò in cauſis etiam prophanis, putà hæreditatum, aut pignorum, & in prima quidem inſtantia, coram ſe Romam citari ac in jus vocari fecerunt. Quæ res nedum ita, ut prædictum eſt, in jus vocatis, ſed & totius Romani Imperii Ordinibus, cedit in jacturam, perniciem, contemptum, ac juriſdictionis dehoneſtationem, diminutionemque.

Cauſæ profanæ ne Romam trahantur. 10. Item cum Romæ quispiam, etiam laicus, interpoſito juramento aſſerit, ſe non ſperare juſtitiam apud judicem competentem in Germania aſſequi poſſe, protinus ad tale juramentum admittitur, ac citatio ei contra partem adverſam decernitur. Sicque proceſſus à judice Ordinario ex Germania Romam, nec judice interpellato, nec parte adverſa monita, protrahitur: deinde juramenti prætextu, nec fori declinatio, nec ulla admittitur probatio, etiamſi planè doceri poſſet, auctorem illum pejeraſſe. Quæ res ſi altius radices ageret, nec principiis reſiſteretur, omnes tandem cauſæ ad Romanæ Curiæ tribunal devolverentur, ordinariique univerſi ſua privarentur juriſdictione. Quod non ſolum contra omnem juſtitiam, ſed etiam intolerabile foret. Ea propter ſacri Romani Imperii Status Sanctitatem Apoſtolicam rogitant, ut prædictum onus in Rom. Curia poſthac non tolerare velit; ſed curare, ut dehinc nemo vel Eccleſiaſticus, vel Secularis, ob cauſam prophanam, in prima inſtantia, Romam in jus vocetur, ſed perſonæ & cauſæ hæ ordinario judici, cui immediatè ſubjacent, relinquantur, ultraque hoc, ampliùs contra æquitatem non graventur.

CAP. VI.

De conſervatoribus, ac cæteris Papalibus judicibus.

Conſervatores Papales. 11. Item eſt & aliud judicum Papalium, per quos æquè ordinaria attenuatur juriſdictio, genus, quos Conſervatores vulgò vocant: eos Epiſcopi, cæterique Eccleſiæ Principes, ex Primatibus, vel Abbatibus ſuæ Diœceſis, à ſede Apoſtolica in hoc impetrare ſolent, ut coram his, omnes illorum cauſæ, & lites, quas jam olim inſtituere cogitant, dirimantur, evocenturque per hos in jus perſonæ ſeculares, nobiles & plebei, in cauſis omnino prophanis; licet actoribus juſtitia per ordinarium tribunal nunquam fuerit denegata. Quòd ſi vocati in jus ire recuſaverint, ii contra jus ac phas excommunicatione, licet nulla, feriuntur: cujus rei innumera adduci poſſint exempla. Ac ſi, ut cœpit negotium, procederet, brevi eò rerum veniremus, ut omnes cauſæ prophanæ, ad Conſervatores hos cæterosque judices Eccleſiaſticos, laicis nedum ſuſpectos, ſed & alioqui incommodos, pertraherentur. Quod ut eſt intolerabile Germanis Principibus, ita & aperta fronte, cum ſacri Romani Imperii pugnat conſtitutionibus ordinatis, quæ clarè & expreſſim volunt ac exprimunt, quòd nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in jus pertrahere debeat. Quapropter Imperii Principes, Proceres, ac Status, Sedi Apoſtolicæ ſupplicant, ut gravamina atque onera hæc radicitus, funditusque tollantur & abrogentur.

In jus incompetenter ne quis trahatur.

CAP.

CAP. VII.

De Papalibus delegatis, ac commiſſariis.

Delegati & Commiſſarii.

12. Item Sanct. Pontificia ad Eccleſiaſticarum perſonarum petitionem, judices delegatos & commiſſarios, tanquam Eccleſiaſticos judices, per Germaniam concedere ſolet, ut impetrantes dehinc laicos, cujuscunque etiam dignitatis, vel præeminentiæ, coram ita delegatis, in cauſis prophanis, judicio convenire poſſint. Quod ut de facto ſæpenumero præſumunt, ita excommunicationis pœna mandatam ſibi inter paties jurisdictionem defendere conantur. Quæ omnia & in perniciem perſonarum ſecularium, & in jurisdictionis Germanicæ ac ordinariæ jacturam vergunt, & attenuationem.

CAP. VIII.

Quo pacto Eccleſia prælati per Sedem Apoſtolicam, ex Epiſcoporum ordinaria jurisdictione ac cæterorum ſuorum defenſorum tutela eximantur.

Immediatæ Eccleſiæ.

13. Inſuper & hoc moliuntur ſummi Pontifices, monaſteria aliquot eximendo, ut ab Epiſcoporum, eorum ſcilicet ordinariorum, ac defenſorum, protectorumque aliorum, jurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immediateque ſubjaceant ſedi Apoſtolicæ: quæ res non tantùm prædictis ipſorum ordinariis ac defenſoribus, ſed & toti Romano Imperio cedit in jacturam; tum quando collatio pecuniaria, pro Imperii neceſſitate, viritim Imperii Statibus indicitur. Ita enim fit, ut ipſi per ſe ab oneribus publicis exempti, immunitate ſua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Epiſcopis ac defenſoribus ſuis (quod antehac facere neceſſum habebant) non porrigant: per quam technam Rom. Imperii attenuantur nervi, ac decreſcunt plus juſto vires. Quapropter & hîc Imperii Proceres ac Status rogant, præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaque, ac monaſteria hæc Epiſcoporum & defenſorum ordinariæ jurisdictioni relinquenda. Ut vel inde Imperium Romanum, per ſedem Apoſtolicam ita enervatum, vires priſtinas eò celeriùs recuperare queat.

CAP. IX.

De attenuatione juris, quod vocant, patronatus.

Juris patronatus attenuatio.

14. Item, quum per mortes poſſeſſorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum jus patronatus ad laicos ſpectat, ſeu Eccleſiaſticos, tum conantur & Papalis Sanctitas, & ejus oratores vel legati, juri huic derogare, hoc modo: ut conferant beneficia ita vacantia, Curtiſanis, aut aliis quibuscunque libuerit, ita, ut patronis ipſis jus ſuum præſentandi per hoc adimatur, auferaturque, ac interim hoc prætexitur à ſede Apoſtolica, quaſi præventioni hac in re ſit locus, ut qui prior beneficium illud contulerit, quòd hæc teneat collatio; licet patroni tempus quoddam habeant, intra cujus metas, beneficia ſua liberè, & à nemine præventi, conferre poſſint. Eam ob rem patronis laicis & Eccleſiaſticis ex fictitia hac præventione multa oritur jactura. Quapropter ſacri Rom. Imperii Status ſanctitatem Apoſtolicam rogitant, ut talia gravamina atque onera aboleantur, & poſthac beneficia vacatura, ſuo quæque patrono relinquantur, nec permittendum Curtiſanis, ut dehinc vel per judiciorum ordinem, vel ſuopte ingenio, ad talia beneficia ſe ingerant: ſed ſtatuto irrevocabili ſanciendum, ſi quid à quoquam contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarii iſtius juris, præventionis, ut præmittitur, fuerit attentatum, quòd omne id nullius ſit momenti, viribus careat, ſitque ipſo jure nullum, caſſum, & invalidum.

CAP. X.

De Eccleſiaſticis, qui Romæ, vel inter eundum Romam, mortem oppetunt.

Vacantium in Romipetis beneficiorum conceſſio.

15. Item & tum Curtiſanis, cæterisque, ut prædictum eſt, inhabilibus perſonis, per ſedem Apoſtolicam vacantia, collata ſunt, officia ac beneficia, cùm familiares ſanct. ſuæ, aut qui Curiæ ſervirent, vel in anno (quod vocant) Jubileo, inter eundum Romam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetiiſſent; tamquam ſi beneficia hæc ſedi Apoſtolicæ eſſent commiſſa, rectè atque feudorum collatio committitur. Nec conſideratur à Pontificia ſanctitate, talia beneficia vel officia de jure patronatus ſint nécne: per quod Eccleſiaſtici & laici patroni feudatarii denuò etiam jure ſuo patronatus ordinario, privati ſunt & ſpoliati.

16. Quin etiam aliquando, quum ii qui bonis, aut multis præditi ſunt beneficiis, Romam veniunt, à Curialibus Cardinalium, tanquam officii gratia ad menſam invitantur Dominorum ſuorum, inde clàm adhibentur teſtes & notarius, quorum interventu conficiuntur inſtrumenta: quibus cum ſuo tempore probari poſſit, tales fuiſſe Curiales Cardinalium, ac ideò beneficia eorum eſſe in perpetuum affecta, quàm doli ac fraudis res hæc ſit plena, unusquisque bonus facilè perpendere poteſt.

CAP. XI.

Quo pacto ſub prætextu familiaritatis Papalis curiæ, multorum Beneficiorum per Curtiſanos impugnetur collatio, etiamſi poſſeſſores illorum longè antehac talibus fuerint beneficiis inveſtiti.

Beneficiorum commendæ & proviſiones per Curtiſanos.

17. Nec minùs & illud ſuetum hucusque fuit, ut ultra prædicta omnia quorundam magni penſi Beneficiorum, ſub nomine officialium vel familiarium Papæ & Curiæ Papalis, per idiotas & alioqui inhabiles perſonas ſit impugnata collatio, ac per illos conatum, tentatumque, ſi quo modo fieri poſſet, ut beneficia hæc in Commendas ſeu Proviſiones (ita enim ipſi vocant) vertere, ac cenſibus annuis obnoxia reddere queant: hinc prætendentes, regreſſus, reſervationes, penſiones, & plura alia incompatibilia, ſibi in his competere. Quibus technis ac dolis malis, beneficia illa penitus exuguntur, enervantur, atrenuanturque; cùm perpetuò Romanæ Curiæ penſionibus annuis ſerviunt: fitque, ut Germanorum utcunque habilium, nemo unquam ad hæc aſpirare poſſit.

18. Item, obviam veniunt & tum Germanis non ferenda à Curtiſanis onera. Ita enim per Germaniam ſubtili ingenio beneficia venantur, ut conentur viris Presbyteris ætate & integritate vitæ ſpectabilibus, qui beneficia ſua, abſque omni controverſia, juſto titulo, & bona fide, multos jam annos quietè poſſederant, in longæva poſſeſſione negotium facere, poſſeſſionem interturbare, ad Romanam Curiam, perſonaliter ut compareant, in jus vocare, ac mille aliis artibus ita eos adigere, ut transactiones quantumvis iniquas, inire neceſſum habeant, modò ſupremos hos annos quietè agere velint. Coguntur enim hoc, quo dictum eſt modo, à Curtiſanis ad penſiones annuas, reſervata, & id genus alias præſtationes.

Curtiſani nebulones. Taxa Cancellariæ.

Atque hoc agunt Curtiſani nebulones, non propria, ut ferunt auctoritate; ſed Romanorum ſuorum ſtatutorum, ac regularum, quas vocant, Cancellariæ. Quæ conſtitutiones omnes quotidie pro libidine Curtiſanorum figuntur, ac refiguntur, cùm derogatur prioribus non admodum, ut videbatur, æquis, & feruntur iniquiores. Qua re nedum ſenio confectis beneficiorum poſſeſſoribus, harum decipularum atque fraudum rudibus; ſed & beneficiorum collatoribus imponunt mille inſtructi dolis Curtiſani. Nam etſi poſſidens Beneficiorum Presbyter, cum Curtiſano litigatore fictitio, non tranſigat: tamen ita ſibi litem facit præſtigiator ille Curtiſanus, ut ſi pendente efficta hac controverſia, moriatur, beneficii, ut prædictum eſt, litigioſi poſſeſſor, quòd deinc continuò litem faciens, neglecto Collatoris ordinario jure, in poſſeſſionem ejus beneficii mittatur. Ea propter denuò atque iterum ſacri Romani Imperii Status juſtas ſanctitati Apoſtolicæ fundunt preces, velit enumerata omnia Curtiſanorum importabilia onera emendare, ac penitus abrogare: Neva illis poſthac permittere, ut beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas, oppugnare impunè audeant.

CAP. XII.

Quomodo proviſiones Eccleſiaſticarum dignitatum Romam pertrahantur.

Beneficiorum optimorum proviſiones.

19. Item, quæcunque dignitates, ſeu beneficia pinguia, utputa, Præpoſituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Canonicatus, Eccleſiæ Curatæ, & beneficia ſimplicia, quæ ſub menſe ordinario, extra Romana mœnia vacare incipiunt, quorum antehac ad jus ordinarium patronatus Eccleſiaſticorum & laicorum ſpectabat collatio, & electio, tum excogitatur à Romana ſede, juris patronatus ab ordinariis collatoribus abalienatio: maximè, ſi poſſeſſores priſtini beneficiorum aut officiorum dignitatumve talium, familiares vel officiales Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideò rogant Rom. Imper. Status, prædictum etiam onus è medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præſentationem, & nominationem talium dignitatum ac beneficiorum (jura ſcil. ordinaria) defendendos, ac defenſos manutenendos. Nec curandum, utrum familiares, vel officiales Romanæ Curiæ fuerint, qui beneficia hæc poſſederint, regreſſum acceſſumve, aut aliud quoddam jus imaginarium ad ea habuerint: ita quòd tale jus prætentum ordinario patrono ac collatori, nunc & poſthac nullum faciat præjudicium, nullamque generet jacturam, ſed per omnia jura ordinaria ſinantur illæſa.

CAP. XIII.

De regulis Cancellariæ Papalis, novis technis & reſervatis ſuper caſibus futuris.

Taxa Cancellariæ.

20. Adhæc Cancellariæ Romanæ regulæ, quas ad ſua compendia ſubinde excogitare ſolent Curtiſani, ac toties ferre ac revocare; nec non & aliæ ſubinde novæ artes excogitari cœperunt, quibus beneficia Eccleſiaſtica ex Germania Romam eò faciliùs pertraherentur, adgravarenturque: ita, uti ſi Germanorum quiſpiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non aliunde, quàm ex Curtiſanorum manu, magna numerata pecunia, aut penſione annua reſervata, aſſequi poſſit. Neque in hoc Curtiſanorum inexplebilis auri ſitis contenta quieſcit, quin novas quotidie artes excogitet, qualis eſt & il-

& illa: cùm ſuper beneficio aliquo vocaturo, duo aut tria millia aureorom ad futuros caſus reſervantur collatoribus ordinariis, tam Eccleſiaſtiris, quàm ſecularibus, eorumque juri ordinario, ac ipſis denique Eccleſiaſtiris beneficiis in prægraode exitium, perniciem, attenuationem & detrimentum. Nam quum caſus aliquis futurarum reſervarionum exiſtit, adſequiturque, is beneſirium, cui priùs tot reſervata erant ſuper hoc millia, tum ad ſupremam opem (technas profectò inauditas) confingunt, permutationum ſc. reſervationem, ſurrogationem, reſervantes ſibi ingreſſum, regreſſum, acceſſum, atque aliàs id genus decipulas, quibus jus ordinariorum collatorum ita exhauritur & attenuatur, ut aot nunquam, aut vix tandem poſt multorum annorum curricula, patroni ac collatores ordinarii ad jus ſuum patrooatus perveoire poſſint.

CAP. XIV.

De Eccleſiaſticis beneficiis, Curatis, & non Curatis, in genere.

21. Nec minùs & illud in Romana curia hurusque obſervatum eſt, ut gratiæ & reſervariones pectorales, mentales, generales & ſpeciales regreſſus, acceſſus, incorporationes, uniones, & concordata, quod ſuis vocaot excogitatis nominibus, ob pecuniæ & privati lucri amorem, ſuper beneficiis ac prælaturis, præſertim per Germaniam, Curtiſanis à ſede Romana cooredereutur. Neque hoc contentus fuit habendi ſceleratus amor, quin & ea ipſa beneficia ac Prælaturæ prædictæ, ſocietatibus mercatorum potentum ære, cum oocre cenſus medioeris, ſed ita, ut dehinc latiùs venderentur, conceduntur. Qua ſubtili practica atque techna ſactum eſt, quòd plurima, aut certè pinguium beneficiorum, magna, ſi non maxima portio ex Germanorum manu Romam eſt tralata; quæ beneſiria nunc idiotis inidoneis, ac inhoneſtis etiam perſonis, non rarò ſunt collata: & quidem nec Germanis, ſed barbaris, qui Germanam linguam neque loquantur, nec intelligant; ut inauditum dictu hoc inde ſit ſecutum, quòd ovibus Chriſti præfecti ſunt paſtores, quorum etſi oves vocem fortè audierint, non intelligant. Verùm gravius etiam iode oritur Germanis onus, quòd quum beneficia hæc & Parochiales Eccleſias ipſi propria perſona neque poſſidere, neque gubernare poſſunt (quod tamen paſtoris officium in primis ſibi poſtulabat) omnium ut ſubditis parochialibus, & integritate ac innorentia morum, egregium de ſe præberent exemplum, ut oves ſuas, tanquam ovea Chriſti, doctrina ſolida, ſyncera, ac ex puris Evangelii fontibus bauſta, quantum ad ſalutem animarum ovium pertineret, ipſi paſtoresmet paſcerent. Eorum verò neutrum per paſtores illos ſubdititios curatur. Primum enim ipſi, qui beneſiria hæc Eccleſiaſtica à mercatoribus, quo prædictum eſt, aſſequuntur modo, quia propria perſona poſſidendum ea ſunt oinus idonei: Ideo hæc eadem aliis æquè, aut longè etiam quàm ſint, ad onus hoc inhabilioribus, pro annuo cenſu locant; non ſecus, atque cenſus ac redditus annui ex agris locantur & emuntur, ut is demum habeatur emptor idoneus, qui pluris mercem licitaverit. Ita planè pro precii quantitate elocantur nunc per Curtiſanos Eccleſiaſtica beneficia. Dehinc quum ferè fiat, ut majus precium annuum offerat, qoi ad Eccleſiæ munus quàm minimum ſit idoneus; evenit, ut conductitii illi paſtores (an prædones rectius quis eos dixerit, dubium eſt) ſimplici Chriſti plebeculæ pro Evangelii limpidiſſimo fonte, turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas, propinent lacunas, dum legendas (quas vocant) Sanctorum, nec ab Eccleſia receptas, & gentilibus fabulis, quàm Chriſtianæ & Evangelicæ doctrinæ ſimilioribus, ad populum Chriſti publicè in coocione docent. Quid enim aliud docerent indocti docti, ac idiotæ illi, qoi lanam magis, quàm ſalutem ovium, ut curarent, munus hoc Eccleſiaſticum pecunia etiam oon modica conduxeruot? ac mercenarii ſunt, non (quod Evangelium abominatur) paſtores. Ita enim fit, ut Chriſti ſimplex plebecula, per ſuppoſititios hos paſtores, à germana Chriſti fide, ac in Deum fiducia, in quibus ſola requieſcit animæ ſalus, ad hominum ſuperſtitioſa ſomnia ac commenta, per quæ rea familiaris merceoariorum conductitiorum, quàm Chriſti gloria augeatur potius, ducatur, trahaturque, ac moltiplicibus etiam exactionibus interim gravetur plebs Chriſti: quando hoc ſolum curaot conductores, ut ultra penſionem locatori pendendam, res ipſa eorum quoque reddatur lautior; expilaturque interea ſuis oumnis ab exteris nationibus, unde nulla nec mutua benevolentia, aut gratiarum actio ſperanda ei eſt, Germania: quanquam beneficia hæc non ad exteros, ſed ſuos, hoc eſt Germanos, ut pertiaerent, primum fundaverit. Quapropter ſacri Roman. Imp. Status obnixè quoque rogant, ut præfata onera ac gravamina, per quæ tam immenſo pecuniarum cumulo ſpoliatur Germania, quæ hinc per Curtiſanos malè prodigitur, radicitus ac penitus tollantur & auferaotur, ita ut beneficia per Germaniam nemini, quàm natis Germanis, qui perſonaliter ea poſſideant (id quod & æquitas & honeſtas ipſa ſibi poſtulant) poſthac conferantur, ac concedantur.

Mercatorib. beneficia Eccleſiaſtica Romæ conceſſa.

Barbari, qui non Germani.

Parochi & Paſtoris officium.

Mercenarii paſtores.

Legendæ fabuloſæ.

CAP. XV.

Quibus nexibus Archiepiſcopi ac Epiſcopi à ſuis Capitulis ob collationem beneficiorum ſint aſtricti.

22. Nec tantum beneficia ac parochiales Eccleſiæ Romæ, ob pecuniæ favoris, aut familiaris conſuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculorum pleois conferuntur perſonis: Sed & ſimile qoiddam ab Archiepiſcopis & Epiſcopis committitur, qui per eorum Capitulares congregationes ita obligantur, ut omnia præpinguia beneficia, Curata ac non Curata (quæ proculdubio à fundatori-

Beneficia Canonicis collata.

datoribus primum, ut ad doctos ac integros pertinerent viros, ſunt fundata) Capitularibus Canonicis, utcunque ad hoc inidoneis, conferre neceſſum habeant: qui dehinc talia beneficia ſimplicia ac Curata, indoctis, ac ludicris perſonis, modò quàm maximum pendeant cenſum annuum, elocant, æquè atque ſuprà de mercatorum ſocietatibus dictum eſt: ita quòd poſſeſſores illi conductitii, majorem partem ex illicitis exactionibus vivere, atque ob id ſubditos eò amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris Cathedralibus Collegiatiſque Eccleſiis, ac earum Capitulis agitur. Item & per Præpoſitos, reliquoſque in dignitate conſtitutos agitur idem, interim dum ſua conferunt beneficia Eccleſiaſtica.

23. Præterea, qui pinguiora, ita ut prædictum eſt, habent beneficia ac Eccleſias Parochiales, utcunque annuas penſiones ampliſſimas, ex locationis titulo, à conductoribus percipiant, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter ſunt dotata; tamen committunt locatores, ut domus beneficiariæ, præ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud curant beneficiorum perſonati iſti poſſeſſores, aut locatores, quàm ut pecuniæ æquo majorem ſummam quotannis à conductoribus recipiant, ac eandem hinc in varios, ſed in inhoneſtos, illicitos, ac offendiculorum, peccatorumque plenos uſus convertant: de ſalute & cura animarum, vel ſubditorum, vel etiam eorum, quorum ex marſupio vivunt, hoc eſt fundatorum, prorſus apud hos nulla mentio, reſpectus (velut Megarenſium olim) planè nullus. Ea propter ſacri Rom. Imperii Status, ac Principes & Proceres laici, hic quoque, ſupplicant, Sanctitas Pontificia velit eam offendiculorum ſylvam, turbatum rerum ordinem, ac onera hæc juſto graviora, tollere, emendareque; ac Archiepiſcopos, Epiſcopoſque, ab obligatione, qua ex promiſſionis prædictæ nexu tenentur, liberare, ſolutoſque reddere, ac edicto cavere, ne poſthac Archiepiſcopi & Epiſcopi, talibus adſtringantur vinculis, ſed ut dehinc nulli beneficium Eccleſiaſticum, curam habens animarum, conferatur, qui non ſit doctrina, ætateque & moribus ad hoc idoneus, qui & honeſtam, ac Presbytero dignam vivat vitam, & qui ipſe propria illud poſſideat perſona: nec plura quidem, ſed unum tantum beneficium Curatum, ſeu Parochialem Eccleſiam, Chriſtianè, hoc eſt ſine offendiculis ullis, ſed multo, cum doctrinæ, tum vitæ integritatis fructu adminiſtret.

Parochus doctus ſit, & reſideat corporaliter.

CAP. XVI.

De Prælaturarum commendis, ut vocant, & Incorporationibus.

Commendæ & Incorporationes.

24. Item, & illud hucuſque notoriè obſervatum fuit, ut Abbatiæ multæ, Cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum congregationes, fundationes ſcil. Imperatoriæ ac Principales, Cardinalibus, Epiſcopis, ac cæteris Prælatis, in tutelam commendarentur incorporarenturque. Quare factum eſt, ut per Cardinales, Epiſcopos ac Prælatos illos, quibus ita, ut dictum eſt, commendatæ erant Abbatiæ ac Monaſteria, ita ſint attenuata, exhauſtaque, quòd cum antehac in uno illorum monaſteriorum quadraginta, quinquaginta, aut ultra hoc etiam perſonæ ſatis commodè potuerunt foveri; ut nunc ægrè quinque, ſex, aut decem neceſſariis provideri poſſit alimentis. Quæ res omnis in privata compendia ac commoda Cardinalium eſt excogitata. Unde nedum plura oriuntur offendicula, ſed & gravamina oneraque ardua, ac non ferenda Germanis. Ideoque & hic ſupplicatur, Abbatias prædictas, Monaſteria, ac religioſas cæteras domus, denuo in integrum jus eorum, priſtinumque rerum ſtatum reſtituendas, cavendumque poſthac, ne cuiquam tales Commendæ, ut vocant, ſeu incorporationes concedantur.

CAP. XVII.

De Collegiatis Eccleſiis, quæ ſuper Nobilibus tantùm fundatæ ſunt.

Nobilium Collegia.

25. Inſuper, licet quædam ſint Collegiatæ Eccleſiæ per Germaniam, quæ à Nobilibus, & in hoc, ut Nobiles tantum ſummæ atque mediæ ſortis ad eas reciperentur, primum ſunt fundatæ, in quibus perdiutinæ obſervatæ ac præſcriptæ conſuetudinis privilegium eſt, ut tantum Principes, Comites, Barones, aut alioqui Nobiles acceptari poſſint, & debeant: Attamen laudabiles hæ conſuetudines, jura non ſcripta, privilegia Papalia, nequaquam curantur, manutenenturve; ſed è regione agitur per Curtiſanos, ad liberæ electionis Epiſcoporum, Præpoſitorum, ac Decanorum, & Canonicorum præpeditionem, ut Coadjutores aliqui, contra Capitularium voluntatem ac conſenſum, efficiantur. Nec rarò Curtiſanis, licet indoctis & ignobilibus, parantur ad Canonicatus hujuſcemodi acceſſus, non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, & privilegiis præſcriptis: ita quòd Nobilibus Germanis beneficia ſubtrahantur, & hæc eadem ignobilibus, vel ob pecuniam, vel familiarem conſuetudinem hoc pacto conferuntur: ut, licet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obſtante ſibi conſuetudine; tamen ſi quis Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumve hæc eadem à Curtiſanis impetrare velit, cum colore quodam excogitati oneris, ab eiſdem vel emere, vel annuo cenſu redimere cogatur: quamquam ſubinde alia huic negotio prætexantur vocabula; quæ res ipſa quoque Nobilibus Germaniæ, ſupremæ atque mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac gravaminum cumulum.

CAP. XVIII.

Inveterata Privilegia manutenenda.

Privilegia antiqua.

26. Ad hæc quamvis omnia Eccleſiaſticis ac laicis ſtatibus privilegia ac immunitates ſint conceſſæ, Præpoſituras, aliaque beneficia & officia per ſe conferendi atque eligendi: attamen per Sedem

Roma-

Romanam oovæ ſubinde excogitatæ ſunt technæ ac practicæ, per quas privilegiis prædictis derogatur multifariam; imò ea penitus tolluntur, ac turbantur. Eapropter rogant ſacri Rom. Imp. Status, hoc emendandum, & in poſterum cavendum, ac unumquemque cum ſuis juribus & privilegiis defendendum, manutenendumque. Id quod rei æquitas ipſa per ſe ſibi poſtulat.

CAP. XIX.

De Annatis.

27. Quantum ad Annatas, ut vocant, attinet, quas Eccleſiaſtici Prælati Romano Pontifici quotannis pendunt, quaſque ante aliquot annos Germani Principes Sedi Rom. ſub certis usque annorum metis, eo tamen modo, ut perſolverentur, conſenſerunt, quo pecunia hæc ad nihil aliud, quàm contra Turcas parandam defenſionem, Romæ tanquam depoſita, fideliter adſervaretur. Verùm, cùm anni, in quos præfato modo conſenſum erat per Germanos, jam olim effluxerint, ac annatas depenſas, non contra Turcas, ſed aliò experientia Germani Principes didicerint, verſas: Eapropter per omnes Imperii Ordines illud ipſum pro onere non mediocri huc allegatur, ſupplicaturque: id quod in reſponſione generali oratori Pontificio data, ac inprimis ex Cæſareæ Majeſtatis literis, ad Sanctitatem Pontificiam eam ob rem ſcriptis, liquidò magis reperitur, quam ob cauſam laici Status Rom. Imp. vela complicanda cenſuerunt.

Annatæ.

CAP. XX.

De contributione Eccleſiaſticorum, ac religioſarum domuum, contra Turcas; ac pro defenſione juris & tranquillitatis publicæ.

28. Item, poſtquam Laicorum Imperii Statuum majores Eccleſias, Monaſteria, cætera que religioſas domus per Germaniam, ad laudem omnipotentis, ita ampliter atque hoc pacto dotarunt divitiis auxeruntque, quòd jam Laici ipſi vix tertiam aut quartam partes in bonis temporalibus poſſident; atque ob eam cauſam, neceſſitati, tam Eccleſiaſticorum quam Laicorum ſublevandæ, propugnandæque, ac manu defendendæ paci ac juri publicis; nec non & in Turcas, cæteroſque Eccleſiæ Catholicæ, ac ſacri Rom. Imperii hoſtes parandæ expeditioni, præ rerum inopia vires minùs ſuppetunt: Ideo negotii ipſius exigit neceſſitas, æquitasque, quòd ſanctitas Pontificia ita æquè ac paternè rem temperet, ut Eccleſiaſtici etiam, tanquam qui ampliores poſſident divitias, nedum contra Turcas ad ferendum opem teneantur auxiliares porrigere manus: ſed ad tuendum jus publicum, ac tranquillum reipub. Chriſtianæ ſtatum, quotannis pecuniæ quippiam contribuendum: ita quòd Archiepiſcopi & Epiſcopi, Eccleſiaſticis Prælatis ac perſonis ſuæ ditioni ſubjectis, ipſi ſoli ad ferendum hanc opem, contributionem prædictam indicere, jus ac poteſtatem habeant.

Contributio Eccleſiaſticorum contra Turcas & infideles, hoſteſque Imperii.

29. Atque illud eo moderamine agatur, ut Electores, cæterique Principes & Magiſtratus Laici, ab Eccleſiaſticis Proceribus, in eorum Principatibus, Comitatibus, oppidis, ac territoriis, in exercenda juriſdictione non perturbentur, aut præpediantur. Nempe hac re fiet, quòd Laici inter Eccleſiaſticos jus, ac tranquillitatem publicam tueri; & Eccleſiaſtici ſub Laicis degentes, eò faciliùs ac commodiùs etiam jus quemque ſuum defendere, ac manutenere poterunt, cùm Eccleſiaſtici paria onera unà cum laicis Magiſtratibus ac Gubernatoribus provinciarum ferre, & contribuere jubebuntur, quemadmodum ad idipſum ex Chriſtiana & germana charitate, ac ob æquitatem, paritatemque ſervandam, alioqui tenentur, obligatique ſunt.

Juris dicendi & exſequendi libertas.

30. Et quandoquidem omnes Eccleſiaſtici, inprimis ac præcipuè, meritò pro viribus contra Turcas, tanquam hoſtes Chriſtianæ fidei, ad ferendam opem, parandam defenſionem, recuperandumque manu, quas olim crudelis ille ferro ſubjugarat Chriſtianorum provincias, teneantur: Eam ob rem, pro licito, bono, ac pariter Chriſtianæ reipub. utili & neceſſario, viſum placitumque eſt, ut ſi quando exigere id neceſſitas videbitur, quòd mundus & precioſior ſupellex Eccleſiarum cathedralium, Monaſteriorum, cæterarumque Eccleſiarum ac religioſarum domorum, auri, argenti, unionum; aliorumque precioſorum lapillorum, denique & campanarum pars non neceſſaria, pro communi Chriſtianæ Reip. utilitate in medium conferatur: ne theſaurus ille Eccleſiæ Turcis potius, quàm nobis cuſtodiatur, adſerveturve, id quod & per Græciæ regnum jam olim uſuveniſſe, experientia ipſa docuit. Quæ res Turcis magno ceſſit lucro, præſidioque, quando reperto hoc Eccleſiæ mundo, ſeu theſauro, militibus ſuis comparare potuerunt uberiorem commeatum; ut eò inſtructiores hinc cæteras Chriſtianorum urbes oppugnarent ac provincias.

Res ſacræ in uſum Reipub. neceſſitate poſtulante.

CAP. XXI.

Ut perſonæ Eccleſiaſticæ ob perpetrata maleficia commeritam nullam luant pœnam.

31. Item, quicunque Eccleſiaſticos recipit ordines, majores ſeu minores, per hoc omnium pœnarum magiſtratuum ſecularium, utcunque magna perpetret maleficia, immunis eſſe contendit. Neque hoc ita ordinati temerè præſumunt: quòd ab Eccleſiaſticis ſummæ conditionis ſtatibus in peccandi hac licentia manutenenantur. Sæpenumerò enim compertum eſt, ut quum ita conſecratis, præſertim Sacerdotibus, per jura canunica legitimæ uxores ſint interdictæ, quòd dehinc pudicitiam matronarum, virginum, Laicorum ſc. uxorum, filiarum, ſororumque attentant, ac noctu in-

Religioſorum ſumma flagitia & ſcelera.

Sacerdotum ſtupra, adulteria, raptus, &c.

terdiuque ſolicitant. Efficiunt quoque per aſſiduum ac indeſeſſum laborem, partim muneribus, donis ac blanditiis, ut complures honeſtæ alioqui virgines & matronæ, partim etiam in ſecretis, quas

Confeſſionis auricularis præſumptio impudica.

vocant, Confeſſionibus (id quod eventu ipſo compertum eſt) diuturna opera labeſactentur, ad peccata, offendiculaque commoveantur. Nec raro etiam evenit, ut ii, uxores ac filias, maritis patribusque detineant, & remorentur; minantes interim, gladio, aqua, ignive, ulturos repetitas uxores: atque tantorum malorum ſegetem ex libidine inſana contrahunt; mirum quid latrociniis, homicidiis, innocentum delatione, igni, rapina, furto, falſo cudendo numiſmate, ac mille ſcelerum formis, interim contra divina humanaque jura omnia, non ſine magno etiam aliorum offendiculo, liberrimè ac impunè quotidie committant. Nempe immunitate ac peccandi ſua licentia, quam ex privilegiis canonum ſibi uſurparunt, in hoc freti. Cùm enim & ſemel compertum habent, licere eis impunè quidquid libuerit; tum nedum magiſtratibus civilibus, ſed & ſuis Epiſcopis ac ſuperioribus medium oſtendunt unguem, quodcunque illi vel jubeant, vel vetent. Et tandem ut in peccatis maleficiisque perpetrandis magis adhuc foveantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum eſt Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ne maleſactores hos publicè criminali judicio reos agere poſſint, niſi priùs degradatos: id quod tantis ſumptibus, tantaque pompa celebrari oportet, ut propterea perquàm rariſſimum uncti illi malefactores merita plectantur pœna. Adhæc adſtringuntur, obligunturque Epiſcopi per ſua Capitula, ut perſonas in ſacris ordinibus, quod dicitur, conſtitutas, ſecundum Canonica etiam jura, pœnis utcunque levibus punire, affligereque non audeant. Quæ res tota eò ſpectat, ut ex diſparitate hac, inter Laicos ac Eccleſiaſticos ſimultates, diſſidia, atque odia plus quàm Vatiniana oriantur.

32. Illud quoque non mediocriter timendum eſt, ut ſi perſonæ Eccleſiaſticæ, jam dicti oneris, aliorumque maleficiorum cauſa, quæ quotidie perpetrare pergunt, non æqua jura, judices æquos, paresque pœnas habeant; quòd eorum vita offendiculoſa apud Laicorum vulgus tumultum quempiam, ſeditionemque pergrandem, nedum contra ipſos, Eccleſiaſticos ſc. ſed & contra magiſtratus, ac ſuperiores omnes, quòd impunita ſinant maleficia tam notoria, commotura, excitaturaque ſit.

Eccleſiaſticorum delinquentium pœna judicialis.

33. Quapropter neceſſitas, æquitasque ipſa ſibi poſtulant, ut Eccleſiaſticarum perſonarum prædicta præſumpta privilegia abrogentur, aboleantur, è medio tollanturque, ac illarum gratia finaliter ſanciatur, caveatur, ac ſtatuatur, quòd ordinati in majoribus vel minoribus conſtituti, unà cum perſonis Laicis: æqua habeant jura, æquos judices, paresque pœnas: ita quòd Eccleſiaſtici ultra Laicos, in paribus delictis, nullam prætendere poſſint prærogativam, immunitatemve, ſed ut quisque delinquentium Eccleſiaſticorum, ſub quo deliquit judice, ob commiſſum ſuum maleficium, ſecundum delicti qualitatem ac menſuram, non ſecus atque alii maleſactores, pœna à jure communi Imperii impoſita delicto commenſurataque, plecti, puniri, & affici poſſit atque debeat. Id quod verè Eccleſiaſticis, hoc eſt probis & eruditis viris, dubio procul, impendio magis arridebit: tantum abeſt, ut per hoc lædi jus eorum putent. Hac re namque fiet, ut titulo tantùm Eccleſiaſtici, alioqui improbi nebulones, ad obedientiam majoribus debitam, ac ad bene honeſteque vivendum compellantur; adhæc ſeditiones, ſimultatesque inter eos atque Laicos præcaveantur, evitenturque. Denique & hoc ipſo Laici ad obſervandum, colendumque integræ vitæ Eccleſiaſticos eò magis invitabuntur, promovebunturque.

CAP. XXII.

De onere Banni, ſeu Excommunicationis.

Excommunicationis abolitio.

34. Item, Romæ cæterisque in locis per Archiepiſcopos ac Epiſcopos, aut certè eorum Eccleſiaſticos judices, multi Chriſtianorum ob cauſas prophanas, ob pecuniæ denique, ac turpis quæſtus amorem excommunicantur; multorumque, ſed eorum in fide infirmorum, conſcientiæ per hoc aggravantur, & in deſperationem pertrahuntur; ac denique ob pecuniæ lucrive tantulum, aut alioqui res minimi precii, ad internecionem usque animæ, corporis, honoris, atque rei familiaris, contra divina humanaque jura perducuntur. Quando nemo, niſi ob convictum hæreſeos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro ſecluſo à Chriſtiana Catholicaque Eccleſia, ſacris literis teſtantibus, reputandus eſt. Ea propter ſacri Rom. Imper. Principes, Proceres ac Status Laici rogant, ut Pontificia Sanct. tanquam fidus, Chriſtianus, ac pius pater velit præſatum onus Banni, ſeu Excommunicationis, apud ſedem Romanam penitus abolere, ac apud cæteros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & eorum judices Eccleſiaſticos ablegare, tollere, & denique ita ſancire, cavereque, ut nemo ullam ob cauſam, quàm manifeſtum ac convictum hæreſeos crimen, & quantum ad Sacroſanctam Chriſti fidem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro ſecluſo à Chriſtiana ac Catholica Eccleſia habeatur. Periniquum ſiquidem eſt, fideles Chriſti ob temporalium bonorum, lucrive, aut denique ullam aliam humanarum conſtitutionum transgreſſionem, excepta hæreſis perfidia, à Deo opt. maximo, ſuaque Eccleſia Catholica excludi, ſejungi, ſepatarique.

CAP. XXIII.

Quo pacto multi cohabitatores oppidorum excommunicati, & ipſi utcunque innocentes excommunicantur.

Excommunicationis abuſus.

35. Item & illud in pleriſque ſæpiuſculè evenit, quòd vicinorum excommunicati decem, & eo ampliùs, quos tamen cauſa nihil omnino contingit, cum ipſo principali excommunicationis pœna aggra-

aggravantur; & non ob aliud, quàm ut Officiales, Eccleſiaſtici ſc. Judices, facilius, citiusque pro libidine ſua miſeram plebeculam depeculentur, ac pro ſuo libitu, eorum abutantur ſimplicitate, ipſosque principales ad quascunque etiam iniquas acceptandas transactiones per hoc compellant, adigantque. Nam etiamſi excommunicatus ipſe, unà cum uxore, liberisque ſuis, per intolerabile hoc & iniquiſſimum Banni onus in exilium ire cogatur, quòd hac in re nullus ſit Officialibus modus, neque finis, neque ulla facultatum ratio: Tamen nullus eſt hominibus illis reſpectus, num induſtria, datave ad hoc opera, & per contemptum; an neceſſitate ita impellente, vel caſu potius, vicini cohabitatores, cum excommunicato ipſo participarint, commerciumve habuerint; aut ſufficiensne hæc fuerit concivibus cauſa, quare excommunicatum meritò ſolum vertere juſſiſſe debuerant, horum penſi habetur nullum. Sed unum curatur hoc per Officiales, ut, quousque principalis ipſe excommunicatus, ſolvendo non eſt, concives ac vicini ſui, utut culpa vacent, ad ſolutionem tamen quod ſupereſt debiti, cogantur. Quòd ſi aliquando Officialibus in os obtrudatur, contra domeſtica, nempe canonica ſua, eos hoc moliri jura, quæ pecuniæ cauſa quempiam excommunicari, aut interdictum edici vetent: Nihilominùs tamen idipſum conantur, cauſſantes interim, non ob pecuniam, ſed contumaciam, quæ tantò ſit major, quantò, unde ſibi originem ducit, minorem habet cauſam, tales excommunicari; atque hac decipula, avaritiam ſuam Officiales, nugando contegere nituntur.

CAP. XXIV.

Item & de illicitis interdictis.

36. Præterea, cùm Sacerdos, aut alioqui Eccleſiaſtica perſona, caſu occiditur; tum nedum occiſor excommunicatur, ſed & totum oppidum, aut totus pagus, iniquiſſimè interdicitur: quod interdictum eousque durat, tam diuque interrupta pendent publica Chriſtianorum officia, quousque vel occiſor, vel tota incolarum ejus loci communitas fecerint homicidii compenſationem, homicidiumque expiarint: non conſiderato eo, dederitne occaſionem, ut ſe geſſerit probè, vel nequiter verſatus fuerit occiſus ſacerdos, vel aliàs Eccleſiaſtico ordini aſcriptus; licet jura canonica ipſa in quibusdam caſibus, modum negotio præſcribant. Prægravanturque itaque ex delicto unius, centum alii nihil tale commeriti, nedum contra communem æquitatem, ſed & contra omnia divina & humana jura.

Interdictorum iniquitas.

CAP. XXV.

De abrogatione feriatarum aliquot dierum.

37. Inſuper & feriatum feſtorumque dierum tanta copia laicorum vulgus non mediocriter urgetur. Nimirum, cùm tot ſint religioſi facti dies, ut vix ægrè tempus agricolis ſuppetat, quo fructus agri, tot ſudoribus è terra pellectos, aliquando aqua pluvia, immodicove æſtu, non rarò etiam grandine, aliave tempeſtate periclitantes, in horrea conferant: quos tamen fructus, ſi non feriarum ſolennibus præpedit: forent, commodè, ac citra jacturam ex agro legere, domumque ferre potuiſſent. Adde, quòd feriatis quoque diebus (qui dubio procul bono conſilio, ac in Dei opt. max. honorem, primum hoc ſunt feriati) innumera perpetrantur delicta, peccataque & ſcelera potius, quàm his omnipotens colatur, venereturve. Id quod res ipſa notorium facit tantum abeſt, ut teſtibus hoc egeat. Eamque ob cauſam ſacri Rom. Imp. Status laici conſultius putant, ac reipub. Chriſtianæ conducibilius, ſi effrenis feriarum (quæ animis, quàm externo cultu Chriſtianis, hoc eſt his, quibus à peccatis ſemper feriandum eſt, rectius celebrantur) feſtorumque dierum numerus paulò coërceatur in arctum, minuaturque.

Feſtorum dierum quorundam abrogatio.

CAP. XXVI.

De Domibus ordinum militarium, ac Baliviis, ut vocant, per Apuliam, Siciliamq́; ordini militari Teutonicorum vi, doloq́; Germanorum ditioni ereptis.

38. Item licet Dominus ordinis divæ Mariæ virginis, quos vulgò Fratrum Teutonicorum vocant, ex liberalitate Romanorum Imperatorum celeberrimæ memoriæ, item & Principum, Comitum & Baronum, in eos collata, cæterorumque Nobilium contributa auctione, certa bona temporalia, ac redditus & cenſus annui, per Apuliam, Siciliam, reliquamque Italiam, empti ſint atque adaucti, non ob aliud, quàm ut contra hoſtes Chriſtianæ religionis, ad pugnam inſtructiores forent, haberentque Germani Nobiles pariter & fidei Catholicæ propugnatores, unde commodius & honeſtius vitam militiæ ſemper paratam vivere poſſent: ea ex bonorum eſſe Præfecturæ ejus ordinis aliquot, quas vulgò Balivias, ac à commeatu ordini parando, Commeaturas vocant, diſtinctæ ſunt, & diſterminatæ per claſſes, quas & quietè ſine cujuspiam turbatione, per multa ſecula poſſederunt, uſurparuntque: Attamen per præcedentes Romanos Pontifices ordini prædicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, illisque nec Germanis, nec præfati Ordinis militaris exſiſtentibus, collata traditaque ſunt. Quemadmodum & in hunc usque diem militaris Germanorum Ordo his ipſis, ſpoliatus, carere cogitur. Inſuper priores Romani Pontifices domus Ordinis ſupradicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderunt, ac conceſſerunt: Eumque Ordinis ſæpe dicti inſignibus decorarunt; contra Romanorum licèt Pontificum ac Imperatorum ſtatuta & Privilegia, toties antehac per eorum prædeceſſores roborata, quibus ad Germanos tantum Ordinis milites, ut hæc omnia pertinerent, cautum, ſancitumque eſt.

Teutonicorum Militum Baliviæ & Commendaturæ in Italia & Sicilia.

Commeaturæ.

Deinde

Deinde & Romanenſes Curtiſani, ordinis ſuprà memorati domos per Italiam, Bononiæ putà, Papalibus Bullis ac proviſionibus attentare conati ſunt: quo facto, ordinem ad litigandum ſecum Romæ coëgerunt. Id quod non ad mediocrem perniciem & ipſius ordinis, & totius Germanicæ vergit nationis. Demum Germanis Stablore quoque, divi Benedicti Monaſterium, contra fundationis quanquam jura, ſuperioribus paucis equidem annis ereptum eſt, ac in commendam, ut ajunt, Cardinali Columnæ collatum: quæ omnia in perniciem tendunt, ac irrecuperabile Germanicæ nationis detrimentum; attentatumque eſt, quicquid id eſt, contra jus & fas, ac æquitatem omnem. Ea propter imperii Status hic quoque rogant, Sanctitas Pontificia velit Militari Teutonicorum ordini, bona erepta, cenſusque & redditus ablatos, abſque ulteriore mora redhibere, reddere, ac reſtituere; aut idipſum, ut quantocyus fiat, mandare curareve: quemadmodum juris, bonique & æqui ratio hoc ſibi poſtulat.

CAP. XXVII.

De oneribus ſacri Rom. Imp. ſtatuum laicorum, contra Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæterosque Prælatos Eccleſiaſticos, eorum quoque Capitula, ac ſuffectos judices, quos vocant, Eccleſiaſticos.

39. Præter onera ſuprà memorata, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum, quòd hi, ut prædictum eſt, à ſede Romana conſervatores delegatos, atque id genus alios pleroſque Eccleſiaſticos impetrant judices, per quos laici non ferendis aggravantur modis; quòd non omnino infrequenter evenit, ut Laici in periculum ac perniciem animæ, æſtimationis, corporis atque bonorum perducantur, ac quantum per hos ſtat judices, pertrahantur etiam. Sed hic nondum finis. Sunt enim complura adhuc alia gravamina, prout ſigillatim ea per capita nunc recenſebuntur.

CAP. XXVIII.

Primum, quibus modis Laicorum bona immobilia ad Eccleſiaſticorum manus; & non contrà, ab Eccleſiaſticis ad Laicos perveniant.

Jus retrahendi immobilia Eccleſiaſtica Laicis permittendum.

40. Item, quum à ſede Romana conſtitutionibus ſit cautum ac proviſum, ne bona Eccleſiaſtica, præſertim immobilia, regulariter perſonis laicis, unquam diſtrahi aut vendi poſſint; & tamen Eccleſiaſtici, nulla cogente neceſſitate, ſed tantùm, ut eorum res familiaris reddatur lautior, creſcantque cenſus, nunquam non ceſſant, Laicorum prædia emptionibus, innumeriſque aliis modis ad ſe pellicere, ſi qua tandem ſit poſſibile via. Quod ipſum quoque Statibus laicis grave, damnoſum, ac intolerabile eſt. Quamobrem ſacri Rom. Imp. Status laici, reipub. Germanorum utile, neceſſariumque putaverunt, ſi omnia bona immobilia, ſoli ſcil. quæ poſthac aliquo, quocunque tandem titulo, à Laicis ad Eccleſiaſticos pervenirent, poſſent à Laicis ſuperioribus, quorum ditioni prædia hæc ſubjecta forent, tandem ab Eccleſiaſticis redimi, lui, atque juſto precio vendicari: non conſiderato, quicquid contra hoc privilegiorum prætenderent Eccleſiaſtici.

CAP. XXIX.

Quomodo Epiſcopi bona hæreditaria Eccleſiaſticorum ad ſe trahere conentur.

Hæreditariorum bonorum occupatio.

41. Nec rarò & illud facto contigit, quòd quum perſonæ Eccleſiaſticæ bona hæreditario titulo, à majoribus ſuis, unà cum cæteris cohæredibus, jure hæreditario ſibi fortè uſurparent; ac ſi dehinc inteſtati deceſſiſſent Eccleſiaſtici, tum per Epiſcoporum nonnullos ſibiipſis bona illa hæreditaria Laicorum vendicari cœperunt: non in mediocrem proximorum, venientium ab inteſtato cognatorum, perniciem ac jacturam. Quæ res ipſa quoque Laicis non ferenda, imò omnimodo oneroſa, intulerabiliſque eſt.

CAP. XXX.

Quo ingenio, bona quædam laica, quæ Eccleſiis, aut religioſis domibus certis pactionibus vendita ſunt, vel hypothecata, ditioni Eccleſiaſtici ſubjugari conentur.

Civilium onerum in bonis perceptis detrectatio.

42. Adhæc, ſi quando caſu ita contingit, quòd bona laica temporali juriſdictioni ſubjecta, fructibus, redditibus, cenſibusve annuis Eccleſiis, ac cæteris religioſis domibus legentur, vendantur, hypothecentur, aut quovis titulo tradantur, vel à Laicis erga Eccleſias ac Monaſteria annuo cenſu tributaria efficiantur; moliuntur Eccleſiaſtici, talia prædia laica, ex civili poteſtate ac ditione in Eccleſiaſticam transferre, atque huic utcunque iniquo illicitove conatui, Epiſcopi, Eccleſiaſticique patrocinantur Prælati, tuenturque rem longè iniquiſſimam; tantum abeſt, ut in hoc quemquam revereantur Eccleſiaſtici.

CAP. XXXI.

De collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum jam primùm fundatorum.

Fundationum primarum Collatio.

43. Item, quum beneficium aliquod Eccleſiaſticum à Laicis ſummæ vel mediæ conditionis primùm fundatur, dotaturque, tunc quidam Epiſcoporum primam ejus beneficii collationem ſibi uſurpare nituntur; ac beneficii ipſius dotationem, fundationemve priùs confirmare recuſant, quàm

eorum

eorum intentioni acquieverint, qui beneficia ex ſuis cenſibus dotarunt, hoc eſt, fundatores & patroni ſecundum jura etiam Canonica Collatores ordinarii.

CAP. XXXII.

De confirmationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum non neceſſariis, atque aliis id genus gravaminibus.

44. Præterea ſi quis novam fundationem beneficii Eccleſiaſtici fraternitatisve erigere, atque eandem confirmandam petere velit, quanquam confirmationi hujuace, de jure ac æquitate minimè indigeat: Nihilominùs tamen fundatores beneficiorum præter modum, pecuniarum exactionibus, ad vivum usque adgravantur, exuguntur que, ac per Romanorum ſtatuta, technas ac ſubtiles practicas, eò adiguntur, ut fundationes hæ omnes, quamvis minimi ſint precii, neceſſariò confirmentur. Quod ipſum non mediocre Germanorum Laicorum eſt onus.

Fundationum confirmatio.

CAP. XXXIII.

De ſubſidiis, & aliis oneribus, quæ imponuntur Eccleſiaſticis, qui Collatores habent Laicos.

45. Deinceps, ſi quando contingit, Eccleſiaſticam perſonam a laico beneficio aliquo dotari, & Epiſcopo pro * inveſtitura accipienda præſentari; tum Epiſcoporum in ſpiritualibus, ut vocant, Vicarii, pro inveſtitura tantum erogant æris, præſentatis illis, quantum collatum beneficium in annuo habet proventu; nonnunquam etiam, quantum bino. Ita enim altera portio exigitur Epiſcopo, & reliqua interim Archidiacono, aut Archipresbytero pro inveſtitura, vel poſſeſſionis traditione.

* al. *inveſtura*, paſſim hic.

46. Inſuper nimiumque pro viribus, illicitis exactionibus gravant Epiſcopi beneficia, ſubſidiis nimirum; nullæ licèt ſubſint urgentes, aut illud ſibi admodum poſtulantes cauſæ, hoc eſt, quod jura vocant, manifeſtæ & rationabiles: ultra etiam modum, quem jura communia in caſibus evidentibus & neceſſariis præſcribunt. Illis nempe caſibus, quibus ſolis jura ſubſidium ab Eccleſiaſticis erogari permittunt; fitque ejus rei immndico uſu, ut Presbyteris vitæ neceſſaria, vix aut certè ne illa quidem relinquantur. Demum & in totius populi caput hoc redundat onus, quando ita premuntur Sacerdotes, ut reſpirare eis non liceat; ni viciſſim ſubditam plebeculam arrodant. Ita ex onere ſeritur onus, eousque, ut nullum gratis, niſi numeretur ſemper aliquid, miniſtrent ſacramentum, Eccleſiæque Chriſtianæ donum, ad quod tamen præcipuum gratis ut facerent, darentque ea gratis, quæ nullo ære redimi poſſunt, atque ipſi gratia accepiſſent, ſacroſancti Evangelii atteſtantibus literis, tenebantur. At illud res ipſa fecit notorium.

Sacramenta venalia, nec gratuita.

CAP. XXXIV.

Quo pacto ſæpiùs, & quidem plures unà indocti atque idonei ordinentur Sacerdotes.

47. Item Archipiſcopi, Epiſcopi, & eorum ſuffecti, quos Suffraganeos vocant, ſæpenumerò plures indoctos, idiotas, inhabiles, vileſque ac ludicras perſonas, ad ſacerdotii functionem ordinant: qui cùm ex miniſterio Eccleſiæ, ad quod minùs ſunt idonei, vivere non poſſint, tamen neque aliunde vel ex beneficiis vel propriis hæreditariis bonis, unde vitam Presbytero dignam ducere queant, habent; ſed tantum imaginarios & fictitios, aliquando neque illos quidem, ſecum ferunt titulos: fitque dehinc, aut ex innata malitia, morumve levitate, aut qua premuntur egeſtate (ſicut res eſt maleſuada fames) ut inhoneſta exerceant commercia, ac munia ſacerdotibus obeant indigna. Quæ res anſam ſubinde miniſtrat, verè Eccleſiaſticos, ac Chriſto ſacros Presbyteros flocci pendendi, nihilique faciendi: quòd illorum vita coram univerſo populo offendiculis ſit quàm refertiſſima. Interim à quibusdam Epiſcopis, ſex corruptis teſtibus ad hoc adhibitis, dignus ne ſit ſacerdotii munere, vel minus, ordinandus, fides adhibetur; qui paſſim quosque indigniſſimos ſimulatis ſuis vocibus teſtantur dignos, adque hoc miniſterium aptos ferunt & accommodos: licet non rarò nullus perſonatorum illorum teſtium, ordinandum, vel de facie, albus an ater ſit, noverit; conanturque ita Chriſtianis ſanctionibus, ſub perſona, fuco atque fictitio tantum prætextu ſatisfacere.

Sacerdotes indocti & inidonei.

CAP. XXXV.

De impenſis immodicis, quæ in Eccleſiarum conſecratione inſumuntur.

48. Inſuper quum Eccleſias ac templa, prætenuia quidem, Deo dicant, ſacrantque nonnulli Suffraganeorum, ſubditos utcunque per ſe egeſtate laborantes, ſuperfluis, minimeque neceſſariis ſumptibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoque, & illa quidem immodica, à miſera plebecula exigant.

Eccleſiarum conſecratio.

49. Item quum Laici Eccleſiis altaris donant ornamenta quædam, nec non caſulas, & ſimilia, ac in Dei honorem pecunias ſuas expendunt; nihilominùs tamen Suffraganei exigunt, ut talia, priusquam ad altaris convertantur uſum, conſecrentur, pro qua demum conſecratione munera ac dona petuntur innumera. Quapropter æquum eſt, ut tales abuſus deleantur. Et ſi Suffraganei fruſtra laborare nolint, ut unicuique Prælato aut plebano talia faciendi permittatur poteſtas.

Conſecratio ornamentorum altaris.

CAP. XXXVI.

Quemadmodum cœmiteria nonnunquam ſuperfluè, ac minimè neceſſariò conſecrentur.

59. Damum a ſi fortè ſine armis, pugnis tantùm & capillis in cœmiterio, duo pluresve mutua conſe-

Cœmiteriorum conſecratio.

conſerant, aut rixam habeant, ad ſanguinis usque quantumvis modici effuſionem; tum ad interdictorum ſeveritatem recurrunt Eccleſiaſtici, nec priùs publica Chriſtianorum redintegrant nfficia, quàm civium univerſitas cœmiterium denuò magna pompa, gravibusque nec profectò minoribus impenſis conſecrari curaverit, quamprimùm, ut prædictum eſt, ex prophano redditus ſit ſepulturæ is locis ſacer. Quæ omnia in caput tandem redundat Laicorum.

Campanarum baptiſatio.

51. Item, Suffraganei excogitaverunt, ut ſolùm ipſi, & nullus alius Sacerdos, Laicis campanas baptiſent: credunt deinde ſimpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptiſatas, dæmones & tempeſtates pellere. Quapropter innumeri plerumque adhibentur compatres: præcipuè verò, qui fortuna pollent, exorantur, qui baptiſationis tempore ſunem, quo campana religata eſt, tangunt, ac Suffraganeo præcinente (quemadmodum in parvulorum baptiſatione fieri ſolet) omnes pariter reſpondent, ac campanæ nomen ingeminant, veſteque nova, quemadmodum & Chriſtianis fieri ſolet, campana induitur. Inde ad ſumptuoſa properatur convivia, quibus præcipuè compatres, ut eò largiùs munera offerant, adhibentur; nec non Suffraganei & eorum Capellani, cum multis aliis miniſtris regaliter paſcuntur. Nec hoc ſatis eſt, ſed & Suffraganeo mercedem perſolvere neceſſe eſt, quam illi munuſculum vocare ſolent, inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali abſumantur & expendantur baptiſatione: quæ res non ſolum ſuperſtitioſa, ſed etiam Chriſtianæ religioni contraria, ac ſimpliciorum ſeductio, & mera eſt exactio. Veruntamen Epiſcopi, ut Suffraganeos vel viliſſima obærare poſſint mercede, talia & adhuc abſurdiora tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita meritò abolêri debet. Cæterum ſi conducerem videtur, ut campanæ conſecrentur (ita enim Suffraganei baptiſationem appellant, quoties à prudentioribus de hac re interpellantur) conveniens erit, ut talis conſecratio per unumquemque fiat ſacerdotem: quemadmodum cum aqua benedicta, ſale, herbis, & ſimilibus fieri ſolet: idque absque precio & expenſis Laicorum; ne populus ſimplex ita ſeducatur, & damno afficiatur, nec non avaritiæ deteſtandæ præſumptio evitetur.

CAP. XXXVII.

Quemadmodum de nova ſancti cujuſpiam celebritate partem petant oblationis.

Oblationum ſacrarum verus uſus in expeditionem contra Turcas faciendam aut ſubſidium pauperum.

52. Deinceps, ſi fortè per diœceſin Epiſcopi alicujus nova effertur Sancti celebritas, ad quem paſſim concurſus fit; tum Epiſcopi aut Prælati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certè quartam partem ſibi vendicare præſumunt. Quod tamen domeſtica eorum, nempe canonica jura, eis non permittunt; quin oblata illa pecunia, potius ac meritò, pro totius Chriſtianæ reipub. neceſſitate, ad contrahendam militum manum, parandumque expeditioni bellicæ commeatum contra Turcas uſurparetur; aut certè in proximi verteretur neceſſarios uſus.

CAP. XXXVIII.

Quo pacto illicitam à Præpoſitis Monaſteriorum Deo dicatarum virginum petant pecuniam.

Monialium emptio ſuorum Præpoſitorum.

53. Item, quum Monaſteria aliqua Deo dicatarum virginum, per Præpoſitos, ſeu Præfectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moveri poſſunt (neque enim perpetua eſt hæc Præpoſitura) attamen Epiſcopi, acceptationi aut miſſioni Præpoſitorum, prius conſenſum ſuum adhibere recuſant, quàm à Monaſteriorum Deo devotarum, ſimpliciumque puellarum, pecuniæ aliquid numeratum fuerit.

Abbatum & Abbatiſſarum conſecratio.

54. Item, quum Abbas quiſpiam, aut Abbatiſſa eligitur, coguntur iterum per Suffraganeos conſecrari; licet antea ut Monachi & Moniales ſatis ſuperque ſint conſecrati; Suffraganeumque cum ſuis regiè excipere & paſcere, ac inſuper tanquam muneris loco, magnam perſolvere pecuniam. Quæ res non in parvum damnum cedit Monaſteriorum; ſed etiam illorum, quibus monaſteria illa ſunt ſubjecta.

Pontifices Romani venalitiarii. Pallii redemptio. Epiſcoporum & Abbatum confirmatio.

Inſuper Pontifices Summi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quæ ipſi immani vendunt precio: quod quidem illi perſolvere coguntur, qui (ita jubente Pontifice) opera talium indigent officialium, ſeu ſcriptorum. Hinc evenit, ut natio Germanica, præcipuè verò Epiſcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirmationem à Romano petunt Pontifice, ac multi alii oppidò aggraventur, ac longè plus, quàm elapſis annis, pecunias ſuas dilapidare compellantur. Hinc facilè conjicere licet, quot Romæ, quantique laquei pro emungendis nummis tendantur. Quapropter talia officia meritò deleri debeot.

CAP. XXXIX.

De Archiepreſbyterorum Officialibus, & aliis Judicibus Eccleſiaſticis.

Officiales.

55. Archipreſbyterorum quoque Officiales, utplurimum, ſunt indocti, inhabiles; inſuper & ſcurrilibus moribus, nihil penſi habentes, nihil aventes, quàm pecuniam. Et quàm notoriè in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano diſcitur uſu; per quod Laici, quos ob admiſſa debito modo corripere, ac in pietate Chriſtiana eruditiores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugem non perducuntur, ſed offendiculis onerantur potius. Adhæc per leves ac viles has Officialium perſonas, in quorum conſcientiis, nulla Chriſtianæ pietatis viget ratio, ſed tantum ſceleratus habendi amor, Laici miſerè ad vivum usque in bonis ſuis ſpoliantur, ac deprædantur. Id quod Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſi quidem revera, quod dicuntur, eſſent, hoc eſt Chriſti paſtores, dubio procul,

cul, diutius non tolerarent, oveſque Chriſti talibus offendiculoſis paſtoribus curandas, minimè commendarent. paſcendaſve committerent.

CAP. XL.

Quàm iniquè Laici ad vetitum trahantur Eccleſiaſticorum tribunal.

56. Ferè & hoc quoque accidit, ut Laici ad Eccleſiaſticorum, licèt periniquè, trahantur judicium. Nam etiamſi actor ſit Eccleſiaſticus, qui laicum reum judicio convenire intendit; attamen nihilo magis ordinariæ juriſdictioni reorum deferunt, quin paſſim Eccleſiaſtici tales reos, laicos ſc. quaſcunque etiam ob cauſas civiles ac planè prophanas, ad Eccleſiaſticum tribunal, refragantibus omnibus etiam juribus, pertrahere adnituntur: quum tamen maximè conveniat, ac jure nos ignoto ſit, quàm expreſſim cautum, actorem rei ſorum ſequi debere. Laici ad ſorum Eccleſiaſticum.

CAP. XLI.

Quo pacto magiſtratuum civilium ſubditi, propter debitam pecuniam, ad judicia Eccleſiaſtica pertrahantur.

57. Præterea Eccleſiaſtici ſæpiuſculè Laicorum ſubditos, ob debita pecuniaria, coram Eccleſiaſtico Judice in jus vocant, ac prægravi eorum judiciorum ordine eoſdem inibi vexant atque excutiunt; licèt à civili magiſtratu, adeoque judice reorum, ordinaria juſtitia, juriſque debita executio eis nunquam fuerit vel denegata, vel diutius, quàm par ſit, procraſtinata: ſitque ita per Actorum; ut dictum eſt, petulantiam, quia conventi judicio Eccleſiaſtico Laici, varios ob caſus jus ſuum non ita examuſſim, vel deducere per imprudentiam, vel non probare per ſimplicitatem, noverunt, neque edocti ſunt; ut in prætentam pronuncientur excommunicationem, ac irreparabile rerum ſuarum perducantur detrimentum, perniciem & jacturam.

CAP. XLII.

Quàm iniquè laicis judicibus præbeatur occaſio, ab Eccleſiaſticis ſubditorum ſuorum petendi remiſſionem.

58. Inſuper & alias ob plures cauſas illicitas, à judicibus Eccleſiaſticis contra perſonas laicas emittuntur citationes ac monitoria: quanquam tales judices, publica etiam teſtante ſama, indubitanter perſpectum habeant, vocatos ita in jus ad ditionis ſuæ terminos minimè pertinere; illoſque ad ordinarium jus remittendos fore. Quod ipſum quoque Laicorum ſubjectis, non ferendis modis, grave oneroſumque eſt. Nam & ſi cauſæ, perſonæque tales, ad inſtantiam magiſtratuum civilium, ac Laicorum ſuperiorum petitionem, tandem ad jus dicentis Laici ordinarium remittantur tribunal: nihilominus tamen ita immeritò in jus vocati, gravibus onerantur impendiis, damnis, & expenſis; eò quòd ſuperiores ſuos Laicos, quos non rarò ultra centeſimum lapidem peregrè abeſſe contingit, primum requirere, dehinc literas miſſionum ab his impetrare, ac tandem eas ipſas judicibus Eccleſiaſticis mittere cogantur: interim nunciis ad hoc conductis eroganda eſt pecunia, ceſſandum à quotidianis operibus, ferendæ impenſæ itinerum atque Advocatorum. Quod ſi fortè ſuperiores ſuos in jus vocati non continuò imploraverint, miſſionum literas impetrarint, eaſque judicibus prædictis transmiſerint, ac ad monitionem uſque proceſſum interea ſit: jam Eccleſiaſtici judices vel requiſiti hinc à vocatorum ſuperioribus, quæcunque tandem in jus vocati ſit cauſa, remittere tamen ita vocatos atque admonitos ad ordinarium judicem laicum, recuſant.

CAP. XLIII.

Quòd judices Eccleſiaſtici cauſas aliquot ſpeciales, licèt laicas, ita ſuæ aſſerant ditioni, ut omnino eas remittere nolint.

59. Quum apud Eccleſiaſticum judicem, ob decerptum virginitatis florem: item ob illegitimè natorum, hoc eſt, naturalium liberorum ſtatum, aut ſervientium mercedem, viduarumve, quæcunque etiam judicio ventilantur cauſæ, contra laicos reos; tum vel interpellati à litigantium laicorum ſuperioribus, judices Eccleſiaſtici, terminum tamen ſiſtendi jure, nec circumducere, aut ad ſe in jus vocatos, ordinariæ juriſdictioni ut remittant, precibus induci poſſunt.

CAP. XLIV.

De aliis illicitis & inutilibus expenſis cauſarum prophanarum, quæ ad Eccleſiaſticos judices trahuntur, ac denuò remittuntur.

60. Adhæc, quum Laicus coram judice Eccleſiaſtico, ut ſuprà dictum eſt; iniquè in jus vocatur, demumque ad petitionem judicis ordinarii remittitur: tunc temerè agentis procurator, qui tam malè in jus vocari fecerat laicum reum, mercedem ſuam, à convento, qui tamen temerè ad vetitum tractatus fuit judicium, petit; cogiturque dehinc excommunicationis pœna innocens ille ultra expenſas, quas ob malam in jus vocationem in itinera, procuratores, proque impetrandis & redimendis miſſionum literis, neceſſariò expenderat. Adde & neglectorum operum æſtimationem, jam tandem nulliter & iniquè emiſſos judiciarios proceſſus perſolvere, atque ære non immodico, coactus licet, penſare. Namque id ſi fortè recuſet, anathematis præſtò eſt gladius: hoc ei minantur judices Eccleſiaſtici fulmen, ni perſolutis vocationum literis, habendi libidinem ipſorum ſatiave-

rint. Ita afflicto additur afflictio. Neque juris ratio, quæ temerè in jus vocato, refundendas dictæ expenſas, à judicibus his curatur quicquam; imò judiciarius hic eorum ordo, ex diametro, quod ajunt, cum juris bonique & æqui ordine pugnat. Eum tamen judiciorum ordinem, non ob aliud, (quantum conjectura aſſequi licet) hactenus ita religioſè obſervarunt, quàm ut plurima actorum turba per hoc ad eorum alliceretur tribunal. Ita ſemper iniquum, ea re, quæ meritò debeat eſſe æquiſſima, ſtudent facere lucrum.

CAP. XLV.

Quomodo nova per violentiam instituantur decimarum præſtationes.

Decimarum præſtationes violentæ.

61. Item, etſi Laici per multa annorum curricula de certis eorum prædiis, neque majores, neque exiguas, ut vocant, præſtiterint decimas: tamen per Eccleſiaſticos judices, apud quos iniquis litigant conditionibus, auctoritate judiciaria, ita eis fit negotium, ut aut petitas judicio decimas, ſive quidpiam aliud eſt, quod ab eis exigitur, præſtare, perſolvereque, aut excommunicationis pœnam ferre, neceſſum habeant. Neque hoc temerè. Nam etiamſi à ſententia, quantumvis iniqua, Romam appellaverint, non eos fugit, quàm oneroſus atque diſpar ſit & illic litium eventus.

CAP. XLVI.

Quo pacto Eccleſiaſticorum officiales ac ſuffecti, & ipſi Laicos ad Eccleſiaſticorum tribunal in jus trahere conentur.

62. Ad hæc omnia perſonæ Eccleſiaſticæ, nedum ipſe per ſe Laicos, quibus dictum eſt, ac ſimilibus caſibus, ad Eccleſiaſticos trahunt judices; verùm etiam Eccleſiaſticorum officiales, ſuffecti, procuratores, domeſtici famuli, famulæque, ac denique ipſorum etiam ſubditi, conantur, adoituntur que idem juris, quod eorum habeot ſuperiores, ſibiipſis quoque aſſerere, uſurpareque.

CAP. XLVII.

De cauſis injuriarum, quæ coram Eccleſiaſtico ventilantur judicio.

63. Tandem, ſi quando ex facto evenit, ut Eccleſiaſticus contra Laicum injuriarum agere, illatas fortè verbo injurias, intendat: conatur Eccleſiaſticus judex eas ipſas quoque ſuæ jurisdictioni vendicare cauſas, quo denuò reus judicio conveutus, ordinario juri, ſicque eripitur atque eximitur jurisdictioni.

CAP. LXVIII.

Quemadmodum cauſa prophana, ob interpoſita juramenta, Eccleſiaſtico tribunali aſſerantur.

64. Inſuper & id præſumunt Officiales; ſi quando in cauſis prophanis, ac inter perſonas Eccleſiæ minimè ſacratas, dicatasve, ſed omnino laicas, data fide, ſeu præſtito jurameoto, verbo, vel in ſcriptis, pacta, obligationes, contractus, vel promiſſiones factæ ſint, vel celebratæ: quòd eam ob rem atque hujus prætextus ratione, tales prophanæ laicæque cauſæ coram ipſis potiùs, quàm ordinario judice agitari debeant: quæ nova Eccleſiaſticorum teehna uſu ſi increſceret, ac diutiùs toleraretur, jam actum foret de civili cauſarum auditorio; quòd omnes prophanæ civilesque cauſæ, contractuum atque transactionum, hac via neceſſariò ad Eccleſiaſticos pertraherentur. Quis enim contractus, quæ transactio, quæ denique inter paciſcentes conventio, quæ non ſit ſolenni ita ſtipulatione, aut promiſſione vallata? Illuc nimirum rerum veniremus, ut in totum civilia eluderentur judicia. Quod nedum contra æquitatem ipſam, contra omnia jura ſcripta, ſed & civili magiſtratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc interim Eccleſiaſticis judicibus, de perjurio commiſſo, notionem ut habeant: nihilo magis per id cauſæ ipſius principalis, contractus putà, aut transactionis, quamobrem ille pejeravit, judices competentes erunt; quin perjuros illos ob religionis transgreſſionem manifeſtariam tantùm judicio convenire poſſent, ac Canonicam huic indicere mulctam; reſervata tamen civili magiſtratui, qui perjuros pœnali judicio ſecundum civiles ſanctiones plectere jus habet, commiſſa ſibi ob id pœna.

CAP. XLIX.

Quonam modo reformationes ſuorum judiciorum nec abſcrvent, neque manu, hoc eſt, executione debita tueantur.

Reformationis Eccleſiaſticorum judiciorum nulla obſervatio aut executio.

65. Præterea, nedum rationi conſona jura communia, ſed & Eccleſiarum aliquot cathedralium propriæ Reformationes notoriæ, in quàm plurimis caſibus negliguntur, irritaque fiunt, dum contrarius ex eiſdem ducitur ſenſus. Exequuntur enim hæ contra hos tantùm, quorum poteſtatem ipſi non reverentur. At ſi res potentiores, aut eos, quibus manu pares eſſe non poſſumus, contingat, tum ex juris ſui rigore remittunt quippiam. Nam etſi maximè Epiſcopi locorum ordinarii, aut eorum officiarii à vim paſſis, aut his, quibus contra jus injuriæ illatæ ſunt, pro debita juſtitiæ executione, ac talium gravaminum onerumve abrogatione interpellentur: Sæpenumerò tamen evenit, ut querela hæc, vel Præpoſitum contingat, ut Decanum, vel certè Capitulum, ac Eccleſiæ Canonicos Capitulares, hoc eſt eos, contra quos loci hujus ordinarius Epiſcopus utcunque æquitati favens, remnrante cum hac via, io electione præſtita, ac promiſſa fide, meritam transgreſſionis emendationem atque mulctam præſumere, & tisque infligere non audeat.

66. Ad hæc Epiſcoporum ac Prælatorum nonnulli, pto tempora Eccleſiaſticorum judiciorum Synodorumque, ad ſuum libitum, ſpeciales quaſdam & prætentas fcrunt raformationes, ordinationes, leges, atqua ſtatnta, quæ ipſa multifariam à jure communi diſſident, ac ſeorſim toti civili magiſtrstui & jurisdictioni, eorumque ſubditis derogant, atque perniciem adſarunt. Neque ullam præ ſa farentia æquitatem, quod ad Eccleſiaſticorum privata compendia, inqua Laicorum nacem ſint excogitata atqua effecta. Eamque ob rem Laici ea acceptare, aut his parera minimè teneneur. Nam nequa ipſi Eccleſiaſtici domeſticas has ſuas conſtitutiones ſecundum rationabilem, ſyncariorem, ac garmanum æquitatis intellectum, obſervant. Etenim tametſi reformationas hujuſcemodi, ut plurimum ſtatuant, coram Officialibus, eorumqua Eccleſiaſticis Conſiſtoriis, maniſeſta ac notoria tantùm, minimeque occulta delicta, dabere agitari atque ventilari, conſiderarique inprimis ſalutem animarum, & honoram Jeſu Chriſto dabitum, potius quàm pacuniarum lucrum: Attamen ajus rei oppoſitum, atque ex profeſſo contrarium, negotium ipſum, innumeræque aliæ conjacturæ ac circumſtantiæ plus liquidò manifeſtum raddunt: id quod partim ex ſuprà enumeratis, partim ex racenſendis ſequentibus articulis, utcunqua ſuccinctis, cuique æſtimare facile eſt.

CAP. L.

Quemadmodum plus pecunia, quàm pœnitentia peccatoribus imponant.

Pœnitentiæ redemptio.

67. Patrum Canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus ae manifeſtis peccatis, ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatiafactionem imponendam eſſa; ut ſic nun pecuniæ lucrum, ſed potiùs animarum ſalua quæri intelligatur. Id quod ſuprà etiam memoratum eſt. At Eccleſiaſtici judices & Officiales, perperàm animadverſis Canonibus, dictam ſpiritualem pœnitantiam io tantum exaſperant, aggravant & augent, ut Laici, priusquam aam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia magis ſibi ab ipſis immunitatem comparent: qua re Laici multum premuntur, Eccleſiaſtici contrà multum ditantur, utputà, qui in ſuum privatum commodum, & partis agunt munus, & judicis; quod tamen omnibus juribus diſſonum eſt.

CAP. LI.

Quem in modum honeſti viri & mulieres ex falſo rumore ſapenumerò graventur.

Delationum famæ.

68. Accidit atiam oonnunquam, quòd viri & mulieras coram Officiali, ſau Ecclaſiaſtico tribunali, ut delictorum ac ſcelerum ſontas, ſiniſtro rumore deferuntur, ac non priùs per ſantentiam innocantas declarantur, quàm ubi ſe jurejurando purgaverint: qua purgatione facta, in priſtinum æſtimatioois ſtatum reſtituuntur. Et quamvis tam ſiniſtrè denunciatis incommoda, damna, impenſæ, eam ob rem perpaſſæ, maritò rafundi deberent: nihilominus tamen innocentes ipſi in dictæ reſtitotionis fidem Officiali, Eacleſiaſticova judici, duos aureos, eum aurai quarta parta, pro abſolutoriis literis, nequaquam necaſſariis, oumerare coguntur. Et hoc eſt, cur Officialas, Eccleſiaſticiqua judices, tam iniquitas & illicitas, rumoris ſalſi, atqua delationis cauſas, ita adſectentur, ad ſa evocant, ſoliſque ſibi vendicent. Id taman ipſum non ſine magna ſingulari, ac gravi jactura mortalium committunt. Nam ſæpius evenit, quòd altarcantaa muliaras, ira, invidia, ſau alio quopiam adſectu commotæ, invicem ſa maladictis impetant, conviciis proſcindant, in tantumque damantentur, quòd altera alteram vel adulterii, vel magicæ artis ream inſimulet. Quod ubi coram Officiali deducitur, tum illa, quæ per iracundiam alteram probris ac contumeliis adſacarat, jurisjurandi ſacramanto ſaſe excuſare, ac purgare cogitur: ſcilicet, quicquid injuriarum in altaram profuderit, id omna non ax carto animi propoſito, ſed ira, invidiaque profectum aſſa: pariqua modo altera, quæ adulterii, nacromantiæve inſimulara eſt, ſuam innocentiam, quodque prædictorum naquaquam ſibi conſcia ſit facinorum, juramento detegere jubetur. Interim verò quilibet apud ſa facilà coujicere poteſt, in talibus cauſis: mulieribus, ſive memoratorum ſcelerum vacuæ ſint, ſive iiſdem criminibus obnoxiæ, jurandum taman aſſa, dummodo famam, bonorem, ac vitalam ſpiritum retinare velint. Qua ex re non ſolum illicitum pecuniarum lucrum quæritur; ſad & daliberatæ pejarationas axtorquentur, ſaculareſque juriadictiones, & judices in eorum mulctandi officio impediuntur. Et ſic contra rationem, impunita remanere delicta naceſſarium eſt.

Jurisjurandi temeraria impoſitio.

CAP. LII.

Quomodo Eccleſiaſtici judices illicitum ex jactatis matrimoniorum cauſis petant intereſſe.

Arrharum ſponſalitiarum, ſive donationum propter nuptias, ademptio.

69. Deinceps, quum inter virum atque fœminam, de pangendis matrimonialibua ſacria illis fœderibus, negotium, quod inter eos fortè agebatur, eousque proceſſit, quòd ab alterutra partium, matrimonii contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfectusqua prætendatur; at inficietur altera: datumqua eſt, ab altera eltari perſonæ vaſtium, aut alioqui mundi muliabris quidpiam, tanquam arrabonis loco, adſervandum ac cuſtodiendum: accidatque deinde, ut aſſarti contractus, matrimonii ſcilicat contemplatione, contrahantes, ad Eccleſiaſticum perveniant tribunal, aa ibidem per ſantentiam, in diverſum ire jubaantur, ſeparenturque: Tum judex illa Eccleſiaſticus iniquè hoc ſibi in hac cauſa prætendit interaſſa; nimirum, ut omne, quicquid hinc ioda arrabonis vice traditum ſit, ot hoc ſibi cedat tanquam aommiſſum. Id quod nedum contra omnia jura, ſed & æquitatem atque honeſtatem ipſam proculdubio eſt.

CAP. LIII.

Quibus artibus judices Eccleſiaſtici cauſas promiſcuas, quæ coram civili etiam magiſtratu in judicium deduci poſſunt, ſibi ſolis vendicare conentur.

Civiles & criminales cauſæ ad forum Eccleſiaſticum promiſcuè trahuntur.

70. Item, licet complures ſint cauſæ ita promiſcuæ juriſdictionis, ut ſecundum jura communia, apud Eccleſiaſticos atque civiles judices agitari & puniri poſſint: ſæpiuſculè tamen evenit, ut quum civiles judices, conceſſam ſibi hac in re provinciam & juriſdictionem adminiſtrare atque exercere velint; quòd id ipſum ne faciant, per judices Eccleſiaſticos, ſub excommunicationis pœna eis interdicitur, prohibeturque. Quod ſi diutiùs perſtare deberet, brevi Eccleſiaſtici judices à civili magiſtratu, ejusque juriſdictione, quascunque etiam cauſas eximerent, ſuæque aſſerent ditioni. Id quod Cæſareæ Majeſt. cæteriſque Imp. Romani membris grave eſt, & intolerabile. Et quanquam ſecundum jura communia, manifeſta perjuria atque adulteria, maleficiorumque præſtigiæ, ac conſimiles aliæ cauſæ, per Eccleſiaſticos ac civiles judices, promiſcuum, uter occuparit, civiliter pro tempore plecti poſſint, habeatque ita præventio hac in re locum: Attamen Eccleſiaſtici judices contra omnia jura, cauſas hujuscemodi, ſolis ſibi, ſuæque juriſdictioni uſurpare conantur. Quod ipſum juriſdictioni civili non ferendum eſt onus ac gravamen.

CAP. LIV.

Quemadmodum cauſa prophanæ, ſub prætextu denegatæ executionis, ad Eccleſiaſticorum Conſiſtoria trahuntur.

71. Item, ſi quando perſonæ laicæ in cauſis etiam omnino prophanis, à judicibus Eccleſiaſticis citationes impetrare conentur, prætendantque magiſtratum civilem, debitam ſibi juris executionem facere neglexiſſe; ante quam ſummariè ſaltem per evidens aliquod docuerint inſtrumentum, juſtitiam, ut queruntur, ſibi denegatam: citationes tamen, atque alii judiciarii proceſſus à judicibus Eccleſiaſticis, ad ſolam petentium querelam his decernuntur. Quòd ſi deinceps ad petitionem, vel civilis judicis, aut partis in jus vocatæ, cauſæ hujuscemodi ad ordinarium tribunal remittantur, præfigitur civili judici per breve quatuor hebdomadarum, putà tempus fatale; intra quod, actoris intentioni & querimoniæ ex integro, atque ex aſſe executionis ordine ſatisfaciat. Ac ſi in arctiſſimo ita præſtituto termino, ſententia diffinitiva, aut non fertur, vel executioni lata non mandatur; libertatem dehinc judex Eccleſiaſticus dat actori laico, coram ſuo tribunali, ulteriùs procedendum: fitque non raro (mirum hoc auditu) ut cauſa, quæ intra menſis ſpatium coram civili Conſiſtorio agitari, peragique debebat, quòd hæc eadem apud Eccleſiaſticum judicem triennio, aut eo ampliùs, pendeat hinc indeciſa.

Canonics civilibus, & civilia Canonicis.

72. Ajunt præterea judices Eccleſiaſtici, in talibua caſibus, prophanas ad ſe cauſas pertrahere ſibi licere; ſi magiſtratus civilis in adminiſtranda juſtitiæ executione negligens inveniatur: è regione tamen ferre minimè poſſunt, ut in pari caſu idem juris cum eis ſervetur; nimirum ut in cauſis Eccleſiaſticis quiſpiam, de neglecto cultu juſtitiæ ab Eccleſiaſticis apud laicos, aut civiles magiſtratus conqueri, ac juſtitiam ſibi per civiles magiſtratus adminiſtrari poſtulare poſſit: quanquam jura communia in genere diffiniant, ſtatuantque quo pacto Canonica civilibua, & è regione Canonicis civilia jura opem ſuppetiasque ferre debeant.

CAP. LV.

Quo pacto Eccleſiaſtici judices, ſeculares cauſas, prætenſæ præſcriptionis prætextu, in ſe transferre conentur.

Præſcriptiones cauſarum.

73. Neque hoc pleriſque longa experientia rerum ac eruditione doctis probatur, quòd judices Eccleſiaſtici quibusdam in locis diuturni uſus, quaſi poſſeſſionis, adimpletæque præſcriptionis prætextu, Laicorum controverſias coram ſe dirimendas hactenus præſumpſerunt. Nam ex ex re Cæſarea Majeſt. Romanumque Imperium haud parum detrimenti patitur: utputa, quòd non minimus Imperii honor, temporalis ſcilicet juriſdictio, memoratæ præſcriptionis velamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad Eccleſiaſticos transfertur. Quod contra recepta, apertaque jura, nemo eſt qui neſciat: quibus ſtatuitur & cavetur, ut nulli præſcriptioni, quantumvis longæ adverſus præeminentem, tum Papæ, tum Cæſaris poteſtatem ſit locus.

Præſcriptioni contra Papæ aut Cæſaris poteſtatem non eſt locus.

CAP. LVI.

Quàm iniquè humicidæ, aliique peccatores, ab Eccleſiaſticis judicibus duplici afficiantur pœna.

Malefactorum duplices pœnæ.

74. Quum divina humanaque jura vetent, ut nemo duabus cædi debeat virgis: meritò plerique, quibus cerebrum eſt, nonnullarum Cathedralium Eccleſiarum odioſa ſtatuta, perverſosque mores, quibua utriusque ſexus homicidas, reliquosque majorum, minorumve criminum reos hucusque vexarunt, deteſtantur. Nam hactenus ſervata eſt conſuetudo, quòd homicidii, ſimiliumque facinorum, quos caſus Epiſcopis reſervatos vocant, rei, peracta in aurem confeſſione, publicam pœnitentiam, in totius populi conſpectu, cum magno ſuorum ipſorum dedecore, ignominia, infamia, ſubire coguntur. Quæ quidem pœnitentiæ forma non usquequaque improbanda foret; utpote, quæ ad primitivæ Eccleſiæ inſtituta quàm proximè accederet ‹ ſi hac contenti, non etiam am-

pliorem

pliorem juſto, peccaoribus egregii iſti, maleque officioſi Officiales extorquerent pecuniæ ſummam, duplicique delinquentes punirent pœna. Quare, mirum quàm multi offendantur. Quod quàm iniquum, quamque longè à Chriſti inſtituto ſit alienum, cuique ſanæ mentis conjectura allequendum relinquitur.

CAP. LVII.

Quomodo funeſta pecuniæ intuitu Eccleſiaſtici Judices & Officiales illegitimas cohabitationes & uſuras tolerent.

75. Præterea Officiales, auri ſacra pellecti ſame, uſuras ac pecuniæ fœnus illicitum, nedum non interdicunt; ſed & paſſim permittunt, fovent, ac tutantur. Inſuper etiam Clericos, Religioſosque & ſeculares, accepto ab eiſdem annuo cenſu, publice cum ſuis concubinis, pellicibus, & aliis id genus meretricibus, illegitimè cohabitare, liberosque procreare ſinunt. Quæ res ambæ quantum ſcandali, periculi, detrimenti, fortunis, animabus & corporibus pariant, non eſt quod receoſeatur; quum nemo id, niſi talpa cæcutiat magis, non videat.

Fœnoris, concubinatus, &c. permiſſio.

76. Præterea contingit aliquando, quòd alter conjugum, belli, votorum, ſeu alia quapiam cauſa peregrè proficiſcatur: qui ſi aliquantò diutius, quàm alterius conferat libidini, abſit: tum Officialis alteri (pacta tamen numerataque prius mercede ſatis magna) cum alia victitare perſona ac cohabitare indulget, non præhabita prius diligenti veſtigatione, ſuperſteſne ſit abiens conjunx, an naturæ conceſſerit. Et ne hoc eorum factum à quoquam calumniari poſſet; tolerantiæ nomen ei, non ſine magno mortalium offendiculo, ſanctique matrimonii contemptu indiderunt.

Tolerantiæ injuſtitia.

CAP. LVIII.

Ut Officialium delegati, ſeu Synodales Judices, illicitos è domibus cenſus exigant.

77. Et hoc Germanus poſthac non ferendum onus eſt, quòd Synodales Judices quarundam regionum oppidula & vicos oſtiatim peragrant, cenſusque è domibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula perſolvere nequit, protinus cum excommunicationis jaculis petitur; ad eorum quoque cenſuum ſolutionem cum ſumma rei familiaris attritione, atque attenuatione compellitur. Quod ſi penitus amoveri non poteſt gravamen, aliquo ſaltem fine ad æqui bonique regulam coërceatur.

Domorum hortorumque cenſiones.

CAP. LIX.

Quo pacto hebdomadaria pecunia à mechanicis exigatur.

78. Pari modo proximè memorati judices, quibusdam in locis à ſtabulariis, piſtoribus, laniis, propolis, molitoribus, ejusdemque generis mechanicarum artium profeſſoribus, qualibet ſeptimana pecuniam poſtulant: qua fortè per inopiam non ſoluta, Eccleſiaſtico ad id fulmine adiguntur.

Hebdomadaria pecunia.

CAP. LX.

De iniquis Eccleſiaſticorum areſtis, ut vocant, impedimentis.

79. Non mediocrem item ſuperioritatis & jurisdictionis temporalis jacturam Cæſarea Majeſt. Romanumque Imperium patitur, ex malè obſervata hactenus, pluribus in locis, diuturna conſuetudine: videlicet, quòd Eccleſiaſtici Judices, ubi inter duos Laicos civilis orta eſt controverſia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partium mandant, ne inceptam coram ſeculari, ſeu ſuo judice, litem proſequatur; ſed in Eccleſiaſtico coram ſeſe judicio compareat. Cui mandato ubi pars vocata obtemperat, & ſe ſuamque cauſam ad ſuum ordinarium judicem remitti in judicio petit: tum primùm libellus, articuli, exceptiones, replicæ, duplicæ, & cæteræ id genus ſcripturæ, utrinque producuntur; quibus, reliquisque actis & agitatis, perlectis, numeratisque potiùs, quàm ponderatis, tandem interloquuntur, controverſiam coram ſe ventilandam eſſe. Cui ſententiæ propterea, velint, nolint, parere coguntur: etiamſi maximè ea graventur: quòd appellationem ad curiam Romanam interpoſitam, ob immenſos, tum labores, tum impenſas proſequi nequeant. Neque enim civis commodum eſt, adire Romam. An verò talibus, ſimilibusque ſententiis ſe ſuſpectos reddant, necne; cuilibet bono viro conjiciendum relinquitur. Unum hoc certum eſt, quòd ex jam enumeratis caſibus, copioſa civilium cauſarum ſylva, jurisdictioni temporali, ac civili magiſtratui, indies ſubtrahitur atque eripitur. Quod non ſolùm juribus & æquitati, ſed etiam rationi contrarium eſſe dignoſcitur.

Areſta cauſarum.

CAP. LXI.

Ut plerique inopia rerum laborantes, judicialium expenſarum, variorumque laborum & expenſarum formidine, ad iniquas transactiones compellantur.

80. Neque hoc ſilentio præteriri poteſt, quòd Eccleſiaſtici Judices & Officiales, miſeros ac ſimplices Laicos, multoties ad illicitas, iniquas, ſibique penitus nocivas transactiones adigunt. Nam ſi quando eos in jus vocant, magna patronorum, tabularum forenſium, ſcribarum, cæterorumque, quorum opera in judiciario ſtrepitu uti neceſſum habent, caterva, nullo ære conducta, ſed gratuito conquiſita, ſtipati aſtant, ac pauperibus illis prophanis, egeſtate preſſis, id hominum genus, non niſi magno conducendum eſt. Quod ubi fortunæ, reique familiaris tenuitas denegat, ni penitus cauſſa,

Transactiones iniquæ inopum litigantium.

EE 3 etiam

etiam juſtiſſima, decidere velint; tranſactionem ſeu compoſitionem utcunque iniquam inire coguntur. Quare quantum graventur tenues, nemo eſt qui non facilè id deprehendat.

CAP. LXII.

In multis Eccleſiaſticorum Conſiſtoriis, externi cauſarum patroni & procuratores, quàm non admittantur.

Advocatorum & Procuratorum inſtructio.

81. Et hoc hactenus Germanis multum attulit moleſtiarum, quòd per Eccleſiaſticos Judices, nulli coram ſe litigantium partium, aliis uti Advocatis & Procuratoribus licet, quàm iis, quos ſibi ſuiſque tribunalibus, jurisjurandi ſacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominùs externi patroni à litigatoribus conſulantur; adeò breves præfigunt terminos, ut adiri nequaquaquam poſſint. Et ne hoc eorum factum tanquam æquitati contrarium, improbari poſſit, ſe id in controverſiæ commodum facere adfirmant; quò celeriorem per Conſiſtorii juratos procuratores ſortiatur exitum. At interim meridiana luce clarius apparet, qua ſinceritate, quave dexteritate id agatur. Nempe compertum habent Officiales, ſe ſuosque ſuperiores, à Conſiſtorii Advocatis & Procuratoribus timeri. Et ſic miſeri clientes patronorum verecundia, dum quod contra Eccleſiaſticum Judicem, ejusve ſuperiores, quacunque in parte facere poſſent, in judicio proponere non audent, ultra quam par ſit, negliguntur. Quam rem Eccleſiaſtici Prælati, iique, quorum in territorio tale exercetur Conſiſtorium, quum prohibere, penituſque eradicare deberent, tutantur, ac defendunt. Et id potiſſimùm eam ob cauſam; ut ſi quando ipſis, ſubditisve ipſorum in Eccleſiaſtico judicio experiundum ſit, dicti Advocati & Procuratores contra ipſos, exteris ſuis clientulis, ea quæ cauſæ ſibi poſtulat neceſſitas, conſulere, in judicioque proponere vereantur: ne, ſi diverſum facerent, Prælatos ſibi infenſos, judicesque ſibi malè propitios redderent: talemque Advocatorum & Procuratorum metum ac formidinem, nemo eſt, cui vel cerebrum ſit, cui lævæ in parte mammillæ cor ſaliat, qui inficias ire vel poſſit, vel audeat; cùm id quotidiana experientia adeò eluceat, ut nemini non, niſi fortè iis, qui nondum ære leveantur, ſit exploratiſſimum. Quotus enim quisque eſt Advocatorum vel Procuratorum qui non amore, ſpe, timore, invidia, favore, muneribus, ſimilibusve adfectibus, animo non aliquando, rectoque conſilio dejiciatur: quum nihilominùs vacui etiam prædictorum adfectuum, vix tandem precibus, pretiove inducuntur, ut nihil diligentiæ, laborum nihil, nihil item clientuli jurium prætermittatur. Enumeratis verò gravaminibus, nulla præſentior adhiberi poſſet medicina, quàm ſi litigantibus à certo usque limite, & Advocatos, & Procuratores vel conſulere, vel ad Conſiſtorium ſecum adducere liceret.

CAP. LXIII.

Quàm levibus ex cauſis, pauperibus Sacramenta denegentur.

Sacramenta pauperibus negata.

82. Et hoc facinus Chriſti diſciplinam profitentibus penitus abominandum eſt: quòd iis, quibus eſt res anguſta domi, ubi parochis & Eccleſiis ad diem ſolutioni deſtinatum, per inopiam ſatisfacere nequeunt, corpus & ſanguis Chriſti, ſacroſancta, quæ nobis ſacramenta in remiſſionem peccatorum reliquit, denegantur: immò quaſi pignus præcluduntur; non attenta ulterioris dilationis, & quidem modicæ, petitione. Quanquam tales ſimilesque cauſſæ, pro conditione ſua, coram ſecularibus Judicibus, meritò finem ſortiri deberent.

Vindemiarum dilatio iniquiſſima.

83. Item, quum agricolæ Autumni tempore vindemiare cupiunt, quemadmodum unicuique ad ſui utilitatem facere licet: nihilominùs tamen, ſi vindemia illa diſplicet ſpiritualibus (ut vocant) qui eo loci decimas poſſident, miſeris inhibent agricolis, ſub excommunicationis, nec non pecuniarum pœna, ne uvas colligant prius, quàm ipſi id permittant: unde evenit, ut ſæpe pauperculi illi non parvo afficiantur damno; cum uvas ſuas, quas maximis expenſis & laboribus per integrum coluerunt annum, vindemiare non audeant. Etiamſi illi interim vel frigore pereant, vel etiam marceſcere incipiant; tantummodo ob decimarum lucrum iniquum, ſæpius etiam ob invidiam deteſtandam. Quæ ambo contra jura ſunt divina, fas, & omnem pietatem, ac ideo meritò aboleri debent.

CAP. LXIV.

Ut Eccleſiaſtici Synodis abutantur.

Synodales mulctæ.

84. Nec minus moleſtum, grave, & Germanorum vulgo intolerabile eſt: quòd Synodales judices pluribus in locis quotannis, id quod non niſi poſt annorum intercapedinem ut fieret, juribus permiſſum eſt, obequitant, ac mirum quid fictitiæ juriſdictionis, aut ſuperioritatis exerceant: hoc interim conſtat, ſimplici popello hac via, neceſſaria ſubtrahi alimenta: neque talis peragratio eo fine & ordinatione, qua ſummis Pontificibus inſtituta eſt, obſervatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinoroſos & criminum ſontes à vitiis deterrere deberent, pecuniam præſentem & numeratam, & quicquid denique eis in lucellum cedere poteſt, exigunt. Id quod in ſuperioribus etiam partim memoratum eſt.

CAP. LXV.

De Canonicis Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, Parochis, reliquisque religioſis perſonis: & primùm, quòd iniquis nexibus Epiſcopi & Prælati à ſuis adſtringantur Capitulis.

85. Illicitum eſt & hoc, planeque iniquum, quod Canonici Eccleſiarumque Cathedralium præeminen-

eminentiores, quorum in manu potior Eccleſiaſticorum judiciorum, Synodorum, ac cenſurarum pars ſita eſt; reliquique Collegiatarum Eccleſiarum Canonici, quibus eligendi ſuperiorem poteſtas eſt, nullum in Epiſcopum, ſeu Prælatum eligunt: niſi ſe priùs jurejurando aſtrinxerit, planeque devoverit; literis quoque interdum, inſtrumentisque ſigillo probè munitis caverit, ipſis ipſorumque ordinatis judicibus ac officislibus in nullo, utcunque gravi, vel inhoneſto, intolerabilique propoſito, ſe contrarium fore. Ac ſi quando eos delinquere contigerit, impunè eis per ipſum, ut hoc ſibi liceat.

CAP. LXVI.

De non ferendis ultrà oneribus, quibus miſera plebs pro Sacramentorum adminiſtratione gravatur.

86. Pleræque item parochiales Eccleſiæ, Monaſteria, Prælatis, aliisque Eccleſiarum Curatarum Rectoribus, incorporationis, ut vocant, ſeu alio quopiam jure, ſubditæ ſunt: quas & ſi ipſi juxta canonum conſtitutiones, per ſeſe providere teneantur, ubi aliis elocant gubernandas, beneficiorum dotem, ac decimas, plerumque ſibi ipſis reſervant: & præteres tam enormib. abſentiarum penſionibus gravant, atque onerant, ut conductitii iſti Parochi, eorumque Vicarii, Viceplebani, Sacellani, Coadjutores, cæterique conductarum Eccleſiarum adminiſtratores, competentem ſuſtentationem, decentiaque alimenta inde habere nequeant. Quo fit, (nam unde conductitii iſti paſtores & mercenarii vivant, habeant oportet) ut illicitis exactionib. locatas ſibi oviculas, miſerè deprædent, dilanient, omnemque ſubſtantiam tantùm non abſumant. Poſtquam enim altaris, baptiſmique ſacramenta adminiſtranda ſunt; Primus, Septimus, Triceſimus, Anniverſariusque dies peragendus, auricularis confeſſio audienda, mortui ſepeliendi: & quicquid denique reliquum eſt, quod ad vita functorum ceremonias obſervandas operæ precium arbitrantur, id gratuitò faciunt nequaquam, ſed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum miſera plebecula, vel cum ſummo ſuo diſpendio præſtare difficulter poteſt: taleſque exactiones usque ad ſummum indies augent, atque accumulant; nonnunquam quoque excommunicationis fulmine ad ſolvendum adigunt: pleroſque etiam, quibus per inopiam non licet, ad celebranda vita functis obſequia, anniverſarios, & alias ejus farinæ ceremonias, compellere conantur.

Sepulturæ & Confeſſionis negociatio.

CAP. LXVII.

Ut ob miſſas cantandas & legendas, pecuniam exigant.

87. Neque hoc præteriri poteſt, quum non minimum ſit, quo Germani premantur, quòd Sacerdotes, unius diei miſſas, ad quas aliàs fundationis, ſeu annuæ recordationis jure, celebrandas obligantur: non ſemel, ſed quater, quinquies, pluriesve venundant: unaque miſſa, duobus, tribus, aut pluribus Eccleſiaſticis beneficiis ſatisfacere præſumunt.

Miſſarum venditio.

CAP. LXVIII.

Quo pacto Parochi, à ſuis parochialibus ſubditis, ubi domicilium mutare voluerint, pecunias emulgeant.

88. Item, ſicubi curatæ Eccleſiæ ſubditus domicilium matrimonii, ſeu alterius cujuſpiam negotii cauſa, in aliam transferre parochiam, animo ſecum volutat; non priùs migrandi licentiam à Parocho impetrat, quàm ubi pro teſtimonialibus literis aureum numeraverit nummum: quem ſi ſolvere vel nolit, vel egeſtate preſſus non poſſit, ſacramentorum interdicto, donec ſatisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaque, ac cæteris ſuprà tactis oneribus & gravaminibus facilè deprehenditur, mirumque in modum emicat, quòd omnia Rom. Eccleſiæ ſacramenta iis, qui opibus abundant, auro venalis ſunt: reliquis verò, quibus minimum ſuppetit nummorum, & iniquus eſt Plutus (ille divitiarum Deus) non impartiuntur ſed penitus denegantur.

Sacramenta omnia in Romana Eccleſia venalia.

CAP. LXIX.

Quemadmodum ſepulturæ jus quibuſdam mortuorum cadaveribus, magno ſit ære redimendum.

89. Papalibus ſtatutum eſt canonibus, ut iis duntaxat publici juris Eccleſiaſtica denegetur ſepultura, quos manifeſtis & planè notoriis, mortalibus, ut vocant, peccatis, ex communi hac mortalium ſorte, abſque dominici corporis ſanguiniſve participatione migraſſe compertum ſit. Verùm Eccleſiaſtici, non animadverſis talibus Pontificum decretis, forte fortuna, aqua ſuffocatos, gladio, ruina, vel incendio occiſos, jugulatos, atque vita caſu functos, etiamſi non pateat, peccatis mortalibus obnoxii deceſſerint, necne, in Eccleſiaſticum tumulare ſepulturam, non permittunt; quouſque tam iniquo fato demortuorum uxores, liberi, amicive, ab ipſis cœmiterium non modico ære comparaverint.

Sepulturæ fato ſiniſtro defunctorum præſtinatio.

CAP. LXX.

Ut plerique Eccleſiaſtici, vitam laicam, planeque rixoſam agant.

90. Nec minus etiam Germanis moleſtum eſt, quòd potior Parochorum, Sacerdotum, monachorum, aliorumque Eccleſiaſticorum pars, in diverſoriis, ſtabulis ac choreis, populorum turbis ſe

Eccleſiaſticorum turpis

vita & ſcandaloſa.

immiſcent; in plateis item habitu minùs decenti, utputà gladiis, veſtibus ludieris: præterea rixis, jurgiis, litibus, altercationibus laicos ad iram, & conſequenter ad arma provocant, vulnerant, nonnunquam etiam confodiunt. Dein excommunicationis fulmine miſeros illos laicos, vel quos læſerunt, eousque divexant, quousque ad libitum ſuum laici ſe cum his compoſuerint.

Concubinatui Sacerdotum redemptio.

91. Item in locis plerisque Epiſcopi, & eorum Officiales, non ſolùm Sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo certa perſolvatur pecunia: ſed & Sacerdotes continentes, & qui absque concubinis degunt, concubinatus cenſum perſolvere cogunt; aſſerentes, Epiſcopum pecuniæ indigum eſſe, qua ſoluta, licere ſacerdotibus, ut vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant. Quàm res hæc ſit nephanda, nemo non intelligit.

CAP. LXXI.

Quo pacto nonnulli Eccleſiaſtici, publicas exerceant tabernas, & illicita corrodant lucra.

Eccleſiaſticorum illicitæ & turpes cauponæ.

92. Eccleſiaſtici item, potiſſimùm in his locis, ubi jurisdictionem habent, in templorum dedicationibus, publicas exercent tabernas, ſuisque Sacellanis & ſacerdotibus, taxillos, chartulas luſorias, & quicquid ad ludum pertinet, convivis adminiſtrare, ac omni ſepoſito pudore, illicitum inde percipere lucrum ſtudent: idque ſuperinritatis quodam jure ſibi licere adſerunt. Quanquam Pontificum canones, Imperatorum leges, omnesque omnium provinciarum magiſtratus vetent, ne Eccleſiaſtici ita à decoro & honeſto devient; ut iis ſe involvant negotiis, circa quæ vix laicos occupatos eſſe decet.

CAP. LXXII.

Quomodo Eccleſiaſtici moribundis, ut ſuos & legitimos hæredes defraudent, perſuadeant.

Hæreditatum captationes à morientibus.

93. Inter cætera etiam hoc obticendum eſt nequaquam, quum non minimum ſit onus, quo Germani gravantur; quòd regionum pervagatores, quos vulgò Terminarios ac Stationarios vocant, monachi & ſacerdotes, infirmos, animamque jamjam agentes; ac præſertim eos, quibus æs eſſe in ciſta norunt, temporalibusve bonis abundare compertum habent, blandiloquentia, adulatione, verbisque venuſtulis (ut ad peſſima quæque hoc genus hominum ſemper plus æquo inſtructum eſt, atque paratum) adoriuntur, circumveniunt, perſuaſionibusque fictitiis eò tandem adducunt, quòd ſibi potiorem, & pecuniarum & bonorum partem in teſtamentis legant. Qua re liberi, agnati, ac cognati, reliquique ſui & legitimi hæredes, quibus potius tota hæreditatis illæſa relinquenda erat, contra omnem æquitatem, mirum quàm jactura adficiantur: interdumque ad miſeriam usque adigantur.

CAP. LXXIII.

Quibus mediis innumeram pecuniæ ſummam, Mendicantium ordines Romam importent, Virginumque veſtalium monaſteria moleſtent.

Cardinalitii galeri Cardinalium magno empó.

94. Quum nemini dubium ſit, iis qui jure experiri volunt, pecunia, eaque non modica opus eſſe; & plerique Mendicantium ordinum regulis addicti, multas cauſas atque lites in judicialem controverſiam, non ſine magno ordinariorum parochorum, atque laicorum detrimento, contra phas, nephasque; immò nulla omnino neceſſitate exigente, Romam pertrahant: Tribus inſuper eorum generalibus, quos vocant, Cardinalitii galeri dignitatem, innumera, ut fertur, pecunia comparaverint: Non parum timendum eſt, ne non præfati Mendicantium ordinibus ſubjugati, multa ſacrarum virginum; & præſertim ea, ubi ſe ſolos dominari norunt; monaſteria, in quibus Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Civium liberi frequenter vitam vivunt, pecuniis expilent, ac depeculentur, & eis dehinc quibuscunque aliis modis, interitus, perniciei, moleſtiarum, variorumque incommodorum radix atque origo ſint: Interimque miſerè, captivas moniales, ſub perpetui pœna carceris adigant, ne cuiquam alii, quo ſecum pacto agant, manifeſtent: id quod quibusdam in locis plus nimio, proh dolor, compertum eſt. Quibus verò pharmacis huic morbo mederi poſſit, cogitandum relinquitur: Num præſtaret, quòd virginum monaſteriis, ac Mendicantium ordinibus, in meri ac mixti Imperii jurisdictionibus ſitis, quibus hactenus per jurisdictionum magiſtratus, ac poteſtates, nulli præfecti eſſent curatores, ſeu diſpenſatores, duo, ætate, moribus, ac probitate perſpicua præſtantes viri, unicuique tali monaſterio ſeorſim præficerentur, qui omnibus eorum communibus computationibus, acceptorum videlicet & expenſorum, intereſſent; quibusque curæ eſſet, ne in poſterum prædicta virginalia cœnobia, à Mendicantibus monachis, eorum non neceſſaria præſentia, vel quocunque alio modo gravarentur. Qua una re proculdubio efficeretur, quòd dictorum monaſteriorum annui fructus, cenſus, redditus, indies augerentur: monialium perſonæ in magnum usque excreſcerent numerum: & ſic multo melius, uberius, utilius, quàm ſi ipſarum pecunia, vel Romam, vel in alium quempiam locum indecentem, conferatur, ſuſtentari poſſent.

Monialium Cœnobiis Præfecti & Oeconomi ſeculares dandi.

CAP. LXXIV.

De Romanorum Pontificum legatis & oratoribus; nec non Comitibus, quos vocant, Palatinis.

95. Accidit etiam aliquando, quòd legati & oratores Romani, cum Papalibus, ut vocant, facultatibus

tatibus, in Germaniam mittantur; qui talium facultatum vigore & prætextu, liberos vulgò conceptos, naturales, Baſtardos, ſpurios, damnato ea coitu prognatos, aliosque, qui contra Chriſti inſtituta, legumque ſanctiones in mundum editi atque expoſiti ſunt, legitimos efficere, & ad quoscunque actus legitimos, idoneos reddere; ad ſucceſſiones item cum legitimis & naturalibus liberis habiles facere & admittere; omnium denique ſtatuum ac dignitatum capacitatem tribuere conantur. Cujus tamen rei, in Romani Imperii territorio, nullam omnino habent poteſtatem. Nec parum inde litium, jurgiorum, errorum, controverſiarum, offendiculorumque, in ſacroſancto Romano Imperio oritur; quòd ex non conceſſo coitu concepti, cum legitimè editis ad parem admitti debent ſucceſſionem. Quam rem, ut nimiùm Germaniæ moleſtam, Imperii ordines, tolli, amoveri, penitusque aboleri, ſummopere petunt. *Legitimationes Papales.*

96. Pari præterea modo à Romana ſede jam dictis Legatis, Vicecomites Palatini ſufficiuntur, ſimili poteſtate legitimandi, ad ſucceſſionem admittendi, & omnia ad inſtar Legatorum, quorum jam antè mentio facta eſt, efficiendi, nec non notarios creandi. Qui tamen Vicecomites adeò ſunt inidonei, adeò inhabiles, adeò literarum ignari, adeò denique rerum inexperies; ut minimum etiam, quod ad notariatus artem pertineat, ignorent. Unde non immeritò ſubſequitur, quòd multo ineptiores, quàm ipſi ſint, creent notarios; ut ſemper dignum, quod in proverbio eſt, contingat patellæ cooperculum. Quod ipſum Imperii Status, abrogari efflictim rogitant. Præfati item Apoſtolicæ ſedis Nuncii & Legati à jurejurandis, pactis, obligationibus, abſolvere: & ſic abſolutos ad agendum de novo reſtituere moliuntur. Qua una re æquitati, fideique humanæ nihil eſt adverſum magis. *Comites Palatini Pontificii.*

97. Conantur inſuper beneficia, quæ patronatus juri ſubſunt, conferre: & ſic patronis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus in juribus ſuis derogare, penitusque eos privare: quod etiam meritò aboletur. *Jurejurandi, pactorum, obligationum abſolutio.*

CAP. LXXV.

Utriusque ſexus religioſi, in ſuorum monaſteriorum, clauſarum, fundationum, aliorumque conventuum commodum, ſuccedunt ſecularibus: quum ipſi viciſſim ab illis ad hæreditates, neque vocentur, neque admittantur.

98. Neque hoc Germanicorum gravaminum poſtremum eſt, quamvis ultimum hìc ſortiatur locum. Mos non amplius ferendus, hactenus inolevit, pauloque altiùs, quàm par ſit, radices egit: videlicet, quòd Monachi, Moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nolhardi, Conventus, & quicunque tandem ſunt, qui ſe religioſos, & à popularibus ſegregatos profitentur, parentibus, conſanguineis, agnatis, ac cæteris amicis, in hæreditariis bonis, aliquando in partem, nonnunquam in totum ſuccedunt: At viciſſim eorum cognati, ſeu neceſſarii laici, à prætactis religioſis, ad ipſorum hæreditates adeundas, non ſolùm non vocantur, ſed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & grave, & moleſtum; injuſtum etiam, ac non diutius tolerandum onus eſt. Ea propter neceſſariò, ac ſumma prudentia curandum eſt, ut deinceps nemo ſe memoratorum religioſorum votis vel adſtringat, vel addicet, niſi priùs ea de re civiles magiſtratus certiores fecerit: quorum præſentia, auctoritate & conſilio religionem ingredi volentibus, à parentibus & amicis, juxta cujusque fortunam ac facultates, mediocriter provideri debet, ut habeant, unde commodè in monaſteriis vivere poſſint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione; ut omnibus hæreditatibus, omnibusque parentum, fratrum, ſororum, cognatorum cohæredum, ac quorumcunque aliorum ſucceſſionibus renuncient: in animumque nequaquam inducant ſuum, ſe in poſterum hæreditario jure quicquam nedum ſperare, tantum abeſt, ut conſequi ſe poſſe putare queant. Idemque cum his, qui jam olim religioſorum regulis ſeſe ſubjecerunt, fieri à ſacri Rom. Imperii Statibus, & petitur, & cenſetur. *Religioſorum dotatio & hæreditas.*

CAP. LXXVI.

Quòd & in proximè habitis VVormatia comitiis, de hactenus memoratis gravaminibus, tractatum ſit.

99. Potior item pars, hactenus enumeratorum articulorum, Romanam Sedem, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, Officiales, Eccleſiaſtica conſiſtoria, cæterasque Eccleſiaſticas perſonas concernentium, Cæſareæ Majeſtati in proximo Principum ac Procerum Wormatiæ celebrato conventu, à laicis Imperii columnis & Statibus, in ſcriptis, non ſine ſupplicibus oblata eſt precibus: quò prædicta gravamina, æquitate, neceſſitateque ita poſtulantibus, aboleat, atque è medio penitus tollat. Quod ipſum non clam Archiepiſcopis, Epiſcopis, reliquisque Eccleſiaſticorum Statibus, in prædictis Comitiis factum eſt. At hucusque nihil vel immutare, vel emendare cœperunt. Eam ob rem ſeculares Imperii ordines neceſſariò, urgentibusque ex cauſis adacti ſunt, Papali Sanctitati ſupra memorata, ac non amplius ferenda onera, prout ſua Sanctitas, clementi, Chriſtiano, planeque paterno animi adfectu fieri petiit, indicare, atque ſuppliciter rogare, quo prædicta gravamina ſua Sanctitas emendet, atque è medio tollat. *Epiſcopis conſciis facta & oblata gravamina.*

CAP. LXXVII.

Plura adhuc gravamina ob oculos verſantur, indicatu maximè neceſſaria: quæ tamen brevitatis gratia obmittuntur.

100. Quamvis ſeculares ſacroſancti Romani Imperii Ordines, longè graviora multoque plura adhuc

habeent

haberent onera, quæ, æquitate interpellante, indicanda forent: At ne juſtæ brevitatis modum excedere videantur, jam recenſitis hoc tempore, reſervatis aliis in magis commodum tempus, contenti eſſe volunt: Ea ſpe freti, ea fiducia nixi, ubi hactenus enumerata abolita fuerint gravamina, quòd & reliqua unà corruitura ſint.

Peroratio, ac finalis petitio.

Super hæc omnia, omnium ſacri Romani Imperii ſupremæ atque inferioris conditionis Statuum, ſupplex eſt adhortatio, humiliſque precatio atque petitio, qua Sanctitati Pontificiæ ſupplicant: quatenus Sanctitas ſua, omnia prædicta onera ac gravamina, ſedis Romanæ, ac ſæpedictorum cæterorum Statuum Eccleſiaſticorum & perſonarum Eccleſiaſticarum (id quod non ſemel in præcedentibus quoque juſtis precibus poſtulatum eſt) clementer tollere, emendare, abrogareque, & è medio auferre dignetur; ac Archiepiſcopos & Epiſcopos, ſi qua in re per eorum Capitula, gravamina hæc, quò minus emendare, abrogareque auderent, obligati forent, à promiſſione, obligationeque tali, mandatis abſolutoriis, ſeveritatem quandam, ſed eam quidem neceſſariam præ ſe ferentibus, abſolvere, liberareque velit: inque omnibus & ſingulis his, ita paternè ac gratioſè ſe gerere & exhibere, quòd talia onera atque gravamina in genere, ſeorſimque, quantocyus ex radice ſunditus, ac penitus tollantur, amoveantur, & emendentur. Quod ipſum, & quidem brevi, futurum, curatumque iri, Sacri Romani Imperii Status laici, vel ob Opt. Maximi laudem præcipuam, & honorem; hinc rei quoque ipſius neceſſitatem atque æquitatem maximè, quum, ut prædictum eſt, Sanctitas Pontificia per oratorem & Legatum ſuum, ita magnificè, ampliter, ac Chriſtianè ſe obtulerit, indubiam, certiſſimamque ſpem animo conceperunt. E regione, ſe Sanctitati Pontificiæ, tanquam obſequentes, morigeroſque filios, cæteris quoque Statibus Eccleſiaſticis, ut in Chriſto fratres, & commembra capitis unius, nimirum Chriſti, ſe devoventes, obligantesque.

Quòd ſi enumerata onera atque gravamina in præſtituto tempore, non etiam ocyus ex oculis mortalium ſublata, atque abolita, & abrogata ſuerint (id quod Imperii Romani Status laici futurum minimè ſuſpicantur, auguranturve) tum Sanctitatem Pontificiam latere nolunt, prædicta urgentiſſima, atque intolerabilia penitusque non ferenda onera, diutius eos, neque perferre velle, neque tolerare poſſe: Sed rei ipſius iniquitate & neceſſitate, huc eos adigi, cogi, atque compelli, pro eorum captu ac induſtria, de aliis commodioribus fortè viis & mediis cogitandi, veſtigandi, ac conſultandi, quibus tandem modis, qua arte, qua denique ſolertia, onerum atque gravaminum ſuprà memoratorum, ab Eccleſiaſticis exonerari, liberari, ac tandem in priſtinam immunitatem & libertatem aſſeri, atque vendicari poſſint.

Quemadmodum omnia hæc, priusquam Sanctitatis Pontificiæ orator & Legatus à Normberga ſolviſſet, eidem per modum reſponſi hinc legantia Sanctitati referenda, ad longum ſunt expoſita, atque enumerata: eſſentque ita in compendium, & quodammodo per catalogum redacta & recenſita, memorato nuncio atque oratori Pontificio ferenda ſecum Romam tradita; ſi non præter omnium expectationem, abitionem ſuam hinc tantopere maturaſſet, ac inopinatò ita diſceſſiſſet. Verum ne ob id eò magis Germanorum Principum, Procerum, atque Romani Imperii Statuum conſultatio & concluſio Sanctitatem Pontificiam fugere, vel latere poſſent: tandem placuit, onera ac gravamina, quorum non infrequens tum coram agente adhuc Legato facta fuit mentio, per capita, ac ſigillatim ita ſcripta, Sanctitati Pontificiæ transmittere, eandemque quàm humillimè ac ſuppliciter, pro abrogandis hiſce oneribus, rogare, obſecrareque; ne deteriora contingant.

Deß

Deſz Heil. Röm. Reichs Stånd Beſchwerden/

So ſie gegen dem Stul zu Rom/ und dem gantzen geiſtlichen Stand/ haben der Bäpſtl. Heiligkeit Oratorn auf dem Reichs-Tag zu Nürnberg (im 1522. Jahr angefangen/ und im 23. Jahr geendet) übergeben.

Vorrede.

NAchdem auf B. H. Briefe/ auch ihres Orators gethane Werbung und Inſtruction an Röm. Kayſerl. Majeſt. Statthaltern/ Churfürſten und Fürſten/ auch ander Stände deß H. Reichs/ auf obgemeldtem Reichs-Tag zu Nürnberg von allen ſolchen Ständen/ ein Antwort in Schrifft verfaßt/ darinn unter anderm gemelt iſt/ daß die weltliche Stände ihr Beſchwerung/ ſo ſie gegen dem Stul zu Rom und andern geiſtlichen Ständen haben/ neben obberührter gemeiner Stände Antwort/ dem Bäpſtlichen Orator ſonderlich bezeichet übergeben/ und um Abſtellung derſelben bitten wollen/ wie dann in gemelter gemeinen Antwort funden wird:

So ſeynd denſelben nach etlich der weltlichen Stånd gröſſliche Beſchwerungen mit der Kürtz begriffen/ und auf B. H. gnädigſt vätterlichs/ Chriſtlichs und löblichs gethan Erbieten/ ihrem Orator überantwort/ fürder an ihr H. zum Beſten zu bringen/ wie nachfolgt.

Beſchwerung deß Stuls zu Rom/ den Teutſchen unträglich.

Cap. I.

Von der Bäpſt diſpenſiren um Geld.

1. Nemlich/ Daß etlich Ding aus Menſchenſatzung/ ſo auf kein Göttlich Gebott oder Verbott gegründet ſeynd/ als mit dem Ehelichen Heyrathen/ verbotten Speiß/ und ander dergleichen Sachen halb/ (davon viel Exempel zu ſagen/ aber jetzt im beſten unterlaſſen ſeynd) als ſonderlich bey den Armen/ für verdammlich ſeynd geſetzt/ und doch den Reichen/ die ſolches theur zu bezahlen haben/ um Gelds willen zugelaſſen und erlaubt werden. Dardurch bißher nicht allein unausſprechlich groß Geld und Gut aus Teutſchen Landen gen Rom bracht iſt/ ſondern es auch unzehlicher Weiß ander Geiſtlich hoch Beſchwerung und Verführung der Gewiſſen und Seelen daraus erfolgt.

Cap. II.

Von der verbotten Zeit.

2. Es iſt auch zwiſchen dem Sonntag/ ſo man das Alleluja niederlegt/ und der Faßnacht/ welche Zeit doch ſonſt geiſtlich und weltlich Stånde am meiſten ohn Straff weltlicher Fröhlichkeit pflegen/ dem gemeinen Mann ehelich Hochzeit zu halten/ durch die Bäpſt/ oder ihre Geſetz verbotten/ alſo daß ſie derhalben von den Biſchoffen/ oder ihren Ertz-Prieſtern/ Erlaubnus um Geld kauffen müſſen. Das dann auch ein ſonderlicher Geldſtrick und Beſchwerd deß armen gemeinen Manns iſt: Alles ohn Geld verbotten/ iſt aber um Geld erlaubt und gut.

Cap. III.

Von groſſer Beſchwernus Bäpſtlicher Ablaß.

3. Es iſt zu vielmahlen im Schein etlicher Kirchen Gebäu und andern Fürgeben unter gutem Schein/ Ablaß in Teutſchland um Geld zu erlöſen und erkauffen/ gelegt und gegeben/ und damit unausſprechlich Gut und Geld aus Teutſchen Landen gen Rom gezogen/ dardurch mancher armer einfältiger Mann/ um ſein Nahrung/ deren er ſelbſt nothdürfftig geweſen/ gebracht/ und daß auch viel ſchädlicher iſt/ ſo ſeynd die Chriſtenmenſchen/ durch ſolch Indulgentz und Ablaß/ auch durch leichtfertig und ungeſchickt Prediger/ ſo denſelben Ablaß mit hoher Aergernus ausgeruffen und verkünd/ und aus dem daß dem Volck darmit mancherley Sünd/ durch unbeſtändige Vertröſtung zugelaſſen/ zu viel ſchweren Sünden/ Meineyd ſchweren/ Todtſchlägen und andern bewegt und geſtärcke/ auch verdammlicher Weiß verführt werden: und hat ſich ſolcher Ablaß je zu Zeiten nicht allein auf die gegenwärtigen und künfftigen Sünd der Lebendigen/ ſondern auch auf die Seelen in dem Fegfeur/ wo man Geld für ſie einlegt/ daß man ſie damit gewißlich erlöſe/ erſtreckt.

4. Und

4. Und wiewol etlich mahl ſolcher Ablaß/ darum ausgeſchickt und offentlich geprediget worden iſt/ als wolt man ſolch erlöſt Geld zu Errettung der Chriſtenmenſchen wider die Unglaubigen brauchen: ſo iſt doch daſſelb nicht geſchehen/ ſondern zu andern weltlichen und eigennützigen Sachen/ ihre Freund und Geſchlecht zu erheben und zu erhalten/ gewendt. Das dann zuſammt obgemeltre groſſer Aergernus und Verführung der Chriſtenmenſchen/ ſolchen Unglauben unter das Chriſtlich Volck bracht/ ſo man ihnen jetzt in hoher Nothdurfft/ &c. der den Türcken Hülff zu thun zumuthet/ daß ſie argwohnen/ als ſolt ſolch begehrte Hülff/ abermalo dergleichen mißbraucht werden/ und darum ſchwer iſt/ bey dem gemeinen Mann ein Hülff wider den Türcken zu erlangen. Was groſſes unausſprechlichen geiſtlichen und zeitlichen Schadens dann der Seel und Guts aus dem allem erfolgt/ daß weiß B. H. als der Hochverſtändig und Hocherleuchte ohn allen Zweiffel wol/ und gnugſam zu ermeſſen.

5. Der Bapſt und die Biſchöff behalten und reſerviren ihnen auch etlich Sünd und Fäll allein zu abſolviren/ und wann ſich dann ſolch Fäll oder dergleichen begeben/ will man das Volck nicht abſolviren/ es geb dann viel Gelds darum. Es wird auch keinem kein Diſpenſation zur Nothdurfft in erbaen ziemlichen Sachen mitgetheilet/ die werde dann mit Geld ausgewogen/ und ſo ein arm Mann nicht Geld zu geben hat/ wird er nicht abſolviret/ noch in ſeinen obliegenden Sachen mit ihm diſpenſirt.

6. Aber etlichen Reichen wird um Geld und geldswerth von B. H. Indult-Brief gegeben/ ob ſie auf künfftig Zeit Mord thäten/ Meineyd ſchwüren/ oder dergleichen Mißhandlung übten/ daß ein jeder ſchlechter Prieſter dieſelben Ubelthäter davon abſolviren mag: Alſo daß man allein um Geitz und Gelds willen/ Urſach zu groſſen Laſtern und Sünden gibt.

Cap. IV.

Die Stationirer betreffend.

7. Nachdem auch die Stationirer/ ſo durch das Land hin und her ihr Sammlung ſuchen/ mit ihrem Einſchreiben/ Bettlerey und Predigen von der heiligen Straff und Plag/ viel Gelds von den Leuten bringen/ und groß Indulgentz fürgeben/ welchs allein ein Schatzung deß armen einfältigen Manns. Es iſt auch etwa Sanct Anthonien Bottſchafft allein umgezogen/ ſo kommen jetzund darzu deß H. Geiſts/ St. Hauprechts/ St. Cornelt/ St. Valentin/ und ander neuerdacht Geſandte/ dadurch das arm einfältig Volck/ um das/ ſo ſie in ihrem Blut und Schweiß härtiglich erarbeit/ bracht/ das fürter in mannigfältig Weiß unnützlich/ ſchändlich und läſterlich verthon wird/ das doch die Armen zu ihrer ſelbs und ihrer Kind Leibsnahrung baß bedörfften.

8. Dergleichen werden auch die armen Leute mit überflüſſigem Bettlen auch mercklich beſchwerd/ und ſonderlich mit den Terminirern: Welchs die Bettelorden wider ihr Regel/ in den Städtrn und Flecken üben. Dann offtermals ſeynd in einem Flecken zween/ drey oder vier/ damit den Haußarmen Leuten/ die ſich mit ihrer harten Arbeit genehrt/ und alſo ehrlich/ redlich und wolgehalten/ auch Weib und Kind haben/ und Alters oder Kranckheit halber mit Arbeit nimmer ernehren könten/ ihr gebürlich Allmoſen und Hülff entzogen/ und anderswohin geben wird. Welches auch von den Biſchoffen um einjährlich Geldreichung bewilligt wird.

Derhalben bitten die weltlichen Ständ deß Reichs B. H. daß ſie ſolch Beſchwernus/ deß Ablaß/ auch Diſpenſation/ Stationirer und Terminirer halben abſtellen/ und dermaſſen Einſehen thun wolle/ daß den Chriſtgläubigen Menſchen nicht Sünd/ da nach Göttlichem Geſetz keine iſt/ gemacht/ und wider um Geld abſolvirt und diſpenſirt/ ſondern ſie die Chriſtglaubigen Menſchen/ als Schäflein Chriſti/ bey ihren Chriſtlichen Freyheiten laſſen/ und mehr in Chriſtlicher Liebe/ nach dem Befehl Chriſti umſonſt geweydet/ und ob ſie übertretten/ ſanfftmühtiglich geſtrafft/ dann alſo beſchwerd und gar verderbt werden.

Cap. V.

Daß weltliche Sachen in erſter Inſtantz und ſonſt unbillich in Rechtfertigung gen Rom gezogen werden.

8. Unſer H. Vätter die Bäpſt laſſen citiren und laden auf anderer Geiſtlicher Begehr/ etlich weltlich Perſonen gen Rom/ um Erbſchafft/ Pfandſchafft und andrer dergleichen weltlicher Sachen/ welches nicht allein denſelben Perſonen zu mercklichem Nachtheil und Schaden/ ſondern auch der weltlichen Obrigkeit zu Schmälerung und Verletzung ihrer weltlichen Jurisdiction reicht. Hierum bitten die weltlichen Ständ deß H. Reichs/ ſolch Beſchwerden abzuſtellen/ und zu verfügen/ daß kein Weltlicher in keiner weltlichen Sach gar nicht/ auch die Geiſtlichen in erſter Inſtantz nicht gen Rom citirt/ ſondern vor ihren geiſtlichen und weltlichen Oberkeiten/ darunter ſie geſeſſen ſeynd/ bey Recht gelaſſen/ und weiter nicht gefoedert werden.

10. Wann zu Rom ein Geiſtlicher oder Weltlicher um Ladung anſucht/ und fürgibt/ daß er bey dem weltlichen Richter kein Recht zu erlangen getraue und darüber einen Eyd zu leiſten ſich erbeut/ wird er ſtracks zu ſolchem Eyd gelaſſen/ und Citatio ihme wider ſein Gegenpart erkandt: und alſo wird der Proceß von dem ordentlichen Richter in Teutſchland/ unerſucht derſelben/ und ohne Verwarnung deß Beklagten/ gen Rom gezogen/ da wird auch keine declinatoria zugelaſſen/ wie auch nicht daß der Beklagt/ ob er ſchon wol gefaßt/ deß Klägers Meineyd beweiſen möge. Und wann ſolchs alſo ferner verſtattet/ ſo würden endlich alle Sachen an den Röm. Hof erwachſen/ und würden die

ordentliche

ordentliche Richter ihrer Gerichtbarkeit entſetzet : Welches nicht allein allen Rechten zuwider / ſonder auch gantz unleydlich ſeyn will. Deßwegen deß H. Reichs Stände bitten/ B. H. wolle an dero Hof ſolch Beſchwerung nicht ferner geſtatten / ſondern verſchaffen / daß hinfüro keiner / der ſey Geiſtlich oder Weltlich/ um prophan Sachen gen Rom gezogen / ſonder jeder bey ſeinem ungemittelten Richter gelaſſen/ und niemand darüber beſchwert werde.

Cap. VI.

Von den Conſervatorn und Bäpſtlichen Richtern.

8. At proteſtatur S. V. in ipſo exordio id non offendendi cujuspiam cauſa, ſed tuendi ac conſervandi honoris officiique ſui. Sancta quippe hæc proteſtatio, ſi per contrarium non tolleretur ac inefficax redderetur, ſi in ipſis defenſionis terminis ſtaretur, nec ad ea quæ offenſionem ſapiunt tranſitus fieret. Qualiter enim defendendi cauſa parantur arma ubi nullus eſt offenſor, qui V. Sanct. illiusque honorem aut dignitatem lædat? quam potius, ſi offenſa apparuiſſet, omni conatu totisque viribus tueri ac protegere ſtuduiſſemus: nil antiquius in animo habentes quam ea in Apoſtolicam ſedem officia

Digitized by Google

ficia exhibere, quæ ad officium Chriſtianiſſimi Imperatoris pertinent, quæve Imperiali congruunt dignitati. At ſi (ut ipſa S. V. proteſtatur) defendendi duntaxat erat animus, cur priusquam proteſtatio illa in lucem prodiret ad manusque noſtras ſcripta veſtra pervenirent, tota eſt offenſio in ſtatu Mediolani, ſacri Imperii feudo? Laudenſi civitate occupata & à noſtrorum (nil tale cogitantium) manibus erepta? Cur V.S. ac fœderatorum copiis & viribus, nulla etiam præcedente monitione ſeu diffidatione, exercitus noſter apud Mediolanum, non impune tamen, impeditur ac invaditur? Hæc ſi defenſionem an potius apertam offenſionem ſapiant lippis etiam pateret. Verum veſtra S. hanc notam putans evadere, longam exorditur tragœdiam narrans quæ ſuo congruunt propoſito, his tacitis, quæ magis ad veram rei ſeriem diſcernendam facere videntur. Unde altius repetendo tota facti ſeries in lucem prodeat: liceatque unicuique animi noſtri ſynceritatem inſpicere.

Caroli V. electio legitima.

9. Si ea quæ S. ve. nobis, rebusque noſtris, dum in Cardinalatu etiam officia præſtitit, animadvertamus, id quippe anteceſſiſſe dignoſcitur, quod vita functo Maximiliano Cæſare, avo noſtro paterno felicis recordationis, dum is vivens cum ſacri Imperii Electoribus fundamenta jeciſſet, quibus eidem in Imperio ſucceſſor effici poſſemus, cumque cum Gallorum rege, qui filiam ſuam nobis ſpoſponderat, fœdere arctiſſimo juncti eſſemus, ut & nos filium nuncuparet, nilque ab eo, quod ab paterno amore alienum ſeu indignum videretur, prodere putaremus, bis taliter ad Imperii aſſecutionem allectus incitatusque extitit: ut etiam cum taxatione perſonæ propoſita inhabilitate ipſius Imperialis dignitatis capeſſendæ, conatus fuerit variis modis Electores inducere, ut illum eligerent, Imperatoremque deſignarent (quod non ad ipſius Gallorum Regis promotionem tentatum extitit, ſed ut per ejusmodi Galli concurrentiam utroque noſtrum excluſo, ſoluto fœdere tertius ſubintraret minori potentia præditus, cui potius imperaretur quam imperare poſſet) nihil prætermittendo, ut ab ipſius Imperii adeptione penitus excluderemur. Et cum hujusmodi conatus irriti facti forent, viciſſetque ſacri Imperii Electorum virtus, qui nec vi, nec metu, nec ullis artibus dimoveri potuerunt, quin Sancto afflante Spiritu, ab omni præambula promiſſione prius liberati, unanimi omnium conſenſu ac nemine diſcrepante, eorum electionis vota uniformiter in nos contulerint nosque Imperatorem ſolito more deſignaverint. Quam quidem electionem non tamen voluimus prius acceptare, quam ipſius Leonis ſummi Pontificis, Veſtræ Sanctitatis patruelis conſenſus & auctoritas accederet, cum ea diſpenſatione, ut cum Imperio nobis etiam Neapolitanum regnum retinere liceret, lege inveſtituræ * minimè refragante.

* al. nunc reſt.

Papæ conatus Imperium ad Gallum transferendi.

10. Hinc nova cogitantur media, ut ipſius Imperii ſacri dignitas illudatur & illius autoritas deprimatur viresque noſtræ minuantur. Præter id tamen quod tentatum extitit ex literis & nunciis, variis practicis, ut noſtra coronatio apud Aquisgranum differretur impediretur ve, ac inde Wormatienſis conventus protelaretur, ſeu potius inutilis inefficaxque redderetur, fuit etiam organo ac medio Alberti Pii Carpenſ. Comitis, non ſine V.S. miniſterio & opera (ut fertur) perculſum fœdus inter Leonem & Gallum: quo etiam de auferendis à nobis utriusque Siciliæ regnis, deque protectionib. potentatuum ac civitatum Italiæ inter ſe dividendis, Imperioque Italico penitus uſurpando, ſeu verius enervando & ſubvertendo agebatur: prout hæc ex nonnullis interceptis literis, quas originaliter in manu noſtra ſervamus, liquide conſtare poterit.

Galli perfidia.

At quum Gallus Rex hujus ſpe fœderis fretus, cupidus ſuæ ditionis fimbrias ampliandi, violato fœdere quod prius nobiſcum inierat, per Robertum de Marcha, rebellem ſubditum noſtrum, ad ipſius Gallorum regis ſtipendium conductum, arma in dominia noſtra Galliæ Belgicæ moviſſet: ipſiusque Galliæ Regis duces & milites, in Italia agentes, etiam ipſius Apoſtolicæ ſedis dominia tunc poſſeſſa, urbem ſcil. Rhegium, clanculum occupare conati fuiſſent: fatemur tunc Sanctitatis V. opera divum ipſum Leonem, Gallorum amplitudinem magis quam noſtram potentiam perhorreſcentem, de ipſorumque fide hæſitantem, in partes noſtras adductum eſſe, nobiſcumque fœdus iniiſſe, quo ſuam Sanctitatem in ſua Apoſtolica dignitate tueri, & Rom. Eccleſiam ante occupatam per Gallos reſtituere & redintegrare, nec non illuſtrem Franciſcum SForciam in paternum ſolum & ſtatum à rege Gallo detentum reducere convenimus.

Franciſc. SForcia in Ducatum reſtitutus.

Quod quidem adeo alacri animo ſuſcepimus: poſtergatis obliriſque anteriurib. geſtis, in ſtatus, honoris, ac dignitatis noſtræ præjudicium molitis, ut nil aliud putaremus quam duo orbis luminaria, V. Sanctitatis opera adeo inſeparabiliter conjuncta cenſeri, ut inde mutua horum correſpondentia, orbis univerſus illuſtrari poſſet, ad perpetuamque unionem reduci. Hoc itaque fœdere freti cum ipſius divi Leonis copiis noſtris adjunctis, & ut antea retulimus ſub V. Sanctitatis præfectura & legatione per nos actum executumque extitit, ut Parma, Placentia Eccleſiæ reſtitutis, ipſoque illuſtri Franciſco SForciæ in paterno ſolio ſtabilito, Galli, etiam non ſine magna ſtrage ducum noſtrorum, virtute illuſtrium videlicet Proſperi Columnæ Marchionisque Piſcariæ ac aliorum noſtri exercitus ducum & militum ab Italia omnino expulſi fuerint. Et hæc ſunt quæ Leonis tempore V. S. pro nobis egit. Quæ tamen non ita paſſim irremunerata fuere. Cum & ipſa Romana Eccleſia ſuum ex his auxerit patrimonium, non ſolum Parmæ & Placentiæ recuperatione, ſed etiam novi cenſus onere regno noſtro Neapolitano injuncto, Veſtraque S. (quod non improperandi cauſa ſit dictum) aureorum X. milium penſionem annuam ſuper Metropoli Toletana, noſtra quidem liberalitate obtinuit.

Adriani Papæ tempore geſta in Italia.

11. Quid autem Adriani tempore geſtum fuerit, diſſeramus. Novit S. V. quibus tunc favoribus Adrianus in ejus gratiam ſuſcepiſſet Cardinalem Volaterranum V. S. æmulum acerrimumque adverſarium, quot illius artibus & mediis in V. S. caput moliretur, ac qualiter eandem V. S. à Florentinæ reipub. adminiſtratione excludere conabatur. Novit etiam, nos ita ſuarum rerum ſuæque familiæ ac ipſius reipub. Florentinæ protectionem ac patrocinium ſuſcepiſſe, Etiam cum ſtatus ſui ac ſuorum nepotum incremento, ut hic Adrianus ipſe, noſtro favore, noſtrique intuitu, non ſolum V. S. in gratiam tunc ſuſceperit, verum tanta gratia perſecutus fuerit, ut nihil in rebus ſtatus, qui alicujus

momenti

momenti eenſerentnc, V. Sanctitate inconſulta, tentaret. Hincque Volaterranus, S. V. adverſarins cum indignatus nonnulla cum Gallis (ſuis interceptis literis) moliri videtetur, Adriani juſſu capitur in vineulaque conjicitur debitas pœnas daturus, ni Adriano morte prævenio, autoritate ſacri Cardinelium eollegii, pro novi Pontificis electione liberatus fuiſſet, & inde electione facta eorundem Cardinalium intuitu à V. Sanctitate veniam obtinere meruiſſet: licet paulò poſt dies ſuos clauſerit extremos. Non diffitemur tamen, ipſo Adriano vivente, poſtquam in illius gratiam, Sa. V. reducta extitit, illius operam non modice frugi nobis fuiſſe, in alliciendo eundem Adrianum ad fœdus illud defenſivum, quo medio Galli iterum in Italiam redeuntes Mediolanumque obſidentes, fœderatorum præſidiis denuo victi repulſique fuere. Quod etſi in veſtræ Sanctitatis Pontificatu fuerit executum, id tamen ſub vexillis & copiis ejusdem Adriani, in vimque præsmbuli fœderis actum extitit. Quod V. S. opus manuum ſuarum deſpiciens (novus homo factus novaque dignitate aſſumpta) nequaquam approbandum ſeu innovandum cenſuit: licet ipſius fœderis executionem, in qua cæteri fœderati tunc firmiter inſiſtebant, concurrentibus etiam Venetorum copiis, veſtra Sanctitas, prout ratio ſuadebat, nequaquam impediendam cenſuerit: quum & ſi præſidis Eccleſiæ eo tempore ceſſaſſent non ideo minus noſtrocum victoria in manu eſſe videbatur.

12. Non tamen ob id S. veſtræ auxilia atque conſilia tunc præſtita parvipendenda cenſemus, verum pro his & gratias tunc egimus & adbuc agimus, ſimulque nos V. Sanctitati debere, & obnoxios eſſe profitemur: qui etlam vices non ſolum reciprocas, ſed & multiplicatas & longe majora præſidia, ſi caſus ſe obtuliſſet V. Sanctitati ipſique Apoſtolicæ Sedi pro illius tutela & augmento, ſemper exhibere parati fuimus, & ut filius patri correſpondere: à quo etiam propoſito quicquid in nos falſo ſuggeſtu molitum videatur, nequaquam animum noſtrum alienavimus: nec alienaturi ſumus, niſi major nos urgeat neceſſitas in occupandis noſtris viribus, ad rerum noſtratum tutelam ac defenſionem; quam tamen ita moderatam ſumpturi ſumus, ut ab offenſionis limitibus, quantum fas fuerit, abeſſe videatur. Hoc enim moderatum temperamentum nos Chriſto, cujus V. Sa. vices in terre gerit, debere profitemur.

Papæ reſiſtere debet Imperator armis defenſivis non offenſivis.

13. Reprehendit ve. Sanctitas quod non fideli conſilio exercitus noſtri duces in Galliam tranſiverint, inferens quod ex eo intempeſtivo (ut ait) tranſitu ſucceſſerit celerior & craſſior in Italiam Gallorum irruptio, rege maximi nominis exercitum ducente: ac urbis opulentiſſimæ Mediolani ab illis receptio. Nos, Beatiſſime Pater, nec excuſamus illius tranſitus conſilium nec impugnamus. Id tamen nobis inconſultis actum non extitit, quid nulla juſta ratione negare potuimus Illuſtri conſanguineo noſtro Carolo duci Borbonii, Anglicis etiam præſidiis freto, pro ſui ſtatus recuperatione, quo, eo quod noſtris ſe addixit obſequiis, privatus extiterat. Durum enim ac prorſus inhumanum viſum fuiſſet, ſi eo duce, vicesque noſtras in Italiam agente, obtenta da communi hoſte victoria, ejectisque inde Gallis, victricia arma eidem denegaſſemus ob rerum ſuarum noſtri cauſa, ut prætendit, occupatarum proſecutionem, ubi potiſſime ex eo exercitus noſtri in Galliam tranſitu in Italia quietior ac liberior remanere videbatur, à militum quoque gravaminibus & inſolentiis, quibus plerumque victores milites uti ſolent, magis exonerata & exempta reddebatur. Sed cum aliter res tunc ſucceſſerit, quam putabatur, non quidem noſtra, ſed ducum culpa, ſed belli ſorte ita ſuadente, ut victoria, quæ à Deo eſt, non ita paſſim pro voto hominum valeat obtineri, valuit ſaltem ducum prudentia, audacia ac magnanimitas in reducendo oportuno tempore exercitum illæſum in Italiam, quo ipſorum Gallorum Regis impetus compeſci poſſet, illiusque conatibus obſiſti: Qui profecto (ut à fide dignis nobis relatum extitit) à Veſt. Sa. ejusque miniſtris ad id fuit perſuaſus & incitatus (quod tamen pro certo non habemus, nec ita paſſim credendum putavimus) eam provinciam belli Italici tam acriter impetuoſeque tentavit, ut favente altiſſimo juſtæ noſtræ cauſæ defenſore victus, cum maxima ſuorum clade nobis per viceregem noſtrum Neapolitanum captivus ſit redditus: & inde à nobis ſub conditionibus V. S. notis, liberatus.

Carolus Borbonius.

14. Excuſat veſtra S. quod cum duces noſtri de defenſione illarum regionum ſpem totam poſuiſſent, ac de earum inſuper, quæ noſtræ erant propriæ periculo commoverentur, eademque Veſt. S. in magno etiam ſuarum rerum metu eſſet, ejus conventionibus occurrere coacta fuerit imminenti periculo, quas ait nos optime noſſe. Nos tamen earum conventionum veram notitiam habere non poſſumus: quæ nobis ſunt inſciis transactæ, quasque nunquam vidimus ſeu legimus: quæ etiam miniſtris nunquam oſtenſæ fuere in ipſorum Gallorum relatione ſtare vellemus, qui aliter rem geſtam ajunt, quam S. veſtra ſuis nunciaverit. Volumus nihilominus potius veſtræ S. aſſertioni confidere. Recolimus enim dum eadem Sanctitas nos de hujusmodi conventionibus (rebus adhuc ſub ancipiti Marte laborantibus) ſuis literis monuiſſet, aſſerens nil inde eidem Sanctitati quæſitum quam fidem & ſecuritatem, id exigente, ut ajebat, neceſſitate, eliciens inde futuræ pacis auſpicium. Cum ipſa S. de conſueto ſuo erga nos animo & voluntate nihil omnino remiſiſſe aſſeveraret, cepimus tunc hæc in benigniorem partem V. Sanctitatis culpam nequaquam arguentes: nec de ejusdem, ut ajebat, erga nos animo & voluntate diffidentes. Id enim potius quorundam ſuaſionibus tribuendum cenſuimus, qui vires noſtras ſua detractione deprimendo, hoſtium potentiam extollendo V. Sanctitati ſuaſerit res noſtras in ſummo diſcrimine conſiſtere, hoſtiumque vero robur, in excelſo culmine florere. Sic priſtinam V. Sanctitatis voluntatem in quandam depictam neceſſitatem transformantes: licet re vera nulla urgens neceſſitas ſubeſſe videretur. Nec tanta erat in ipſis noſtris exercitus ducibus deſperatio, aut trepidatio, prout Sanctitati V. inſinuabant illius fœderis autores, qui

Sancti-

Sanctitatem V. terrere ſtudebant, quod ex ipſo rei exitu ſecuta victoria clarius enituit. Ex qua potius quam quod ex eo fœdere pacis auſpicium ſumendum videbatur in quorundam malignantium artes ſuis potius paſſionibus & cupiditatibus, quam ſaluti reipub. incendentes, ſanctum id opus perturbaſſent.

15. Commemorat V. S. quæ ſibi fuerat cura, quæ cautio rerum noſtrarum, aſſerens tunc rebus noſtris nihilominus non minus quam propriis caviſſe, Gallorum tranſitum in regni noſtri fines multis rebus remoratum fuiſſe. Merebatur quidem noſtra in S. V. devotio, ut Sanctitas Ipſa tali officio fungeretur. Idque expoſcebat reipub. ſalus, ne uberius ignis incenderetur, licet ex ipſo affecto potius potuerit Gallos ipſos tunc aliquamdiu in itinere detentos, ut à ſacri Imperii civitatibus Lucenſi & Senenſi pecuniam ac tormenta ad bellum contra nos & regnum noſtrum diſponendum extorquerent: ut quietum ipſius Senenſis civitatis ſtatum tunc perturbarent: Tyrannos intromitterent, ac pro eorum voto civitatis gubernium mutarent: eam civitatem à ſacri Imperii devotione omnino divertere ſatagentes. Novas interim copias in terris ac patrimonio Romanæ Eccleſiæ ex ipſis pecuniis ab imperialibus civitatibus extortis, congerentes: quibus ad regni noſtri invaſionem inimicitiores ac potentiores eſſe poſſent: nec tanta erat in his urbanitas ut ab ejusmodi invaſione diutius remorari ſeu retrahi poſſent, ni Deus Opt. Max. victoria apud Ticinium collata, eorumque rege captivo tantum terrorem incuſſiſſet: ut non amplius de invaſione, ſed potius de eorum ſalute, & fuga cogitare viſi fuerint.

Luca & Sena civitates Imperiales.

16. Sed ait V. S. quod ſi ſocietatem eorum ſequi voluiſſet, maxima eidem præmia non ſolum non proponebantur, ſed etiam parata eſſent. Atqui quæ ratio, quæ juſta cauſa, quis honeſtus color V. Sanctitatem, directum ejus feudi Dominum, movere debuiſſet ad juvandum invaſionem contra proprium feudatarium nil tale merentem, nec tale facinus cogitantem, abſentemque, nec monitum, nec impetitum, nec de aliqua juſta cauſa ſubtrahendi feudum convictum. Tenebatur enim V. Sanctitas jure feudi tanquam directus illius Dominus, potius nos in feudo tueri, quam invaſoribus aditum dare, aut ſe ſocium invaſionis præſtare. Eodem enim ordine quo tenetur Vaſallus pro feudo Domino ſervire, eodem ordine tenetur Dominus vaſallum in feudo tueri. Et ex quibus cauſis vaſallus feudum amittit, ex eisdem cauſis Dominus directa proprietate feudi, illiusque directo dominio privatur. Eſt enim ipſius feudi natura, ut ultro citroque oblationem pariat. Facile quidem fuiſſet improviſum regnum ac ad defenſionem non paratum, nil tale metuens aggredi, & forſan in parte occupare. Sed an id fieri licuiſſet, an hæc paſtorali officio conveniſſent, cogitet Sanct. V. Quæ enim præmia offerri poterant, quæ CHRISTI Vicarium ad tam immane facinus induxiſſent? Sanctius itaque tunc conſilium extitit veſtræ Sanct. ut præmiis illis neglectis non attentaret, quod forſan pro voto non ſucceſſiſſet, nec tentatum cœptumve conſummari potuiſſet. Sicque merito (ut inquit Sanct. V.) plus apud eam valuiſſe debuerunt amicitiæ noſtræ merita, quam præmium ullum. Verum etſi meliorem præſumptionem amplecti velimus, nilque de intrinſecis Sanct. V. cordis judicare præſumamus, quod vero CHRISTI Vicario non congrueret: non tamen pro comperto habemus, quid ceſſante victoria S. V. actura fuiſſet, quæ jam ſub ancipiti Marte ſtatim Mediolanum conlure ſequeſtri, ac depoſiti à noſtrorum ducum manu & protectione eripere: ac in ſua poteſtate, quamdiu de pace tractaretur, reponere & reducere conabatur. Quæ etiam, ut ad id nos ac duces ipſos noſtros cogeret, illorumque vires minueret, ac neceſſitatem induceret, aſſerens anteceſſoris fœdus ſucceſſorem non ligare. Curavit (ut ajunt) non ſolum Florentinorum aliorumque potentatuum præſidia, qui ex Adriani fœdere ad contributionem defenſivam tenebantur ſubtrahi & denegari. Verum & ſi noſtrorum Venetorum præſidia, ad quæ particulari fœdere tenebantur, ſubſtuliſſe dicitur, his ſuadendo ne ſuas copias, ut tenebantur, noſtris jungerent: ut ſic noſtri omni fœderatorum auxilio deſtituti, priusquam in campum prodirent hoſtesque adorirentur, coacti fuerint, non ſine ſummo labore, & noſtris ac Sereniſſimi Archiducis fratris noſtri impenſis, novas tum equitum tum peditum copias ex Germania adducere, & cum his exercitum noſtrum augere quo bellum aggredi ſperatamque victoriam nanciſci poſſent.

Dominus & Vaſallus relativa.

Directum Dominium feudi ut amittatur.

Papæ ſimulata amicitia & tempori ſerviens.

17. Subdit eadem Sanctitas, quod ſequuta noſtrorum victoria contra Gallos, cum omnis ſibi ſublata contentio videretur, ſine cupiditatis & partium ſuſpitione, nobis etiam fœderis vinculo hærere poſſet: magnumque in nobis Italiæ beneficium & Chriſtianitatis totius poſitum arbitraretur: non ſolum fœdus firmavit, ſed quo noſtri duces egentes pecuniæ exercitum alere ac ſuſtinere poſſent: centum illis dederit ducatorum millia, conditione appoſita ut ſi de fœdere aliqua nobis dubitatio oriretur, illæ Sanctit. veſt. pecuniæ reſtituerentur. Fatemur quidem, Pater Beatiſſime, victoriam illam omnem ſibi contentionem merito ſuſtuliſſe: ſineque cupiditatis (à qua ſemper fuimus alieni) partium ſuſpicione, cujus nulla ſuberat cauſa nobis hærere potuiſſe: omnique ratione arbitrandum fuiſſe, ea in te totius Italiæ ac Chriſtianitatis beneficium impoſitum: ni zizaniæ ſeminator illius fructum ſuffocaſſet. Diffitemur tamen eam in fœdere conditionem appoſitam, quod ſi dubitatio oriretur, pecuniæ noſtræ ducibus ſolutæ Veſt. Sanct. reſtituerentur. Quandoquidem ipſius rei geſtæ ſeriem longe aliter ſe habere conſtet, nec de tali conditione ulla in ipſo fœdere mentio facta appareat, verum in quodam articulo ſeparato & à capitulis fœderis penitus excluſo, enarretur. Quod cum veſtras Sanctitas ad ſatisfaciendum exercitui noſtro, in Italia exiſtenti, civitatesque & oppida Sanctæ ROMANÆ Eccleſiæ ſubjecta, ac oppreſſionibus militum ſublevanda, ſalutem & tranquillitatem Italiæ cuſtodiendam, ſummam pecuniæ inter V. S. noſtrosque oratores expreſſam, ſuo & excelſæ Reipub. Dominorum Florentinorum

nomine ſe ſoluturum promiſiſſet, pie pro tunc ad ſexaginta millium ducatorum auri aſcenſuram. Oratores noſtri eisdem V.S. ſuh joramento promiſerunt quod caſu, quo fœdus cum ipſis noſtris oratorib. percuſſum, & capitula in ipſo fœdere contenta, uon approbaremus, nnn ratificaremus, omnia ſumma pecnniæ, quæ per veſtram S. ac per Dominos Florentinos ſoluta fuiſſet, eidem S. & Florentinis integre reſtitueretur: com ea adjectiane, quod donec reſtitutio integre & plene facta foret, fœdus interea, & omnia ipſius fœderis capitula: ad unguem obſervarentur. Quum itaque fœdus ipſum, ac ſingula capitula in eo fœdere comprehenſa, quamprimum ad nos delata ſuere, rata & grata habuerimus, noſtræque ratificationis literas, cum ipſorum capitulorum fœderis inſertione in forma debita expeditas veſtræ Sanctitati exhibere fecerimus: quas & vidit & legit, & palpavit, & dando ſuas reciprocas retinere potuit. Juſtificare ergo non poteſt quin punficata fuerit per nos conditio illa, qua deficiente reſtitutio pecuniarum erat fienda. Quæ quidem conditio, & particularia conventio prout illius verba ſooant, nequaquam nos urgebant ad alia extrinſecus à fœdere aut ſeparatim geſta vel tractata. Quinimo potius, etſi pecuniarum locus eſſet reſtitutioni, cujua tamen contrarium oſtenditur, ſervandum tamen erat fœdus. Interim à quo juxta ipſius ſeparati articuli ſeriem, ſiue pollicitorum violatione recedi non potuit, nec ad contraria fœdera licite deveoire valuit, Sicque ſatis erronee & (ſalva pace ſit dictum) prater veritatem refertur, quod idem fœdus non plene à nobis acceptum, nec probatum fuerit, qui & plane & integre, ut præſertur, omnia in fœdere contenta probavimus rataque habuimus, niſ penitus de contentis in eo, nec etiam ſyllabam aut literam mirientes. Quod ſi veſtra S. hujuſce noſtræ ratificationis literas recipere, ſuasque reciprocas (ut par erat) tradere renuit: ni ſimul traderetur ratificatio duorum articulorum, de quib. extra ipſum fœdus perſcripta particularia, nobis tamen inconſultis ſeparatim & ad partem tractatum fuerat. Ad quorum approbationem & ex vi fœderis (ut præmittitur) aſtringebamur. Nil eſt quod culpæ noſtræ aſcribi valeat, ſi fœdna illud mioime obſervatum: ſed potius inde violatum extiterit. Ab hac enim culpa & labe omnino alieoi ſumus: & ut id plene liqueat, placet illorum duorum articulorum extrinſecus tractatorum ſubſtantiam referre: cauſasque differere: quibus non ita paſſim per nos approbandi viderentur.

Sal in Statu Mediolanenſi diſtribuendum.

18. Ex his enim duobus articulis ſeparatis, alter ſalem in ſtatu Mediolanenſ. diſtribuendum, cum id à noſtris oratorib. ſua S. expoſceret: ut juxta fœdus per nos cum Leone percuſſum, curaremus cum duce Franciſco SForcia, ſal eisdem modis & conditiooibus à ſede & Camera Apoſt. recipi. Noſtrique oratores ad id reſpondiſſent: non eſſe amplius nobis jus utilis Dominii ducatus Mediolani, prout ante fuerat cum Leone, data jam per nos eidem duci inveſtitura, ſicque rem cum ipſo duce neceſſario dicendum eſſe. Ipſi autem oratores noſtri, non expreſſo quod in noſtro nomine agerent, ſimpliciter V. S. medio eorum juramento promiſerunt quod illuſtris Vicerex curaret, ut illuſtria dux Mediolanenſ. cum V. Sanctitate pro hujusmodi ſale conveniret. Si igitur hæc promiſſio, quæ non niſi facti tertii pollicetur de ipſoque tertio, nil ultro promitòt: quod tertium illum curaturum, ut dux ad concordiam veniret, nil certi decernendo nos urgere videatur, ut hanc promiſſionem præciſe ratam habere debeamus. Ita, ut ſine ea fœderis per nos approbati & ratificati obſervantia evaneſcat. Judicet id quicunque mentis compos, quandoquidem noſtra ſententia, & ut peritorum conſilio freti, didicimus nos nequaquam ad ipſius promiſſionis obſervantiam aſtricti cauſaremur: Reſpoodimus tum in boc modeſtiua V. S. quod ſi hujusmodi S. V. deſiderium nobis prius innotuiſſet, quod de ipſa ſalis diſtributione io ſtatu Mediolani ad opus ſereniſſimi archiducis, fratria noſtri, eum ipſo Illuſtri Franciſco SForcia, transactum eſſet, noſtram libenter operam navare ſtuduiſſemus, ut S. V. hujuſce voti compos fieret. Verum etſi fratri deeſſe non poſſemus, non tamen cum eo curaturos, ut mediante aliqua honeſta recompenſa pecuniaria, ipſe frater noſter, jus hujusmodi diſtribuendi ſalis: V. S. ad illius vitam concederet. Id n. æquum & juſtum videbatur, ne jus illud, qnod eidem fratri noſtro, pro recompenſa præſidii per eum præſtiti ad defenſionem ſtatus Mediolani, deficientibus viribus ac copiis, veſtræ Sanctitatis, aliorumque fœderatorum, eidem infructuoſum redderetur.

Mutinæ & Rhegii utile Dominium Papæ conceſſum ab Imperatore, ſalva ſuperioritate.

19. Alter verò ex his duobus articulis id continebat, quod ad tollendam difficultatem, quæ inter Sanct. V. & nos incidere poſſet, ſuper controverſia Mutinæ & Rhegii, offerebant noſtri oratores ut veſtra Sanctitas conſequeretur utile ipſarum civitatum Dominium, ſuperioritatis & directi Dominii jure nobis ſemper ſalvo, ita ut Sanct. Ve. ex tunc recognoſceret, & acceptaret hujusmodi directum noſtrum Dominum ac ſuperioritatem: veſtraque S. nobis aut agentibus noſtris, centena millia ducatorum aureorum (poſt recuperatam poſſeſſionem eorum quæ illuſtris dux Ferrariæ à tempore obitus Leonis Eccleſiæ ſubtraxerat) perſolvere deberet. Huic propoſitioni & oblationi reſpondebat Veſt. Sanctitas pro ſe & ſede Apoſtol. hujusmodi oblata acceptare, prout proponebantur, excepta ſuperioritate & directo Dominio noſtro: ſuptadictis civitatibus veſtra Sanct. recognoſcere renunciavit, ne juribus & ſuperioritati ab Apoſtol. ſede prætenſis, præjudicium fieret. Offerenre tum veſt. S. ſe contentam eſſe, ut ipſius ſuperioritatis controverſia videretur & decideretur infra tres menſes tune proximos per V. Sanct. & illius Viceregem, aut alios qui ab utraque parte ſimul eligerentur. Et ſi hujusmodi ſuperioritas nobis adjudicaretur, Apoſtolica ſedes recognoſceret prout ad agentibus noſtris fuerat propoſitum. Si vero Apoſtolicæ ſedi adjudicaretur, V. Sanctitas ex ſua liberalitate & ex eo amore quo nos proſequi profitebatur, nobis condonaret recompenſam, de qua deberemus eſſe contenti. Hanc V. Sanct. reſponſionem & oblationem ipſi noſtri agentes ita demum acceperunt, ut ſalva nobis eſſent omnia Jura ſuperioritatis & Dominii directi io ipſis civitatibus competentia pertinentia, quibus ob talem acceptationem præjudicium afferre noo prætendebant. Conſentientes nihilominus, de hujusmodi juribus cognoſci, modis & formis per dictam V. Sanct. propoſitis.

Si

Si hæc igitur tam difformiter tam irreſolute extra fœderia capitula deſcripta in ea eſſent forma, quæ vel ad nos ad ratibabitionem (quam noſtri noſtro nomine non promiſeranr) obligaret, vel in nos actionem pararet, qua ad id urgeri poſſemus, nulla accedente valida ſtipulatione uec pacto firmiter veſtito, ubi etiam tempus deciſioni præfixum illum impoſſibilem redderet: conſulat in his V. S. peritos & comperiet nos, nec ad hujusmodi ratihabitionem particularem aſtrictum, nec ex hujus defectu percuſſi nobiſcum fœderis, & per nos indifferenter ac plane approbati, obſervantiam fuiſſe deſerendam, nec contrario fœdere fruſtrandam ſeu irritandam. Ut tamen moderatius cum V. S. pro ſua perſonæ qualitate ageremus, oſtendimus ea quæ per noſtras orationes in hac re tractata fuerant, nequaquam in noſtra poteſtate conſiſtere. Qui nec Imperii juribus præjudicare nec jus tertii auſerre deberemus, nec in noſtra eſſet poteſtate illum ducem Ferrariæ urgere ad reſtitutionem petitorum, niſi is armis oſſenſibilibus mereretur, qui ſe Imperii vaſallum prufitebatur, & ea quæ reſtitui petebantur, de ſacri Imperii feudo tenere recognoſcebat, durumque videretur pro ea re bellum in Italia inſtaurare.

Supplicavimus ergo veſtræ Sanctitati, ut pro Italiæ quiete, & ne inde novi motus ibidem cauſarentur, dignaretur eadem Sanctitas veſtra conſentire, ut res ipſa, aut per juſtitiæ tramitea, aut per compoſitionem amicabilem cum ipſo duce Ferrariæ fiendam, terminaretur. Et cum hujusmodi oblata veſtræ Sanctitari non placuiſſent, ſuperveniente poſtea Reverendiſſimo Sanctitatis V. Legato, Cardinali de Salviatis, apud nos tranſegiſſe, ut Ve. Sanctitatis mente percepta, non recendentes à recto juſtitiæ tramite, cupienteſque nihilominus quantum fas eſſet V. Sanctitati gratificari, obtulimus eidem nos operam daturos cum effectu, quod ſine præjudicio jurium ſacri Romani Imperii, ſeu alterius cujuslibet, poſſet Sanctitas veſtra dum ſibi expedire videretur, ſine cujuſpiam reſiſtentia, ſineque armorum apparatu ſua ſponte, per ſe aut ſuos ad id deputandos poſſeſſionem recuperare, Rhegii & Ruberiæ cum ſuis pertinentiis tuendam & poſſidendam, prout antea tenebat & poſſidebat. Quod tamen Sanctitati veſtræ non placuit, licet credere non poſſemus cum, qui CHRISTI vices in terris gerit, vel unius guttæ humani ſanguinis jactura, quamcunque ſecularem ditionem ſibi vendicare velle, cum id ab Evangelica doctrina prorſus alienum videretur. Quid igitur rebus ſic ſtantibus nobis impingi poſſit, quum fœdus plane à nobis acceptum ſeu approbatum fuerit. Quo colore noſtræ ratificationis literæ receptæ non fuerint: Quo jure ipſius veſtræ Sanctitatis reciprocæ literæ nobis fuerint denegatæ: Qua fronte fidei religio, quam V. Sanct. in verbo Romani Pontificis ſuper ipſius fœderis obſervantia perſonaliter præſtitiſſe dinoſcitur, ſpreta fuerit ac neglecta: cogitet V. S. de ſeipſa, judicet an ſic deceret ab eo fœdere diſcedere, penituſque repugnantia paciſci cum his potiſſime, qui eo tempore pro hoſtibus habebantur, contra quos potius ponenda erat defenſio, ad eorum conatus repellendos.

NB. NB. NB.

Papæ perfidia.

20. Quod autem S. V. ad id ſubjungit, cum propter æmulationem quorundam ex ducibus & ingrata cæteris conſilia, Piſchariæ Marchio nonnulla jactare tractareque cœpiſſet, in noſtri ſtatus detrimentum V. Sanct. illa etiam conſilia audiviſſe ne fœdere à nobis rejecto penitus aſpernata eidem Sanct. deeſſet, ubi fidi ac confidere poſſet. Non poſſumus profecto non mirari quæ in hoc veſtra Sanctitas ſuis literis profitetur, quæ & ſi nobis ſæpius à noſtris ducibus aliisque quamplurimis ſcripta relataque fuiſſent nuſquam tamen à nobis credita ſunt, ne adhuc crederemus, ni V. S. id aſſeveraret, confeſſione & aſſertione in his potiſſime, quæ proprium factum concernunt, nulla plenior liquidiorque probatio eſſe poteſt. Qualia autem fuerint ea, quæ Marchio Piſchariæ in noſtri ſtatus detrimentum jactare & tractare dicebatur, & quæ Veſt. Sanctitas audiviſſe fateretur, cum in veſtræ Sanctitatis literis non ſpecifice declarentur, ſed ſub verborum involucro rea tam nephanda tegi videatur, comprobanda res erit, per ipſius Marchionis literas, quæ penes nos ſervantur, ac per aliorum quorundam, adhuc viventium teſtimonia, qui hujuſce facinoris conſcii participeſque fuere. Quibus ſatis aperte detegitur, ipſum Piſchariæ Marchionem non ita proprii honoris ac conſcientiæ immemorem fuiſſe quod quicquam in ſtatus noſtri detrimentum moliri cuperet, ſed potius aliter finxiſſe quam in animo haberet, ut aliorum in nos ac ſtatum noſtrum molientium factiones, ac incendia parata, quorum jam fumum ſenſerat, verioribus indiciis ac argumentis detegeret: hincque facilius nobis præmonitis extingui poſſent. Sicque finxit ſe de nobis male contentum, ut inde liberius in molientium partes vocaretur, omnemque rei ſeriem audire ac funditus intelligere poſſet. Hicque Marchio ipſe ad eam tragœdiam vocatus ſimulata fide, in eam conſpirationem, cum cæteris illius autoribus convenit, atque conſenſit perluſtratiſque omnibus ad tantum facinus parandum diſpoſitis atque paratis, ac totius negocii ſerie plane perſpecta & intellecta, cum in his V. Sanct. principalis eſſet autoritas, audiviſſetque Marchio nuncium ad id per V. S. transmiſſum, eidem ſui parte, ut ait, offerentem ſub cujusdam Apoſtolici Brevis credentia, regni noſtri Neopolitani inveſtituram, & poſſeſſionem, ſi is in ejusdem Sanctitatis & fœderatorum cum copiis noſtri exercitus, eidem Marchioni magis affectis tranſiret atque transfugeret: ut inde communibus fœderatorum copiis, inter quas & Gallorum copiæ, cum ingenti Helvetiorum manu, ad ſui regis liberationem Italiæ concitatis, uno jactu atque contextu noſtrum exercitum prorſus delerent. Noſque non ſolum à ſtatu Mediolani, ſed etiam à regno Neopolitano ac ab omni imperio Italico excluderent: ut inde S. V. nos etiam ab omni Imperiali dignitate deponeret. Finxit Marchio ſe contentum his annuere, ſi id cum honore, ſine incurſu criminis læſæ Majeſtatis exequi liceret: & ut ſuper ea re peritiores conſuleret, petiit quindecim dierum dilationem, quibus pendentibus, illi erat in animo nobis rei ſeriem aſcribere, prout & fecit, nec ideo minus ſe à

Papæ hoſtiles fraudes & callida machinamenta contra Imperatorem.

practicis abſtinnit, qui etiam ad hanc fictionem magis enlorandam habuit ex urhe conſilium peritorum, quo eidem Marchioni perſuadebatur, cundem licite poſſe, ac ſine honoris ſeu fidelitatia præſtita læſione, ſeu præjudicio, ſineque criminia læſæ Majeſtatis, in partes veſtræ S. tanquam ſuptemi Domini illius regni tranſire, feudumque ab eadem Sanctitate ſuſcipere, ubi potiſſime ipſius Sanctitatis juſſus accederet. Si hæc igitur pater ſanctæ vera ſunt, prout narrat Marchio, qui uſque ad ultimum vitæ Spiritum in ea ſententia ſemper perſtitit. Si ſunt illa tractata atque jactata conſilia, quæ V. S. etiam audiviſſe ſatetur: videat ipſa V. Sanctitas, recto ſui intellectus oculo, ſi hæc tanto paſtore digna cenſerentur: inſpiciat qualis fructus inde colligi poſſit, quale ſcandalum, quantusque tumultus ex his in Eccleſia Dei ac in univerſa republ. Chriſtiana naſceretur. Miſeranda quippe res eſſet, ac ab omni fideli Catholico deplotanda, in qua ita occupatur mentis noſtræ judicium, ut quaſi ſomnium illuſorium putemus, cui fides tribui non deberet, cum potiſſime (ut antea liquide oſtendimus) ceſſet ſundamentum illud ſatis manifeſte arrooeum, imo penitus falſum, de fœdere à nobis rejecto, quod nunquam tejectum ſed plane acceptatum conſtat.

Papæ perfidia in temeranda fœderis ſanctitate.

21. Sed ait V. S. ſe à verbis ad ſacta nullum aditum tentaſſe. Utinam ſic ſe res haberet; nihilque de facto teotatum eſſet, quia facilius pro verbis verba reddi poſſent. Facta autem pro infectis haberi nequeunt. Ad quod V. S. ſe de eo officio commendat nos admoneri mandaſſe, ut duces noſtros in Italia, quorum in manu res noſtræ erant, curaremus de nobia eſſe contentos, hinc probationem eliciens, eidem eſſe curæ, quietem & ſtabilitatem rerum noſtrarum. Noluimus inficiari id officium à veſtra S. præſtitum, eo tamen tempore, quo idem Marchio totius rei ſeriem nobis aperte diſſeruerat. Cur autem tunc veſtra S. re jam detecta id nobis nunciandum cenſuerit, id ejus judicio & conſcientiæ commendamus. Volumus tamen & hoc in benigniorem partem ſuſcipere.

22. At ſubjungit V. Sanctitas, quod maximo cum gemitu & dolore ſuo, atque Italiæ totius, cum duces noſtri ſtatum noſtrum Mediolani occupaſſent, atque arcem in qua Franciſcus Maria reſidebat circumvallare inſtituiſſent, poſtulante à nobis curam & ſecuritatem, adverſus dignitatem tantam Italiæ periculo, omnibusque notis atque ignotis flagitantibus paratis qui & auxilia conſerrent. Cunctis prope Chriſtianitatis regibus veſtram Sanctitatem animantibus cum non videretur poſſe reſiſtere monitis, querelis precibuſque illorum. Cum vos officii veſtræ debitum Italiæ, calamitas & periculum commune commoveret, tamen adveniente per eos dies ab veſtra Sanctitate Commendatore, Herrera nuncio noſtro tractandi cauſa miſſo relapſa eadem S. in priſtinam ſpem & cupiditatem benevolentiæ noſtræ, ſibi quovis modo conciliando dimiſſis conſiliis, conſpirationibus, oblationibuſque cunctorum gravi omnium indignatione & querela, nobis comparare gloriam pacandæ Chriſtianitatis, & moderationis noſtræ omnib. declarandæ. Sicque ea conventionum capitula, paucis (ut ait) in locis leviter immutata remiſiſſe ad nos comprobanda, ſcripſiſſeque manu ſua literas, quibus per Dei miſericordiam obſecrando, ut depellere eam ſuſpitionem, quæ de noſtra nimia cupiditate omnib. adhærebat perpetuitatem & fructum amicitiæ ſuæ nobis pollicebatur, conſiliumque fidele dabat, & quæ petenda erant omni cum humanitate & benevolentia à nobia petebat: ſecuritatem videlicet Italiæ duce Mediolani, ſi qua pacto erraſſet clementem V. S. amorem. Quæ tot illius opera atque officia erga nos aliaque quam plurima, quæ nobis quotidie poſtulanti concedebat, ex quibus nobia commodum atque honor accreſcebat (ut ait) parvipendimus. His multiplicium querelarum, accuſationum, & criminationum ſaſtidium adjungit: quibus tot & tantis (ut inquit) injuriis & cauſis invita V. S. & gemens de nobis deſperare & diffidere & coacta, ſuamque amicitiam & benevolentiam, quam toties (ut aſſerit) impudiavimus, multis & magnis regibus adjungere quorum optimum in Chriſtianam rempub. & ſedem Apoſtolicam animum. Si veſtra S. aſpernata eſſet, non jam paſtoria ſeu communis patris laudem: ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſiviſſet. Hæc, Pater ſanctæ, horrenda quidem ac penitus abominanda cenſerentur, ni ſcuto veritatis circundari hujuſmodi calumnias, convitia, improperia, crimina, facinoraque nobis objecta refellere ac ſingulatim ſuo ordine extirpare & enervare ſtuderemus: non quidem Chriſtiano principe digna (ſi vera forent) ſed potius apud inferos recondenda cenſerentur. Ut igitur hujuſmodi calumniarum nobis falſo objectarum, faſciculum diſrumpamus & colligata ſpicula in nos conjecta ſeparatim ac gradatim enervemus, cogimur hiſtoriam non ſabulam recenſere, qua rerum geſtarum veritas in lucem prodest. Et cum ab occupatione ſtatus Mediolani arciſque obſeſſione hujuſmodi calumniarum principalior ſumatur occaſio: hincque pendere videantur leges & Prophetæ, horum omnium, quæ in nos moliuntur & tentantur. Conſequens eſt, ut pro noſtræ villicationis debita ratione reddenda, & ne quid occulti remaneat, neve ſervi nequam nobis nomen ac ſamam comparemus, ſed potius ſervi fidelis & boni, qui in regnum Domini intrare valeamus, ab ipſo ſtipite initium ſumamus, & à capite rationem reddamus oportet, nihil quod ad rem faciat omittentes. Res igitur, ut apertiſſimis oſtenditur documentis, ſic ſe habet.

Mediolanenſis Ducatus legitima ſucceſſio.

23. Poſtquam Franciſcus SForcia hujus nominis primus, & moderni Franciſci avus paternus: Ducatum ac ſtatum Medioliani nactus eſt ſeu verius occupavit: cum is non intraret per oſtium ſed per feneſtram nec deſcenderet à linea vice comitum ducum Mediolani, ſed ex perſona uxoris ad tale feudum incapacis, jus dicti ducatus prætenderet: Et tanquam ſtrenuus, prudens, ac fortunatus belli dux, non habuerit in ipſius ducatus aſſecutione contradictorem, nunquam tamen is, neque filius ejus primogenitus Galeacius Maria SForcia, nec ex ipſo primogenito nepos Joannes Galeacius SForcia ipſius ducatus Mediolani inveſtituram à ſacro Imperio obtinere potuerunt. Succeſſit his Ludovicus SForcia moderni Franciſci pater, qui affinitate cum divo Maximiliano Cæſare avo noſtro contracta, primus ex SForcianis inveſtituram obtinuit pro ſe & filiis, ac deſcendentibus ſuis ordine ſucceſſivo gradu primogenituræ

turæ ſervato. Quo Ludovico primo inveſtito adhuc vivente, inſurrexit adverſus cum Ludovicus Aurelian. dux, inde Francorum Rex hujus nominis XII. prætendens, quod ſi ex fœminea linea quiſpiam in eo ducatu recte ſuccederet, ipſe præferendus ſuret, qui ex deſcendenti à Valentina Philippi Mariæ Vicecomitis, veri ducis, filiæ legitimæ ortum trahebat. Pacto etiam in contractu matrimonii adjecto, ut deficientibus maſculis, ipſa Valentina ſuccederet: quod vacanti Imperio à Sede Apoſtolica approbatum dicitur, de cujus tamen approbationis viribus nunc diſceptandum occaſio non offertur. Ipſa autem familia SForciara ab illegitima poſteriore genita originem duceret. Ortum eſt hinc bellum inter ipſum Ludovicum Aurelianenſ. Inde Francorum regem, & dictum Ludovicum SForciam, qui Gallorum viribus, & potentia non ſolum à duratu & ſtatu ejectus extitit, ſed etiam captivus in Galliam ductus eſt: ubi tandem dies ſuos clauſit extremos. Hinc Ludovic. Rex intelligens ſe non eſſe tutum in ducatu Mediolani, niſi à ſacro Imperio inveſtituram obtineret, inito fœdere cum divo Maximiliano Cæſare avo noſtro recolendæ memoriæ, actoque de matrimonio ſeu ſponſalib. contrahendis, inter nos & Claudiam ipſius Regis Ludov. primogenitam, revocataque per divum Maximilianum inveſtitura, eidem Ludovico SForciæ & liberis antea conceſſa, inveſtituram dicti ducatus obtinuit, pro ſe & dicta Claudia ejus filia, caſu quo nobiſcum nuberet, ea lege adjecta de expreſſo ipſius Ludovici ſuorumque natorum conſenſu. Quod ſi ſine culpa noſtra dictum matrimonium inter nos & Claudiam quovis modo effectum non haberet, prout non habuit, redderetur ipſa inveſtitura, dicto regi, & Claudiæ filiæ conceſſa, penitus inefficax nulliuſque momenti. Verum omne jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani, ex ipſa inveſtitura conceſſum, in nos recta via tranſiret. Conceſſa ex tunc illis conſentientibus in eum caſum nova inveſtitura, in noſtri perſonam præſentem, ad id & noſtro nomine ſtipulante & acceptante, reliquaque ad id requiſita ſolennia peragente Sereniſſimo felicis memoriæ Philippo Caſtellæ rege patre noſtro, quam inveſtituram, in ſolenni forma conceptam, & per ipſum divum Maximilian. tunc expeditam, adhuc hodie penes nos habemus. Et licet eo fœdere per regem Ludovicum violato, dictaque Claudia ejus filia, matrimonio copulata, cum tunc duci Angolenenſ. Franciſc. Moderno Francorum Rege, ſicque conditione purificata inveſtitura nobis, ut perſertur, conditionaliter conceſſis, validum robur & effectum obtineret: ut jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani in nos tranſlatum cenſeretur. Ipſe tamen divus Cæſar Maximilianus, tum quia publicam potius quam privatam utilitatem curabat, tum quia putabat jus nobis ex inveſtitura prædicta quæſitum ſalvum eſſe nullumque præjudicium nobis tunc poſſe afferri, qui in pupillari ætate conſtituti ſub illius tutela regebamur. Quo tutelæ officio fretus in illud liquidum, quod nobis competebat nec tacite nec expreſſe remittere poterat. Novam eidem Gallorum regi Ludovico pro ſe & dictis Claudia filia & Franciſco genero inveſtituram conceſſit, nonnullis etiam conditionibus nequaquam obſervatis, aſtrictam ac à nobis, qui jus potiſſimum prætendere poteramus, nunc approbatam. Qua de re ipſe divus Cæſar Maximil. violati fœderis, vindictam proſequens, expulſo ab ipſo ducatu Mediolani dicto Ludovico Francorum rege, ſub colore prioris inveſtituræ, Ludovico SForciæ conceſſæ, & ut præmittitur revocatæ, nobis iterum in pupillari ætate, & ſub illius tutela degentibus, Maximilianum SForciam, ejuſdem ducis Ludovici filium primogenitum, ad ipſum ducatum & ſtatum Mediolani admiſit & induxit. At is poſſeſſor effectus, immemor beneficii in eum collati, plura cum Gallis hoſtibus in ſacri Imperii dedecus & detrimentum molitus eſt. Indeque inito ac percuſſo cum his fœdere, prodidit eidem arces & ſtatum, ac ad hoſtes tranſivit ceſſitque ducatui. Ex cujus felonia, ſi quod jus in eodem ducatu habuiſſet, ad ſacrum imperium devolvebatur. At cum Modernus Francorum Rex, tam ex prætenſo jure inveſtituræ Ludovico Regi ejus ſocero conceſſæ, quam etiam ex jure ceſſo per dictum Maximilianum SForciam, ipſius ducatus poſſeſſionem, poſt Ludovici regis mortem nactus eſſet, nulla per eum ſeu alium ejus nomine nova inveſtitura ab ipſo Maximiliano Cæſare: nec à nobis petita, ſeu obtenta. Sic nos & ſacrum Imperium contemnendo, pleraque etiam contra decus & honorem noſtrum, ac ipſius ſacri Romani Imperii moliendo, & in nos ejuſdem feudi Dominum cervicem elevando, armaque movendo, prout ſuis propriis literis ac notoriis geſtis innotuit, etiam ſi validam antea inveſtituram habuiſſet, prout non habuit, omni illius commodo omnique jure, ipſo facto privatus extitit. Idque totum ad nos & ſacrum Romanum Imp. devolutum fuit. Ut ſic illuſtris Franciſcus SForcia in eodem ducatu Mediolani, nullum jus poſſet prætendere, niſi id ex noſtra liberalitate & gratia conſequatur. Non enim ex inveſtitura prima jus aliquod habere poteſt, ſtante revocatione, ut præmittitur: facta per ipſummet concedentem, eo ſcilicet tempore, quo nondum eidem Franciſco duci jus inrequiſitum dici poterat: ſed duntaxat in ſpe quod facillius tollitur. Ubi potiſſime plenitudo accedit poteſtatis, eum cætera ipſius concedentis ac revocantis ſententia. Non etiam ex ceſſione ſeu renunciatione dicti Maximiliani ejus fratris primogeniti, qui nullam de eo ſtatu habuit inveſtituram, ſed ſimplicem detentionem nullo jure ſuffultam, cui pariter obſtabat paternæ inveſtituræ revocatio.

Sicque illius conceſſio nullius fuit effectus. Nemo enim plus juris in alium transferre poteſt: quam ipſe habeat. Sed demus inveſtituram, eidem Ludovico patri conceſſam, in ſuo robore permanere, ipſumque ducem Franciſcum juxta illius ordinem ad ſucceſſionem vocandum, non vocatur ex ea niſi poſt mortem primogeniti, qui adhuc vivit, ſicque non evenit caſus, qui ipſum Franciſcum admittat. Non enim primogenitus ſimpliciter refutavit feudum ante feudi adeptionem: ut fieret locus ſequenti in gradu, ſed optato feudo, ubi de fructibus pro libitu ejus, vita comite, diſponere poterat etiam invito propinquiore ſucceſſore ceſſit & renunciavit. Et cum id egerit, paciſcendo cum hoſtibus in Dominum feudi: totum illud jus, quod eidem Maximiliano primogenito competiſſet, ad ſacrum Imperium devolutum extitit. Sicque nos nullo jure cogebamur, etiam firma ſtante illa prima inveſti-

tura hujusmodi ducatum Mediolanenſem concedere ipſi illuſtri Franciſco SForciæ. Saltem vita comite ipſius Maximiliani primogeniti. Quinimo jure merito poteramus ducatum ipſum penes nos retinere eoque interim uti frui. Objicietur nobis fœdus percuſſum cum divo Leone. Super quo tamen nullum validum fundamentum in favorem dicti Franciſci SForciæ ædificari poteſt. Res eſt inter alios acta, nihil ibidem cum duce Franciſco tractatum eſt, nec quiſpiam pro eo ibidem intervenit, nulluſque pro eo ſtipulatus extitit, cui ſtipulandi jus eſſet. Et ſi inter contrahentes res ageretur, emergeret quæſtio, an is qui ex eo fœdere ſe fundaret, pro parte ſua implevиſſet quod debebat. Sed fatemur omnia ſolenniter geſta & impleta, ipſumque ſœdus percuſſum, & ſtipulatum cum ipſomet duce Franciſco non datur illi ex eo fœdere plus juris quam antea haberet. Sic enim ſonant ipſius ſœderis verba. *Item: Quia illuſtris Franciſcus SForcia dux Barri prætendit ducatum Mediolani ſibi deberi ex vi inveſtituræ, per felicis memoriæ Maximil. Cæſarem factæ, attenta renunciatione fratris ſui primogeniti, per quam ſe primum ſucceſſionis locum aſſerит obtinere. Actum extitit & conventum. Quod ſi idem illuſtris Franc. SForcia ducatum ipſum recuperaverit, præfati contrahentes eundem in ſuis juribus conſervare curabunt, ac ab omni violentia tueri nitentur.* Ecce igitur quod hic nullum aliud prætendat dux Franciſ. quam quod ſupradictum eſt, abunde tamen enervatum. Ecce quod hic eſt conventio conditionalis, ſi ipſe dux ducatum recuperaverit, quæ conditio implenda erat in forma ſpecifica æque non impleta, prout ipſe implere non poterat, obligatio illa evaneſcit. Et eſto quod ſoret ipſa conditio firmiter impleta, & purificata. Ecce obligatio illa non diſponit niſi de eo conſervando in ſuis juribus. Quæ ut antea oſtenſum eſt, nulla ſunt nulliuſque momenti. Si igitur nos tot titulis, totque juribus fulti, qui ducatum ipſum, ſœderatorum noſtrorum præſidiis freti, noſtra tamen ut plurimum impenſa, non ſine magna noſtrorum jactura, totque præclaris ducibus ac militibus amiſſis, cum tanta Chriſtiani ſanguinis effuſione, ex hoſtium manibus recuperavimus, ab eorumque faucibus eripuimus, & totiens illis redeuntibus, repulſis ac victis ſervavimus, ac tutati ſumus, nulla nos ad id urgente neceſſitate, ſed pro reipub. quiete, ex noſtra mera liberalitate ac munificentia, juribus noſtris tam claris, tam apertis omnino poſtpoſitis ac poſtergatis, conſenſimus eundem illuſtrem Franciſcum SForciam tanto munere dignum facere, eundemque ad dictum ducatum admittere, ac eidem ipſius ducatus inveſtituram concedere. Quis nam vir ſani capitis, nos de cupiditate, de ambitione, de indebita occupatione recte arguere poterit? Quis nam ex his geſtis poteſt elicere ſiniſtram aliquam ſuſpicionem, quod non recto animo intenti videamur ad ea omnia quæ reipub. Chriſtianæ quietem & tranquillitatem Italiæque libertatem concernere videntur? Ad hæc non verbo tantum obtulimus, ſed & effectu præſtitimus. Fecimus enim ipſum ducem Franciſcum totius ſtatus poſſeſſorem, fecimus in ejus poteſtate reponi & conſignari omnes arces, omneſque civitates, autoritatem & adminiſtrationem omnimodam eidem permiſimus, ut non ſolum regere & pro libito adminiſtrare poſſet fructus percipiendo, ſed etiam alienando vendendo ac pro ejus voto diſponendo. Cujus etiam alienationis, dum ad id requiſiti fuimus, tanquam à vero duce ſactas confirmavimus & approbavimus, fecimus in ſœderibus per nos initis, tum cum Adriano, tum cum Venetis, tum etiam cum cæteris, cum quibus tractavimus eundem, tanquam Mediolani ducem nominari & includi, de ejuſque tutela & conſervatione tranſegimus: Conceſſimuſque tandem inveſtituram dicti ducatus, & pertinentiarum in forma ampliſſima. Quam ad manus equitis Belliæ ipſius ducis Franciſci oratoris realiter conſignavimus, ſub certis conventionibus & obligationibus, per ipſum ducem implendis pro parte impenſarum, per nos in ejus beneficium factarum pro adoptione & conſervatione dicti ſtatus. In quibus tamen ita moderate habuimus, ut nec vix quartam ipſarum impenſarum partem, per annorum terminos eſſemus recuperaturi. Hæc profecto ſcripta patent, nullaque tergiverſatione cælari poteſt, cum jam in Notoreitatem tranſiverint.

Papa & poteſtates Italiæ recuſant Mediolano præfici Ducem, niſi ſibi gratum.

54. Inſuper, cum de ipſius illuſtris Franciſci morte dubitaretur, phyſicique quæ de illius ſalute deſperarent, hincque nova oriretur in nos ſuſpicio Veſtræ S. Venetorum, aliorum Italiæ potentatuum, ſi ſtatum ipſum Mediolanenſ. per mortem dicti ducis Franciſci ad ſacrum Imperium recta via rectoque ordine juſtitiæ devolvendum, aut in noſtra poteſtate retineremus, aut ſereniſſimo fratri noſtro chariſſimo Ferdinando, Archiduci Auſtriæ concederemus. Cum & noſtram & ipſius fratris noſtri potentiam exoſam & formidabilem habere videremur, potius Deo (qui nobis hæc ſua clementia & benignitate contulit) ipſique fortunæ invidentes, quam aliqua alia juſta cauſa perciti. Placuit Veſtræ Sanctitati nos per dictum ejus legatum moneri & hortari, quatenus pro Italiæ quiete, ac ad ſubmovendum cujusvis ſuſpitionis ſcrupulum in caſum mortis, dicti illuſtris Franciſci SForciæ, ducatum ipſum Mediolani nequaquam in noſtra poteſtate retineremus: Nec pariter ipſi Sereniſſimo fratri noſtro concederemus: ſed ipſum ducatum tali perſonæ traderemus, de qua Italiæ potentatus nullum metum, nulliuſque ſuſpicionis objectum habere poſſent. Ad eumque effectum V. S. per dictum legatum alterum duorum nobis ad id proponi fecit, ut ducem Borbonii, aut Georgium de Auſtria, Cæſaris Maximilian. naturalem filium. Annuimus nihilominus licet ad id nullo jure aſtringeremur, quod ducatus ipſe in caſum devolutionis minime penes nos retineretur, nec etiam ipſi Sereniſſimo fratri noſtro concederetur, obtulimuſque in eum caſum dictum ducatum conferre in perſonam jure merito gratam & acceptam Veſtræ Sanctitati, à qua nihil ſuſpicari poſſet, quod ad turbandum Italiæ quietem tendere videretur. Licet etiam id à V. S. acceptatum non fuerit, nec etiam aliis potentatibus gratum extiterit niſi perſonam, cui in eum caſum ducatum

catum conferre vellemus, prius nominaremus ut diſcerni poſſet an grata & accepta foret. Non fuimus ab hac inſtantia alieni. Nominavimus in eum caſum ipſum illuſtrem Borbonii ducem, quem veſtra S. primo propoſuerat, in eum quidem inveſtituram conferre parati, non pro commodo aut augmento noſtro, ſed pro tollenda ſuſpicionis rubigine, qua V. S. ac potentatuum animi angebantur, pro ſubmovenda ea umbra noſtræ magnitudinis qua intrinſecus premebantur: proque ipſius Italiæ quiete quæ nobis ſemper cordi fuit, ut potius Chriſtianæ reipub. cauſam, quam privatam noſtram tueremur. Quid igitur cupiditatis nobis ex his aſcribi poſſit: Si ducatum Mediolani & ſtatum tanti momenti tantique valoris (ut præmittitur) per nos recuperatum quem licite retinere poterimus, tot titulis, totque juribus fulti, ſemel illuſtri Franci. SForciæ conceſſimus: Iterum ſi per illius mortem ad nos devolveretur, ad veſtræ S. nutum alteri concedere annueremus, ii videlicet, quem veſtra S. prius nominaverat: Nos tamen juſtis juribus, tamque amplo & importanti dominio ſuffulti (pro quo, ſi Julius Cæſar reviviſcens noſtram perſonam indueret, aut hi qui nobis cupiditatem impingunt, forſan etiam jusjurandum violandum cenſerent) nos ipſi non coacti, nulloque juramenti ſeu cujusvis obligationis vinculo aſtricti, noſtra ſponte pro ipſa reipub. jus noſtrum tam liquidum abrogare, & à nobis auferre conſenſimus excluſo etiam proprio fratre, qui jure merito poſt nos cæteris omnibus anteponendus videbatur. Cum hunc loco filii haberemus in ſuccedendi gradu proximiorem, cui nulla ratione nulloque jure divino, naturali vel civili, extraneus quiſpiam anteferendus erat fateamur neceſſe eſt, non hic cupiditatem, non ambitionem, non avaritiam, non dominandi ſeu aliena occupandi appetitum ineſſe. Sed potius ampliſſimam uberemque largitatem, munificentiam, ac ſi dicere fas eſt, prodigalitatem dominandique contemptum arguere, quod tamen reipub. cauſa læto hilarique animo, ultro, nec non ſponte præſtabamus.

25. Sed nunc ſubmovenda reſtat cauſa illa gemitus & doloris Sanctitatis V. ac totius Italiæ, qua *Piſcharia* V. S. tantum affligitur: occupationis ſc. ipſius ſtatus Mediolani inde per noſtros factæ cum obſeſſio- *Marchio.* ne arcis, in qua duxerat. In qua re licet non omni culpa excludere & liberare poſſemus. Illam ſi qua foret in duces belli referendo, quibus dum nos monuiſſent, de practicis & molitionibus, quæ adverſus nos & ſtatum noſtrum parabantur. Marchio Piſchariæ, ut prafertur, rei conſcius, nobis illius ſeriem radicitus detexiſſet, affirmans ipſum ducem Franciſc. hujusce facinoris reum, ut ſe ſtatumque illum à noſtra obedientia ſubtraheret, ac fœderatorum viribus non habita ratione inveſtituræ, nec fidelitatis per eum præſtandæ, nec impenſarum, quæ nobis erant reſarciendæ in eo ſtatu de facto potius quam de jure teneretur atque eo etiam decedente fœderatorum præſidio, nobis excluſis ſubintraret. In eo ſtatu ejus frater Maximilianus SForcia: quem jam ipſo jure privatum diximus, cooſentiente etiam Gallorum rege, cui jus dicti Maximiliani, ſi quod habuiſſet, ceſſum erat: ut quoque exercitus noſter tumultuantibus populis, ad ipſiusmet ducis Franciſci, ſuorumque agentium, & fœderatorum inſtantiam & ſolicitudinem deleretur, & in ruinam & præcipitium deduceretur: & ſi fieri poſſit, omnes ipſius exercitus duces & milites trucidarentur. Eo etiam ſignanter adjecto. Quod cum ipſe illuſtris Marchio Piſchariæ, habito de ea re cum ipſo duce Franciſco colloquio, ut magis illius intrinſecum animum tentaret, an firmus in ea factionis practica remaneret, ei duci perſuadendo dixiſſet: quod poſtquam jam à nobis inveſtituram obtinuerat, eratque de ejus ſtatu ſecurus, non oporteret amplius eam practicam proſequi: Idem dux reſpondiſſe fertur firmius & commodius eſſe, quod jam practicatum erat atque concluſum, quam quod ex inveſtitura aſſequi poterat, concurrente ibidem publica ſalute Italiæ: quæ etiam rei privatæ anteferenda cenſerentur. Inſtabant propterea duces ipſi, ut ad has molitiones repellendas, neve majora ſcandala inde ſequerentur, his licentiam præberemus, ut de ipſo Franciſco duce & ſtatu Mediolani ſe noſtro nomine aſſeverarent, pro noſtri exercitus tutela, utque exercitum ipſum comminuendum & pene diſſolvendum nil tale metuentes: juſſeramus, non ſolum ſuſtineremus ſed etiam augeremus ni penitus ab Italia excludi vellemus. Nos autem qui hæc non facile credebamus ſed potius conficta ſimulataque putamus: eo quod qui bella tractare ſolent, potius belli quam pacis media cogitant, in hisque libentius animos eorum adoptant. Arbitramur enim, quod ſub eo colore puraſſent nos cogere & urgere ad ipſum noſtrum exercitum integre ſervandum ſuſtinendumque: dubitantes itaque ne veluti belli cupidi in id præcipites ruerent ac arma præter noſtram voluntatem moverent: Cum etiam nil aliud quam pacem & quietem cuperemus, mandavimus eisdem ne quid novi tentarent in dicto ſtatu Mediolani, niſi in tribus caſibus: Si dux Franciſcus moreretur: Si Gallicum Helvetiis Italiam intrarent, vel ſi factionum practicatum executio ex adverſo tentaretur, ut hi prius arma contra nos exercitumque noſtrum moverent: In quolibet enim horum trium caſuum conſenſimus, quod pro tutela exercitus noſtri & rerum noſtrarum, ſe aſſeverarent in dicto ſtatu Mediolani. Verum cum Hieronymus Moronus, primarius ipſius ducis Franciſci Conſiliarius, ac ejusdem factionis fertur principalis miniſter, multiplicatus ſuis literis monuiſſet dictum Marchionem Piſchariæ, quem putabat factionis participem habere, ut rem ſuam diſponeret, eidem affirmando aliquos factionis ſocios, jam diſpoſitos paratosque eſſe, ut in octo vel decem dierum ſpacio in noſtros irruendum eſſet. Idem Marchio participato cum cæteris ducibus noſtris *Hier. Moro-* conſilio captoque Morono, illius habita confeſſione, totam ſeriem negotii complectente ſatis con- *nus.* formi in ea quæ Marchio nobis ſuis literis inſinuaverat, collecto exercitu noſtro undique ſparſo aliquot civitatibus munitis Mediolanum progreditur, ducem Franciſcum interpellat, ut pro ſecuritate noſtra noſtrique exercitus arces & caſtra dicti ſtatus, in noſtrorum manus reponeret idque cuſtodibus illorum exequendum committeret. Annuit dux ipſe ut caſtra nobis traderentur, prout effe-

ctu tradita fuere: Duabus duntaxat arcibus principalioribus, quas ipſe muniverat, Mediolan. ſ. in qua ipſe ſecludebatur, & Cremone exceptis: has enim duas in ſe reſervandas cenſuit, donec de noſtra voluntate certus fieret offerens interim, illas noſtro nomine tenere, ac obſides dare, ac per ſe & per præfectos arcium juramentum præſtare, quod ex ipſis arcibus nullum exercitui noſtro damnum ſeu præjudicium fieret. Non placuit hæc ſecuritas ducibus noſtris, vident pericula in mora. Si arces illæ magis munirentur liberæque permanerent, poſſe inde exercitus noſtri ruinam ſuccedere resque noſtras in evidenti periculo remanere. Interpellant denuo, ac iterum atque iterum requirunt ſub rebellionis pœna ac læſæ majeſtatis criminis confeſſi atque convicti, quatenus ipſa arce Mediolani in poteſtate noſtra ac noſtrorum poſita exiret, ſuique copiam faceret, & adverſus eas de quibus culpabatur, defenſiones ac juſtificationes, ſi quas habebat, proponeret, duosque ejus rei conſcios, quos penes ſe habebat in arce recluſos, dimitteret interrogandos, ad ampliorem rerum geſtarum dilucidationem. At cum Dux ipſe his non annueret niſi à nobis mandatum haberet, noſtri arcem circumvallant, interimque de geſtis nos admonent, neceſſarias cauſas per quas ad hæc coacti fuerant, enarrant, approbationem geſtorum à nobis expoſtulant. Inſtant, ut eidem duci Franciſco reſcribamus, mandemusque ut arcem nobis aut noſtris tradat. Nos referentes rem hanc præter mentem noſtram tentatam, nunquam voluimus nec illorum geſta approbare nec duci (ut petebatur) mandare ut caſtris dimitteret. Semper enim in animo habuimus eam accuſationem, quæ in ducem ferebatur, debito juris ordine tractandam & terminandam. Nunc profecto ejus rei exitu præteritorum veritas elici poteſt, cum præparatæ jam diu factionis effectus illuxerit, quo magis deinceps eisdem noſtris ducibus credere debeamus, non poſſumus non laudare & approbare eorum prudentiam & fidem in conſervatione dicti ſtatus, ipſiusque noſtri exercitus illiusque arcis aſſecuratione ne amplius muniri poſſet, neve inde majoris mali & incommodi occaſio præſtaretur.

Dux Majeſtatis reus, ad torturam, & pœnam.

Nec id quidem ita perperam & injuſte geſtum videtur prout Sanct. V. ſibi ſuadet: dato etiam fundamento, quod ipſe dux Franciſcus læſæ mejeſtatis reus accuſaretur. Ex ſi unius duntaxat teſtis adeſſet depoſitio, ubi plurium tamen adeſt teſtimonium. Et quibus etiam ſi eſſent ſocii criminis ac factionis participes poterit jure merito contra ipſum ducem procedi & ad capturam & ad torturam. Et cogi ut ſui copiam faceret, ac in vinculis cauſam diceret, ſuasque defenſiones & juſtificationes carceratus adduceret, non autem in arce recluſus audiri debuit. Quinimo contra eum vocatum & non comparentem ac ſe ſubtrahentem & reſiſtentem potuit in ejus contumaciam pronunciari, ut pro confeſſo & convicto haberetur. Sed & priusquam id fiat accuſato non comparente, nec ſui copiam faciente, licite ad manus curiæ redimentur illius bona, quæ etiam à die ingreſſi criminis ipſo jure publicata confiſcataque cenſentur. Sicque hinc non tanta cauſſa gemitus & doloris V. Sanctitati parata videtur. Si dominus Vaſallum ingratum & læſæ majeſtatis reum puniendum cenſeat, ni forſan quod in mentem cadere non potuiſſet, id gemendum dolendumque putent, quod eidem hanc foveam in quam incidit ſub charitatis ſpecie paraverunt, ipſumque ad hujusmodi diſcrimen deduxerunt: Sed potius ingemiſcere, ac dolore deberet non ſolum V. Sanctitas, ſed univerſa reſpubl. quod ſine juſta cauſſa ſine quæ culpa noſtra tam ingens excitetur incendium, quo & turbatur univerſus eccleſiæ ſtatus & tota ſcandalizatur Chriſtiana religio.

Papa Reges Chriſtianos in Imperatorem concitat.

26. Nec ſane intelligere poſſumus quod cuncti prope Chriſtianitatis reges (ut V. Sanctit. ait) efflagitarint agitaverint nec non partiti fuerint in re tanti præjudicii arma & auxilia conferre. Scimus enim & pro certo habemus nec Ungarum, nec Polonum, nec Portugalenſem, nec Danum, hujuſce conſilii participes ſeu conſcios. Anglus autem etſi ejus fœderis conſervator & protector nominetur, nobis tamen apertis ſuis literis ſignificavit ſe nequaquam in id fœdus conſenſiſſe, nec mandatum dediſſe, nec talem protectionem acceptaſſe nec acceptare velle, licet ad id parte V. S. interpellatus ac inſtanter requiſitus extiterit: ſe pacis quam ſemper efflagitavimus mediatorem offerendo. Gallus vero & ſi cum S. V. ac aliis Italiæ potentatibus fœdus percuſſerit, ut eo medio mitiores ſi poſſet quam jam ex noſtro fœdere obtinuerit, à nobis pacis conditiones exhauriat, liberosque obſides recuperet.

Papa juramenta reſolvit contra jus & officium ſuum.

Retulit tamen aperto ore quod Veſtræ S. impulſu & ſuaſu, etiam priusquam in regnum ſuum liber remitteretur, de ipſo novo fœdere ineundo ſollicitabatur. Et ſunt qui affirmant, ut ex quibusdam literis percepimus: quod V. S. ipſo etiam Gallorum rege non petente, eidem juramentum relaxaverit, quod nobis præſtiterat pro fœdere nobiſcum prius inito, quod tamen credere nolumus: quandoquidem res talis omnino à paſtore Chriſti vicario aliena eſſe deberet, ne ipſius jurisjurandi ſine cauſa ſpreta religio ad deteriora incentivum præberet. Merito tamen V. S. his verbis utitur, *dimiſſis conſiliis & conſpirationibus*, ſi verbis addatur effectus. Si vero omnis conſpiratio dimittatur cum ſecundum rectam intelligentiam crimen denotet.

Conventionum capitula inter Imperatorem & Papam.

27. Quod autem ad ea conventionum capitula, quæ attulit Herrera, videamus qualiter S. V. prætendat illa paucis in locis leviter immutata: ſi enim bene cuncta rimentur omnes articuli qui cum ipſius legato ſic compoſiti remanſerant cum V. S. concludendi: licet ipſam concluſionem V. S. reſervandam aſſereret, ejus poteſtate poſtquam ad nos pervenerat reſecata atque reſtricta, mutati penitus ad nos remiſſi fuere.

Ita ut nullus fere remaneret intactus, qui non aliam ſubſtantiam aliumque ſonum præ ſe ferret. Omnes tamen hujusmodi mutationes obmiſimus in quatuor duntaxat articulis hujusmodi conventionum, videlicet 12, 13. 14. & 15. moderationem petentem.

28. In

28. In 12. enim ipſorum articulorum, qui rem ducis Ferrariæ complectebatur, licet omnis ſubſtantia ultra quam tractatum eſſet mutari videretur. Conſenſimus tamen nos effecturos, cum effectu, quod eadem Sanctitas & intra præfixum tempus dum ſibi expedire videretur, ſine cujusque reſiſtentia, ſine armorum apparatu recuperare poſſet poſſeſſionem Rhegii & Ruberiæ tenendam & poſſidendam prout antea tenebat, ita quod non intelligeretur præjudicatum juribus Imperii aut cujuslibet alterius prout eadem S. V. admittebat.

Ferrariæ Ducatus.

Rhegium & Ruberia, civitates Imperiales.

Id ſolùm addidimus quod ad alliciendum ipſum ducem Ferrariæ, remittendo eidem quasque pœnas & jus commiſſ. ac abſolvendo eum à cenſuris forſitan incurſis, quod profecto non niſi ad majorem quietem Italiæ petebamus, non ignorantes ipſum ducem non aliter ſine armis cogi poſſe: ut Rhegium & Ruberiam dimitteret vel S. V. reſtitueret, in quibus & jure feudi Imperialis & ratione prioris ſpolii ſe potius tuendum cenſebat. Unde ad providendos novos belli tumultus & ne remaneret cujusvis incendii ſcintilla, ſed univerſa Italia in eo fœdere ſine quovis ſcrupulo concurreret. Id ita agendum neceſſario cenſentes, prout nunc agit V. San. nos etiam ſub ſpe defenſivi fœderis jam percuſſi, ad ipſius ducis Ferrariæ offenſionem aſtringere voluiſſemus, in qua re novos bellorum tumultus timebamus quos tamen effugere nequivimus, qui dum ab offenſione nos abſtinere curamus defenſioni ſtatus, dignitatis & autoritatis noſtræ intendere cogimur, & inniti trahimur. Qua de re hujusmodi noſtram additionem nequaquam reſpuendam V. S. putabamus: in hoc enim nec V. S. autoritati derogatur. Nec à veri paſtoris officio declinabatur: ſed potius publicæ quieti conſulebatur.

29. In 13. ipſius Fœderis ſeu capitulationis articulo illam ſalis diſtributionem in ſtatu Mediolanenſ. continentem, ex quinque correctionibus per V. S. factis eas omnes admiſimus, eo duntaxat excepto quod ubi V. S. deleri fecerat illa verba ad ejus vitæ decurſum, ſatagens illud jus ſibi & ſucceſſoribus perpetuare. Nos qui duntaxat perſonæ S. Veſtræ ejus vitæ comite gratificari volebamus, non autem ſtatum ipſum Mediolani ſacri Imperii feudum perpetuo eccleſiæ Romanæ aſtringere, & tali onere ſemper gravatum remanere, ſine ſpe libertatis. Nolen. etiam ipſum ſereniſſ. archiducem fratrem noſtrum jure ſibi in ea re conceſſo perpetuo excluſum remanere. Noluimus illam cancellationem approbare, ſed verba illa ad ejus vitæ decurſus; prout in Capitulatione, quam attulit Herrera, firma manere cenſuimus. Ex ultima vero ipſius articuli correctione admiſimus eam partem additionis ibidem per S. V. factam ut eſſet illa conventio absque præjudicio ſedis Apoſt. Ea autem verba quæ his ſubjungebantur, videlicet de Sale ipſo in ducatu Mediolani diſtribuendo, eum viderentur relativa & ſubſequentia ad jura ſedis Apoſtolicæ videremurque fateri jus eſſe Apoſtolicæ Sedi illius diſtributionis, voluimus admittere ne fateremur quod non erat. Sicque in hujus in articuli correctione nulla San. V. fiebat injuria. Sed potius nos & fratrem noſtrum ac ſacrum Rom. Imp. ab injuria eximebamus: & non ſub verborum involucro diſceptationis cauſam relinquere volebamus: ſed clare & aperte dubium omne collebamus.

Salis diſtributio in Ducatu Mediolanenſi.

30. In 14. articulo ipſius capitulationis unde illæ lachrymæ, illæ anguſtiæ prodiere, addiderat S. V. in fine ipſius articuli diſponen. de ſtatu Mediolan. & duce Franci. SForcia hæc verba formalia. *Et quia ipſi Franciſco Maria duci nonnulla imputantur contra Cæſarem, aut à Majeſtate ſibi conceſſam inveſtituram & feudum perpetrata, cupiens eadem Majeſtas quantum in ſe eſt Italiæ fovere quietem, quæ ſervari poſſe non creditur, cum ejusdem ducis à ſtatu & ducatu remotione, ideo conventum eſt quod idem dux in ſtatu ipſo permaneat. Et quatenus opus ſit in eo per Cæſarem de novo confirmetur non obſtantibus quibuscunque per eum contra majeſtatem etiam ſupradictum eſt attentatis, etiam ſi ſaperent crimen læſæ majeſtatis. Cæſar namque ducem ipſum pro innocente habere vult, & ex mera liberalitate ſua ac totius Italiæ intuitu, totum ſibi remittit & indulget ſi etiam pejus quam dicitur aut creditur erraſſet.* Videat quæſumus, Sanctitas V. quam levis exiſtimanda foret hæc immutatio: quam juſta & honeſta petitio, quam optimum eſſet exemplum ad res bene gerendas, ad vaſallos & ſubditos debita fide & obedientia erga dominos continendos: quam egregiam præberet formam augendi & conſervandi Sac. Roman. Imp. à Deo inſtitutum, à Prophetis prædictum, ab Apoſtolis prædicatum, & ab ipſo Chriſto naſcente, vivente & moriente approbatum. Nos tamen qui nil aliud quam pacem, quam quietem reipublicæ Chriſtianæ cupiebamus, quantum fas Sanctitati Veſtris ſatisfacere, nullumque rectum noſtræ intentionis teſtimonium intactum, aut dubitationis ſcrupulum in V. Sanctitat. mente relinquere putabamus: reformavimus dictum decimum quartum capitulum ipſius capitulationis in hæc verba. *Ut autem nihil dubitatis ſeu ſuſpicionis in hoc fœdere relinqueretur, ſed omnis ſcrupulus de medio tollatur. Cum in priore fœdere potius ſub nomine proprio quam appellativo includi videtur illuſtris Franciſcus SForcia dux Mediolani, qui aliquibus tam menſibus gravi vexatus ægritudine, & in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus fuit, etiam de Felonia ac læſæ majeſtatis crimine accuſatus ſeu inculpatus, & ſi hunc aut naturali morte aut civili juſtitia prævia ab ipſo ducatu Mediolani excidere contingeret: haſitari poſſet an fœdus ipſum ad alium in eodem ducatu ex Cæſaris conceſſione vel diſpoſitione ſuccedentem protenderetur: ideo ad ampliorem ipſius fœderis declarationem actum extit. Quod ſive ipſe illuſtris Franciſ. SForcia vitam obierit, & ab hoc ſeculo migraverit, ſive per viam juſtitiæ dicto ducatu fuerit privatus in eum caſum Cæſarea majeſtas pro Italiæ quiete & contemplatione S. D. N. ipſius ducatus Mediolani inveſtituram concedet illuſtri Caroli duci Borbonii & Alverniæ. Itaquod S. D. N. & cæteri fœderati, qui in hoc fœdere voluerint comprehendi, ſunt & cenſeantur aſtricti ad defenſionem ipſius ſtatus Mediolani: etiam ad opus dicti illuſtris ducis Borbonii dum de ipſo ducatu Mediolani fuerit inveſtitus. Quo caſu quantum ad omnia in fœdere contenta, tanquam ſuffectus in locum dicti illuſtris Franciſci SForciæ, fungatur omnib. honorib. & onerib. quib. ipſe vivens & in tali ſtatu permanens fungi debuiſſet.* Hæc eſt immutatio quam in hoc articulo fecimus: quam

Papa contraria Deo, Prophetis, & ipſi Chriſto in Imperium molitus.

quam velnt juſtitiæ & æquitati conſonam approbsndam, & nequaqusm reſpuendsm ceolebamus, mi-
NB.
nimeque in mentem noſtram cadere poterant, Summum paſtorem vices Dei gerentem in tertis adeo pertinaciter inſiſtere debuiſſe. Quod ſi dux Franciſcus tanti criminis reus appareret, impune evaderet: cogeremurque inviti illi indulgere, ac in ſtatu illo conſervare: ſic incentivum msjoris ingratitudinis majorisque delicti illi præſtsndo. Arbitramur V.S. ſat eſſe debere, ſi ducatu illo ad nos & S. Imp. devoluto conſentiebamus S. V. intuitu, ut nec illum retineremus, nec proprio fratri concederemus. Si perſonam quam S. V. antes ad id gratam habuerat nobisque nominsverat, moriente duce Franciſco provideodum non minus gratum eſſe putaremus, ipſo duce Franciſco per juſtitiam privato: ut quod in naturali morte conſenſerat, in illius etiam morte civili recuſaturus non eſſet.

Neapolitani regni inveſtitura.

31. In 15. vero ipſius capitulationis artic. continente prætenſas novitstes, tentatas contra eccleſiaſticam libertatem regno noſtro Neapolitano. Cum V. Sa. fere totum articulum in verbis diſpoſitivis deleviſſet & cancellaſſet, his duntaxat verbis. Primo, diſpoſitione dicti articuli additis & commutatis *Quod circa hujusmodi obſerventur, quæ inveſtitura regni Neapolitani ipſi Cæſari conceſſa continentur.* Nos hanc etiam correctionem & mutationem pro V. S. nutu admiſimus, additis duntaxat in fine articuli verbis ſequentibus, videlicet *his modis & formis quibus per Ferdinandum regem catholic. ejus anteceſſorem obſervata fuere, & juxta ipſius regni privilegia & jura.* Quid enim in hoc immutatum quod reſpuendum videretur? Si anteceſſoris rectos tramites inſequendos putamus, ſi jura & privilegia regni noſtri ſervare ſtudesmus, qualiter aut ex his mutationibus tam juſtis rationibus ſuffultis.

32. Sumst V. Sa. illud perſpicuum (ut ait) judicium à nobis illudi & pro nihilo haberi. Qualiter inferat in his facultatem primo conceſſam Herreræ uberiorem fuiſſe, & quod facta concordis cum Chriſtianiſſimo reſtrictiora & ſejuniora transmiſerimus. Qusliter & quo colore ex his prætendat judicari eandem ſanctitatem poſtremam eſſe; & à nobis contemni, ubi nobis cum aliis amicitia conveniſſet: quicunque recti ſenſus & à paſſione slienus, facile hæc judicsre poterit. Nos. n. ſemper recti integrique propoſiti remanſimus, prius cum V.S. quam cum quovis alio conveniendi. Nos & ante & poſt cum rege Gallo initum ſemper in eodem propoſito permanentes V. Sanctitatem ejusque miniſtros pro hujusmodi ineundo ſollicitavimus pulſavimusque, nec quicquam unquam habuimus in ore quod non haberemus in corde. Nos Herreram ad S. V. pro eo fœdere ineundo miſimus longe antequam cum ipſo rege Gallo concluderemus, cujusque illum aut alium miſiſſemus ni V. S. legatum venientem (ut ajebant) cum ampliſſimo maodato nobiſcum concludendi præſtolandum cenſuiſſemus, ni etiam poſt illius adventum viſo mandato, quod à V. S. habebat, & conſiſi quod illo uti poſſet, diutius cum eo de ipſius fœderis capitulis tractaotes, tempus inaniter conſumptum cognoviſſemus. Ubi capitulatione jam formata & cum eo propter concordata dum de concluſione ageretur nobis inſinuaverit, quod ex quo poſt ejus à V. S. receſſum mutata eſſent negocia intenderet concluſionem differre; donec V. S. conſuluiſſet. Ob quod ſanctius putavimus capitulationem ipſam prout formata fuerat ad V. S. per Herreram transmittere, putantus ibidem rem celerius poſſe concludi, licet ſpe noſtra fruſtrati fuerimus, S. V. ad alios fines tendente, pro ut exitus demonſtravit.

33. Nunc ad literas manu V.S. conſcriptas, de quarum reſponſione conqueritur, deveniendum eſt, ut etiam inde omnem à nobis repellamus culpam. Ea enim per V. San. ejus reſpooſionis culpa nobis in tribus impingitur. Primo quod V. S. ubi clementism ducis Mediolani petebat, nos rigorem juſtitiæ obtulimus, ad quod ſatis diffuſe reſponſum dedimus dum ipſius ducis negotium ante diſcuſſimus, ut ſic repetitione non egeat. Id ſolum hic adjiciendum ceoſemus, non videri in hoc juſtam S. V. querelam. Si juſtitiæ viam amplectendam cenſuimus: Sine qua vera pax eſſe non poteſt. Cum juſtitia & pax ſe invicem deoſculentur, & ut ad clementiam deveniatur prius veritas eſt habenda. Sunt enim

Juſtitia. Pſalm. 84. Clementia. Virgil. 6. Æneid.

(teſte Pſalmiſta) quatuor ſorotes concatenatæ: *Juſtitia & pax oſculata ſunt: Miſericordia & veritas obviarunt ſibi.* Qui igitur miſericordiam expectat, reatum fateatur oportet: Qui pacem vult, juſtitiam amplectatur. Nec ita paſſim utendum eſt clementia, ut delinquendi incentivum præbeatur. Sed potius ad bonum regimen ſpectat *parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.* Non enim indulgendum videtur his qui contumaciter in rebellione perſiſtunt, his qui in arcibus munitis ſe continent, hi juſtitiæ executionem ſatagunt evitare.

34. Secundo redarguitur noſtra reſponſio quod pro culpa quam V. S. in quibusdam eſſe dicebat, V. Sa. quodammodo criminsremur, illos immunes criminis fatendo. Sed abſit tantus error quia nil ipſa reſponſione quam propria manu conſcripſimus legi poterit, quod criminationem ſapere videatur, ſed potius venerationem & obſervantiam Veſtræ S. quam ſemper in verum patrem & paſtorem præcipuum habuimus. At ſi id V. S. criminationem putet quod ea aſſerente: ducem Franciſcum in aliquo forſan errore, alios quosdam in vera (ut ajebat) ribaldaria incurriſſe ex quib. forſan aliquis jam Deo computum reddebat. Nos intelligentes hæc à veſtra Sanct. referri ad criminandum Marchionem Piſchsriæ tunc vita functum, qui (ut præfertur) antea vivens nobis illius factionis practicam detexerat. Reſpondimus, de mortuis modeſte loquendum eſſe ac in dubio potius bene quam male præ-

De mortuis non niſi honeſte.

ſumendum, hominemque mortuum qui per ſe reſpondere non poterat, potius laudandum quam vituperandum ſeu culpandum. Nosque cupere mortuum vivere, ut de ſeipſo rationem redderet. In duce autem non errorem qui in facto proprio cadere non poterat: ſed ſi ea quæ illi erant objecta vera apparerent, crimen potius acerrimum ac exemplari punitione dignum cenſeri. Hæc quippe nullam in V. S. criminationem afferunt, ni forſan S. V. ſeipſam dijudicans fateri vellet (quod non credimus)

Digitized by Google

dimus) ſe ejua ſactionis conſciam autricemque fuiſſe prout Marchio vivena nobis retulerat. Quem forſan ob id de ribaldaria agendum cenſeret, qnod præter fidem datam illius factionis ſecreta dcrexiſſet, qui tamen ex en fidelitatis debito, qno nobia prius aſtringebatur, tacere non poterat, quin ſeipſum ejusdem crimiois reum faceret: ubi propalando tale facinus, veniam præmiumque & laudem jure ira diſponente conſequebatur.

Fideles tenentur proditiones & conjurationes Domino indicare.

35. Tertio redargitur eadem noſtra reſponſio quodque V. S. nobis benigne & large pollicebatur, ea nos tanquam debita & obligata flagitaremns. Sed videamua qualia eſſent ejusdem Sanctitatis pollicita, qualiaque fuerit reſponſio noſtra, ut etiam hanc culpam ruamus: hoc enim V. S. in ſuis literis ſub ſilentio pertranſit, aliis cauſam deterius cogitandam relinquens. Ut igitur horum veriras clare pateat, offerebat nobis V. S. ſi illius votis quo ad ipſum Ducem Franciſcum annueremus, ſe nobis non ſolum decimas & Cruciatas & pileos & quicquid per ſpiritualem & temporalem poteſtatem facultatis haberet præſtaturam, ſed etiam ſanguinem & vitam ad noſtram exultationem & ſatisfactionem exhibituram: Reſpondemus non convenire reipub. Chriſtianæ cruciatam tali conditione perſtringi, ſed potius libere & ſponde offerendam, nec congruum videri ut illa differatur. Poteramns enim jam in noſtria his regnis concedere eo ordine, quo noſtri prædeceſſores illam ſemper à veſtria prædeceſſoribus obtinuerant, pro promontoriis in Africa. Qui ſitus adverſus fidei hoſtes tuendis ac propulſandis, quibus ad eum effectum nusquam fuerat denegata, & minus nobis hojusmodi eccleſiæ theſaurum à V. S. denegandum ſeu differendum cenſebamus: qni ultra res Africanas, prout veſtræ S. inſinuavimus, cupiebamus etiam cum ea pecunia, quæ ex ipſa Cruciata colligeretur, rebus Ungaricis adverſus Turcas ſuccnrrere, prout & religionis & officii noſtri & ſanguinis ratio incitabant. Pollicebamurque eam pecuniam nequaquam in alios uſus implicandam. Quod ſi ex ipſius cruciatæ denegatione ſeu dilatione quid ſiniſtri Chriſtianitati contingeret, hoſtesque fidei quicquam molirentur, cum jam tot bellis conrra nos & ſtatum noſtrum tentaris exhauſti eſſemus, nec ſine ipſa crociata occurrere poſſemus proteſtati fuimus id nequaquam noſtræ culpæ aſcribendum, ſed potius eidem imputandum qui id denegaret quod ſibi non noceret & toti Chriſtianæ reipubl. ſumme prodeſſe poterat. De pileis autem, diximus unum duntaxat à veſtræ felici promotionis exordio à nobis petitum, quem ubi putabamus tam diu differendum, cum eſſet prima gratia à V. S. manu etiam noſtra conſcriptis literis petita ac inſtanter flagitata. Alter vero pileua petitus non fuerat, ſed ultro à V. S. oblatus noſtroque conſenſu acceptatus. Sicque alienum cenſebamus eos nuoe pileos tali conditione perſtringi, quos tamen V. Sanctitatis arbitrio tunc relinquendoa putavimus, Pollicentes nos de cætero pro hia nec pro aliis quibuscumque pileis ullam ſactoros inſtantiam. Reliquaa autem ipſius V. S. oblatiooes non ſolum gratas & acceptas habuimus, pro ipſisque gratias ut decebat retulimus. Sed etiam reciproco quicquid facultatis baberemus, vitam quoque & ſanguinem pro veſtræ S. honore ac incremento libere obtulimus.

Cruciata gratis concedenda.

Papæ imputanda Chriſtianitatis noxa.

Pilei Papales.

36. Hæc ſunt, Pater ſancte, quæ illis literis V. Sanctitatis manu conſcriptis, noſtra etiam manu in effectu reſpondimus, quas in lucem prodire cupimus, ntriusque noſtrum ſcriptis bene perſpectis plane decerni poſſit, an juſta ſit culpa quæ de his nobis aſcribitur, an ne hujusmodi noſtra talem redargutionem & criminationem mererentur.

37. Ad eam autem accuſationem & querelam, quam (nt præfertur) V. Sa. proponit de noſtrorum in Italia agentium iniquitate & contumeliis, ac oblocutionibus. Id teſte Deo, affirmandum cenſemns nil tale à nobis nec noſtro juſſu prodiiſſe, nec ſub generali noſtro mandato comprehendi potuiſſe quicquam quod crimeo ſeu delictum ſaperet. Quod ſi nobis quid tale legitime conſtitiſſet, fuiſſemua de hia ut decet edocti vel etiam adhuc edoceremur, non remanerent hæc impunita taliterque pro juſtitiæ cultu provideremus, ut nulla horum culpa nobis aſcribi poſſet.

38. De re autem Senenſi non recte taxamur, nulla enim juſta culpa nobis impingi poteſt, quæ ad ipſius civitatis qnietem ſtabilienda in ac bene regendam egimus, ſed quicquid vero ad juſto Principi conveoire videretur. Eſt enim civitas illa antiquiſſima illius reſpub. Imperiali ditioni ſubjecta, & ſupra alias omnes Italiæ civitates adeo ab omni ævo Sacro Imp. addicta, illiusque devotioni affecta, ut nil ſupra deſiderari queat, habetque propterea ab ipſo ſacro Imperio noſtriſque prædeceſſoribus ampliſſima privilegia etiam per noa confirmata, qnibus ipſa reſpub. regenda ac gubernanda conceditur. Et cum pluribus jam annia præter ipſorum privilegiorum mentem ejusdem reipubl. regimen & guberninm eſſet à tyrannis uſurpatum qui non amore, ſed timore, non jure ſed potentia ac potius vi illiua ſubditos continebant. Quorum primus Pandolphus Petrutius: Inde eo mortuo Burgeſius ejus filius. Ac eo poſtea autoritate Leonis Pontificis à regimine expulſo, falcem in alienam meſſem mittendo: Sua S. novum tyrannum inſtituiſſet, Cardinalem Petrucium qui eo prætextu quotannis decem aureorum millia eidem Sanctitati perſolvere convenerat. Sic eandem rempub. Senen. unire ſatagendo reipub. Florentinæ ut inde magis Imperii vires in Italia debilitari ſeu verius enervari poſſent. Quem Card. tyrannum, nos etiam quam diu vixit, ut potius Leoni & ipſi V. S. quam nobis & ſacro Imp. ac illi reipub. ſatisfieret, in eodem regimine paſſi ſumua. Eo autem Cardin. mortuo, dum inter noſtros eſſet contentio quid magis illi reipubl. conveniret, an ſub ſolo gubernatore forent regendi, an ſub ordine civiom ex moribua dictæ civitatis erigendo: rem V. S. conſilio & ordinationem remittendam cenſuimus, ut noſtrorum contentionem tolleremus. Quorum pa. una ad unum illius civitatia regimen deſerendum putabat.

Senenſis Respub. Imperialis.

Papa falcem in alienam meſſem mittit, dum Imperialia affectat.

putabat. Altera vero pars civibus & populo id committendum ſatagebat. Electa eſt tandem inter eos media via, ut nec unus ſolus, nec reliqui ſine capite gubernarent : ad idque civis noſtrorum autoritate præfectus extitit. Primo Franciſcus Petrucius Borgheſius patruus, & cum is V. S. minus idoneus ad id munus eſſe videretur V. S. cum Fabio Petrucio Burgheſii fratre affinitate contracta hunc ipſius civitatis regimini præficiendum putavit V. S. Franciſcum Petrucium illius patruum excludere illamque rempub. ad ſuæ voluntatis libitum in manu habere conſenſerunt t ni id noſtri qui nil aliud quam Sanctitati V. in his & aliis omnibus occurrentibus, noſtro juſſu morem gerere ſtudebant. Admiſſus eſt Fabius ipſe Petrucius V. S. intuitu, qui intrans ut agnus & cum omni humilitate receptus : tandem adveniente duce Albaniæ Gallorum duce, illius præſidiis fretus ſe non agnum ſed lupum oſtendit : ipſamque remp. non Imperiali ſed Gallicæ factioni adjicere conatus eſt, eam cogendo ut Gallis & pecuniam & tot menta bellica ad regnum noſtrum invadendum Neapolitanum erogaret : ipſique duci Albaniæ contra nos, & ſtatum noſtrum faverent, & ad illius nutum extorres & ſeditioſos factionis Gallicæ autores in civitatem reducerent. Et cum annuente altiſſimo de noſtrorum victoria certiores effecti Senenſ. ipſi à jugo ſervitutis hujusmodi ſe excutere curarunt, Franciſcus & Fabius & eorum adhærentes, civium, ac populi intentione perſpecta, civitatem cum regimine pro derelictis habent t ſeque ab ipſa civitate abſentarunt. Proceditur contra culpabiles aliqui (ut ajunt) juſtitia prævia plectuntur, aliquî certis limitibus proſcribuntur & confirmantur. Resque eo deducitur, ut civitas & respubl. Senenſ. per ſeipſam in libertatem proclamet, reipubl. quieti juxta ſuorum privilegiorum formam intendat : noſtræque ditioni, ut par erat, ſe totaliter devoveat. His V. S. (ut ajunt) percita, conqueritur ſuos turbari, maleque tractari, remedium à nobis expoſcens. Nos qui nil aliud cupiebamus quam V. S. in his & longe majoribus ſatisfacere, noſtrorumque in Italis agentium opiniones pro debito juſtitiæ concordare, commiſimus commendatori Herreræ, quem ad S. V. (ut promittitur) mittebamus, ut is per dictam civitatem Senenſem transeundo in acceſſu aut reditu ſe informaret de ipſius civitatis gubernio & regimine, tam antiquo quam moderno, tam cum ipſis civibus in civitate manentibus quam cum extorribus ante expulſis. Quid magis civitati & reipub. convenire videretur, an uni ſoli regimen conſerendum eſſet, an pluribus civibus ex decurionum decreto hujusmodi regimen eſſet concedendum, & hujusmodi informationibus ſecreto ſumptis, ut ſub debito ſigillo ſecreti ad nos transmiſſi oportune provideremus. Interea tamen extorres ad ſuorum bonorum poſſeſſionem & fructus, prout prius tenebant, reſtituendos cenſuimus. Adimplevit Herrera quod ei commiſſum fuerat, ſumpſit informationes ab utrisque tam civibus quam extorribus : providit extorribus ſuper ſuorum fructuum perceptione, juribus reipub. ſalvis. Miſit ad nos informationis omnes clauſulas ſigillatas. Comperimus melius reipub. convenire præſens civium gubernium, quam vim tyrannide utentis. Duximus igitur nil immutandum donec aliter rebus omnibus perſpectis ordinandum cenſeremus. Interim in lucem prodeunt aliquorum factiones, qui pecunia corrupti & civitatem prodere, & extorres & factioſos in eam inducere, & ipſam rempub. ſubvertere conabantur : jam per ſubterraneus cuniculos perque alia media hoſtibus & rebellibus ad civitatem ingreſſum præparantes : inter quas tres aptiſſimæ conſpirationes, & (ut ajunt) proditiones detectæ ſunt. Compertis in factioſorum domibus, montibus, foveis, ſcalis, armis, munitionibus, & omnibus aliis ad id facimus perpetrandum diſpoſitis, deprehenduntur ut audivimus hi ſacinoroſi, in flagranti crimine capiuntur, fatentur delictum, detegunt factionis practicas, damnantur juſtitia prævia : debito plectuntur ſupplicio. Si V. S. inter ſuos amicos & benevolos annumerandos cenſuerit, ſi pro his quæ in eos geſta ſunt querelas prætendat, Si ex his ſibi contumelias & opprobria impingi putat, Si cum his omnem nobilitatem exterminatam cenſuerit : quæ potius in ipſa virtute conſiſtit, animadvertat V. S. ne gravius pondus humeris ſuis imponat : neve hujusmodi factionum ſe conſciam tacite fateatur : quod nequaquam illius dignitati & officio convenire videretur. Cum potiſſimum autori, cujus nutu cuncta reguntur, ipſa respub. Senenſ. ſuæ juſtæ cauſæ apertum præſtiterit teſtimonium à tot invaſorum congreſſibus, ſe ſuis ſolum viribus liberando.

Papali aſſicio factiones & proditiones non conveniunt.

39. Ad illam autem querelam quam V. Sa. profert, quod contra promiſſione & fidem datam, tot mala per noſtros in ſanctæ Ro. eccleſiæ terris & locis (ut ait) parata fuerunt, etſi noſtrorum militum inſolentias resque injuſte geſtas, ſi quæ ſunt, nequaquam approbare, nec excuſare volumus, quin potius ubi fas erit, debita caſtigatione compeſcere ; Non poſſumus tamen non mirari quod S. V. ſe promiſſis & fide data juvare velit, quibus antea contradicit, & quæ etiam per nos ratificata V. S. reſpuit ac rejicit : noſtram ratificationem impugnans, ſuamque (ut prædiximus) denegans, indeque ad fœdus omnino contrarium tranſitum facens. In quem caſum non tantum exacerbandum videretur, ſi noſtri duces & milites qui ſua virtute & viribus Parmam & Placentiam eccleſiæ reddidere ac ab hoſtium faucibus evulſere, totiensque tutati ſunt, ut illis victum quærerent, ac de his prout de reliquis ab hoſtibus recuperatis diſponendum cenſerent, potiſſimum cum ita hæ civitates eſſent eccleſiæ ex fœdere Leonis conſignatæ, tenendæ duntaxat eo jure quo ant per ipſum Leonem tentæ fuerunt. Quod jus tamen nullum erat, quandoquidem ad ſeudum pertinerent Imperii, eſſentque per ducatus Mediolani & de illis nullum eccleſia Romana titulum validum nec ab imperio, nec ab eo qui dare poſſet, obtinuerit.

Parma & Placentia ſeudales Imperii.

40. Quæ autem de legato & Nuncio objiciuntur, quantum illa à veritate diſtent, etiam ex legati & nuncii aſſertione patebit. Quam primum enim Legatus in Curiam noſtram pervenit, cum jam Nuncius ſe mandatum habere profiteretur, ut in pace cum Gallo incunda & tractanda miniſtris id

flagit

flagitantibus & ſollicitantibus, impeditus fuerit ipſius Viceregis in Italiam tranſitus. Quinetiam, ut fertur, Si Dom. Hugo illo tempore intra limites ipſius regni Franciæ repertus eſſet, illum pariter detineri curabant: ut ad V. S. pervenire nequiret. Sicque magis colorari poſſet animi V. Sanctitatis nobis alienatio, & apertius incuſari poſſet ipſius Dom. Hugonis tardatio, quam etiam V. Sanctitas ſine juſte ratione accuſare nititur: ubi biduo duntaxat in Curia Regis Gallorum apud Viceregem ſe continuit, ad quem miſſus erat, ad eum duntaxat finem, ut cum Vicerege (ſi fas eſſet) ed iter illud Italicum cum dicto dom. Hugone peragendum excitaret. Quod ſi illum ad id diſpoſitum ſeu præparatum non teperirer, reciperat ab ipſo Vicerege ulteriorem inſtructionem de his, quæ in regno Neepolitano, poſt expeditum cum Veſt. Sanctitate negotium, eſſent: & inde ipſe Dom. Hugo Vicerege dimiſſo, ſolus ad exequende commiſſa in Italiam tranſiret: ut ſic non recta videatur illatio, quod ibidem ſe continuerit, ut rarum ſpecularetur eventum. Minusque incuſanda videtur ipſius Dom. Hugonis mora in Mediolano facta, quæ quintum diem non exceſſit. Cujus etiam mora potius coecta cenſetur quam voluntaria. Cum in illius apud Mediolanum primo congreſſu apparaverint ipſius ducis Sueſſæ vices noſtras in urbe agentis literæ, quibus nunciabatur fœdus ante per veſtram S. cum cæteris eſſe concluſum, eamque non potuiſſe induci, ut ipſius Dom. Hugonis adventum per aliquot dies expectaret. Quinimo reſolute reſpondiſſe: quod nec per diem nec per horam ipſius fœderis concluſionem differret: nunciabat etiam arma jam parata. Exercitum ad iter diſpoſitum, ut noſtros adorirentur. Erat quoque rumor publicus & fama, quod clauſi eſſent paſſus, & aditus ad urbem, quod noſtri curſores ſive euntes ſive venientes ubique detinebantur: literæque omnes intercipiebantur: nullusque erat tutus acceſſus ad veſtram S. his rationibus coactus fuit Dom. Hugo ibidem ſuperſedere, ac iter ſuum per eos differre, donec à V. Sanctitatis ducibua & miniſtris ſalvum conductum impetraſſet, proot fecit. Qui ſic interim cum duce Franciſco tractare viſus eſt, ut ſi poſſet illum induceret noſtris, ut tenetur, obediret mendatis: utque omni rebellione ceſſante ſe noſtræ juſtitiæ & gratiæ, ut par erat, ſubjiceret. Nosque & duces noſtros de arce in qua continebatur, ſecuros faceret, ne inde rebus noſtris ac exercitui noſtro damnum aliquod emergeret, ſeu incommodum afferri poſſet: Non eſt igitur cur de his V. S. conqueri debeat cui nulla ob id fiebat injuria. Quinimo ipſo duce nobiſcum, vel cum dicto Dom. Hugone noſtro nomine tranſigente, felicior reddebatur noſtra cum veſtra S. conventio, tollebaturque principalior difficultas illius novi fœderis, quod inter nos tractabatur: & quod cum V. Sanctitate inire putabamus, ni forſan veſtra Sanct. ſuis cogitationibus atque conatibus obviam ire putaret, Si Franciſcus SForcia ſine S. V. autoritate in gratiam reciperatur, illumque ſibi obnoxium non haberet.

41. Quod autem aſſeritur noſtros interim Parmem occulta proditione eripere tentaſſe: id etiam nobis penitus ignotum, ſed nos arbitramur duces noſtros rem tam arduam nobis inconſultis non euſos fuiſſe tentare, credimus potius eb aliquo maligno ſpiritu ad diſcordiam ſeminandam adinventum atque confectum. Quandoquidem ubi nos Parmam ſimulque Placentiam recuperare, ſeudumque Imperii, prout fuerar antea, reunire & reintegrare voluiſſemus, id non occulta proditione, ſed palam & juſte per juris tramites exequendum fuiſſet: licet nos ita à cupiditate ſemper alieni fuerimus, ut potius noſtra, & Imperii jura negligere, quam publicam quietem turbare maluerimus, & potiſſimum illam ſanctam Apoſtolicam ſedam & catholicam eccleſiam, cui ſemper (ut par erat) deſerre conati ſumus. Sicque noſtros à prætenſa proditione omnino immunes eſſe cenſemus. Cum potiſſime nihil aliud quam de eorum offenſione cogitate viderentur, adverſus invaſionem contra eos præparatam, prout res exitus demonſtravit.

42. Unde ex his omnibus criminationibus & querelis in nos adductis, recto ſemper his judicio ſumpto reſultare non poſſent tales injuriæ ſeu cauſæ, quibus veſtra S. invita & gemens (ut ait) de nobis deſperare aut diffidere debuera: nec ob id (ut aſſeruit) ſuam amicitiam & benevolentiam è nobis repudiatam cenſere, quam potius ſemper in ſummo precio habuimus. Nec propterea neceſſe fuerat V. Sanctitati ſe tot magnis (ut ait) regibus adjungere, nec hos in odium noſtrum convertere. Qui non his minorem in Chriſtianam rem & ſedem Apoſt. animum ſemper habuimus. Et quippe ſi veſtra S. ab his fœderibus & colligationibus contra nos & ſtatum noſtrum ac dignitatem tentatis abſtinuiſſet, non propterea, ut inquit, paſtoris ſeu communis patris laudem amiſiſſet: ſed potius magis atque magis confirmaſſet & auxiſſet. Sicque merito cum Pſalmiſta dicere poſſumus: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania, Aſtiterunt reges terræ & principes convenerunt in unum, adverſus*, non inquam dominum & Chriſtum, ſed adverſus *miniſtrum* à domino divinitus inſtitutum ab ipſomet Chriſto, à quo omnis pendet autoritas & poteſtas: qui propterea diſrumpet vincula, & linguam eorum, & projiciet è nobis jugum ipſorum, prout in ſuam divinam benignitatem & clementiam recta noſtra intentione, & conſcientia freti, plene confidimus.

Papa & ejus gentes contra Imperatorem. Pſalm. 2. Papale & gentium jugum projiciet Deus ab Imperio.

43. Subjungit V. Sanct. cum eſſet res geſta & fides invicem data, eademque ſanctitas fœdere aſtricta cum illis regibus, acceſſit tum demum itineribus lente & tarde confectis dictus Dom. Hugo, eidem Sanctitati conjunctionem & conditiones eas afferens, quas cum veſtra S. tam ſæpe tamque vehementer petiiſſet: totiens (ut ait) repulſa & repudiata fuerit. Quarum tunc excipiendarum occaſio, & tempus præterierunt. Duo hæc, pater S. conſideranda intuendaque videntur: quæ profecto non nos tantum, ſed omnes recte ſentientes in ſummam admirationem deberr inducere, & pro quibus nos in ſanctitatem V. juſtiores querelas poſſumus retorquere. Alterum quod Veſt. Sanct. ſciens dominum Hugonem præſto venturum & jam diu ad iter accinctum cum amplo mandato, & grata

ceſolutiune noluerit per aliquot dierum ſpacium, noſtris id ſumme flagitantibus, ac cum omni inſtantia requirentibus, illius adventum præſtolari. Sed ſolum Illius tarditatem incuſando non habito reſpectu, quod is etiam curſoris more per equos ad id diſpoſitos (quantum illius ætas ac perſonæ qualitas ferre poterat) dia noctuque iter ſuum feſtinabat: V. Sanct. adeo voluntarie proruperit in hujus damnoſi ac ſcandaloſi fœderis participationem. Alterum vero, quod eodem Domino Hugone ad veſt. S. provenio & (ut V. Sanct. profitetur) optatas eidem conditiones noſtro nomine offerente, priusquam aliqua armorum executio tentaretur: eadem Sanct. ita rejicienda cenſuerit, ut earum accipiendarum occaſionem, tempus prateriiſſe aſſereret: non advertens quantum difformiter nobiſcum egiſſet, fœdus, quod antea cum noſtris oratoribus inierat, jam hinc inde publicatum, & per nos ratificatum ac approbatum, reſpuendo, ſineque ulla ratione juſta ejus literas ratificatorias noſtris reciprocas concedere denegando.

Papæ damnanda inæqualitatis deformitas.

Nunc econtrario fœdus aliud illi repugnans, ſub defenſionis nomine penitus offenſum ſub colore univerſalis pacis diſponendo: pacem jam ubique contractam diſrumpens atque perturbans: & loco pacis bellum ac arma commovens. Adeo inviolabiliter ſuſtinere conatur V. Sanct. ut etiam optatas (ut ait) conditiones, armorum cauſam ſubmoventes, reciproce recuſaverit. Digne damnata quidem hæc deformitas in ipſo paſtore & communi patre: qui omnibus æqualis eſſe debuiſſet. Eſto enim quod in nobis noſtriſque miniſtris aliqua mora argui potuiſſet, prout revera non poterat, non tamen ipſius moræ purgatio jure tanti momenti erat deneganda: ubi potiſſime nullum erat ad id tempus præfixum, nec dies qui interpellaret per horas nullaque pœna ad id adjecta, quæ moræ excluderet expurgationem, nec etiam aderat contrahentium intereſſe, ubi armorum motibus nondum executis radia procedebatur, ubi publica quies facilius parabatur. Hæc enim, Pater beatiſſ. non ad propulſandum (ut ait) Italiæ ſervitutis periculum, Chriſtianitatiſque perturbationem: ſed potius ad effectus penitus contrarios diſpoſita videntur. Non pro ſede apo. armis exercitu munienda. Quæ illis non indiget, ubi nullus adeſt offenſor: ſed potius pro ipſius Apoſtol. ſedis munitionibus profundendis, eccleſiarumque theſauro exhauriendo & effundendo, contra ipſummet Chriſtum, ad Chriſtianæ reip. detrimentum inventa ſunt non ad juſtitiæ & pacis viam (ut inquit) inter omnes æquis conditionibus parandam: ſed potius ad omnem juſtitiam perturbandam pacemque jam paratam inſtingendam ac quaſi deſperandam: non etiam videntur hæc conſilia ſeu geſta, quibus Sanct. V. nec coram Deo nec coram hominibus rectam juſtificationem recipere debeat. Sed potius ſi fas eſt dicere, ſcandalum, eccleſiaſticique ſtatus gravem perturbationem peperiſſe videntur.

Papæ facinora contra Chriſtum & Chriſtianam Rempub.

Imperator ſolus & unicus Eccleſiæ defenſor & conſervator.

44. At ſi hæc Sanct. V. recto ſui intellectus oculo, diligentique circumſpectione perluſtraverit, comperiet profecto nullum eſſe regem aut principem nobis recto ordine anteferendum, nullum cui Apoſtolica ſedes magis debeat, quemve magis tueri fovereque deberet. Nullum à quo magis filialis obſervantiæ ac devotionis ipſa Apoſt. ſedes receperit aut recipere poſſit. Nullum qui magis Roman. Eccleſiam Apoſtolicamque ſedem ſtabilire, conſervare, ac augere cupiat. Nullum ex cujus regnis ac Dominiis magis honoris, commodi ac pecuniæ, ad Apoſt. ſedem Romanamque curiam affluat. Si eam ad rem recte advertat V. Sanctitas, comperiet quod ex Imperio regniſque ac Dominiis noſtris Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Germaniæ, Galliæ, Belgicæ, ac ſuperioris Burgundiæ, pluſquam ex cæterorum omnium regnis, ac Dominiis ſimul junctis, lucri & commodi ſedi Apoſtolicæ ac Rom. curiæ accedit. Non enim patiuntur Reges alii ita paſſim & laute Eccleſiarum ſpolia & annatas ex eorum regnis ad Rom. curiam deferri: qualia autem ſint ea lucra, ex centum illis Gravaminibus Nationis Germanicæ colligi poterit: quibus tamen ex ea devotione & obſervantia, qua ſemper V. Sanctitati ac Apoſt. ſedi affecti fuimus: nuſquam aures præſtare curavimus, nec his animum adjicere. Quod ſi juſta aliqua ratione vel cauſa Apoſtolica ſedes his lucris careret, non eſſent claves auteæ, quæ bellorum Archivia pro libito aperire, & claudere ſolent, nec V. Sanctitas ex regnorum noſtrorum pecuniis, atque redditibus exercitum in nos concitaret, nec temporalia arma moveret, quibus potius juſtum videretur, ad noſtram defenſionem uti.

Annatæ Regnorum inhibitæ. Gravamina 100. Nationis Germanicæ.

Annatis & decimis pro alendo exercitu utendum.

45. Quod V. Sanct. teſtatur ſe nunc etiam eo animo eſſe, ſi ad æquitatem & humanitatem nos referre voluerimus, illius arma non ſolum nobis non adverſa, verum etiam ad res vere glorioſas perpetuo futura: Sin autem in occupanda Italia quotidie magis, & aliis paribus Chriſtianitatis perturbandis, nos non tam naturæ quam cupiditati & conſiliis noſtrorum obſequium perſeveraverimus, V. Sanct. neque juſtitiæ neque libertati Italicæ (qua illius ſedis tutela continetur) non defuturam, ſed juſta & ſancta arma moturam: non tam ad offenſionem quam ad defenſionem. Sancta quippe eſt hæc proteſtatio ſi verbis facta reſpondeant. Habet enim V. Sanctitas ex illis juſtificationibus, quas ſuperius adverſa ea, quæ in nos objecta fuerant, retulimus: noſtram & æquitatem & humanitatem, ſimulque admixtam juſtitiam, ut ſi talis ejuſdem ſanctitatis ſit animus, primam ipſius proteſtationis partem ad effectum deducere valeat. Quod ſi fecerit, & à nobis gratias, & à Deo præmium reportabit. Habet etiam ex ejuſdem juſtificationibus late oſtenſum: nos ab occupatione Italiæ, & Chriſtianitatis turbatione, ab omniſque cupiditate alienum eſſe, nilque unquam injuſtum, nil Italicæ libertati contrarium, nil quod Apoſtolicæ ſedi tutela non conveniret per nos tentatum: imo nec cogitatum fuiſſe. Sicque merito ceſſabit ſecunda ipſius proteſtationis pars, ut nec arma juſte in nos moveri poſſint, nec offenſione nec defenſione opus eſſe videatur. Nos enim ut omnis à nobis abſit ſuſpicio, ſi V. Sanctitas ejuſque fœderati pro illorum parte arma deponere conſentiant,

erimus

erimus pariter ad ipſorum armorum depoſitionem promptiſſimi. Veram quippe hanc & rectam viam cenſen. & V. Sanct. in his per viſcera miſericordiæ obſecrat , & per ipſam ſpem , quam de nobis (ut inquit) concepit obviam eat immoderatis cupiditatibus , & magis publ. Chriſtianitatis bono condunet, quam nos & ad id attrahendos putet : ſed rectis V. S. clavibus oleo charitatis delinitis ſed abuntur , & ea cura , quam Veſt. Sanct nobis dicit eſſe communem , cum ambo à Deo (ut recte inquit) in hanc ſollicitudinem pro commiſſis nobis honoribus ſumus vocati , ſic agendo facillime expediri quo pariter officio & debito , non minus quam V. Sanctitati non etiam neque defuimus , neque defuturi ſumus , quinimo totis viribus atque conatibus anhelamus : ut hæc duo magna luminaria à Deo inſtituta , ita ſibi adinvicem debito ordine correſpondeant , & ſubminiſtrent : ut orbis univerſam rectam illuſtrationem recipiat , nec per ipſorum luminarium objectum Eclipſim in Chriſtiana religione & doctrina cauſari, & generari, ſeu diutius ſuſtineri valeat , in maximum Chriſtianæ Reip. detrimentum.

46. Ad quod V. Sanctit. in ſuarum literarum calce ſubjungit, ſub conditione tamen, quaſi rem dubiam ſeu incertam proponens, dum inquit : Quod ſi , quæ de noſtra in pacem generalem voluntate paſſim ferebantur , veras prudentiæ & pietatis radices habebant , habemus occaſionem declarandi quæ ſentiebamus : omnia vere nos ex animo ſenſiſſe : atque operibus verba comprobando ſingularem optimi Principis laudem nobis acquirere , qui ſi Sanct. Veſtræ amorem noſtrum cupiens , in liberanda Italia, quam ſuis fœderatis in eorum juſtis petitionibus ſatisfacere inſtituerimus : erit id noſtræ famæ & ſapientiæ melius multo accommodatum, & paci univerſali ſecuritatique tam rerum noſtrarum, quam totius Chriſtianitatis magis conſentaneum. Putamus , Pater beatiſſime , ſatis dilucide & aperte oſtenſum eſſe, qualis fuerit noſtra in pacem generalem voluntas : ut nec ulla in conditione ponenda nec de ea dubitandum videremur: qui nullo unquam figmento , nullave ſimulatione uſi ſumus , nil unquam in ore habuimus quod in mente ac voluntate non ſederet, omnia vere ex animo ſentientes quæ loquebamur operibus verba comprobaturi , ſi his quos res tangebat , & ſine quibus pax generalis obtineri non poterat, juſte noſtræ inclinationi (ut decebat) correſpondiſſent. Sed cum ea ſit univerſalis pacis natura atque ſubſtantia , ut in ea omnium conſenſus univerſaliter exigatur : omnium voluntas neceſſarie debeat concurrere : & econverſo ab uno ſolo ex contendentibus , quicunque fuerit dependeat , & in ſolius poteſtate ac voluntate conſiſtat. Ipſam univerſalem pacem impedire & etiam ſi facta foret turbare bellumque movere, & partem alteram etiam invitam , ad ipſum bellum trahere non poterit, ob id aliis renitentibus, noſtraque optima voluntas operibus comprobari. Qui propterea (tanquam omni culpa carentes) non putamus illam optimi principis laudem à nobis auferendam , ſeu cujuſpiam maledicentia ſubtrahendam.

47. Si igitur V. Sanct. prout flagitare videtur, conſulere intendat pub. quieti , juſtæque Italiæ libertati deponat arma, reponatque gladium Petri in vaginam, idque efficiat , ut etiam ſui fœderati arma deponant , quod & nos (ut prædiximus) eodem contextu facturi ſumus : *ut* ſic juxta canticum Zacha. *ſine timore ab inimicis noſtris liberati ſerviamus illi.* Hoc enim jacto fundamento , poterit facilius Sa. Veſt. eam ſuperficiem pacis univerſalis ædificare , & laborare (ut inquit Pſalmiſta) *In conveniendo populos in unum , & reges ut ſerviant domino.* Et cum ea quæ Dei ſunt cunctis rebus ſint anteponenda , & inde publica privatis juſta ratione præferantur , ne privatorum paſſio perturbet ea , quæ Dei ſunt & quæ ad public. ſalutem pertinent , conſentaneum videtur : ut prius ab hoſtibus fidei , à Chriſtianorum cervicibus propulſandis, & ſi fas ſit ad ovile Chriſti adducendis : deque Lutheranorum, aliorumque hæreticorum ſectis & erroribus comprimendis , corrigendis atque ſedandis , & licuerit ad eccleſiæ gremium reducendis de illis quoque omnibus , quæ Rom. Eccleſ. totiusque Chriſtianæ reipub. ſtatum, ſalutem, conſervationem, & incrementum concernere poſſunt , tractetur, & conveniatur.

Papa Petri gladium reponat.
Luc. 1.
Pſalm. 101.
De Turcis & Lutheranis.

48. Demum de juſtis (ut ait Sanct. Veſtra) à ratione & æquitate non alienis, privatorum ſeu fœderatorum querelis , & petitionibus merito ut tranſigatur conveniri poterit. In quibus tam publicis quam privatis, ſi V. Sanct. recto ordine intendere , ac ad ea animum adjicere velit : veri patris ac paſtoris officium aſſumendo, comperiet nos velut devotiſſimum ac obſervantiſſimum filium, illi obtemperantem & obſequentem. Ita in omnibus juri , rationi , ac æquitati ſubnixum : ut nil injuſtum indebitumve petituri ſeu deſideraturi ſimus : quin potius juſtis aliorum petitionibus ſatisfacturi : ac ſi expedierit , de proprio daturi & dimiſſuri , pro ipſius Chriſtianæ reipublic. commodo , proque Chriſtianæ religionis augmento. Pro quo etiam imperium , regna , dominia , & quicquid nobis Deus & natura conceſſit , ac denique vitam ipſam expoſituri ſumus. Rurſus pollicentes nos hæc verba noſtra (Si Veſtra Sanct. rem paterno amore complectatur) factis & operibus comprobaturos nihilque omnino pro parte noſtra obmiſſuros , quod ad rem ipſam recte diſponendam ac peragendam facere videatur. Quod ſi ſecus quam putamus evenerit Veſtra Sanct. noſtras juſtas rationes & requiſitiones obaudiat, Proteſtamur coram Deo & hominibus , quod ſi quid inde ſiniſtri Chriſtianæ religioni evenerit , id nequaquam noſtræ culpæ aſcribi poſſit : à qua omnino nos immunes ſervare curabimus , nil tamen prætermiſſuri de his , quæ ad noſtram neceſſariam defenſionem videbuntur pertinere , quam totis viribus atque conatibus proſequi cogimur , omnibus illis viis ac mediis , quibus & divino & humano jure nos , & noſtra tueri licebit : & quibus honor & dignitas nobis ſalvi & illæſi permaneant : & integre conſerventur. Obſecramus igitur Veſtram Sanctitatem ea reciproca obſecratione , qua erga nos utitur per viſcera videlicet miſericordiæ Dei noſtri , & per eam ſpem quam de V. Sanct. ad Chriſtiani nominis ſalutem conceperamus. Obſecramus etiam per claves illas, quas

Papæ imputandum, quo minus Imperator Rem Chriſtianam promovere poſſit.
Claves Petri decenter uſurpandæ.

quas Dominus noſter Jeſus, ad parandam Chriſticolis viam in regnum cœlorum Petro commiſit, quarum etiam adminiſtrationem Veſt. S. ut ejusdem Petri ſucceſſor aſſumpſit, illis ut decet utendo: Dignetur hæc Chriſtianitatis incommoda & pericula ſua moderatione ſedare: ipſamque univerſalem pacem dirigere, ac perpetuo fundamento ſtabilire. Habet nunc V. Sanct. veram & apertam actorum & conſiliorum noſtrorum rationem. Habet ultimas excuſationes ac juſtificationes noſtras adverſus crimina & opprobria, quæ nobis injuſte quidem objiciebantur. Habet noſtram ſanam, rectamque intentionem, ac voluntatem ad bonum publicum & pacem generalem, quietemque univerſalem. Habet filialem noſtram devotionem & obſervantiam. Si V. Sanct. paterno amore nos ut filium complectendum cenſuerit, ſi ipſas excuſationes ac juſtificationes noſtras, tanquam veras & legitimas, ratasque & gratas habeat: hisque ſe contentam reddat, ac ſi de culpis nobis objectis ſatisfactum putet, nosque his culpis carere profiteatur, & ſua pronunciatione declaret. Id demum ſupplicantes ut V. S. non putet, cogitet ſeu recordetur injuriam ſeu offenſam nobis fuiſſe illatam, nec arbitretur nos præteritorum memoriam habiturum. Sed V. S. eorum omnium obliviſcatur, ut ſic recedant vetera novaque ſint omnia: cum & nos idem facturi ſimus, ſi V. Sanct. id prout ſupplicavimus admiſerit.

Si Papa non pater ſed pars, non paſtor ſed invaſor, &c.

49. Verum ſi S. V. nos ab his culpis & objectis immunes non cenſuerit: noſtrasque excuſationes & juſtificationes pro veris & ultimis non habuerit: ſi arma contra nos continuerit & illorum depoſitioni non conſenſerit: ſi univerſalem pacem amplecti nolit, cum tunc non partis ſed partis, non paſtoris ſed invaſoris officium aſſumeret: ſi æque rectus eorum judex non cenſeretur: nullo alio tunc ſuperſtite ſuperiore, cui nos & noſtra objicere debemus, eaque omnia quæ nobis objiciuntur aut in poſterum objici poſſent, vel tentari: ſive perſonam, ſive Imperium, regnaque & dominia concernant: ſimul & ea omnia quæ nobis ex adverſo, pro noſtra juſtificatione & innocentia, ad Chriſtianæ Reipubl. quietem prætendimus, & prætendere poſſumus, ad ſacri generalis Concilii totius Chriſtianitatis cognitionem, & judicium remittenda cenſuimus. Illique nos & omnia quæ cum Sanctitate V. habere poſſumus, aut deinceps habituri ſumus, omnino ſubjicimus. Supplicamus præterea eidem veſtræ Sanctitati illamque in domino hortamur: quatenus pro ſuo paſtorali officio proque cura & ſollicitudine gregis ſibi commiſſi dignetur ipſum ſacrum generale Concilium indicere, & convocare in loco tuto & congruo, cum debita termini præfixione. Nos enim cum ex his & aliis ſatis notoriis cauſſis turbari videremus univerſum eccleſiæ & Chriſtianæ religionis ſtatum, ut nobis ac ipſius reipub. ſaluti conſulatur, pro his omnibus ad ipſum ſacrum univerſale Concilium, cujus etiam officium per viam querelæ his de cauſis implorandum cenſemus: petentes, cum ea qua decet inſtantia, Apoſtolos & literas dimiſſorias ſemel, bis, ter, & pluries nobis concedi, & de horum petitione teſtimoniales literas fieri, ac expediri in ea, qua decet forma, quibus ſuis loco & tempore uti valeamus. Et cum ad hæc ſolenniter per agenda ejusdem ſolennitatis præſentia minime habere queamus, ut inde forſan futuris gravaminibus occuramus: has noſtras ejus Nuncio Apoſtolico penes nos agenti & legationis munere nomine Veſt. Sanctit. fungenti, per actum publicum, coram notario & teſtibus exhibendas, intimandasque cenſuimus. Datum in Civitate noſtra Granatæ, dia decimoſeptimo menſis Septembris, Anno M. D. XXVI. Regnorum noſtrorum, Romani VIII. Aliorum vero omnium XI.

Appellatio à Papa ad Concilium.

KAROLUS divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, &c.

EL REY.

Alphonſus Valdeſius.

CARO-

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 1526.

RESCRIPTUM

AD

CLEMENTEM PAPAM VII.

BEatiſſime Pater, Domine Reverendiſſime; Non mediocri cordis dolore ad literas Sanctitatis veſtræ, quas viceſima tertia Junii ad nos dedit, reſcripſeramus, quum noviſſime ejuſdem Sanctitatis veſtræ Nuncius alias literas poſtridie à priorum data ſcriptas nobis exhibuit: in quibus licet adhuc videamus Sanctitatem veſtram aliam certe opinionem de noſtra erga univerſam Rempublicam Chriſtiansm, & ſacro ſanctam iſtam Sedem animo atque voluntate retinere, quam actiones ipſæ noſtræ promerentur, non potuimus tamen non lætari, perſpicientes in eiſdem literis Sanctitatem veſtram propenſiori æquiorique animo pacem optare, blandiuſque quam antea nobiſcum agere. Atque utinam ita in poteſtate noſtra eſſet, labantis Chriſtianæ Reipub. rebus conſulere, & pacem univerlalem denuo componere, prout in aliorum manu bellum movere, & pacatam Chriſtianam Rempub. turbare extitit: videret profecto Sanctitas veſtra ac cæteri ejus Fœderati, quam ſit animus noſter ab eorum opinione alienus, licet (ut verum fateamur) nequaquam nobia perſuadere poſſumus Sanctitatem veſtram (quæ actiones noſtras novit) hæc ex animo & vere dicere, ſed potius terroribus quorundam, quibus Chriſtiana tranquillitas minus expedit, perterrefacta ad hæc impulſa videtur. Speramus tamen Deum Opt. Max. cujus gratuita benignitate juſta noſtra cauſa hactenus approbata eſt, Sanctitatis veſtræ animum mutaturum, ejuſque electi populi ſaluti potius quam privatis quorundam affectibus atque dolis conſulturum: & Nos, qui & meritis & viribus noſtris quodammodo ſemper diviſi, in ſolius Dei præſidio ſpem noſtram collocavimus, ejuſque Clementiæ victorias nobis ab eo conceſſas acceptas tulimus, noſtraque ita protecturum, ut evidentiori etiam teſtimonio animus noſter cunctis pateſiat, noſque commodius & liberius ipſius nomen & gloriam, qua nihil nobis charius unquam fuit, promovere valeamus.

Papa terrore quorundam contra Chriſtianitatem agit.

Imperator in ſolius Dei præſidio ſpem habet.

2. Sanctitatem igitur veſtram quanto poſſumus affectu rogamus, ac per effuſum Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri ſanguinem obteſtamur, ut Chriſtiani populi calamitatibus proſpiciat, nec tot cædes, tot vulneta, totque horrenda mala in Chriſti corpus, cujus Sanctitatem veſtram caput eſſe profitemur, inferri patiatur. Nos enim, Beatiſſime Pater, quandoquidem Sanctitas veſtra de noſtro erga Deum animo (quid enim erga Rem. Chriſtianam dicemus, quum quicquid vel boni vel mali ejus populo fit, ipſemet vel ingratum vel acceptum ferat?) dubitare videtur, ipſummet Deum immortalem teſtamur, pro virili ſemper conaturos eſſe, ut & Sanctitas veſtra, cæterique Chriſtiani nominis Principes intelligant, nihil æque nobis cordi eſſe, quam Dei gloriam, ejuſque populi ſalutem, pacem, & tranquillitatem ferventiori ſtudio indies ſtabilire.

3. De peculiari vero noſtra erga Sanctitatem veſtram voluntatem ingenue fatebimur, nos nihil unquam prætermiſiſſe, quod ad obedientis filii officium pertinere poſſit. Quæ omnia Sanctitas veſtra facile experiri poterit, ſi non privatis, ſed publicis rebus conſulere, noſtrumque animum (qui à Sanctitatis veſtræ obſervantia, dum eam Chriſti vices gerere recolimus, minime abeſſe poteſt) tanquam communis pater amplecti, Chriſtianiſque rebus in deterius prolabentibus, prout latius in aliis literis noſtris ad Sanctitatem veſtram ſcripſimus, pio ſtudio adeſſe voluerit. Quod ut faciat, Sanctitatem veſtram etiam atque etiam rogamus, illique veram à Deo Opt. Max. fœlicitatem ex animo optamus. Datum in civitate noſtra Granatæ, die XVIII. menſis Septembris, anno Domini M. D. XXVI. Regnorum noſtrorum, Romano octavo, aliorum vero omnium undecimo.

CAROLUS divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, &c. Rex

EL REY.

Alphonſus Valdeſius.

Anno Chriſti 1526.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA AD SENATUM SIVE COLLEGIUM CARDINALIUM.

In qua petit, ut negante ſeu differente Pontifice Generalis Concilii indictionem, ipſi indicant.

CAROLUS divina favente Clementia, &c. Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, Dominis S. Sa. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, amicis noſtris Chariſſimis, ſalutem cum incremento omnis boni.

Papæ molimina contra Chriſtianitatis decus & Reip. pacem.

1. Reverendiſſimi in Chriſto Patres, amici Chariſſimi, tanto profecto animi dolore mens noſtra diſcruciatur, dum ea, quæ Romanum Pontificem ſuæ Pontificiæ dignitatis oblitum non contra nos tantum (id enim æquiori animo pateremur) verum in maximum Chriſtiani nominis dedecus, contraque totius Reipub. (quam induxeramus) pacem & tranquillitatem moliri audimus, ut, tametſi animo certe perturbato, moderatis tamen verbis mentem noſtram vobis aperire, actionum noſtrarum (quanta pro rei magnitudine licebit brevitate) rationem reddere, & a Reverendiſſimis Paternitatibus veſtris noſtro ac totius Chriſtiani populi nomine auxilium implorare cogamur.

Imperatoris optimum inſtitutum de Imperii ſalute.

2. Quum enim in ipſo Imperii noſtri initio à Deo Opt. Max. in tanti Principatus culmine conſtitutos arbitraremur, non ut Imperii limites cum Chriſtiani ſanguinis jactura extendere propagareve ſtuderemus, ſed quo Imperialis dignitas autoritate & potentiâ decorata, & obſervaretur à multis, & contemneretur à paucis, indeque Chriſtiana Reſp. bellorum injuriis in extremum ferè diſcrimen adducta, ſempiterna tandem Cæſareæ dignitatis beneficio pace frueretur. Hoc itaque animo relicta Hiſpania ad Germaniam venimus, ortas ibidem ſeditiones inter quoſdam Principes, divino favore ſedamus, nihilque omittimus, quod (judicio noſtro) ab optimi Cæſare ſperari poterat.

Principum Germaniæ ſeditiones. Gallorum Regis turbæ, & captivitas.

3. Verum dum nos Chriſtianam tranquillitatem ſtabilire curamus, ecce Gallorum Rex, quem uti patrem colebamus, noſtræ dignitati ſubinvidens, in ſtatum ac honorem noſtrum nihil non moliri conatur, noſque tandem ad arma provocat invitos. Fatetur hoc Summus Pontifex Leo, fatetur Sereniſſimus Angliæ Rex, quos pro pace à Gallo obtinenda ſæpius ſollicitari fecimus, quique ſuis viribus juſtæ noſtræ cauſæ adeſſe non negarunt. Fatetur & hoc divina juſtitia, quæ ita nobis adfuit, ut poſt tot partas victorias, omni humano tandem auxilio deſtituti, victis hoſtibus, eorumque Rege capto, victores evaſerimus. Hinc data opportunitate, qua noſtro de Republ. bene merendi ſtudio ſatisfacere liceret, ab ipſis hoſtibus victis pacem primi flagitamus, tantumque petimus, ut quæ à prædeceſſorum noſtrorum manibus eripuerant, & contra jus faſque occupabant, nobis reſtituerentur. Æquiſſima poſtulata noſtra impetramus, pacem inimus, fœdus percutimus, & nihil in eo cautum volumus, niſi quæ ad Dei gloriam, communem Reipub. pacem, Chriſtianæ religionis decorem & augmentum, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ veram dignitatem pertinere arbitramur. Percuſſo fœdere, Gallorum Regem captivum noſtrum convenimus, omnibus beneficiis, omni humanitate atque benevolentia ejus animum pro Chriſtiana tranquillitate nobis devincere curamus, & mutuo data acceptaque fide, amicitiam firmamus, ac maximo eum honore affectum in Galliam, datis obſidibus, redire permittimus: ad Pontificem cæteroſque Chriſtianos Reges ſcribimus, ut ſi Chriſtianam Reimpub. pacatam optarent, eorum patentes literas ad noſtrum utrumque mitterent, quibus an hujuſmodi fœderis beneficio uti vellent, prout conventum fuerat, declararent.

Hugo de Moncada.

4. Nondum tamen ſempiternam in Chriſti populo pacem firmaſſe gloriari cæperamus, quum novos bellorum tumultus pullulare graviſſima animi noſtri moleſtia ſentimus. At ubi à Pontifice, de nobis (ut ajebant) non bene contento, id manare audimus, Don Hugonem de Moncada Oratorem noſtrum mittimus, cum facultate ampliſſimiſque mandatis, ut omnib. mediis, quib. id fieri poſſet, Pontificem de nobis contentum reddere curaret, ita ut homine audito, noſtro animo perſpecto, nil aliud à nobis optaſſe ſuis ipſemet verbis fateretur: Dumque nil tanto Paſtore indignum nobis pollicentes, ejus optimum reſponſum præſtolamur, Pontificis Nuncius literas Sanctitatis ſuæ in forma Brevis proxime elapſi menſis Junii die XXIII. ſcriptas, XX. Auguſti nobis legendas dedit, quibus perlectis, quum non tantum à ſummo Eccleſiæ paſtore, à communi omnium patre, Chriſtique Vicario, ſed etiam à Reverendiſſimis Paternitatibus veſtris ſacroque veſtro Ordine, quibus Apoſtolorum autoritas tribuitur, emanatas eſſe credamus (nec enim rem tanti momenti vobis inconſultis factam putamus) quo ſimus animi dolore affecti, vos ipſi judicate. Quis enim non miraretur ſtuperetque videns à tanto Pontifice, à tot tantiſque tanta religione pietate, atque prudentia præditis Patribus tales literas in Chriſtiani Principis, Rom. Cæſaris, atque Apoſtolicæ Sedis protectoris, honorem & dignitatem tam inconſulte prodire? in quibus nihil præter bella, ſeditiones, proditiones, pernicioſa conſilia, temeraria judicia, improperia, injuriæ, falſæ criminationes, aliaque hujuſmodi tam à Pontificiâ dignitate aliena tractantur, idque in Nos optime de Repub. Chriſtiana meritos, & qui nullum unquam nec Cæſarem, nec Regem nec Principem

Pontificis contumelioſæ literæ.

cipem

cipem, nec privatum aliquem fuiſſe fatebitur, qui majori (nec tanta quidem) fide, religione, atque obſervantia ſanctam Sedem Apoſtolicam veneratus ſit, qui cætera poſthabitia majori ſtudio ejus ditionem & dignitatem tutatus ſit.

5. Parmam enim & Placentiam, à Romani Imperii feudo disjunctas, Sedi Romanæ, nullo jure coactı, poſſidendas reſtituimus; importunasque Germaniæ & univerſi Romani Imperii preces contra Gravamina & oppreſſiones, quas à ſede Romana pati, quum in Wormatienſi Conventu eſſemus, paſſim conquerebantur, obturatis auribus pro innata noſtra erga Apoſtolicam Sedem obſervantia obaudivimus. Subortæ ſunt ea de cauſa variæ rerum difficultates & incommoda; pullulat in dies magis Lutheranorum inſania; Gravamina ubique divulgantur; omnes unanimes remedium implorant, petunt fieri Generale Concilium, in quo & Lutheranæ impietati, & Romanæ Curiæ (ut ajunt) oppreſſionibus obviam iri poſſit. In civitate Spirenſi Conciliabulum indicunt, ut in ſeditionibus ortis usque ad Generalis Concilii deciſionem ordo aliquis ſtatueretur. Vidimus Germanorum animos in Sedem Romanam graviter commotos, verentesque ne hujusmodi Conciliabulum Germaniam à Romani Pontificis obedientia diverteret, Spirenſem Congregationem graviſſimis pœnis probibemus; eis tamen pollicemur, quanto citius fieri poſſit, Generalis Concilii indictionem fieri curaturos. De hac re ad Pontificem ſcribimus, ut Germaniam ab imminenti periculo per hujusmodi Generalis Concilii indictionem liberare dignaretur, inſtamus. Ipſe verò de Conciliabuli prohibitione gratiam habet, generalis tamen Concilii petitionem in tempus (ut ajebat) magis conveniens differendam cenſuit, ita ut pro noſtro erga Sanctam iſtam Sedem obſervantia, maluerimus Pontificis affectibus potiùs quàm Germaniæ precibus annuere.

Parma & Placentia Pontifici conceſſæ.
Gravamina Germanicæ Nationis.
Spirenſis Conventus.
Concilium Generale.

6. Nunc verò Sanctitas ſua, veſtra etiam (ſi id credendum eſt) accedente conſilio, tot crimina in nos jactitat, ac ſi penitus Romanæ Eccleſiæ adverſarii hactenus fuiſſemus. Hinc enim de noſtro erga publicam pacem animo (nullo profectò recto judicio) dubitat, nosque à Chriſtianæ Reipub. perturbatione deterret. Quaſi verò noſter erga Rempub. animus clarior non ſit, quàm ut cujuspiam admonitione egeat. Si enim de C. Cæſare judicatum eſt, quòd maluiſſet non dimicare quàm vincere, eoque victoria adepta pacis autores libenter audiverit, cur de noſtra voluntate à communi omnium patre p... contrarium diſcernitur? Ille pacis autores audivit, nos verò hoſtibus victis pacem primi obtulimus, nec tantùm hoſtem captivum Regiæ dignitati reſtituiſſe contenti, Luſitaniæ Reginam ſororem noſtram natu maximam, & in ſucceſſionis gradu ſecundam ipſi matrimonio copulavimus, quod profectò ante victoriam minimè à nobis impetrare potuiſſet. Quanto igitur noſtra C. Cæſaris clementiam excedere deberet, vos ipſi judicate.

Caroli V. Clementia.
Eleonora Portugalliæ Regina Regi Francisco deſponſa.

7. Adhæc etiam Pontifex conſilia noſtra ad ſuæ dignitatis & Eccleſiaſticæ libertatis oppreſſionem tendere, videtur aſſeverare, quum ea, quæ pro Romana Sede præſtita commemoravimus, adeò omnibus nota ſint, ut inde nonnihil Germanorum animos à nobis alienaverimus.

Germani indignantur Cæſaris in Romanam ſedem ſtudium.

8. Perpendite igitur, Patres Reverendiſſimi, an in hoc Pontificis Beatitudo ſuis, & Apoſtolicæ Sedis rebus conſulat, an ſit Pontificiæ dignitatis, Chriſtianorum Principum animos adverſus Eccleſiæ protectorem ad arma (ut ipſi ajunt) incitare, ac ſuis ſtipendiis tot corporibus atque animabus æternum exitium parare. Cauſam audite, ut ſubditum noſtrum magni ſceleris accuſatum, nobis jure prævio punire non liceat, ob idque armis nobiſcum certare contendit. Quod tametſi ei ex ſententia ſuccederet, quid quæſo Chriſti Vicario dignum facturus eſſet, niſi ut juſtitiam, quam promovere tenebatur, impediat; Eccleſiæ theſaurum in alios certè uſus convertendum exhauriat, ac Romanam Eccleſiam, & univerſum populum Chriſtianum in extremum diſcrimen adducat? Hæc ergò atque hujusmodi alia ingenti cordis dolore, perturbato animo penſitantes, publicam Chriſtianam calamitatem nobiſcum deplorare cœpimus, atque non noſtro tantum honori, ſed Chriſti gloriæ, ejusque electi populi ſaluti conſulere ex animo cupientes, ad Pontificis literas reſcribimus, juſtificationem de iis, quæ nobis falsò objiciuntur, damus, petimusque ut Generale Concilium indicat, ac alia faciat, quæ ex incluſo literarum noſtrarum exemplo vobis videre licebit.

Papa corporibus & animabus æternum exitium parat.
Papa juſtitiam impedit, & Eccleſiæ theſauro abutitur.
Imperator contra Papam pro Chriſto & ejus populo.

9. Quæ omnia, Patres Reverendiſſimi, vos latere noluimus, ut ſi ex literis Pontificis, ejusve ſuaſionibus ſiniſtram aliquam ſuſpicionem animi noſtri erga ſacroſanctam iſtam Sedem non bene diſpoſiti concepiſtis, juſtificationibus noſtris, recto judicio perſpectis, priſtinum veſtrum erga nos animum induatis, ac omnem prorſus iniquam opinionem abjicientes, labanti Chriſtianitati ſubveniatis.

Concilium Generale.

10. Agite igitur, Patres Reverendiſſimi, & tanti mali cauſam cognoſcite, Romanum Pontificem à tam impio avertite conſilio, veſtrisque monitis tantum apud eum efficite, ut meminerit ſe à Deo Opt. Max. non ad perniciem, ſed ad ſalutem ſui populi; non ad arma, ſed patientiam & humilitatem in Romani Pontificatus ſolio conſtitutum; recordeturque nos eadem ratione in Romani Principatus apicem evectos, unde peculiari quodam affectu Chriſtianæ Reipub. rebus conſulere præ cæteris tenemur, ni à principe noſtro Chriſto degenerare velimus. Si verò Beatitudo Pontificis votis noſtris tam pro noſtra juſtificatione, quàm pro Chriſtianæ religionis ſalute in Generalis Concilii indictione annuere negaverit, tunc juxta juris ordinem Reverendiſſimas Paternitates veſtras, ac ſacrum veſtrum Collegium hortamur, requirimus, atque monemus, ut quæ de indictione Concilii à Pontifice petimus, eo negante, aut plus æquo differente, vos debito ordine procedentes, præſtare non differatis. Proteſtantes apud omnipotentem Deum, ſi quid inde incommodi ac detrimenti Romanæ Eccleſiæ & Reipub. Chriſtianæ acceſſerit, id non noſtra ſed eorum culpa futurum, qui ſuis affectibus potiùs quàm

Papæ impium conſilium.
Imperator Chriſtianæ Reip. defenſor.
Concilium nolente Papa, à Cardinalibus indicendum.

Chriſti gloriæ , ejusque populi ſaluti inſervire maluerint : quod de veſtro erga Chriſtianam Rempub. animo atque volunrate oobis ninimè perſuadere volumus. Si verò Reverendiſſimæ Paternitates veſtræ æquiſſima hujusmodi poſtulata noſtra concedere negaverint , eorumve exequutinnem plusquàm decet, ac dignitatia noſtræ ratio expoſtulat , diſtulerint , nos pro noſtra erga Deum gratitudine, proque dignitate noſtra Imperiali, qua ejus gratuita beniguitate fungimur, quibua licebir remediis, ita in hia pro virili providere eurabimus, ut nec Chriſti gloriæ nec juſtitiæ noſtræ, nec Chriſtianæ Reipubl. ſaluti, paci, & tranquillitati quovia modo defuiſſe videamur.

Imperator, nolentibus Papa & Cardinalibus, Chriſtianæ Reip. provideat.

Datum iu civitate noſtra Granatæ, die ſexta menſis Octobris, Anno Domini M.D.XXVI. Regnorum noſtrorum, Romani octavo, aliorum verò omnium undecimo.

YO EL REY

Alphonſus Valdeſius.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

EPISTOLA

Anno Chriſti 1526,

AD REVERENDISSIMOS ET ILLUSTRISSIMOS PRINCIPES SA. ROM. IMPERII ELECTORES,

Super cauſa Gallica, & conventione Medritia.

CAROLUS divina favente Clementia , Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

Imperator pacis & otii ſtudioſus.

REverendiſſime in Chriſto Pater , ac venerabiles , Illuſtrea Principes , amici & conſanguinei Chariſſimi. Quæ noſtra hactenua de Reipublicæ ſalute , pace, quiete, & tranquillitate fuerint conſilia, adeò omnibus notum arbitramur , ut nulla hominum malitiâ , fama , honorve noſter ulla ex parte lædi poſſe videatur. Semper enim ejus animi fuimus, ut non fucatis verbis, & à veritate prorſus alienis (ut à plærisque fit) ſed reipſa actiones omues noſtras non apud paucos, eosque omnis recti judicii expertea, ſed apud Deum ipſum Opt. Max. qui corda etiam ſcrutatur, & apud univerſam Rempub. Chriſtianam comprobaremus.

Gallorum Regis captivitas & liberatio.

2. Hinc enim (ne vetuſtiora repetamus) dum proprii commodi, atque etiam gloriæ obliti, Reipub. ſaluti, & præſertim Germaniæ quieti ex animo conſulere optamus , Gallorum Regem, quem (ut omnibns notum eſt) optimo jure captivum penes nos detinebamus , poſtquam omni benignitate & clementia in hia noſtris Hiſpaniarum regnis excepimna, magnoque hnnore à ſubditis noſtris tractarus extitit, tor eum beneficiis affecimus , ut ſi ſuæ ipſe felicitati non invidiſſet , in Ticinenſi conflictn non modò non cecidiſſe , ſed viciſſe ab omnibus videri potuiſſet. Hoſtis erat , illi chariſſimam ſororem noſtram naru maximam , & in tantorum regnorum ſucceſſionis gradu ſecundam matrimonio collocavimns, ut ex hoſte ſororius fieret. Chriſtianæ Reipub. turbator communi omnium judicio hahebatur , communis ſalutis gloriam illi impartiri voluimus. Multa à prædeceſſoribus noſtris tum Hiſpaniarum Regibus, tum Burgundionum Ducibus, violenter occupaverat , & prærer jus faaque detinuerat : jura in his noſtra illi conceſſimus, ſolumque ab eo petiimua , quæ citra bonoria & dignitatis noſtræ diminutionem, ac ſubditorum noſtrorum perpetuam indignationem omittere nequivimus , & quæ ipſemet vel non rogatus (ſi meritò Chriſtianiſſimus ouucupari vellet) nobis reſtituere deberet. Hisque beneficiis affectum Regem captivum Regiæ dignitari reſtituimus , atque (multis licet diſſuadentibua , qui minùs ejus fidei credendum aſſevetabant) illi in Galliam abeundi copiam fecimus , maluimusque ejua fidem experiri, ac illi de jure noſtro aliquid potiùs cedere, quàm ut ulla Chriſtianæ Reipub. mala, ſi quæ forſan evenireut, quovis modo crimini noſtro noſtræve culpæ aſcribi poſſent.

Gallorum Regis perfidia.

Papæ & Galli infidel. doli in Imperatorem.

3. Dumque inteſtinia ſeditionibus pacatis, iter noſtrum (uti inter nos conventum erat) ad Italiam paramus, armaque noſtra in ſempiternos religionis noſtræ hoſtes communibus auſpiciis convertenda diſponimus, quibus & Hungaria defendi , & hoſtes ſubmoveri potuiſſent, ſuam fidem ex noſtro metientea animo , ille ſæviſſimum bellum in nos parat, initoque cum Romano Pontifice , aliisque nonnullis Italiæ Potentatibus fœdere offenſivo, diviſoque inter eos regno noſtro Neapolitano : dum * alter vanis pollicirationibus omnia, quæ nobis promiſerat, ſe præſtiturum aſſeverat, * alter verò ad Hungariæ defenſionem nos invitat , ut nox invaderent incautos , noſtra ac ſacri Romani Imperil dominia hoſtilibus armia aggrediuntur, nullaque noſtri nec amoris nec benevolentiæ, nulla Chriſtianæ Reipub. ſalutis, nulla religionis noſtræ honoris ratio in his habita eſt.

* Rex Francorum Franciſcus.

* Papa Clemens VII.

Papa & Gallus in Imperialia.

4. Quo-

4. Quotum conatus, quum ex eorum ſententia juſto Dei judicio minimè ſuccedant, Gallus ipſe Rex non contentus armis nobiſcum congredi, convicia in nos jactat, eaque cum Regio privilegio typis excuſa ubique circumferri curat, nihil veritus omninò contrarus operibus ſuamet verba irrita lacere. Nos verò (tametſi nobis inſciis ad illam Apologiam ſeu potiùs invectivam, quæ ſuperioribus diebus cum decreto Regio Lutetiæ tum Latinè, tum etiam Gallorum communi idiomate, excuſa fuerat, abunde ſatis reſponſum extitit) noluimus, immò expreſsè prohibuimus, ne quid tale in Regnis Dominiisque noſtris imprimeretur, maluimusque ipſum virtute quàm convitiis vincere, ſperantes fore, ut modeſtia noſtra ſuam petulantiam compeſceret.

Galli contumelioſa ſcripta in Imperatorem.

Imperator mavult virtute quam conviciis vincere.

5. Nunc verò quum exemplum literarum, quas Rex ipſe ad vos, cæteroſque ſacri Romani Imperii Status ſcripſit, ex his, quas ad ipſum pro obtinenda libera ad nos veniendi, atque hinc recedendi facultate pro Nuntiis Imperii nomine ad eos deſtinandis literas dederatis, occaſione aſſumpta, huc allatum ſit, non certè manu deſcriptum, ſed Lutetiæ typis excuſum, in eoque ipſum Gallorum Regem ſuis propriis verbis in nos noſtramque dignitatem atque honorem citra modeſtiam invehi videamus, tametſi eo certè animo ſimus, ut in his turbatis atque adeo difficilimis temporibus publicam potius quàm privatam cauſam agere cupiamus, ne tamen noſtra nimia taciturnitate falſis hujuſmodi convitiis atque injuriis fidem quodammodò præſtare videamur, velimus nolimus, omnibus veritatem aperire cogimur, atque actionum noſtrarum.

Reſpondendum eſt, ne tacendo conſentire videamur.

6. Ad vos igitur * Apologiam illam, ſeu verius invectivam, unà cum ejus * Reſutatione pro juſtificatione noſtra edita, his annexam mittimus, ut plenius diffuſiusque pernuſcatis, quo jure rationeve Gallus ſuam fidem atque jusjurandum violatum excuſare queat: qua ratione ſe pacis cupidum oſtendat, honeſtaque pacis media ſe nobis obtuliſſe prædicet, dum non modò pactis ſtare noluerit, ſed contra fidem ultrò citroque datam atque acceptam, offenſivo fœdere contra nos percuſſo, cujus etiam exemplum cum his transmittimus, dominia noſtra hoſtilib. armis invaſit. Quo affectu Chriſtianam Rempub. noſtræque religionis ornamentum, atque Chriſti nominis gloriam proſequatur, qui dum ſæviſſimum Turcarum Tyrannum cum magna militum atque inſtrumentorum bellicorum copia Pannoniam invadere audivit, ille in nos bellum movet, vireſque noſtras ad Hungariæ defenſionem deſtinandas intra fines noſtros pro ſubditorum noſtrorum protectione continere coegit? Quo factum eſt ut cum maxima Chriſtiani nominis ignominia hoſtis voto ſuo potitus ſit, firmiſſimo illo religionis propugnaculo ſuæ impiæ ditioni ſubjiciendo, florentiſſimo Rege extincto, Chriſtique cultoribus à ſuis ædibus profligatis, tot templis prophanatis, fuſoque tot innocentium ſanguine, quod certè non abſque ſummo cordis dolore referre cogimur. Et quum his cæteriſque Reipub. calamitatibus atque infortuniis ille cauſam dederit, nunc ſe ea moleſtè tuliſſe prædicat: quaſi ſuis verbis majorem, quàm illius operibus propriiſque cujusvis oculis fidem haberi velit. Hoc tamen animo hæc illum ſcripſiſſe arbitramur, ut obſtrueret ora his, qui ejus literis interceptis, ſua opera ſuoque conſilio Turcas Hungariam tanto impetu invaſiſſe non ceſſant aſſeverare. Verum aliorum verba omittamus, ad ipſiusque Regis literas tam ficto ſimulatoque dolore ſcriptas veniamus.

* Apologia Madrinæ conventionis, & ejuſdem Reſutatio

* Utraque editur in S. Rom. Imperii Politicis, quæ congeſſimus.

Turcas Gallorum Rex in Pannones incitavit.

Hungariæ Regni vallatio.

Operibus non verbis creduntur.

Gallus pacis publicæ turbator.

7. Si Chriſtianæ Religionis periculum timebat, ſi Rempub. ſalvam cupiebat; ſi ferrum, quod in fidei hoſtes ſtringendum erat; ſi vires, quæ in ipſos vertendæ; ſi conſilia ad eos ſubmovendos exercenda in noſmet ipſos converti, ſi Chriſtianam manum Chriſtianum ſanguinem effundere tantopere execrabatur, cur ipſemet novis bellorum tumultibus excitatis, Rempub. in diſcrimen adduxit? cur pacatam turbavit? cur armis dominia noſtra invaſit, à Chriſtianique ſanguinis effuſione regni ſui initium auſpicatus eſt? cur vires & conſilia noſtra ſæpius contra communes Religionis noſtræ hoſtes deſtinata ſuis machinationibus ſuiſque conatibus à communi ſalute prorſus alienis ad ſubditorum noſtrorum defenſionem revocare coegit? cur toties victus, divina juſtitia juſtæ noſtræ cauſæ favente, toties adverſam mavult experiri fortunam cum Chriſtiani ſanguinis effuſione, quàm Chriſti gloriæ, ſuoque honori ac dignitati conſulere?

8. Hæc tametſi omnibus omninò nota ſint, nihil tamen veritus, an vera an falſa loquatur, omnem in nos culpam convertere conatur, dum multo ſanguine exiguum terræ ſpatium nos quærere ait. Exiguo profectò terræ ſpatio pro tanti Regis redemptione, Burgundiæ videlicet Ducatu, contenti fuimus, quem etiam nunquam petiiſſemus, ni jus noſtrum, quod in eo habemus, prout ex Gallorum Apologiæ Reſponſione clarè videre licebit, omnibus notum eſſet, illiusque contemptus ignaviæ potius, quàm aut Religioni aut liberalitati nobis aſcribendus eſſe videretur. Et licet Rex ipſe tum in fœdere, tum etiam extra fœdus, ſuis propriis verbis ex ſuomet ore prolatis, ſanctoque jurejurando confirmatis, promiſerit ſeſe illum nobis reſtituere velle, deindeque à captivitate liberatus in ſuo regno conſiſtens, ſæpius & verbis & literis propria etiam manu ad nos ſcriptis, ſe omnia in fœdere contenta ex integro implere ſervareque velle profiteretur, ac demùm mutata ſententia hujuſmodi reſtitutioni intendere noluerit, nunquam tamen violati fœderis injuriam perſequi, ejusve dominia invadere, noviſve ſimultatibus publicam tranquillitatem turbare voluimus, verum tum literis tum Nunciis ejus induratum animum ſolicitari fecimus, ut promiſſa obſervaret: & ſi non Reipublicæ, ſuo tamen honori atque dignitati conſuleret. Ille verò dum mavult Chriſtianam Rempubl. in manifeſto diſcrimine adducere, ſuæque fidei & jurisjurandi oblivisci, ea, quæ ipſe commemorat, mala conſequuti ſumus: intereaque quàm falſe apud nos pro Chriſtiana pace amplectenda proteſtatum fuiſſe, dicere non veretur, hiſquemet verbis utitur, quibus nos ſæpe illum hortati ſumus, ne fidem jusjurandumque violaret.

Burgundiæ Ducatus ad Auſtriacos pertinet.

Quod

9. Quod igitur variis dilationibus tempus inane conſumitur, quod Chriſtianorum agri vaſtantur, quod urbes diripiuntur, quod incendia vagantur, quod cædes committuntur, quod hoſtium fines propagantur, eorumque fines in dies accreſcunt, debet certè hoc Chriſtiana Respub. Regi Franciſco, qui in meditullio Chriſtianitatis conſtitutus glorians ac jactans ſe ab hoc Chriſtianitatis incendio, imminentique periculo longè abeſſe, nihil non interturbat, nullum in pace vivere permittit, mittenda in Turcas arma in ſuum caput convertere conatur, nuncios ad juvandam Rempub. deſtinatos in regno ſuo detinet, atque inter ſuos triumphos Turcarum in ſororii noſtri regno irruptionem annumerat, ſibique hoc ſatis eſſe credit, ſi à ſuis Chriſtianiſſimus nuncupetur, * ſororiique noſtri ſortem miſerrimam prædicat, qui pro fide, pro religione, pro patria, ac pro Dei gloria Chriſto Deo Opt. Max. vitam ſuam devovit, ad fœliciorémque vocatus, optimi, ſtrenui, atque magnanimi Principis laudem apud poſteros reliquit. Hæc enim ſors cuivis ſanæ mentis homini non miſerrima ſed fœliciſſima videri debet: quanto tamen ipſiusmet Franci Regis ſors miſerior ſit, viderit ipſe. Nos certè noſtram longè magis eum Hungaro, quàm cum Gallo commutare vellemus, licet impudenter adeò toties inculcet, ſeſe omnia tentare velle, quibus Chriſtianæ Respub. tranquillitati conſuli poſſit. Si eam ſalvam cupit, quis eum ad bellum provocat? quis ejus dominia invadit? quis cum eo contendere vult? quis talem cuperet movere Camarinam? Si ſuos * liberos, quos nobis obſides dedit, recuperare optat, cur impoſitas leges non ſervat? Si, quod poteſt, impoſſibile aſſerit, cur ipſemet (uti pollicitus eſt) ad captivitatem non revertitur? Inveniet profectò nos publicæ ſalutis ſuæque dignitatis quàm ſtudioſiſſimos. Verùm ſi arma illi continuare libet, erimusne usque adeò noſtri honoris obliti, ut tantum hoſtem in gregem nobis commiſſum debacchari permittamus? Hæc igitur admonitio, hæc proteſtatio, quam nobis fieri vult, illi certè longè magis conveniret. Veruntamen pudet profectò nos ad has nugas inanesque fabulas tot verbis reſpondere.

* Ludovici Ungariæ Regis.

Mors fœliciſſima, quæ pro Chriſtianitate oppetitur.

ſc. Franciſcum & Henricum, quorum uterque ejus nominis Secundus.

10. Si procul ab omni periculo diſtat, ſi jucunda quiete ac pace intra ſui regni fines fruitur, eam certè felicitatem nequaquam illi invidemus, imò potiùs ei ex animo gratulamur; magisque gratularemur, ſi dum ſua ipſe fruitur quiete, ſuos etiam finitimos in pace vivere permitteret, nec tot bellorum ſemina ubique jactaret, nec tot clandeſtinis conſpirationibus omnia niteretur turbare. Hæc licet adeò omnibus nota ſint, ut nulla penitus atteſtatione egere videantur, tamen ad vos ſcribenda duximus, ne quis exiſtimaret hujusmodi garrulitati fidem aliquam adhibendam eſſe, neve tot maligna verba ulla ex parte immaculatam famam noſtram lædere poſſent: atque ut ſciatis, per ipſummet Regem Gallum ſtetiſſe, quo minùs inſtitutum iter, de quo ſuperioribus diebus ad vos ſcripſeramus, perficere quiverimus.

11. Speramus tamen, favente Deo Opt. Max. nos ita res noſtras diſpoſituros, ut eo etiam reluctante, ſuisque conatibus irritis ac ſuperatis, noſtro de Repub. bene merendi, de religione purganda & propaganda, ſtudio omninò ſatisfaciamus. Ad id enim die vigeſimo proximi menſis Januarii in hoc noſtro Caſtellæ Regno, in oppido noſtro Valliſoleti, quò nunc tendimus, generalem Conventum celebrabimus, ubi tractabitur de mittendo cum ea, qua decet, celeritate ad Germaniam auxilio, quo non modò ipſam defendere, ſed hoſtium conatus infringere, eosque à Chriſtianorum cervicibus ſubmovere valeamus. Hiſpanorum namque animi hac injuria commoti & expergefacti, vires, opes, propriumque ſanguinem jam ultrò offerre cœperunt: nosque ad hanc expeditionem ſtimulant, pro qua (ſi expedire videbitur) non regna tantùm ac Dominia omnia noſtra, ſed perſonam, ſanguinem, atque animam ipſam noſtram Chriſto Deo Opt. Max. nos devoviſſe profitemur.

Hiſpani in Germaniam.

12. Si verò intereà Gallorum Regi (Deo inſpirante) reſipiſcere contigerit, ad noſtramque amicitiam redire voluerit, nos certè omne illius commodum, honorem, atque dignitatem ex animo promovere curabimus, illique injuriam hanc libenter condonabimus, atque de jure proprio illi cedere parati erimus, ut ſedatis contentionibus, communibus auſpiciis hoſtes profligare, illosque à ſuis ſedibus ſubmovere, vel (ſi Deus conceſſerit) in ovile Chriſti redigere faciliùs valeamus.

Imperatorius animus in injuriarum condonatione.

13. Latere vos minimè arbitramur, Amici & Conſanguinei Chariſſimi, pernicioſiſſimas Gallorum artes, qui, quò ſuum negotium agant, diſcordias ſeminare non ceſſant. Veſtrûm nunc erit, eam ipſorum verbis fidem præſtare, ut intelligant tantorum Principum animos ſeſe fruſtrà ſollicitare.

Gallorum artes pernicioſæ.

Datum in civitate noſtra Granatæ, die penultima Novembris, Anno Domini, M. D. XXVI. Regni noſtri Romani octavo.

CARO-

Digitized by Google

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 1546.

EPISTOLA

AD UDALRICHUM DUCEM WIRTENBERGENSIUM,

Qua eum jubet ſeq. ſuaq. omnia ultro dedere, aut læſæ Majeſtatis indignationem pœnamq. perferre.

QUamvis aliquot antè annis propter bellum, abs te & Landgravio adverſus fratrem meum motum, & agrum Wirtenbergenſem, quo multatus fueras, receptum, in vos exemplum edere jure potuiſſem; noxam tamen omnem & injuriam clementer, quia ſupplex petebas, tibi remiſi, omnemque, quam potui, munificentiam atque humanitatem præſtiti. Nuper etiam ante hoc bellum ſuſceptum pari benevolentia te minimè meritum proſequutus fui, cùm tyrannidem in tuos finitimosque Imperii Ordines immaniter exerceres, neque legibus humanis neque rationis habenis coërceri poſſes. Legatos ad te miſi, à quibus, quam ob cauſam arma ego ſumpſerim, cognoſceres, quique tibi, ut ab armorum ſocietate abſtineres, edicerent. Tu his omnibus ludibrio habitis, violata fidei, quam mihi debes, religione, ſocietatem & amicitiam cum hoſtibus meis iniſti; quos proſcripſi, quorum urbes, oppida, arces, agrosque non haſtæ ſed armis ſubjeci, cum his arma ac vires conſociaſti. Et ne qua contumelia ludibriumque prætermitteretur, confœderatorum tuorum opibus fretus, fratris mei primùm, deinde quorundam ex Ordinibus Imperii, adeoque mea, quæ ad Imperium pertinent, oppida armis non petiviſti modò ſed etiam invaſiſti. His nondum, quamvis gravibus & atrocib. flagitiis, expletus bellum inſuper, qua fuiſti amentia, mihi feciſti: Majeſtatem meam dictis virulentis imminuiſti: meam authoritatem decusque elevaſti, omnemque in id operam ſeduló navaſti, ut me Imperatorio ſplendore exueres, renunciata ea, qua mihi obnoxius es, fide, quam ſociorum conjurationi poſthabuiſti. Super hæc copias cum inſaniæ tuæ conjuratis ſociis in me armaſti, & conſcriptas mihi frequenti acie objeciſti, prius multis & meis fratris clientibus memorabili rerum ſuarum naufragio afflictis. Eadem proinde mulcta & ſtrages fortunarum, ut Majeſtatis reum, quæ alios, te quoque manet.

Hæc quanquam ita ſe habent, & cauſæ, cur in te ultimo humanorum ſupplicio animadvertere poſſem, comparent, uti meritus es: ne tamen plebs inſons, cui plus miſericordiæ quàm tuæ cauſæ ſpei debetur, rei Principis peccatum luat, (huic omninò parcere ſtat ſententia) edico, ut exemplo, ſimul meas literas acceperis, te ultrò mihi dedas: omnem tuam provinciam, urbes, agros, caſtella, quantum denique fortunarum tibi eſt, in jus meum tradas, ut de his ex meo arbitrio conſulam. Et ni imperata feceris, ferro & igni populabor omnia, teque bello, donec oppreſſero, usque perſequar. Porrò literæ tuæ expurgatoriæ, quas quatuor hinc diebus ad me dederis, non faciunt mihi ſatis, neque ejusmodi ſunt, ut hoc tuum facinus vel extenuare vel excuſare queant. Datæ Rotenburgi ad Neccarum, Anno 1546. menſe Decembri.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 1548.

DECLARATIO RELIGIONIS,

Vulgò INTERIM.

QUA CONSTITUIT EXERCITIUM RELIGIONIS, QUALE INTERIM ESSE DEBEAT IN IMPERIO ROMANO, USQUE AD DEFINITIONEM CONCILII GENERALIS,

Publicata & promulgata, & à Statibus Imperii acceptata in Comitiis Auguſtæ, XV. Maji, Anno M. D. XLVIII.

SACRA CÆSAREA MAJESTAS, Dominus noſter Clementiſſimus, S. Rom. Imperii Electoribus, Principibus, & cæteris Statibus, abſentiumque Legatis ſequentia jubet intimari.

I. Quam-

Imperatoris animus pacificus.

1. Quamvis ſua Cæſarea Majeſtas ab initio ſtatim inni regiminia Imperialis ita animum inſtituerit, eaque voluntate & ſententia ſemper fuerit, ut omnia, quæcunque pertinere viderentur ad Reipublicæ Chriſtianæ, in primis S. Rom. Imperii & Nationis Germanicæ, velut patriæ ſuæ chariſſimæ, utilitatem, decus, augmentum, commodum, & emolumentum, clementer & paternè ſtuderet agere, tractare, & promovere, quò cuncti Status, & ſubjecti Imperii ſub umbraculo ſuæ Majeſtatis alarum, & felici gubernatione, quietè, tranquillè, & pacificè vivere atque florere valerent.

Concordia politica nulla conſtans ſine religionis unitate.

2. Tamen ſua Cæſ. Majeſtas jam pridem evidenter intellexit, & nunc re ipſa eſt experta, ſine Chriſtiana unitate, & ſine æquabili aliqua controverſorum Religionis in tam periculoſo ſchiſmate, unde tanta inter Status Imperii diffidentia, diſcordia, bellum, omniumque malorum Ilias tanquam ex equo Trojano profluxit, articulorum compoſitione, nullam certam in Repub. pacis, juſtitiæ, aut civilis concordiæ conſtantiam vel tentari poſſe, nedum expectari debere.

3. Ea propter S. C. M. nullam unquam viam modumque inquiſitum amiſit, multis ea cauſa Colloquiis Tractationibusque inſtitutis, quibus S. C. M. fieri poſſe ſperaret, ut tam peſtilens diſcordia ad Chriſtianam conciliationem atque pacem reduceretur.

Concilii auctoritas in definitiona Religionis.

4. Verum enim verò eventus docuit, in caſſum laborari, & diſcordiam iſtam tam longas latasque projeciſſe radices, ut nunc non Germaniam tantummodò, ſed & alias non paucas Chriſtiani nominis Nationes comprehendat, & communi omnes contagione infecerit. Ideò propter quum aliud remedium huic graſſanti malo adhiberi non poſſe videretur, quàm per modum Generalis Concilii, S. C. M. ad ſupplicationem Statuum Imperii, poſt multos ſolennes præhabitos tractatus, tandem impetratum effecit, ut Generale Concilium in Germania fuerint inſtitutum & congregatum. Cujus gratia S. C. M. in principio ſtatim hujus Imperialis Conventus, cum communibus Imperii Statibus atque Ordinibus conſultando & deliberando egit, ut veſtigiis Sanctorum Patrum & majorum ſuorum inſiſtentes, qui ſemper in religionis cauſa ad ſacra Concilia confugere, & ab iis ſolis doceri ac conformari erant ſoliti, inſtituto huic Concilio adhærere, eique ſeſe ſubmittere, decretaque ejus expectare, & mandata ſervare, uno conſenſu promiſerint: inſuper S. C. Majeſtatis arbitrio permiſerint, Chriſtianas & æquabiles rationes reperire & conſtituere, quomodo intereà, dum Concilii determinatio publicetur, Communes Imperii Status piè atque pacificè inter ſe convivere poſſent & conſueſcere, ne cujusquam conſcientia contra jus & fas gravaretur. Quam Statuum Chriſtianam in Concilium conſenſionem, unà pariter cum annexa arbitratione, S. C. M. tùm à Statibua clementer acceptam, gratam habuit, & adhuc habet.

Concilium Tridentinum.

InConcilium compromiſerunt Status Imperii.

Concordiam Religionis meditatus Imperator.

5. Recordatus ergò multum S. C. M. paternè, ſollicitè, & anxiè cogitavit, qua ratione Statuum ſuppliciter commiſſæ arbitrationi ſatisfaceret, & graviſſimum hoc negotium adoptatum finem perduceret. Intellecto autem ipſorum Statuum ſuper ea re judicio, quod ipſis videretur, & conſideratis omnibus circumſtantiis, non ſine dolore animadvertens, quot innumerabilia damna atque mala Germanicæ Nationi ex ſupradicta diſcordia hactenus evenerint; quot præterea labefactationes & perditiones Reipub. ex eadem in poſterum immineant atque inſtent: adhæc quid ad compoſitionem & conſervationem conſtantis pacis, juſtitiæ, concordiæ, & imminutionem inter Status diffidentiæ, ſumma & inevitabilia neceſſitas poſtulet atque flagitet: ſtatuit apud ſe nequaquam committere, ut res, usque ad Concilii determinationem, in præſenti periculoſo ſtatu & miſerabili confuſione perduret, ſed operam dare, ut ad certiorem Chriſtianæ unitatis compoſitionem & moderationem, & majorem atque proximiorem futuræ reformationis intelligentiam perducatur, nullo modo paſſurus, ut tot diſſidentes ſectæ ſubinde ſuppullulantes, quibus pax publica inquietatur, perturbatur & impeditur, diutius ferantur.

Interimiſtæ, quorum princeps Julius Pflugius Epiſcopus Naumburgenſ.

6. Dum in hoc rei conſtituendæ æſtu S. C. M. tota eſſet, factum eſt, ut nonnulli ſummæ dignitatis, auctoritatis atque nominis viri, dubio procul ex fervent zelo, quo erant in Chriſtianam unitatem, pacem atque otium publicum animati, & ex ſyncero in patriam amore, S. C. Majeſtati ſeſe præſentarent, offerentes ſubjunctam Declarationem, humiliter atque ſubmiſſe petentes, ut S. C. Majeſtatis juſſu porrò in deliberationem deducatur: ſeſe paratos fore promittentes ejusdem declarationi & ſententiæ ſtare atque parere.

Interim ab Imperatore recipitur.

7. Quandoquidem ergò oblatam hanc Declarationem S. C. M. quibusdam reverendis & ſacrarum literarum in ſtudio verſatiſſimis, multarumque rerum opera atque fide expertis Doctoribus, revidendam, cenſendam, atque examinandam exhibuit, ex quorum relatione cognovit, prænominatam Declarationem ad rectum & Chriſtianum intellectum veræ & Chriſtianæ noſtræ Religionis, & Eccleſiaſticæ doctrinæ, ordinarionum & ſtatutorum (exceptis duob. illis punctis, de Communione ſub utraque ſpecie, & Conjugio Sacerdotum) non diſconducere, ſed eſſe ad promovendam & conſtituendam perpetuam Chriſtianam conciliationem in controverſiis Religionis, conſervandam denique pacem & tranquillitatem publicam in Imperio Romano, perutilem atque propriam: Conſtituit S. C. M. propter neceſſitatem temporis præſentia, eam Declarationem aſſentiri atque agnoſcere, quippe quæ nihil antiquius neque magis in votis habeat, quàm ut videre poſſit communes Imperii Status ſub S. C. Majeſtatis gubernatione, in Religionis unitate pacificè atque concorditer vivere; id quod S. C. Majeſtati, officii ratione, quo fungitur, anniti decet atque competit.

Catholici ut in ritibus Eccleſiæ veteris perſiſtant.

8. Quapropter petit S. C. M. à Statibus, qui hactenus ordinationes & ſtatuta Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ conſervarunt & renuerunt, ut illas porrò quoque conſervare & tenere velint, in illisque conſtanter perſeverare & manere, neque ab illis deſciſcere, aut quidquam in eis mutare, id quod illi ſe facturos, & fideliter in vita ſervaturos, jam antè annuerant & promiſerant.

9. A cæ-

9. A cæteris verò Statibus, qui novationes inſtituerunt, petit S. C. M. requiritque auctoritate Imperatoria, ut aut communib. Statibus ſe iterum conjungant, & cum illis in obſervatione Eccleſiæ Chriſtianæ Statutorum & cæremoniarum per omnia ſe conforment, aut in doctrina & Eccleſiaſticis ordinationibus cum prædicta Declaratione conſentiant, nec ulteriùs progredi aut quidquam innovare præſumant: Quod ſi qui longiùs progreſſi nonnulla immutarunt, ut illi ad tenorem prædictæ Declarationis in omnib. ſe reforment, Eccleſiasque ſuas inſtituant, in eaque reformatione conſtanter & fideliter perſeverent: Denique ut omnes Status Imperii ſupradictam Declarationem interim æquo animo ſufferant, non impugnent, nec contra illam docere, ſcribere, aut concionari permittant, ſed Generalis Concilii determinationem & decretum patienter præſtolentur.

Evangelici ſeu Proteſtantes ut nihil porrò innovent.

10. Intereà temporis S. C. M. ſedulam operam navare pollicetur, nec ulli rei parcere, quæ promovendo eſſe poſſit, ut Concilium juxta ſupplicationem communium Statuum quàm maturiſſimé celebretur, & Natio Germanica tandem aliquando gratulantibus illis diſſidiis liberetur.

11. Similiter laborat S. C. M. vehementer & cum induſtria, ut Chriſtianam Reformationem conſtituat, quam etiam S. C. M. hoc ipſo durante Imperiali Conventu Statibus Imperii publicare decrevit, certa ſpe fore, ut interim, donec ſæpedicti Concilii decretum promulgatum fuerit, ad abolendos multos abuſus & errores ſcandaloſos, itemque obſervandam Chriſtianam diſciplinam, moribus & virtutibus comitatam, non parum frugis allatura ſit.

Reformatio ab Imperatore inſtituta.

12. Quod autem in ſupradicta Declaratione, ſub rubrica, *De cæremoniis & uſu Sacramentorum*, inter alia dicitur; *in quas tamen ſi quid irrepſit, quod cauſam dare poſſit ſuperſtitioni, tollatur:* reſervat ſibi ſoli C. M. in hoc, & ſimilibus articulis, ubi & quotiens opus erit, nunc & in poſterum, ſemper jus corrigendi, addendi, detrahendi, quatenus ſibi juſtum & æquum pro neceſſitate viſum fuerit.

Religionis judicandæ poteſtas Imperatori reſervata.

Nam quicquid S. C. M. ad honorem Dei, promovendum divinum cultum, componendas Religionis controverſias; tum conſervandam & conſtabiliendam pacem publicam, juſtitiam, & concordiam in ſacro Imperio Nationis Germanicæ; denique ad omnium Statuum Imperii utilitatem, emolumentum, & grata commoda facere, ſuſcipere, tractare, aut navare valet ac poteſt, ad id S. C. M. ratione officii, quo fungitur, animo & corpore ſua ſponte prompta eſt & parata.

Atque hæc ad declarandam Cæſareæ Majeſtatis voluntatem communibus Imperii Statibus elementer & benignè ſignificanda duximus.

CAPUT I.

De conditione hominis ante lapſum.

Deus creavit initio hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, eumque gratia ornavit, & fecit per originalem juſtitiam, ut eſſet omnibus cum corporis, tum animi viribus rectus, nec agitaretur ullis turpidis & pravis motibus: ſed in eo caro ſpiritui, atque inferiores animi vires ſuperioribus, quæ tantum ad bonum hortabantur, parerent. Geneſ. 1.

2. Cum igitur animus hominis tam bene conſtitutus eſſet, reliquit enim Deus in manu conſilii ſui uſque eò, ut non minorem haberet vim ad eligendum bonum, quàm malum. Eccleſ. 15.

3. Quòd ſi hac libertate ſua uſus fuiſſet rectè, & mandatis, quæ ipſi Deus dederat, obediſſet: bona quæ acceperat homo, atque juſtitiam ſibi & omni poſteritati ſuæ conſervaſſet, nihilque ei ac poſteritati ipſius defuiſſet ad bene beateque vivendum: non fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non dolor, non morbus, non mors eum afflixiſſet: omne denique peccatum atque vitium vitaſſet: nec ab illis, tanquam peccatorum ſtipendiis, periculum ei ullum poſterisque illius allatum fuiſſet.

CAPUT II.

De conditione hominis lapſi.

1. Verum, poſtquam primus parens noſter contrà, quàm mandaverat Deus, fecit: incidit in pœnam à Deo propoſitam, & juſtitiæ originalis donum pulcherrimum amiſit: hic carentia juſtitiæ hujus, unà cum vitioſo concupiſcentiæ habitu, quæ ſpiritui & ſuperioribus animi virib. perpetuò repugnat. Quod peccatum (hoc eſt, privationem illius juſtitiæ, qua parte rationem ſubditam reddebat Deo) unà cum concupiſcentia in omnem poſteritatem ſuam propagavit, ut cum eo omnes, quotquot in hanc lucem eduntur, homines naſcantur: nec eo vacuus ſit ullus, nec unius quidem diei infans, ſecundum Scripturas. Rom. 5. Epheſ. 2. Job. 25.

2. Hinc illud naturæ noſtræ vulnus ut *animalis homo non percipiat quæ ſunt Spiritus*, nec eadem ante gratiam expetat atque liberè eligat: cum *concupiſcentiæ & affectus carnis*, qui in eo dominatur, *inimicitia ſit adverſus Deum*, & à lege Dei abhorreat, tantoque magis impediat in bono, quanto magis ad malum impellit. 1. Cor. 2. Rom. 8.

3. Et quanquam retinet homo talis libertatem arbitrii, licet infirmam & læſam, ex qua tanquam fonte produnt & virtutes morales ethnicorum, & harum actiones: tamen ante gratiam Dei & reparationem ad juſtitiam, quæ coram Deo valeat, aſpirare haud poteſt: ſed eſt potius ſervus peccati, Satanæ mancipium, inimicus Dei, & malis hujus mundi obnuxius: premitur enim fame, ſiti, frigore, æſtu, dolore, morbo, & ad extremum morte ipſa evertitur. *Per unum* enim *hominem peccatum in hunc mundum* Rom. 5.

dum introivit, & per peccatum mors. Hæ autem iſtius primæ prævaricationis pœnæ renatis cum peccatoribus communes ſunt. Illis tamen à Deo etiam ad exercitium adhibentur: injuſtis verò & impiis infliguntur ad pœnam.

4. Adde hue quod in homine tali, quem peccatum originale depravavit, quoad natura tantùm conſtat, nec per gratiam inſtauratur, regnat unà cum concupiſcentia prava etiam Satan, qui eum vinculis ſervitutis ſuæ conſtrictum tenet, in eoque operatur, ut controverſetur in deſideriis ſuis, faciens voluntatem carnis & cogitationum, ac originale, quòd à parentibus traxit, peccatum actualibus cumulet, ſitque
Epheſ.2. *filius iræ*, ſecundum Apoſtolum, ut ſi in hac miſerrima conditione ſua moriatur, juſto tandem Dei
Eſa.66. judicio in gehennam conjectus, æternis ibi ſuppliciis plectatur, ut *nec ignis ejus*, ut apud Eſaiam ſcriptum eſt, *extinguatur, nec vermis moriatur.*

CAPUT III.

De redemptione per Chriſtum Dominum noſtrum.

Joan.3. 1. Deus igitur, qui dives eſt in miſericordia, nolens perire quos condiderat, Filium ſuum miſit in mundum, ut cùm impoſſibile eſſet homini, ſeipſum liberare, in Domino hoc noſtro atque Salvatore
Rom.3. haberet *redemptionem per ſanguinem ejus*, ut ſcriptum eſt apud Apoſtolum.

2. Poſuit enim Deus ſuper eum iniquitates noſtras, ut in corpore ſuo peccata ferret in cruce, affi-
Epheſ.1. gens ea in ligno. Hic cùm innocens pro nobis peccatoribus pateretur atque ſatisfaceret, redemit quidem nos, & Deum Patrem ita placuit, ut idem Pater miſeros nos & peccatis inquinatos, ob ſangui-
Eſa.53. 1.Petr.2. 2.Cor.5.] nem ipſius abſolveret, ac ſibi reconciliaret. *Verè* enim, inquit Paulus, *erat Deus in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.*

3. Et quanquam Deus gratuitò & propter nomen ſuum propitius eſt nobis, & iniquitates noſtras
Rom.3. delet propter ſe: tamen ne ſine ullo ſatisfactionis precio peccata remitteret, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ pro incomprehenſibili ſapientia & immenſa bonitate ſua, juſtitiam cum miſericordia miſcuit, & voluit, ut precium pro redimendis nobis Filii ſui ſanguine conſtitueretur, ut quas nos peccatores dare deberemus pœnas, eaſdem Agnus ille innocentiſſimus perferret in cruce, noſque è vulnerib. ipſius, quod nobis miſeris deeſſet, redemptionis precium mutuari, & ad liberationem ſalutemque noſtram uſurpare poſſemus, ut cùm miſereatur noſtri benigniſſimus Pater gratuitò, non tamen miſereatur niſi interveniente ſanguine Filii ſui: ut quod nobis hic gratis contingit, id tamen merito ac juſtitiæ Chri-
Jerem.9. 1.Cor.1. ſti acceptum ferre debeamus, ut *quicunque gloriatur, in* hoc *Domino* redemptore & ſalvatore noſtro, *glorietur.*

De juſtificatione.

1. Jam qui precioſo ſanguine Chriſti redimitur, & cui meritum paſſionis Chriſti applicatur, continuò is juſtificatur: hoc eſt, invenit remiſſionem peccatorum ſuorum, à reatu æternæ damnationis abſolvitur, & relevatur per Spiritum ſanctum, atque ita ex injuſto fit juſtus. Nam Deus quando juſtificat, non humano tantùm more agit cum homine, ut ei ignoſcat duntaxat, peccatum donet, & reum abſolvat, ſed facit etiam meliorem: id quod homines attribuere nec ſolent, neque poſſunt. Communicat namque cum illo de Spiritu ſuo ſancto, qui purificat cor ejus, & per charitatem in eodem corde diffuſam incitat, ut quod bonum ac juſtum eſt, expetat: & expetitum opere ipſo perſequatur.

2. Hæc eſt vera illa juſtitiæ inhærentis ratio, quam deſiderabat David, cum hanc emitteret vocem:
Pſal.50. *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innova in viſceribus meis.* De hac Apoſtolus ſcribit:
1.Cor.6. *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis*, & cum inquit: *Deum ſecundum ſuam miſericordiam nos ſalvos*
Tit.3. *feciſſe per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundanter per Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum: ut juſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*

Matth.5. Gal.5. 3. Quanquam autem juſtitia hæc, quæ è fonte legis Spiritus profluit, longè eſt abundantior, quàm fuit Scribarum atque Phariſæorum juſtitia: tamen in iis, qui hac prædini ſunt, nihilominus concupiſcen-
Rom.7. 1.Joan.1. tia repugnat Spiritui, quoad hîc vivitur. Eò fit, ut iidem illi mente quidem ſerviant legi Dei: carne autem legi peccati, & ſine peccato non vivant.

1.Cor.10. 4. Cum igitur homo plenam juſtitiæ inhærentis perfectionem, quoad in hac terra vivit, non conſequatur: certè Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio à Deo, nobis in hac etiam parte benigniſſimè ſuccurrit, quatenus & per communicationem juſtitiæ ſuæ, juſtitiam hominis de illa participantis inhærentem ut efficit, ita auget, ut de die in diem renovetur, donec in æter-
Auguſtin. contra Fauſtum lib.19. cap.7. na patria plenè perficiatur, & per meritum ſanguinis ſui precioſi atque juſtitiam, quam conſtituit perfectiſſimam, impetrat homini indulgentiam: ut quod homo per infirmitatem ſuam minus poteſt, id per ipſius Chriſti perfectionem recuperetur ac condonetur. Hinc illa Joannis conſolatio: *Filioli, hæc ſcri-*
1.Joan.2. *bo vobis, ut non peccetis, ſed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.*

Aug.lib.19. cap.7. contra Fauſt. 5. Concurrunt quidem Chriſti meritum & juſtitia inhærens, ad quam renovamur per donum charitatis: inhærens, ut ex ea piè, juſtè ac ſobriè vivamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri. Sed meritum Chriſti, ut ſit juſtitiæ noſtræ inhærentis cauſa, &

ut

Google

ut cum in multis labamur omnes, ac propter infirmitatem imperfectionemque noſtram multa occurrant, quæ animos noſtros turbare, & deſperationem ſolicitare poſſint: in eodem merito & precioſo Chriſti ſanguine reſpiremus, ac inveniamus quo ad ſpem ſalutis firmiſſimè niti valeamus. Nam in Chriſto Jeſu Domino Redemptore, & Salvatore noſtro, quem induunt pii, & cum quo donantur eis omnia ſecundum Apoſtolum, *omnia nobis ſunt firmiſſima, ſolidiſſima, & perfectiſſima, ut eiudem ipſi ad ſpem vivam rectè fulciamur.* Gal. 3. Rom. 8.

CAPUT IV.

De utilitate & fructibus juſtificationis.

1. Habent quidem juſtificati pacem ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Eia namque Deus eſt placatus, miſericors & propitius, ut ſperare poſſint, *ſi, cùm inimici eſſent, Deus reconciliaverit ſibi ipſos per mortem Filii, multò magis futurum eſſe, ut reconciliati ſalventur*, ut verbia Apoſtoli, quæ conſolationis pleniſſima ſunt, utamur. Rom. 5.

2. Item qui juſtificantur, iidem etiam adoptantur Deo filii: ut hæredes ſint Patris æterni in cœlis, *cohæredes* autem *Chriſti*, autore Paulo, & jam habeant jus adeundæ hæreditatis illius, quæ eſt vita æterna. Rom. 8.

CAPUT V.

De modo, per quem homo juſtificationem accipit.

1. Et ſi Deus non ex operibus juſtitiæ, quæ ſecit homo, ſed ſecundum ſuam miſericordiam juſtificat eum, idque *gratis*, hoc eſt, ſine merito ejus, ut *ſi gloriari velit, in Chriſto tantùm glorietur*, cujus ſolius merito redimitur à crimine, & juſtificatur: tamen Deus miſericors non agit hîc cum homine, ut cum trunco, ſed trahit eum volentem, ſi adultus ſit. Talis enim non accipit beneficia illa Chriſti, niſi præveniente gratia Dei, mens ejus atque voluntas moveatur ad deteſtationem peccati. Nam cùm *peccatum ſeparet inter Deum & nos*, ut Eſaias inquit: nemo ad thronum gratiæ & miſericordiæ accedere poteſt niſi qui prius per pœnitentiam ab eodem peccato fuerit averſus. Itaque Joannes cum præpararet viam Domino, dixit: *Agite pœnitentiam, appropinquat enim regnum cælorum.* Rom. 3. 1 Cor. 1. Eſa. 59. Marc. 1.

2. Mox eadem gratia divina movet mentem in Deum per Chriſtum, ut hic modus eſt fidei, per quam homo ſine hæſitatione credens, ſcripturis ſanctis & promiſſionibus quas eædem afferunt, aſſentitur. Chriſtus enim ipſe, cum primò exegiſſet pœnitentiam, mox fidem talem requirit, inquiens. *Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquat regnum Dei, agite pœnitentiam, & credite Evangelio.* Marc. 1.

3. Qui ita credit, & divinæ juſtitiæ timore, quo utiliter concutitur ad conſiderandam miſericordiam Dei & redemptionem per ſanguinem Chriſti, eſt converſus: hic erigitur, & movente gratia Dei, concipit fiduciam atque ſpem, ut credat præter ſpem meriti ſui, in ſpe miſericordiæ promiſſæ, tribuens gloriam Deo: atque ita perducitur ad charitatem. Rom. 4.

4. Tali in Deum fide, quicunque miſericordiæ divinæ ac Chriſti merito nititur, ſeque eiſdem committit, accipit promiſſionem Spiritus, & ſic juſtificatur per fidem in Deum, ſecundum ſcripturam, ut ei non ſolum remittatur peccatum, ſed idem etiam ſanctificetur & renovetur per Spiritum ſanctum: ea namque fides impetrat donum Spiritus ſancti, quo diffunditur charitas in cordib. noſtris. Quæ quatenus ad fidem & ſpem accedit, eatenus per juſtitiam inhærentem verè juſtificamur. Hæc enim juſtitia, fide, ſpe ac charitate ita conſtat, ut ſi aliquam harum juſtitiæ huic ſubtraxeris, eandem ipſam mancam planè reliqueris. Gal. 3. Rom. 3.

CAPUT VI.

De charitate & bonis operibus.

1. Charitas autem, quæ eſt finis præcepti & plenitudo legis, ſimulac juſtificationem ingreditur, fœcunda eſt, jamque omnium bonorum operum ſemina intra ſeipſam includit: quæ ut parata eſt ferre bonos juſtitiæ fructus, ita fert eos in juſtificatos quàmprimum, & quoties debet, eique operandi facultas impedimento aliquo non adimitur. Itaque *fides, quæ per dilectionem non operatur, non videtur viva, ſed ſterilis potius ac mortua*, autore Jacobo. Quinimo *homo quantalibet fide præditus, ſi ei deſit charitas manet in morte*, ut Joannes teſtatur, cum præſertim charitas jam eſſe debeat pars vitæ æternæ in nobis inchoatæ, & tandem per glorificationem perficiendæ. Quanquam enim fides & ſpes deſinent, cum migraverimus in illa æterna tabernacula, charitas tamen manebit, & in eadem ipſa introibit, ut ſecundum eam beatiſſimè vivere, ac Deo, qui tum nobis erit omnia, ſempiterno ævo frui poſſimus. Eſt tamen fides nihilominus vera, qua Chriſtiani ab infidelibus diſcernuntur, quatenus ſcripturis & revelatis à Deo aſſentiuntur, etſi eadem à charitate disjuncta ſit. Pſal. 1. Gal. 5. Jacob. 2. 1 Joan. 3. 1 Cor. 13.

2. Ex hoc maximo Dei dono, quod quantò magis in nobis augeſcit, tantò magis vetuſtas carnis noſtræ imminuitur, quæ manant tanquam è fonte bona opera, ad ſalutem cujusque juſtificati tam neceſſaria ſunt, ut qui ea non fecerit continuò gratiam Dei amittat, & tanquam palmes inutilis excindatur à Chriſto, & in ignem projiciatur, ut Chriſtus ipſe in Evangelio ſuo docet. Joan. 15. Matth. 7.

3. Et quanquam opera hæc talia ſunt, ut Deus jure quodam ſuo ea à nobis exigere poſſit, & ſancti,

etiam ſi omnia quæ ex eis præcepta ſunt, fecerint, & agnoſcere & dicere debant ſe eſſe inutiles ſervos: tamen cùm ex charitate Dei proflunnt, & gratiæ Dei effectus ſint, ac quia Deus ſecundum ſuam voluntatem operantibus mercedem liberaliſſimè promiſit: eadem & temporalium bonorum, & æternæ
1.Cor.15. vitæ remuneratione dignatur, ſecundum Apoſtoli teſtimonium, loquientis; *Abundate in omni opere bo-*
Heb.6. *no, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* Non enim eſt *injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ejus.*

4. Ac juſtificati jam ut ſervi facti juſtitiæ, membra ſua exhibentes ſerva juſtitiæ ad ſanctificationem,
Eccleſ.1. cooperante gratia, bonis operibus abundant: & quantò magis eisdem abundant, tantò majora juſti-
Apoc.22. tiæ incrementa ipſis adjunguntur, ut qui juſti ſunt, juſtiores fiant. *Ne verearis,* inquit Scriptura, *ju-*
Joan.2. *ſtificari ad mortem.* Item: *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.* Et: *Qui in Chriſto fructuoſus eſt, repurgetur à Patre cœleſti, ut fructum copioſiorem ferat,* ut Chriſtus ipſe docet. Et hæc eſt illa ex operibus juſtificatio,
Jacob.2. de qua Jacobus frater Domini.

5. Quod reliquum eſt, etſi opera à Deo mandata, ut neceſſaria ad ſalutem, ſunt præcipuè urgenda,
Matth.19. juxta illud Chriſti: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata:* quæ tamen præceptis ſuperaddita aut piè aut honeſtè ſuſcipiuntur: ipſa etiam commendanda ſunt, ne à Spiritu ſancto multa horum in ſcripturis ſanctis commendante, diſcrepamus: Aliàs relinquere aut vendere omnia, & ſequi Dominum: Item ſer-
2.Reg.6. vare virginitatem aut continentiam, bonum & utile non eſſet. Quinimo David, cum ſaltaret ante arcam,
1.Cor.9. jure fuiſſet irriſus à Michol: item, Paulus fruſtra remiſiſſet ſalarium iis, quib. verbum Dei prædicaverat.

6. Breviter, diſcernenda ſunt opera ſupererogationis, quæ *ſupra preceptum* (ut verbo Chryſoſtomi utamur) *fiunt*, ab iis quæ contrà fiunt. Hæc enim Chriſtus ipſe damnat, ut fermentum Phariſæorum: at illa
Pſal.118. Spiritus S. in ſcripturis loquens, commendat, inquiens: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.*

CAPUT VII.

De fiducia remiſſionis peccatorum.

1. Hîc cavendum eſt, ne aut homines faciamus ſecuros nimis, ſibique fidentes, aut anxia dubitatione in deſperationem impellamus. Itaque cum Paulus dicat, ſe quidem nullius peccati conſcium, ſed
Gal.2. in hoc tamen non juſtificatum eſſe: homo non poteſt ſine dubitatione propriæ infirmitatis aut indiſpoſitionis credere ſibi peccata remiſſa eſſe. Sed tametſi non debet ſe in ſeipſo jactare, non ita tamen terrendus eſt, ut de promiſſis Dei deque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet, & deſperet ſe remiſſionem peccatorum & ſalutem conſequi poſſe: quin et omnis ſpes & totius fiduciæ certitudo eſſe debet in pretioſo ſanguine Chriſti, qui effuſus eſt propter nos, & propter noſtram ſalutem: in quo ipſo reſpirare nos atque confidere poſſumus certò & debemus, confirmante nos Spiritu ſancto, qui dat teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſimus Filii Dei.

CAPUT VIII.

De Eccleſia.

1. Nunc de Eccleſia, quæ eſt univerſitas Chriſti fidelium, agendum videtur, in quam Spiritus S. ita
Eph.4. contrahit ac jungit renatos atque Chriſtianos, ut ſint una domus, unum corpus ab uno baptiſmo & una fide: quæ (autore Paulo) una eſt in omnibus Chriſtianis. Itaque neceſſe eſt, vitam Chriſtianorum, ut ad perfectum finem, quò tendit Eccleſia, perveniatur, bonam eſſe ac piam: nemo tamen ſibi ipſi perſuadeat, ullam vitæ probitatem ſibi profuturam eſſe, niſi ſe huic fidelium unitati & communioni junxerit atque accommodaverit. Sit igitur Eccleſia domus Dei viventis & corpus illud, cujus caput eſt
Epheſ.1. Chriſtus: *multi* enim *unum corpus ſumus in Chriſto,* inquit Paulus.

2. Pro hac Eccleſia idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſe tradidit, ut eam ſanctificaret, mundans ipſam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi: ſed ut ſit ſancta & immaculata.

Epheſ.5. 3. Ac cum Eccleſia unica ſit illa columba & corpus unum, certè ut hanc ſolam Spiritu ſuo ſanctificat & fovet Chriſtus: ita extra eam bona gratiæ ſuæ tribuit nemini. Qui igitur in communione hujus corporis non eſt, nihilo magis Spiritu S. vivificatur ad ſalutem æternam, quàm ullum membrum naturale à corpore ſuo abſciſſum atque avulſum ad vitam naturalem: eò quòd Spiritu vitali ab uno ſuo capite deſtituente, non amplius vegetatur. Itaque credendum eſt, neminem extra Eccleſiam Chriſtianam & communionem ejus ſpiritualem, vitam æternam conſequi poſſe.

Epheſ.1. & 4. Communionis autem hujus eam eſſe rationem, ut cum Spiritus Chriſti ab eo ut capite delabatur
1.Cor.6. in corpus ſuum, hoc eſt, Eccleſiam & omnia membra ejus permeet, ſingula membra percipiant ex eo, quantum ſibi ſatis ſit ad ſalutem: & quod ſingulis bonum contingit, id omnibus commodare, atque
Epheſ.4. adeò univerſitati ipſi conſulere. Nam (ut ait Apoſtolus) *creſcunt membra in charitate per omnia in illo, qui eſt caput Chriſtus:* ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. In tali conjunctione, atque ſocietate hominum, eſt ſumma conjunctio, dum membra
1.Cor.12. pro ſe invicem ſolicita ſunt. Et ſive patitur membrum unum, compatiuntur omnia membra: ſive gaudet unum membrum, congaudent omnia membra.

5. Et quanquam Eccleſia, quatenus conſtat membris talibus, quæ ſecundum charitatem vivunt, ſan-
ctorum eſt tantùm, & eatenus ſpiritualis & inviſibilis: eadem tamen etiam ſenſibilis eſt, qualem Chri-
ſtus ipſe monſtrat, inquiens: *Dic Eccleſiæ.* Ad hanc eandem pertinent Epiſcopi, qui regunt popu- Matth. 16.
lum, quem Chriſtus ſanguine ſuo acquiſivit. Pertinent alii item miniſtri. Dedit namque Deus quoſ-
dam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios paſtores & doctores. Eph. 4.

6. Ad hanc eandem Eccleſiam pertinet verbum Dei, quod in aures influit: pertinent Sacramenta, per-
tinent claves ligandi atque ſolvendi, pertinet poteſtas coercendi per excommunicationem, pertinet jus
ordinandi miniſtros Eccleſiæ, pertinent vocationes ad munera Eccleſiaſtica, pertinet denique jus ſan-
ciendi Canones.

7. Debent autem quæ ad ſenſibilem & externam Eccleſiæ partem pertinent, ſervire ad conſummatio-
nem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Jam in Eccleſia non ſolùm
ſancti, ſed etiam mali, ut ejus membra, licet arida, verſantur: undè eam Chriſto modò reti in mare
jacto, & tam bonos quàm malos piſces comprehendenti, modò agro ſeminato, bonas fruges & ziza-
nia ſimul ferenti, comparat. Nam qui membra facti ſunt Eccleſiæ per baptiſma, recidunt ſæpe in crimi-
na: faciuntque ſe ſervos peccati atque æternæ damnationis reos. Et quanquam gratiam communio-
nis ſanctorum & ſpiritualis Eccleſiæ amittunt, hærent tamen nihilominus in externa Chriſtianorum ſo-
cietate atque Eccleſia: audiunt verbum Dei, & Sacramenta capiunt. & alia item ſenſibilia cum Eccle-
ſia habent communia, niſi vel per excommunicationem juſtam, vel per ſchiſma, vel per hæreſim, vel
per defectionem à fide Chriſtiana abſcindantur.

8. Miſera eſt quidem conditio eorum, qui ex peccato mortali languent, & à ſpirituali communio-
ne remoti, in periculo æternæ damnationis verſantur. Sed quia tamen eis verbum Dei audire, & Sa-
cramentis item uti licet, utiliter hiſce tanquam inſtrumentis divinæ gratiæ in communionem Sancto-
rum reſtitui facilius poſſunt: præſertim cum in Eccleſia etiam externa Spiritus ſanctus ſalutem per ver-
bum Dei & Sacramenta operetur.

9. Verùm Schiſmati, Hæretici, & à fide Chriſtiana deſciſcentes, quia non ſolum à ſpirituali, ſed etiam
externa Eccleſiæ ſocietate ſejuncti ſunt, quamdiu in hoc calamitoſo ſunt ſtatu, non habent quo poſ-
ſint juvari recreari. Imò tanquam membra à toto Eccleſiæ corpore abſciſſa, in ſuam ipſorum perni-
ciem putreſcunt, non digni qui in ulla corporis Chriſti parte conſiſtant, cujus unitatem tam turpiter
ſcindunt atque lacerant. Hinc illud Apoſtoli: *Hominem hæreticum poſt unam & alteram admonitionem* Tit. 3.
devita, ſciens quia ſubverſus eſt qui bujusmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.

CAPUT IX.

De notis & ſignis Eccleſiæ veræ.

1. Ac quoniam varii ſunt cœtus humanæ conſociationis, operæ precium eſt notas & ſigna, quibus
Eccleſia ab aliis ſocietatibus humanis diſcernatur, noſſe: cum præſertim, qui ab Eccleſia vera defi-
ciunt, Schiſmatici atque hæretici conſtituant ſuos cœtus, eisque authoritatem & nomen Eccleſiæ ad-
jungere non dubitent, & alii eorum alio in loco Chriſtum eſſe dicant, à quibus ut caveamus nobis
Chriſtum ipſe monet.

2. Sunt igitur ſigna Eccleſiæ veræ, hoc eſt, magnæ illius domus, in qua non ſolum ſunt vaſa aurea & Matth. 24.
argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædam in honorem, quædam in contumeliam: doctrina ſana, & 2. Tim. 2.
rectus Sacramentorum uſus, quibus ab Ethnicorum & Judæorum cœtibus Eccleſia disjungitur: quo-
rum utrique & ſana doctrina, & Sacramentis Novi teſtamenti carent.

3. Tertium ſignum eſt, unitas, quæ vinculo charitatis & pacis continetur, ac membra Eccleſiæ ita
conglutinat, ut non ſolum, quod perpetuus Sanctorum conſenſus ab Apoſtolis usque ad nos recepit
& approbavit, idem ſentiant, ſed etiam idem loquantur monente Apoſtolo: *Obſecro autem vos per nomen* 1. Cor. 1.
*Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in
eodem ſenſu, & in eadem ſententia.*

4. Quartum ſignum Eccleſiæ veræ eſt, quòd ſit Catholica & univerſalis, hoc eſt, per omnia loca &
tempora diffuſa, & per Apoſtolos eorumque ſucceſſores continuata usque ad nos, ſucceſſione propaga-
ta usque ad fines terræ juxta promiſſiones Dei: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &* Pſal. 2.
poſſeſſionem tuam terminos terræ. Item: *Multi venient ab Occidente & Oriente, & recumbent cum Abra-* Heb. 1. & 5.
ham, Iſaac, & Jacob, in regno cœlorum. Item: *Et eritis mihi teſtes in Hieroſolyma, & in omni Judæa, &* Matth. 8.
Samaria, & usque ad ultimum terræ. Item: *Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut* Actor. 1.
maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere. Joan. 14.

5. Hæc duo ſigna diſtinguunt Eccleſiam Chriſtianam à Schiſmaticorum atque Hæreticorum gregi-
bus, qui vinculum pacis rumpunt: & à Catholica unione ſeipſos in ſuam ipſorum perniciem divellunt
luot, dum partem ſuam toti atque univerſæ Eccleſiæ anteferunt.

CAPUT X.

De authoritate & poteſtate Eccleſiæ.

1. Et ſi Scriptura, ut Chriſtus inquit, ſolvi non poteſt, & idcirco immobilis & omni humana autho-
ritate major eſt: tamen fuit penes Eccleſiam autoritas diſcernendi ſcripturas veras ab adulterinis. Hine Joan. 10.

eſt

eſt ille Canon ſcripturarum, qui germanas à falſis, quæ ſub nomine Apoſtolorum atque diſcipulorum Domini obtrudebantur, diſcrevit.

2. Et ut Eccleſia hujus rei authoritatem poteſtatemque habuit ſemper, ſic etiam interpretandi atque atque adeò ex eiſdem ſcripturis eliciendi & explorandi dogmata: quippe cum huic Spiritus ſanctus non deſit, qui ipſam *in omnem ducat veritatem*, quemadmodum Chriſtus ipſe promiſit. Hinc illud Petri: *Omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines*, atque hoc interpretandi poteſtas cum primis neceſſaria eſt, in iis præſertim quæ difficilia ſunt intellectu: id quod res ipſa docet.

Joan.14. 2.Petr.1.

3. Habet præterea Eccleſia traditiones, à Chriſto & Apoſtolis per manus Epiſcoporum ad hæc uſque tempora delatas: quas qui convellit, is negat eandem columnam eſſe & firmamentum veritatis. Hujus generis ſunt baptiſmus parvulorum & alia.

4. Conſtat item, poteſtatem coërcendi atque excommunicandi eſſe penes Eccleſiam, idque ex inſtituto Chriſti de poteſtate ligandi, huic conſentaneum eſt illud Apoſtoli: *Tollite malum ex vobis*.

Matth.16, 1.Cor.5.

5. Habet item poteſtatem Jurisdicendi. Nam cui competit jus coercendi, & poteſtas jurisdicendi deeſſe non poteſt.

6. Ac, ſi quæſtiones dubiæ oriantur in Eccleſia, habet quidem hæc poteſtatem judicandi de eiſdem atque decernendi, idque per Synodum, & quod hæc, in Spiritu ſancto legitimè congregata, decernit, Spiritus ipſe ſanctus decernere videtur, juxta illud Concilii Hieroſolymitani: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*. Itaque ſaluberrimam eſſe Conciliorum autoritatem, dubitare debet nemo.

Actor.15.

7. Et quod ex eodem Concilio Hieroſolymitano intelligitur, eſt etiam penes Eccleſiam poteſtas conſtituendi Canones: idque ad utilitatem Eccleſiæ, cujus poteſtas omnis eſt ad ædificationem, & non ad deſtructionem.

CAPUT XI.

De Miniſtris Eccleſiæ.

1. Habet Eccleſia doctrinam divinitus traditam, quæ populo explicanda eſt. Habet ſacra & externa, quæ piè & ſalubriter ad utilitatem Chriſtianorum tractanda ſunt atque explicanda, quo minus miniſtri, qui muneribus ad has res neceſſariis funguntur, eidem Eccleſiæ deeſſe vel poſſunt vel debent. Ac munera quidem hæc omnibus Chriſtianis communia non ſunt: verùm Deus ipſe initio dedit quosdam quidem Apoſtolos, quosdam Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti.

2. Itaque tempore Apoſtolorum non omnibus data fuit poteſtas ad functionem munerum Eccleſiæ, ſed certis tantùm, iisque ad eadem ipſa ſegregatis. Nam cùm Antiochiæ eſſet Barnabas, Lucius, Manahen & Saulus, *miniſtrantibus illis Domino* (ut Lucas in actibus Apoſtolorum ſcripſit) *& jejunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos*. Cavendum eſt igitur nobis, ne ſpirituale ſacerdotium, quod omnibus Chriſtianis, quos Spiritus ſanctus unxit, commune eſt, cum hoc externo atque miniſteriali, quod non omnium eſt, ſed eorum tantùm qui ad hoc vocati atque ritè ordinati ſunt, confundamus: quod ſine gravi ac pernicioſa Eccleſiarum perturbatione atque calamitate accidere non poteſt.

Actor.13.

CAPUT XII.

De Pontifice ſummo & Epiſcopis.

1. Atque ut Eccleſia, quæ eſt unius capitis, hoc eſt, Chriſti unum corpus, eò facilius in unitate contineri poſſet, etſi multos habet Epiſcopos, qui populum ejus, quem Chriſtus precioſo ſanguine ſuo acquiſivit, regant, idque jure divino: unum tamen in remedium ſchiſmatis, qui cæteris omnibus præſit cum plenitudine poteſtatis, ſummum Pontificem habet, idque pro prærogativa Petro conceſſa: quod ipſum quàm utile ſit ad avertenda ab Eccleſia ſchiſmata, ſatis conſtat iis qui non ignorant, à contemptu hujus ſummi ſacerdotii plerumque ſchiſmata orta eſſe, ut Cyprianus ſcribit, & res ipſa teſtatur.

2. Qui igitur Cathedram Petri tenet ſummus Pontifex, eo jure, quo Petrus, accepit à Chriſto, dicente, *Paſce oves meas*, univerſam Eccleſiam, & gubernat, & gubernare debet.

Joan.21.

3. Qua tamen poteſtate ſua uti debet non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem. Hanc autem plenitudinem poteſtatis ſic videtur Chriſtus Petro, ejusque ſucceſſoribus dediſſe, ut reliquis Epiſcopis partem ſolicitudinis ejus commiſſæ non abſtulerit, ſed ſuarum Eccleſiarum & Diœceſium veros jure divino Epiſcopos eſſe voluerit. Debent autem Chriſtiani homines & Pontifici ſummo, & ſingulis ſuis etiam Epiſcopis parere, juxta illud Apoſtoli: *Obedite præpoſitis veſtris, qui vigilant pro animabus veſtris*.

Hebr.13.

CAPUT XIII.

De Sacramentis in genere.

Sacramenta duabus potiſſimum de cauſis divina authoritate inſtituta ſunt. Altera, ut ſint ſigna & notæ quædam magnæ illius congregationis, quæ eſt Eccleſia: in nullum enim nomen coagulari homines

Digitized by Google

mines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibiſium conſortio colligantur. Quanobrem Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſocietatem novi populi, ſacramentis numero pauciſſimis, obſervatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis, colligavit: Baptiſmo videlicet, Confirmatione, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctione, Ordine, & Matrimonio.

2. Altera vero eſt ut non ſolum ſignificent, ſed etiam ſanctificent & conferant inviſibilem Dei gratiam, non propria rerum externarum virtute aut merito miniſtri, ſed Domini inſtituentis ac ſecretius operantis. Itaque etſi decet bonum eſſe ſacramentorum miniſtrum, tamen malus etiam poteſt ea utiliter dipenſare.

CAPUT XIV.

De Baptiſmo.

Ac primo quidem, quia homini ad ſalutem neceſſarium eſt, ut regeneretur in novam creaturam, cum alias natura ſit filius iræ: inſtituit Chriſtus ipſe ſacramentum Baptiſmi, ut ſit lavacrum illius regenerationis, quod ſane homini non minus eſt neceſſarium ad vitam novam atque ſpiritualem, quam nativitas carnalis ad vitam naturalem. Nec ſalutem quisquam conſequi poteſt, niſi aqua & Spiritu ſit renatus, ut Chriſtus ipſe teſtatur.

2. Hoc igitur Sacramentum abluit nos, ſanctificat, juſtificat: hoc Sacramentum facit, ut conſequamur Joan.3. remiſſionem peccatorum noſtrorum originalium atque actualium. Hoc denique Sacramentum tale eſt omnino, tamque ſalutare, ut qui eo initiatur, induat Chriſtum, ut Paulus ſcribit. Gal.3.

3. Conſtat autem Sacramentum hoc, verbo Dei & aqua. Nam ſimulac verbum ad elementum accedit, fit Sacramentum, cujus lavacro regeneramur & mundamur ab omni peccato. Itaqoe quoties aquam corpus abluentem cernimus foris, toties Spiritum, quem non cernimus, intus plus operari cogitemus.

4. Jam formam verborum, ſine quibus myſterium hoc confici non poteſt, Chriſtus Apoſtolis tra- Matth.28. didit, cum præceperit ut in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizarent. Huic præcepto Domini, quoties Baptiſmus confertur, & fides accipientis, ſi adultus ſit, pro infantibus vero, cum ſuſcipientium eos & pro ipſis confitentium, tum totius Eccleſiæ fides & fungentis miniſtri verbum innititur, quatenus hic ait: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.*

5. Ac nobis quidem videtur, ad excitandam fidem, conſolationemque adultorum vehementer pertinere, ut intelligant, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizantur, ſe jam poteſtate, virtute & potentia Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, conſecrari ac ſanctificari, ſeque totos reconciliari Deo, & jam peculium Dei fieri, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: in cujus tutelam jam tranſeunt, ſeque fœdere ſempiterno cum Deo jungunt, quatenus Diabolo ejusque operibus abrenunciant, promittuntque ſe Deo militaturos.

6. Quod autem ad munus baptizandi attinet, etſi hoc ad ſacerdotes maxime pertinet, tamen laicus etiam recte & utiliter in caſu neceſſitatis baptizare poteſt: nec ſi hæreticus baptizaret, dummodo debita materia, forma ac intentione utatur, Sacramentum hoc iterandum eſt, cum hoc idem non dignitate miniſtri, ſed veritate verbi divini & Spiritus ſancti virtute conſtat.

7. Quanquam autem Baptiſmus aufert omnia inquinamenta noſtra ſecundum Scripturas, hîc tamen non omnem vitiatæ naturæ languorem aufert, ut ſupra etiam monuimus: relinquit enim concupiſcentiam ad malum inclinantem, reatu ipſo ſublato. Concupiſcentia autem illa contra bonum in homine Gal.5. ſpiritum pugnare non deſinit, quoad in hac terra vivimus.

8. In quo tamen ipſa Baptiſmi virtus nobis non deeſt, ut quæ non ſolum peccati omnis reatum ſemel ademit, ſed contra concupiſcentiam adhuc hærentem in nobis & deſideriorum bella cientem, firmat vires noſtras per Spiritum ſanctum, quo ipſo ita munimur contra omnem concupiſcentiæ vim: ut reſiſtere ei ac prævalere poſſimus, monente Apoſtolo: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Gal.5. Hactenus de Baptiſmo.

CAPUT XV.

De Confirmatione.

1. Atque ut homini ad vitam corporis non ſolum neceſſe eſt ut naſcatur ac ſit, ſed etiam ut creſcat atque nutriatur, ita eidem ad ſalutem non ſolum neceſſe eſt regenerari, verum etiam in bono confirmari, & per virtutem Spiritus ſancti augeri: in quam rem inſtitutum eſt Sacramentum cum primis utile, ipſa nimirum Confirmatio, quam celebrarunt Apoſtoli, cum Samaritanis imponerent manus, cum utili hujus efficacia, ut in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, & quod hîc egerunt Apoſtoli, Chriſti Actor.8. nomine fecerunt: & in myſterio hoc inducendo, non aliter quam in aliis partibus muneris ſui, vicem Chriſti geſſiſſe videntur. Innititur autem myſterium hoc promiſſionibus Chriſti de gratia Spiritus ſancti, hujusque miſſione: *Ego mittam promiſſionem Patris mei in vos.* Item: *Paracletus autem Spiritus,* Luc.24. *quem mittet pater in nomine meo, ille docebit vos omnia.* Joan.14.

2. Et quanquam Sacramentum Confirmationis initio impoſitione manuum tantum celebra-

tum fuit, tamen Eccleſia ſub ipſis ſtatim Apoſtolorum temporibus ex eorundem traditione, ut externo ſigno internam Spiritus ſancti unctionem deſignaret, ritu ejus adhibuit chriſma, cum impreſſione ſigni ſanctæ crucis: quem morem, eumque pervetuſtum Eccleſia Catholica adprobare non deſinit. Et credit, quos famulos ſuos Deus regeneravit ex aqua & Spiritu, eoſdem hoc myſterio ita conſignari, ut ſeptiformem Spiritum ſanctum paracletum de cœlis, Spiritum ſapientiæ & intellectus, Spiritum concilii & fortitudinis, Spiritum ſcientiæ & pietatis ac timoris, capiant. Hæc cum credat, & in bujus Sacramenti adminiſtratione teſtificetur Eccleſia Catholica, quæ eſt optima myſteriorum Dei interpres: qui aliter ſentit, eandem negat veritatis columnam eſſe atque firmamentum.

3. Vis igitur Sacramenti hujus eſt, ut qui eo confirmantur, accipiant Spiritum ſanctum, quo in via ſalutis progredi, perſeverare, & tentationibus atque inſidiis carnis, mundi, Diaboli, feliciter reſiſtere poſſint.

4. At quia plerique eorum qui baptizantur, infantes ſunt, nec fidei profeſſionem per ſe edunt: conveniet, ut pueri, cum jam adulti, de religione Chriſti jam ſatis inſtructi, ad percipiendum confirmationis Sacramentum accedunt, fidem Chriſti & obedientiam Eccleſiæ ſuo etiam ore profiteantur: & jejuni atque confeſſi boc ſacro myſterio initientur, quemadmodum per Concilium Aurelianenſe conſtitutum eſt. Non tamen cenſemus, propterea parvulos ab boc Sacramento repellendos eſſe, cum Chriſtus ipſe non dubitarit eis manus imponere, non enim legem hîc damus Eccleſiis.

Conc. Aurelianenſe. Matth.19.

5. Miniſter autem hujus Sacramenti ſit Epiſcopus: id quod conſenſu totius Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolorum praxi comprobatur.

CAPUT XVI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

1. Ac quoniam homines renati ſæpe in gravia crimina incidunt, inſtituit Chriſtus Sacramentum Pœnitentiæ, quod poſt baptiſma ſit nobis tanquam ſecunda tabula in naufragio. In hunc enim uſum tradidit clavem ſolvendi, inquiens: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Simulac enim peccatorem peccati ſui pœnitet vere, idemque cum fiducia accedit ad thronum miſericordiæ, & credit hoc Sacramento accipi, quod Chriſtus promiſit, fit ei ſicuti credit: nec deeſt Sacramento huic, quod promiſſum eſt. Ut enim Sacramenta alia, ſic & hoc vim habet ſanctificandi. Conſiſtit autem Sacramentum hoc in abſolutione ſacerdotis, quæ inſtituto & verbo Chriſti nititur, qui in hanc rem poteſtatem ſuam delegat ſacerdotibus, inquiens: *Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.*

Joan.20. Ibidem.

2. Sed quia tamen ſacerdos non ſolum habet poteſtatem remittendi, verum etiam ligandi, cum utraque ſimul divinitus tradatur: videtur eatenus poteſtatem judicandi accipere, quatenus hanc utriusque clavis poteſtatem accipit: nec eam exercere poſſe, niſi intelligat utrum remittere an retinere debeat. Tale autem judicium non poteſt aliunde, quam ex confeſſione oris & peccatorum enumeratione, hauriri. Nam cum pleraque hominum delicta ſine teſte committantur, occulta autem crimina animam etiam ſaucient atque obſideant, ac manifeſtis interdum graviora & periculoſiora ſint: ſacerdos de his non ſane judicare poteſt, niſi qui commiſit, ea recenſeat & confiteatur, & hæc ſua quaſi vulnera ipſe aperiat.

3. Itaque quatenus ad ſananda hominum delicta pœnitentiæ remedium monſtratum eſt, eatenus etiam confeſſio pœnitentis, cum enumeratione peccatorum, nobis commendata videtur: quare ut Sacramentum pœnitentiæ tanquam ſalutare & neceſſarium probandum eſt populo Chriſtiano, ita ipſa etiam confeſſio & peccatorum enumeratio, quæ ut non minus laxanda eſt, ita viciſſim non nimis aſtringenda. *Delicta enim quis intelligit?* Itaque enumeranda ſunt peccata, quæ non quidem anxie nimis, ſed tamen diligenter cogitanti & ſeſe excutienti in mentem veniunt. Quæ autem in mentem non veniunt, generali confeſſioni recte includuntur, & nihilo ea minus remittuntur, quam ſi ea confitendo enumeraſſet. Et quoniam hic ex abſolutione quæritur venia, non tantum oneris imponit confeſſio, quantum conſolationis abſolutio credenti affert.

Pſal.18.

4. Jam etſi illa ſatisfactio, quæ culpam & æternam pœnam expiat, ſoli Chriſto tribuenda eſt: Satisfactio tamen, quæ in pœnitentiæ fructibus conſiſtit, maxime autem jejunio, eleemoſyna & oratione, ſive à nobisipſis ſuſcepta, ſive à parochis & diſpenſatoribus Sacramentorum injuncta: ſi ex fide & charitate peragitur, peccatorum cauſas exſcindit, & peccati reliquiis medetur, ac temporalem pœnam vel tollit, vel mitigat, & in exemplum denique adhibetur.

5. Sed ut ad abſolutionem ſacerdotis in qua conſiſtit vis Sacramenti Pœnitentiæ, redeamus: forma ejus & verbum tale eſſe debet, ut qui confitetur, audire atque intelligere poſſit, ſibi virtute, merito ac beneficio Chriſti, peccata remitti, juxta hujus inſtitutum & verbum: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Nam *hoc munus eſt Dei, cum miniſterium ſit ſacerdotis*, ut verbis Ambroſii utamur.

Joan.20.

CAPUT XVII.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

De Sacramento Euchariſtiæ.

1. Qui jam per Sacramentum Pœnitentiæ revixit in Dumino, ei item neceſſe eſt ali, & in bono ſpirituali creſcere. Inſtituit igitur Chriſtus Sacramentum Euchariſtiæ ſub viſibili ſpecie panis & vini, quod verum Chriſti corpus & ſanguinem nobis præbet, & hoc ſpirituali cibo unit nos ſibi nt capiti & membris corpnris ſui, nt in ipſo ad omne bonum enutriamur, & cum ſanctis in eorumqne communione augeſcamus per charitatem. *Unus* enim *panis, unum corpus multi ſumus, omnes qui ex uno pane partici-* 1.Cor.10. *pamus*, inquit Paulus.

2. Forma antem hujns Sacramenti ſunt verba illa ſolennia, quæ Chriſtua ipſe dedit : *Hoc eſt corpus* Math.26. *meum*, & iterum: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei*, &c.

3. Quod ſi igitur Chriſto & verbo ejus tantum tribuimus, quantum debemus: dubium noo eſt, quin ſimulac verba eadem accedunt ad panem & vinum, ex his fiat verum corpus & verus ſanguis Chriſti, quatenns panis ac vini ſubſtantia in verum Chriſti corpus & ſanguinem transmutatur : quod qui negat, idem Chriſti omnipotentiam in dubium vocat; & eundem ipſum vanitatis inſimulat.

4. Quo magis cavendum eſt, ne indigne boc Sacramentum ſumatur. Scriptum eſt enim: *Nam qui edit aut bibit indigne, judicium ſibi edit ac bibit, non dijudicans corpus Demini. Propter hoc multi inter* 1.Cor.11. *vos infirmi ſunt ac imbecilles, & dormiunt multi.* Indigne autem ſumit ſacramentum illud, quicunque aut aliter de eo ſentit quam oporteat, aut non vere reſipiſcit. Nam, ut Auguſtinus inquit, *mutet vitam, qui vult accipere vitam : nam ſi non mutet vitam, ad judicium accipiet vitam : & magis ex ipſa corrumpitur, quam ſanetur : magis occiditur, quam vivificetur.* Itaque probanda eſt conſuetudo Eccleſiæ, quæ hominem non ante ad Sacramentum Euchariſtiæ ducit, quam pœnitentiæ Sacramentum eum repurgarit.

5. Habet Euchariſtia vim roborandi in bono ſpirituali: cui rei noo ſane ullus eſt locus, niſi repurgatio peccatorum anteceſſerit. In quo ipſo imitari debemus bonos Medicos, qui non ante præbent quæ roborare ac confirmare poſſunt, quam malns humores è corporibus ejecerint: quod niſi fecerint: oon proſunt ægroto, ſed magis obſunt. Jam quanto major hic adhibenda eſt cautio, ne indigne ſumas: tanto plus conſolationis capiunt, qui Euchariſtiam digne ac pie ſumunt, & cogitant ſe pane è cœlo deſcendente, qui vitam dat mundo, veſci: & ex hoc verum atque ſpirituale robur contra omnia mala percipere.

CAPUT XVIII.

De ſacra unctione.

1. Sacramenta, quæ paulo ſuperius poſuimua, magnam ſane & multiplicem utilitatem generi humano afferunt: dum aut ex vetuſtate carnis languentes regenerant, aut regeneratos in gratia, quam acceperunt, confirmant: aut relapſos, in gratiam unde deciderunt, reſtituunt: aut reſtitutos Chriſto firmius uniunt: in quem uſum, eumque ſalutarem, oon deeſt Sacramentis gratia Chriſti: ſed hæc potius per eadem veluti inſtrumenta hominibus tribuitur. Quanquam igitur horum Sacramentum utilitas latiſſime per omnem vitam patet, tamen ne homo, cum ægrotat, deſideret ſubſidium peculiare, quod hoc ejus periculoſiſſimo tempore, vel corpori ipſius ſubvenire, vel animam contra ignita ſatanæ tela muoire poſſit, inſtituta eſt unctio ſacra, ad quam oratio Eccleſiæ accedat, hanc unctionem primi ex- Marc.6. ercuerunt Apoſtoli, qui mandato Domini ad prædicandum Evangelium miſſi, dæmonia ejiciebant, & oleo ungebant multoa infirmos, & ſanabantur. Quæ utique ſacramentalia & myſtica, non medicinalia aut corporalis, unctio fuit: ad quam inter initia fidei, externa etiam corporis ſanitas, quaſi quoddam internæ ſanationis ſignum, conſequebatur, quemadmodum in aliis ſacramentis, ad commendationem & confirmationem rudis ad huc fidei, interna virtus externis & ſenſibilibus ſignis & miraculia demooſtrabatur. Nunc vero adulta & corrobarata fides ſigna, quæ infirmis dantur, non requirit.

2. Hujus myſticæ & ſalutaria unctionis à Domino fundatæ ritum, quo adminiſtrari eam conveniat, Apoſtolus Jacobus promulgavit: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſuper eum,* Jacob.5. *ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus*, &c.

3. Quanti autem in Eccleſia eſſe debeat teſtimonium fratris illius Domini, teſtimonium dicimus: imo vero promulgatio: quam cum fecit legatus atque Apoſtolus Chriſti, Chriſtus ut à ſe factam procul dubio ratam habuit. Qui igitur contemnit hoc Sacramentum, Chriſtum ipſum contemnere, & gratiam, quam hîc per unctionem ſacram nobis quodammodo porrigit, aſpernari videtur: atque hoc fuerit tanto periculoſiua, quanto gravius eſt diſcrimen, in quo ægrotus verſatur, non ſolum corporis, ſed etiam animæ, in quod poteſtates tenebrarum eum adducunt, quatenus in extremo vitæ tempore omnes quaſi machinas ad extinguendam ſalutem hominis admovent, ejusque animum terroribua incredibilibus frangere, & in deſperationem impellere conantur.

4. Unctionem quidem hanc ſacram ſolis infirmis adhibendam Jacobus Apoſtolns inſinuat, quod reliqui etiam Apoſtoli ſervaverunt: noo tamen io omnibus, ſed periculoſis modo infirmitatibus, & ubi vitæ hujus interitus timetur, exercenda eſt myſtica illa unctio.

CAPUT XIX.

CAPUT XIX.

De Sacramento ordinis.

1. Quod autem ad miniſteria Eccleſiæ attinet, quanto hæc majora ſunt, tanto magis dono Dei ac
gratia egent. Quanquam enim Chriſtiani omnes ſunt ſacerdotes, quatenus ſpirituales hoſtias Deo of-
ferre, & nomen item ejus in omni loco utiliter invocare poſſunt: non omnes tamen ſunt Eccleſiæ mi-
niſtri, ſed jam inde ab ortu Eccleſiæ ſegregati ſunt quidam in miniſterium Eccleſiæ, qui hujus mune-
ribus fungerentur: & eosdem ita diſtinxit Deus, ne iidem omnia poſſent, neve ex promiſcua illa ra-
1.Cor.14. tione perturbatio naſceretur. Neque enim Deus eſt confuſionis author. Inſtitutum eſt igitur ſacra-
mentum ordinis, cum ſigno impoſitionis manuum, & aliis huic ſacramento congruentibus ritibus,
quo qui conſecrarentur, ad munera Eccleſiæ acciperent gratiam, qua ad eadem ipſa munera admini-
1.Tim.4. ſtranda apti, habiles atque idonei efficerentur. Hinc illud Apoſtoli ad Timotheum: *Noli negligere
gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri.*
Joan.20. 2. Hoc autem ordinis ſacramentum verbis Chriſti nititur: *Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos: Ac-
Marc.16. cipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Item; *Euntes in mundum univerſum,
Matth.ult. prædicate Evangelium omni creaturæ.* Item: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eas.* Item: *Hoc facite
Luc. 22. in meam commemorationem.* Quibus igitur in perpetua Eccleſiæ ſucceſſione manus imponunt Epiſco-
pi, ut ordinibus initientur, poteſtatem muneris ſui exequendi dant: quæ ſane duplex eſt, ordinis vide-
licet & juriſdictionis. Sub alteram cadit miniſterium verbi divini, adminiſtratio ſacramentorum, &
Eccleſiarum ordinatio ad ædificationem: ſub alteram vero, poteſtas excommunicandi, pœnitentes ab-
ſolvendi. Ordines autem quos Catholica Eccleſia agnoſcit ſunt hi ſeptem: Presbyterorum, Diaco-
norum, Subdiaconorum, Acolytorum, Lectorum, Exorciſtarum, Oſtiariorum, quibus diſtincta mu-
nera, eaque aut neceſſaria Eccleſiis, aut utilia, aſſignari debent: ut facile appareat, eum de Eccleſia
Chriſtiana male mereri, quicunque ordines hos vel ſpernit, vel tollit.

CAPUT XX.

De Sacramento matrimonii.

1. Inſtituerat Deus in paradiſo matrimonium, quo mas & fœmina ad perpetuam individuam vitæ
Matth.19. ſocietatem conjungerentur, juxta verbum Domini: *Quamobrem homo relinquet patrem & matrem, &
adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.*
2. Quanquam autem matrimonium ad tam arctam hominum ſocietatem inſtitutum erat, tamen ſub
lege patrum matrimonia à prima inſtitutione duobus modis degeneraverunt: videlicet ut & unus plu-
res uxores duceret, & ductam, aliquando dato libello repudii, à ſe dimitteret: quorum prius ex di-
ſpenſatione Dei permiſſum futuri temporis myſterio ſerviebat, ut per plures unius viri uxores inſinua-
ret, Chriſtum tam ex ſynagoga quam ex multitudine gentium, Eccleſiam ſibi collecturum, & ſpon-
ſam ſibi adjuncturum: & ut fœcunditate plurium uxorum, Chriſto Salvatori ex eodem ſemine naſci-
turo ſervirent.
3. Repudium vero Moyſes populo ob duritiam cordis permiſit, lenius ducens, uxorem à viro odio
Deut.24. habitam dimitti, quam occidi, ut cæde ejus novis nuptiis locum aperiret.
Matth.19. 4. Verum poſtquam plenitudo gratiæ Dei venit, ut alia, quæ vel in cœlo vel in terra eſſent, reſtau-
Matth.19. ravit Chriſtus, ſic etiam matrimonium reſtituit. Hinc illud Chriſti: *Qui fecit hominem ab initio, ma-
Marc.10. ſculum & fœminam fecit eos DEUS*, & dixit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit
uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quos igitur Deus conjunxit,
homo non ſeparet.* Et paulo poſt: *Moiſes ob duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras,
ab initio autem non fuit ſic. Quamobrem quicunque dimittit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem & aliam
duxerit, mœchatur.* Quod Apoſtolus interpretatur, cum ait: *Iis qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non
1.Cor.7. ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.*
5. Hæc itaque Chriſtiani matrimonii ſingulares conditiones, manifeſtis Scripturæ ſanctæ teſtimo-
Geneſ.2. niis comprobantur. Una, ut ſit matrimonium duorum tantum, hoc eſt, viri unius cum una muliere con-
junctio. *Duo*, inquit, *erunt in carne una.* Nec ſic junctis liceat, defraudato conjuge ſuo, alicui tertio
corporis ſui poteſtatem permittere, prohibente Apoſtolo & dicente: *Mulier poteſtatem corporis ſui non
Matth.19. habet, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.* Altera conditio eſt ut vin-
1.Cor.7. culum conjugii inter duos ſemel colligatum, nullo amplius divortio, ſed ſola alterutrius morte, diſſol-
vatur. Nam quod Chriſtus ob fornicationem dimitti poſſe uxorem inſinuat, hæc ſeparatio thori &
menſæ conſuetudinem inter conjuges ſcindit, vinculum conjugii non ſolvit, ita ut adulterium com-
mittat, ut alienam contractans uxorem, quiſquis ſic dimiſſam duxerit.
6. Quoniam igitur Chriſtus matrimonium gratia ſua melius fecit, & arctiori quaſi vinculo conſtrin-
xit, ut quemadmodum Chriſtus unius Eccleſiæ unus eſt ſponſus, idque indiſſolubili nexu, ſic unius uxo-
ris unus ſit maritus, idque perpetua conjunctione, & ſimiliter atque Chriſtus cum Eccleſia ſponſa ſua
perpetuo jungitur, quare matrimonium non ſolum conjunctio eſt maris atque fœminæ, ſed etiam
Sacramentum, ob gratiam Chriſti, quæ ei nunquam deeſt: ut cum vir uxorem ſuam diligere poſſit,
perinde

perinde quaſi Chriſtus Eccleſiam, ſic ille cum hac colat ſocietatem individuam, ut una ſit in perpetuum, contentus. Nec cum hac invita divortium faciat, exceptis cauſis quæ jure divino explicantur.

7. Ac quoniam Deus fovet matrimonium gratia ſua, denique approbat, quatenus conjuges inter ſe matrimonium contrahunt, ſignum datur illuſtre, ad ſperandam conſuetudinem ipſorum cum bonam eſſe per ſe, tum Deo gratam. Et quanquam prolis procreandæ cauſa matrimonium potiſſimum contrahi debet; tamen qui contrahit etiam fornicationis vitandæ cauſa, non peccat. *Habeat* enim *unusquisque uxorem ſuam propter fornicationem*, inquirit Paulus. Vis igitur Sacramenti hujus eſt, ut intelligant conjuges, ſe non humana, ſed divina authoritate conjunctos, gratiam accepiſſe, qua ipſis legitimus congreſſus non imputetur ad culpam: qua item Chriſtianus uxorem gentilem, cum eo manere volentem, ſanctificet & ſanctos, hoc eſt, Deo dicatos filios procreet: qua denique perpetuam fidem conjugi ſervet, ut ſint *duo in carne una*, & qua *mulier fidelis ſalva fiat in procreatione filiorum, ſi permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.* Itaque matrimonium honorabile, in eoque thorus immaculatus eſſe poteſt. Matth. 19. 1. Tim. 2.

8. Quod cum Manichæi, Taciani & Encratitæ ignorarent, matrimonium reprehendere non dubitarunt: quam eorum ſceleratam temeritatem, à doctrina dæmoniorum profectam, Apoſtolus Paulus damnat. 1. Tim. 4.

9. Ac quoniam vinculum matrimonii tale eſt omnino, tantamque vim habet ad conjungendum, ut non ſit ullum conjunctionis humanæ vinculum, quod magis conſtringat: quod cum agnoſceret Adam in paradiſo, ſic de muliere, quam Deus è coſta corporis ipſius ædificaverat, locutus eſt: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea: ab hoc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.* Gen. 2. Matth. 19.

Quamobrem *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.*

10. Itaque cum patria poteſtas huic inter conjuges conjunctioni ſuo jure cedat, audiendi non ſunt, qui non volunt hoc tempore matrimonium vel ſponſalia contracta ſcindi & irrita eſſe, ſi parentum conſenſus non acceſſerit. Nihil hîc detrahimus obedientiæ, quam liberi parentibus debent, ſed nolumus parentes in impediendis aut dirimendis matrimoniis poteſtate ſua abuti. Quia tamen cenſemus honeſtatis eſſe, ut liberi ſine conſilio & conſenſu parentum non contrahant, hujus officii ſui per concionatores ſedulo admonendi ſunt.

11. An vero parentibus poteſtas permitti debeat in hoc caſu, liberorum in obedientiam derogatione, aut ſaltem diminutione dotis, aut aliqua alia via puniendi, de hac re ordinariæ poteſtati cura relinquenda videtur.

CAPUT XXI.

De ſacrificio Miſſæ.

1. Ut religionem, ſine qua nulla gens vivit, jus naturæ introduxit, ſic etiam cæremonias, ſine quibus religio coli non poteſt, nec ſolet. In ipſis vero cæremoniis externam oblationem, velut præcipuam, omnes omnium ſeculorum gentes obſervaverunt, quæ etſi (teſte Cypriano) *circumciſionem velut crudelem & naturæ inimicam horruerunt, non tamen ſimiliter repudiarunt reliqua ſacrificia: ſed in multis legem naturæ ſequentes, expiationum retinuerunt inſtrumenta, & immolare victimas, & incendere adipes & libaminibus fundere coram Deo vota & preces, cultu cum ipſa natura hominibus inſito, & per omnium animos divinitus purgato*, perſeveraverunt. Sed & hoc commune, & omnium animis affixum, omnes gentes tenuerunt, ut externæ oblationis cultu vim Deo deberi, magno conſenſu exiſtimarent. Serm. de Circumciſ.

2. Nemo enim externa oblatione colendum unquam cenſuit, niſi quem Deum eſſe aut ſcivit, aut putavit, aut finxit, hujus cultus antiquitatem, duorum fratrum, Cain & Abel, ſacrificia comprobant, quorum priorem ſimul & munera ejus averſatus reprobavit Deus, minoris vero oblationem placatus aſpexit. Aug. de civit. Dei lib. 10. cap. 6.

3. Hunc vero ſacrificandi ritum Deus, volens omnes homines ſalvos fieri, mentibus hominum hac de cauſa divinitus inſevit. Cum enim propter unius hominis peccatum, univerſum genus humanum iræ Dei & juſtæ damnationi obnoxium teneretur, tantoque gravior & periculoſior illis damnatio immineret, quanto magis peccata peccatis accumulando, juſtam Dei iram contra ſe incitabant: Deus nolens perire quos condiderat, mediatorem & reconciliatorem humano generi deſtinavit, qui nos cum authore noſtro reconciliaret, & juſtam Dei iram ſingulari ſacrificii oblatione placaret. Deus igitur magnæ dilectionis filium ſuum carne noſtra circumdatum mittit in mundum, qui peccata noſtra in ſe ſuſcipiens, in corpore ſuo ea pertulit in cruce, & ſemetipſum pro nobis hoſtiam appendens, per proprium ſanguinem in ſancta ſemel ingreſſus, æternam redemptionem adinvenit. Heb. 9.

4. Hujus precioſiſſimæ hoſtiæ nidore delinitus Pater iram remiſit, & homines prius peccatis immerſos, impuros & injuſtos, & damnationi obnoxios, nunc filii ſui ſanguine ablutos abſolvit, juſtificavit ac ſibi reconciliavit. 1. Cor. 6.

5. Hujus unicæ oblationis virtus atque efficacia, non illi modo tempori ſerviens, quo Chriſtus in carne hoſtiam ſe appendit, ſed omnes omnium ſeculorum ætates complectens, omnium hominum, qui ab origine mundi fuerunt, & in finem usque ſeculi naſcituri ſunt, delendis peccatis ſufficit. *Vere* enim *erat Deus in Chriſto, mundum ſibi reconcilians*, Et: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* &, *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: & non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi.* Mundus autem non unius temporis, ſed omnium ætatum homines comprehendit. Hinc in Apocalypſi Chriſtus agnus dicitur ab origine mundi occiſus, quoniam ſanguis ejus omnium ætatum jam inde ab initio mundi delicta emundavit. 2. Cor. 5. Joan. 1. 1. Joan. 2. Apoc. 5.

6. De

6. De hac obligatione, quæ ad totius generis humani reconciliationem una ſuffecit, Paulus ait; Hebr.10. *Unica oblatione conſummavit in æternum ſanctificatos*, &, *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis, ſive quæ in terris, ſive* Coloſ.1. *quæ in cœlis ſunt*, &, *Placuit inſtaurari omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo.* Et in Epheſ.1. Eſaia: *Torcular*, inquit, *calcavi ſolus*. &, *Cujus livore ſanati ſumus.* Eſaiæ 63. Eſaiæ 53.

7. Ut vero hujus tam efficacis oblationis, quæ omnium hominum ſalutem pleniſſime, ſufficientiſſime, & perfectiſſime meruit, omnes homines participes fierent, & ejus fructum in ſe transferrent: Deus ab initio mundi, ſub lege naturæ divina inſpiratione in animis hominum ſacrificandi ritum excitavit, & mox data lege, diverſa ſacrificia monſtravit.

8. Quorum omnium hic uſus erat, non ut homines Deo reconciliarent, & ſalutem ipſa mererentur, ſed ut per hæc externa ſacrificia venturi ſacrificii, in quo redemptionem omnium Deus promiſerat, memoria in animis hominum ſubinde excitaretur, fides confirmaretur, & fructus ejus credentibus, & in virtute venturi ſacrificii ſperantibus applicaretur. Et ut quoties iſta ſacrificia celebrarentur, homines cum aliorum beneficiorum Dei, quæ continua ejus benignitate accipiebant, tum ſalutis ſuæ per promiſſum reconciliatorem accipiendæ, gratis animis recordarentur.

9. Nullum itaque ſive ſub naturæ, ſive ſub Moyſis lege ſacrificium per ſe Deo placebat, quippe qui Pſal.49. iis, quæ offerebantur, ſe non indigere ſæpe proteſtatus eſt. *Si eſuriero*, inquit, *non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ & plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* Sed quatenus hæc viſibilia ſacrificia, inviſibilis & futuri ſacrificii Sacramenta erant, ſi quis ea in fide à Deo promiſſi Reconciliatoris obtuliſſet, hoc agens his externis ſacrificiis, ut fidem in venturum Chriſtum oſtenderet, & ſalutaris iſtius ſacrificii fructum, quem jam & fide conceperat, & firma ſpe expectabat, in ſe transferret, & Deo pro tantis beneficiis animi ſui gratitudinem declararet: utque talia ſacrificia & Deo grata, & offerenti ſalutaria erant, nulla quidem ſua propria, ſed futuri ſacrificii virtute, quam per fidem offerenti applicabant.

10. Et ut ratio ſacrificiorum diſerte intelligatur, unicum eſt ſacrificium meritorium, cujus virtus delendis hominum peccatis efficax, homines à Deo alienatos, & iræ ejus ac damnationi obnoxios reconciliavit, & æternam ſalutem & redemptionem toti hominum generi meruit: illa videlicet Chriſti vi- Hebr.10. ctima ſalutaris, qua pro delectis hominum in cruce ſe hoſtiam appendens, in æternum conſummavit ſanctificatos.

11. Cujus meritum non accipit augmentum, quia perfectum eſt: nec diminuitur aut exhauritur, quia æternum eſt. Unde & reliqua omnia ſacrificia nihil huic ſacrificio ſuperaddunt, nihilque ipſa per ſe merentur: ſed unicæ hujus oblationis fructum credentibus applicant, & ad excitandam & retinendam in animis hominum hujus unicæ oblationis memoriam & fidem confirmandam, & pro omnibus Dei beneficiis declarandam gratitudinem, ſerviunt.

12. Sunt autem hujusmodi adplicatoria ſacrificia quædam legibus omnibus communia & promi- Pſal.50. ſcue omnibus hominibus permiſſa: qualia ſunt ſacrificium contribulati cordis & humiliati ſpiritus, & ob colendam pietatem ſuſceptæ carnis afflictiones, ſacrificium labiorum, precum, gratiarum actionis & laudis, & ſi qua ſunt ſimilia.

13. Quædam vero ſemper fuerunt uniuscujusque legis propria, & certis hominum officiis alligata, à quorum oblatione alii magnis comminationibus & pœnis arcebantur, primo Regum decimotertio, ſe- 1.Reg.13. cundo Paralipom. vigeſimoſexto. Nec ulla lex, quemadmodum nunc nec ulla gentium religio ſacrifi- 2.Paral.26. ciis caruit: hæc enim tria colligata ſunt, & ſe invicem neceſſario conſequuntur: *Lex, ſacerdotium, &* Heb.7. *ſacrificium*, Heb. 7.

14. Sic itaque ſub lege naturæ juſti homines & de Dei promiſſionibus edocti, in eum quem futurum ſciebant Salvatorem, credentes, ſacrificia offerebant: quorum oblatione, futuræ ſalutis fidem & ſpem, & pro ea gratitudinem ſuam declarabant, & ejus quod futurum expectabant, ſalutaris ſacrifici meritis adjuvari ambiebant. Hunc morem cæteræ gentes, occulta inſpiratione animis eorum inſita, imitantes, non quidem Deum, ſed quem Deum aut putabant aut fingebant, ſacrificiis placare voluerunt.

15. Lex vero per Moyſen data, ad legem naturæ accedens, non ut eam tolleret, ſed ut meliorem redderet, oblationes externas inſtituit: quæ & præfigurarent futurum Chriſti ſacrificium: & quotiens eas celebrarent Judæi, tum aliorum beneficiorum Dei gratis animis recordarentur, cum illius venturi ſacri- Matth. 5. ficii virtutem in ſe, credendo & ſperando & orando, transferrent.

16. Chriſtus qui non venerat legem ſolvere, quatenus vel naturalis vel moralis erat, ſed eam potius Jerem.31. adimplere, cum novam legem ſuam, de qua jam ante per Jeremiam promiſerat, in mundum induceret, ne eam ſolam in hac parte, contra præcedentium legum communem morem, mancam aut imperfectio- Heb.7. rem relinqueret, peculiari ſacrificio pariter & ſacerdotio eam inſtruxit, ſiquidem neceſſe fuit, juxta Ibidem. 5. Apoſtoli ſententiam, ſuccedente nova lege etiam ſacrificium huic legi peculiare conſequi, Heb. 7. & ſacerdotes, velut hujus ſacrificii miniſtros, aſſumi, Heb. 7.

17. In qua legis parte, ſane bona, ſancta & pia, idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, nec Eccleſiæ Matth.26. ſuæ deeſſet, in ultima cœna cum gratias egiſſet Deo, ſacramentum corporis & ſanguinis ſui inſtituit, Marc.14. duplicem ejus uſum ſtatim commendans: ut à fidelibus velut animæ ſalutare alimentum ſumeretur. *Ac-* Luc.22. *cipite*, inquit, *& comedite:* & ut in memoriam paſſionis ſuæ offerretur, cujus oblationis miniſterium 1.Cor.10. Apoſtolis, velut novæ legis ſacerdotibus, contradens: *Hoc*, inquit, *facite in mei commemorationem.*

18. Quem

Digitized by Google

18. Quemadmodum igitur ante Chriſti adventum Deus patribus certa quædam ſacrificia tradidit, quibus magni iſtius ſacrificii, quod futurum ipſi expectabant, memoriam in animis ſuis excitarent, fidem ſtabilirent, & fructum ejus credendo & orando ſibi applicarent, & per eorum oblationem beneficiorum Dei gratis animis recordarentur; ſic Chriſtus Eccleſiæ ſuæ mundam & ſalutarem corporis & ſanguinis ſui oblationem, ſub ſpeciebus panis & vini commendavit, quo corporis ejus in cruce pro Hebr.10. nobis appenſi, & ſanguinis effuſi memoriam ſubinde in animis noſtris renovaremus & fructum iſtius oblationis cruentæ, qua in æternum conſummavit ſanctificatos, in nos transferremus, hoc eſt enim facere in memoriam ejus, id eſt, gratis animis commemorare mortem Domini, & per memoriam & meritum paſſionis ejus deprecari Patrem, ut nobis reconcilietur.

19. Hæc eſt munda & ſalutaris oblatio illius unici ſacrificii, quo omnium ſalus comparata eſt, rememorativa, non ſolum ſignificans, ſed re ipſa in ſe comprehendens veritatem illarum rerum, quas diverſorum ſacrificiorum oblationes olim præſignabant: eadem nimirum corporis & ſanguinis Chriſti hoſtia, quæ in cruce eſt oblata, non alia: idem agnus, non alius, & unus utrobique Chriſtus, ſed tunc cruento & paſſibili modo oblatus eſt, qua oblatione omnibus credentibus remiſſionem peccatorum & redemptionem ſufficienter impetravit. Nunc vero eundem ſub myſterio & modo incruento & impaſſibili offerimus, non ut peccatorum remiſſionem & animarum noſtrarum ſalutem jam primum promereamur, ſed ut paſſionis Dominicæ memoriam recolentes, Deo gratias agamus pro ſalute nobis in cruce impetrata: & ibi promeritam peccatorum remiſſionem & redemptionem fide & devotione nobis applicemus & appropriemus.

20. Hanc tam ſalutarem victimam in ſpiritu prævidit Malachias, cum ait: *Non eſt mihi voluntas in* Mal.1. *vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Quod vaticinium de ſolis ſpiritualibus ſacrificiis accipi non poteſt, quæ nullius legis propria, ſed omnibus temporibus & hominibus communia exiſtunt, & cum ſacrificiis veterum ſemper conjuncta duraverunt. At ipſa verborum ſerie ſatis convincitur, Prophetam loqui de ſacrificio, quod ſublatis veteribus ſacrificiis, in locum eorum erat ſucceſſurum. Unde recte hæc verba de ſacratiſſimo Chriſti ſacrificio accipiuntur, non illo quidem, quo ſe in cruce pro peccatis generis humani obtulit (illud enim nec inter gentes, nec in omni loco ſed in Judæa conſummatum eſt) ſed quod ex gentibus congregata Eccleſia per totum terrarum orbem offert ad recordationem mortis Domini, & ad virtutem ejus in credentes transfundendam: atque hic loci illius intellectus luculentis patrum teſtimoniis roboratur.

21. Irenæus li. 4. contra hæreſes cap. 32. *Eum qui ex creatura panis eſt accepit, & gratias egit, dicens: Hoc eſt corpus meum: Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & novi teſtamenti novam docuit oblationem, quam eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in univerſo mundo offert Deo, de quo in 12. prophetis Malachias ſic præſignavit: Ab ortu ſolis uſque ad occaſum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium purum.*

22. Auguſtinus: *Noverint*, inquit, *qui legunt, quid protulerit Melchiſedech, quando benedixit Abraham.* Augu. contra adverſarios legis li. 1. cap. 20. *Et ſi jam ſunt participes eius, vident tale ſacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Unde alius propheta dicit ad eum, qui ſecundum carnem eſt Iſrael: Non eſt mihi voluntas in vobis,* &c.

23. Ambroſius de hoc novæ legis ſacrificio teſtatur: *Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus: nunc* Mal.1. *Chriſtus offertur quaſi recipiens paſſionem, & offert ſeipſum quaſi ſacerdos.*

24. Chryſoſtomus: *Nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem, ſed recordationem facientes mortis ejus: & una eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodo eſt una, & non multæ? & quia ſemel oblata eſt illa, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium, exemplum eſt illius, idipſum ſemper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed ſemper idipſum,* &c.

25. Athanaſius: *In æternum*, inquit, *Chriſti eſt ſacerdotium: quia quotidie offertur per miniſtros Dei oblatio. Chriſtum & pontificum habent, & ſacrificium.*

26. Hanc vero oblationem, quam Eccleſiæ in recordationem mortis ſuæ faciendam Chriſtus commendavit, prius ipſum in cœna exercuiſſe, & Patri ſeipſum ſub ſpeciebus panis & vini obtuliſſe, magni teſtes comprobant: inter quos David, Chriſtum appellans *ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech*, Pſal.109. ſatis oſtendit, Chriſtum ſacrificio panis & vini figuram, quæ in Melchiſedech ſacerdote præceſſerat, adimpleviſſe, de qua re ſanctus martyr Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. *Qui ordo utique eſt de illo ſacrificio ve-* Gen.14. *niens, & inde deſcendens, quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem?* Et mox: *Ut ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſet rite celebrari, præcedit ante imago ſacrificii, in pane & vino ſcilicet conſtituta: quam rem perficiens & adimplens Dominus, panem & calicem mixtum vino obtulit: & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimplevit.*

27. Arnobius. *Hic* (inquit de Chriſto loquens) *qui per myſterium panis & vini ſacerdos factus eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, qui panem & vinum ſolus obtulit in ſacerdotibus, dum Abraham victor reverteretur de prælio.*

28. Damaſcenus: *Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech Abrahamex cæde alienigenarum, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi, illa menſa hanc myſticam præfiguravit menſam, velut & ſacerdos ille Chriſti veri ſacerdotis præfiguratam præ ſe ferebat imaginem.*

Tu es, inquit, *ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.* Similia multa teſtimonia inveniuntur apud Hieronymum ad Evagrium, Auguſtinum de doctrina Chriſtiana libro quarto, cap. vigeſimo primo, Ambroſium de Sacramentis libro 4. Chryſoſtomum, Theophylactum.

29. Secundum hæc ſacræ Scripturæ & ſanctorum Patrum teſtimonia, Catholica Eccleſia duo Chriſti ſacrificia agnoſcit, eadem ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum rationem & ritum offerendi multum diverſa. Unum in cruce cruentum: Alterum, quo in cœna ſub panis & vini ſpecie corpus & ſanguinem ſuum ipſe ſacerdos juxta ordinem Melchiſedech Patri obtulit, perpetuum condens novæ legis ſacrificium, quod Apoſtolis ſuis ac ſucceſſoribus ipſorum, ut ad finem uſque ſeculi in memoriam ipſius facerent, commendavit.

30. Horum ut modus offerendi diverſus, ſic & uſus diſcretus eſt, cruento ſuo ſacrificio Chriſtus totius mundi reconciliationem & propiciationem pro peccatis, & plenam omnium redemptionem impetravit. Alterum vero ſacrificium, ad recordationem cruenti ſacrificii inſtitutum & Eccleſiæ commendatum eſt, quo Chriſtum impaſſibili & incruento modo ſiſtimus Patri, non ut remiſſionem peccatorum & redemptionem de novo mereamur, ſed ut in cruce meritam fide & devotione nobis applicemus, Chriſti juſſionem ſequentes, qua juſſit ut hoc in memoriam ſui faceremus; id eſt, ut per memoriam & meritum paſſionis ſuæ, Patrem pro reconciliatione noſtri & peccatorum remiſſione, & animarum noſtrarum ſalute, proque corporum ac rerum noſtrarum incolumitate, deprecaremur.

31. Hactenus oſtenſum eſt, quibus rationibus & teſtimoniis ſacrificium altaris ſubnixum ſubſiſtat: nunc de ritu ejus pauca ſubjiciantur.

32. In celebratione ſacrificii Altaris, nunc laudes Dei, nunc fideles populi preces, nunc gratiarum actiones, nunc ſcripturarum lectiones ſubinde admiſcentur. Unde & laudis, & gratiarum actionis, & precum ſacrificium recte nuncupatur: quo ritu Catholica Eccleſia Chriſti exemplum refert, qui in cœnæ ſacrificio pro incolumitate Eccleſiæ, quam in terris relicturus erat, multas preces ad patrem fudit, & tandem hymnis & gratiarum actione cœnam myſticam conſummavit.

Joan. 17. 1. Tim. 2. 33. Sed & hanc Pauli ſeriam commonitionem, qua in primis fieri voluit obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate: Eccleſia in celebratione ſacrificii Altaris, juxta Auguſtini ſententiam, plene & examuſſatim obſervat: tum obſecrationes facit, antequam illud, quod eſt in domini menſa, incipiat benedici. Orationes vero; cum benedicitur & ſanctificatur: poſtulationes autem, ceu interpellationes, cum populus benedicitur, & miſericordiſſimæ poteſtati commendatur.

Epiſt. 59. ad Paulinum.

34. Quibus peractis, & participato Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit. Vide Auguſtinum Epiſtola 59. ad Paulinum, ubi ritum celebrandi ſacrificii Altaris, qualem hodie obſervat Eccleſia, perſpicue agnoſces.

35. Sed & apud alios omnium ætatum viros Catholicos hunc ritum receptum & confirmatum videre licet, qui ad mixtas in celebratione hujus ſacrificii preces, & gratiarum actiones, & ipſam hoſtiam ſolenni prece conſecrari ſolitam, magno conſenſu meminerunt. De qua re Chryſoſtomus in Matthæum homilia 83. de Sacerdotio libro tertio. Baſilius Magnus de Spiritu ſancto cap. 27. Theophylactus in cap. 14. Marci. Gregorius Epiſt. 63. ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum, Ambroſius de Sacramentis libro 4. cap. 5. qui & hunc canonem, quo nunc utitur Eccleſia, pene ſecundum ſingula ejus verba paſſim in libris à ſe editis recenſet.

CAPUT XXII.

De memoria Sanctorum in altaris ſacrificio fieri conſueta, & de eorum interceſſione inibi expedita, & obiter de Sanctorum invocatione.

1. Cum itaque in hoc altaris ſacrificio immenſi iſtius beneficii memoriam recolimus, quo Chriſtus ſemetipſum pro totius corporis ſui myſtici, id eſt, pro omnium credentium incolumitate & ſalute hoſtiam fecit, ibique ſecundum Domini exemplum & Apoſtoli commonitionem, pro totius Eccleſiæ incolumitate preces ad Deum fundendæ, & pro omnibus ejus beneficiis gratiæ agendæ ſint: Eccleſia intra ſeſe omnia ſua membra colligens, eorum etiam memoriam facit, qui hac mortalitate exuti, apud Dominum vivunt, & in primis grata veneratione Deo dilectos ſanctos complectens, pro his gratias Deo agit, qui eos cum natura imbecilles eſſent, gratiæ ſuæ munere ita roboravit, ut vitia carnis ſuperarent, & contra peccatum, diabolum & mortem non ſua, ſed Dei virtute fortes, viriliter dimicando, coronam juſtitiæ à juſto judice impetrarent. De hujus gratiarum actionis pro ſanctis antiquitate & conſuetudine, per totam Eccleſiam divulgata, vide apud Dionyſium Areopagitam, Cyprianum lib. 3. Epiſt. 6. lib. 4. Epiſtol. 5. Auguſt. de civitate Dei lib. 8. cap. 27. lib. 22. cap. 10. contra Fauſtum Manich. lib. 29. cap. 21.

2. Nec

2. Nec ſolum veneramur ſanctos, & pro his gratias agimus, ſed eorum precibus & meritis in
omnibus divinæ protectionis auxilio muniri poſtulamus, recte ſentientea eos velut ejuſdem commu-
nionis cives, & corporis ejuſdem membra, etiamnum uno ſpiritu & vinculo charitatis nobiſcum col-
ligatos, ſalutem noſtram appetere, & malis noſtris indolere: ideoque pro neceſſitatibus noſtris apud
communem Deum Patrem, per Jeſum Chriſtum communem omnium mediatorem, interpellare. Quod
ut faciant, ipſum jus communionis, qua nobis juncti ſunt, ſimul & præceptum eos adducit. *Orate*, in- Jacob. 5.
quit Jacobus, *pro invicem ut ſalvemini:* & charitas, qua erga nos aſſiciuntur, ſuadet & monet, & ea
qua apud Deum nunc pro ſe ſecuri, & ab infirmitatibus & defectibus immunes vivunt, facultas non
prohibet: quodque eoa in alia vita facere apertis ſcripturæ teſtimoniis cognovimus. 2. Mach. 15. ubi 2. Mach. 15.
Onias conſpicitur manus protendens, & orans pro populo: *& alius vir, ætate & gloria mirabilis, de
quo dicitur: Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael, hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa ſan-
cta civitate Hieruſalem, Jeremias propheta*, & Zachariæ primo, Angelus pro civitatibus Juda interpel- Zach. 1.
lat: *Domine exercituum, uſquequo non miſereberis Hieruſalem, & urbium Juda quibus iratus es?*

3. Hac fide, ſicut eorum qui nobiſcum in carne vivunt, ita & ſanctorum apud Deum viventium
preces pro nobis poſtulamus: & ut pro nobia orent, eos nominatim appellamus, nec dubitamus quin
ei, qui poteſt omnia, facile ſit efficere, ſive per Angelorum miniſteria, ſive alia ſibi placita ratione & Luc. 15.
via, ut noſtras petitiones ſancti reſciſcant, qui utique hoc præſtat, ut Angeli peccatoris converſionem
in cœlo cognoſcentes, gaudio exultent.

4. Merita vero Sanctorum non talia eſſe aſſerimus, qualia in Chriſto invenimus, qui ſemetipſum
pro nobis impendens, & ſanguinem ſuum pro nobis fundens, plenam eum Deo reconciliationem
mundo promeruit.

Sancti vero merita ſua, quibus & ipſi ſalvati ſunt, & nobis ſuffragantur, ex eodem omnis ſalutis
& totius meriti fonte, Chriſti videlicet paſſione, hauſerunt. Non enim, ſi juſtitiæ rigorem ſpectemus,
cuiquam Sanctorum operationes ſuæ, quantumvis fructuoſæ, ad propriam ſalutem ſufficerent, juxta
illud: *Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Et illud Chriſti: *Si feceritis omnia quæ præcepta* Pſal. 142.
ſunt vobis, dicite: quia ſervi inutiles ſumus. Et illud Pauli: *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis,* Luc. 17.
ad futuram gloriam quæ revelabitur in vobis. Ex Dei autem miſericordia, & liberalitate & Chriſti gra- Rom. 8.
tia, non ſolum ipſis ad ſalutem Sanctorum merita conducunt: ſed etiam nobis ad protectionem &
gratiæ divinæ impetrationem proſunt, Deo in eis miſericorditer complente, quod veraciter promiſit,
cum ait: *Ego ſum Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitates filiorum in tertiam & quartam generatio-* Exod. 20.
*nem eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia iis, qui diligunt me, & cuſtodiunt præce-
pta mea.* Sic defuncti Abrahami merita filio Iſaac profecerunt: & Jacob in religione nepotes ſuos eru- Gen. 26.
diens, nomen ſuum & patrum ſuorum ſuper ipſos invocari edocuit, Geneſ. 48. quod & Moyſes plena
fiducia fecit: *Quieſcat*, inquit, *ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui: recordare Abraham,
Iſaac, & Iſrael ſervorum tuorum*, Exodi 32. Sic propter gratiam, qua apud Deum valuit David vir ſecun-
dum cor Dei, tota ejus poſteritas indulgentiam Dei in commodum ſuum perſæpe ſenſit 3. Regum 12.
4. Reg. 19. Eſaiæ 37. Ezech. 14.

CAPUT XXIII.

De memoria defunctorum in Chriſto.

1. Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſecundum voluntatem Patris hoſtiam redimendis hominibus ſa-
lutarem ſeipſum in cruce affigens, utique omnes eos, qui hanc victimam ſuam ſalvandis hominibus jam
inde ab origine mundi deſtinatam, fide & voto prævenissent, vel in ſequentibus temporibus fide eam
amplexuri eſſent, intra ſeipſum velut membra ſua collegerat, volens paſſionis ſuæ fructum ad omnes
pariter, qui corporis ejus membra unquam effecti eſſent, pervenire: unde Eccleſia communia hujus
ſacrificii memoriam recolens, omnia ſua membra pariter advocare, nec quenquam eorum excludere de-
bet, qui ſecundum Domini liberalem voluntatem utilitatis hujus ſacrificii capax exiſtit. Ideoque, quem-
admodum prius Sanctorum, ita poſtea etiam reliquorum Chriſtianorum memoriam circa ſacrificium
altaris inducit, quos in vera Chriſti fide deceſſiſſe pie credit, de quibus tamen ſatis certum eſſe nequit,
utrum ſatis emundari & purgari hinc emigraverint. Aliam tamen Sanctorum, & aliam aliorum in ſom-
no pacis quieſcentium, memoriam ſervat. Illorum quidem, non ut oremus pro eis, ſed magis ut orent August. in
ipſi pro nobis, ut veſtigiis eorum inhæreamus: Horum vero, ut communi Domino pro eis ſupplice- Joan. tract.
mus, quatenus Deus omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis & pacis indulgere dig- 84.
netur per Chriſtum Dominum noſtrum.

2. Eos vero, qui nos in ſigno fidei præceſſerunt, ut à commercio orationum noſtrarum non ſe-
cludamus, ipſa communionis, quam cum omnibus ſanctis confitemur, ratio diſerte expoſcit: quippe
qui etiam corporibus ſoluti, ſpiritualibus tamen nexibus nobiſcum cohærent, & uno ſpiritu velut ejuſ-
dem corporis membra nobis adglutinantur, & vinculo charitatis connexi adhærent nobis nec mors eos
corporalis ex myſtici corporis Chriſti compage præſcindere aut ſeparare poteſt.

3. Cum itaque talem orandi formam nobis Dominus inſinuaverit, ut nemo pro ſua tantum, ſed
velut magnæ communionis civis pro omnium utilitate rogare debeat, & per Apoſtolum præcipiet nos Jacob. 5.
pro invicem orare ut ſalvemur, magnæ in conſortes ſuos crudelitatis, & contra Dominum deteſtandæ

temeritatis fuerit, ſi quis à commercio orationum noſtrarum in Chriſto defunctos excluſerit: quod eum facere nusquam ſcriptura præcipit, & communionis ſpiritualis, quam cum Sanctis omnibus profitemur, ratio diſerte vetat.

4. Hanc autem conſuetudinem per totam Chriſti Eccleſiam divulgatam, qua circa altaris ſacrificium memoria defunctorum adhibetur, ex Apoſtolica traditione promanaſſe, magnis & fide dignis teſtimoniis abunde doceri poteſt. Dionyſius Areopagita lib. Eccleſiaſt.cæ hierarchiæ cap. 7. *de prece ſuper defunctis facienda ex divinis ducibus, hoc eſt, Apoſtolis traditio pervenit ad nos:* ubi & totum harum precum ordinem & rationem luculenter explicat. *Precatur*, inquit, *oratio illa divinam clementiam, ut cuncta dimittat per humanam infirmitatem admiſſa peccata defuncto, eumque in luce ſtatuat & regione vivorum.*

Chryſoſt. ad popul. hom. 69. in primo Cor hom. 41.

5. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum Homil. 69. *Non temere*, inquit, *ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio.*

Sicut enim illis inde multum contingere lucrum: cum enim conſtiterit populus extenſis manibus, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes?

In ſermo. de iis qui in fide hinc migraverunt.

6. Damaſcenus: *Apoſtoli*, inquit, *diſcipuli Salvatoris, qui totius mundi circulum cepere prædicando verbum vitæ, quod ſuis oculis viderant, ut tremendis vitalibusque ſacramentis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt: quod adhuc firmiter, atque adeo ſine contradictione, obſervat Apoſtolica & catholica Eccleſia Chriſti & Dei, à finibus usque ad fines terræ, ab eo tempore usque in præſens & in finem mundi usque.*

In Enchiridio 10. in quæſtio. 2. ad Dulc.

7. Auguſtinus: *Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viventium relevari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſyna in eccleſia fiunt: ſed hæc eis proſunt, qui, cum viverent, ut hæc eis prodeſſe poſſent, meruerunt*, &c.

8. Similia vide apud Epiphanium lib. 3. contra hæreſes, Tertul. ad uxorem de corona militis, Ambroſium in orat. pro Imperatore Theodoſio de exceſſu fratris, Item libro 2. epiſtolarum ad Fauſtum. Cyprianum lib. 1. epiſt. 9. Bernhardum in Cant. 1. ſermo 66.

9. Poſt hanc defunctorum memoriam, ubi jam iterum eccleſia communem viventium ſalutem clementi Domino commendavit, reliquæ preces ad dignam ſumendæ ſacroſanctæ Euchariſtiæ præparationem referuntur; quæ pars Miſſæ peculiaris eſt præſentibus, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſacramentaliter aut ſaltem ſpiritualiter ſumentibus: nec in commune admodum ſervit, cum nemo ſicut pro alio baptizari, ita nec ſacramentum ſumere utiliter poſſit. Participato tandem ſacramento, & cæteris rite peractis, *gratiarum actio cuncta* (ut ait Auguſtinus) *concludit.*

CAPUT XXIV.

De communione cum ſacrificio jungenda.

Aug. de ſpiritu & litera cap. 2.

1. Atque hic expedierit, cum veriſſimum illud & ſingulare ſacrificium offertur, veterem Eccleſiæ morem revocare, quo non ſolum ſacrificans ipſe, ſed & diaconi & reliqui Eccleſiæ miniſtri, qui diebus ſolennioribus velut teſtes tanti ſacrificii & neceſſariorum miniſteriorum coadjutores adhibentur, ut perceptionis corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti participes ſe præberent ſeria canonum ſanctione jubebantur: ſed & fideles omnes pro recolenda mortis Domini & noſtræ redemptionis memoria, ad hoc mediatoris noſtri ſacrificium confluentes, ſedulis exhortationibus monendi & excitandi ſunt, ut prius explorati, confeſſi & abſoluti, ſacroſanctæ communionis gratiam ſumant, & diviniſſimæ Euchariſtiæ participationem una cum ſacerdote ſedulo & devote frequentent.

De conſecra. diſt. 2. ea peracta. ca. relatum.

CAPUT XXV.

De cæremoniis & uſu ſacramentorum.

1. Cæremoniæ veteres, quæ ſacramento baptiſmatis adhibentur, retineantur omnes, Exorciſmus videlicet, abrenunciatio, profeſſio fidei, Chriſma & alia: pertinent enim ad efficaciam hujus ſacramenti adumbrandam & ſignificandam.

2. Item in cæremoniis veteribus, quæ ab Eccleſia catholica adhibentur Miſſæ, nihil mutandum videtur: ſunt enim omnes ad id, quod in Miſſa agitur, cum primis aptæ.

3. Et quod ad uſum hujus ſacri attinet, debent in ſingulis civitatibus & in ſingulis eccleſiis (etiamſi in una civitate aut loco plures ſint) quæ proprios ſacerdotes & populi illuc convenientis frequentiam habent, ſingulis diebus duæ ad minimum Miſſæ celebrari. Altera matutina, cui intereſſe poſſint homines qui labore manuum rem quærunt, ut convenientes vel communicent de Euchariſtia, vel ſe Deo pie commendent. Altera vero celebrior, quæ canetur circa horam octavam diei antemeridianam, cui eodem modo adſint, qui vel communicare de Euchariſtia, vel ſe Deo commendare velint. In pagis autem ſingulis quibusque dominicis & feſtis diebus, ſingulæ Miſſæ ad minimum celebrentur.

4. Atque ut populus ad uſum Miſſarum revocetur commode, Concionatores juxta ſententiam de hoc ſacro ſuperius explicatam, populum hortari debent, ut eidem libenter interſit, cui etiam præſcribendæ ſunt certæ meditationes, eæque ad ſingulas Miſſæ partes aptæ: & ante præfationem presbyter aut diaconus, ſi hujus copia ſit, oſtendat verum Miſſæ uſum, eumque populo ex præſcripto, de quo etiam conveniat, commendet pro ratione de ſacro hoc ſuperius explicata.

5. Canon

5. Canon item, in quo nihil mutetur, habeat etiam ſuam ſuccinctam & dilucidam interpretationem, ut inde presbyteri & functionem officii ſui eo melius intelligere, & quod intelligunt, populo explicare poſſint.

6. Cætemoniæ reliquæ Sacramentorum, juxta præſcriptum Agendarum veterum, adbibeantur : in qnas tamen ſi quid irrepſit, quod caoſam dare poſſit ſuperſtitioni, tollatur.

7. Altaria, veſtea ſacerdotum, vaſa Eccleſiæ, vexilla : item cruces, eandelæ, imagines, retineantur in Ecaleſia. Sed ita tamen, ut ſint monumenta : nec cultus latriæ in boc genus transferatur: nec ad imagines & ſtatuas ſuperſtitioſe concurſus fiat.

7. Hotæ item Canonicæ, & illa pia pſalmodia, quam nobis Apoſtolus ipſe commendavit, ex Ec- 1. Cor. 14.
cleſiis minime tollantur : & ubi ſublatæ ſunt, teſtituantur, maxime vero de tempore & Dominica & aliis vetuſtis & ſolennioribus ſeſtis.

8. Quæ autem de Sanctis adjecta ſunt, ad ea qnæ in veteri de Sanctis communi poſita ſunt, revocanda : & ſicubi modum excednnt, corrigenda videntur.

9. Vigiliæ item & exequiæ mortuorum de more veteris Eccleſiæ celebrentur : eſſet enim immane, in Eccleſia nullam illorum memoriam tetinere, quaſi animæ ipſorum una cum corporibus interierint.

10. Feſti item dies ab Eccleſia recepti retineantur, ſi non omnes, tamen præcipui.

Dominicæ dies.
Natalis Domini.
Circnmciſio Domini.
Epipbania.
Palmarum.
Paſcha cum duobus diebus ſequentibus.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſte cum duobus diebus ſeqnentibur.
Corporis Chriſti.
Feſti item dies beatæ Mariæ virginis, & ſanctorum Apoſtolorum.
Sancti Joannis Baptiſtæ.
Mariæ Magdalenæ.
Stephani.
Laurentii.
Martini.
Michaelis.

Omnium Sanctorum, & apud ſingulas Ecclaſias eorum ſanctorum, qui ibidem ſingulares patroni habentur, ut in eisdem Sanctorum feſtis Deum in ſanctis honoremus, nosque ad imitationem Ipſorum excitemur, & cooſideremus orationibus ipſorum adjuvari & meritis aſſociari.

11. Dies item Rogationum ante Aſcenſionem Domini, & Letania in die ſanctiMarci, & per annum aliæ conſuetæ proceſſiones pro veteri more obſerventur.

12. Similiter in hebdomada ſancta & circa reliqua Eccleſiæ feſta debitæ ſolennitates adhibeantur, & in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes aqua Baptiſmalis pet omnes Eccleſias parochiales ſolenni benedictione præparetur.

13. Ac cum abſtinentia carnium, quæ non abominationis, ſed temperantiæ canſa ſuſcipitur, per ſe bona & ad carnem caſtigandam apta ſit, ac etiam publica utilitas poſtulet, ut certis temporibus à carnibus abſtineamus, cum alias pecora ad aſſiduum carnium eſum ſufficere vix poſſint, mos & inſtitutum veteris Eccleſiæ diebus jejuniorum, feria ſexta & ſabbato à carnibus abſtinendo retineatur.

14. Hanc enim abſtinentiam Eccleſia ex nulla ſuperſtitione ſuſcepit, quæ à cibis quibusdam certis temporibus abſtinet, non ob ullam ciborum immunditiem (ſciens omnia munda eſſe mundis, & nihil inquinare hominem quod per os ingreditur) ſed ad edomandam carnem, ut anima à pravis cupiditatibus & à malis moribus melius humilietur : eamque abſtinentiam præcipue diebus feriæ ſextæ & ſabbati indixit, ut homines ad cultum Deo debitum perſolvendum, ad auditionem verbi Dei, & ad ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptionem (quæ olim frequentior diebus dominicis ſervabatur) biduana abſtinentia præparati, magis idonei & digniores accederent : & ut hac voluntaria caſtigatione quaſi cum Chriſto (cujus paſſionis memoria his diebus potiſſimum à fidelibus recolitur) carnem ſuam crucifigerent.

14. Conſueta etiam Eccleſiæ jejunia obſerventut, ſed ita tamen, ut non adſtringantut quos neceſſitas excuſat : quales ſunt qui gravioribus labotibus exhauriuntur, & peregrinantes, item gravidæ mulieres, lactentes pueri, ſenes ægroti.

15. Nec improbetur benedictio earum rerum, quæ exorciſmis & orationibus ad uſum hominum præparantur, dummodo operationes, quæ inde naſcuntur, non rebus ipſis, ſed divinæ virtuti ttibuantur : & caveatur, ne eædem ad ullum incantationis aut ſuperſtitionis genus transferantur.

16. Et quanquam cum Apoſtolo ſentiendum, eum qui cœlebs eſt, curare quæ ſunt Domini &c. 1. Cor. 7.
eoque magis optandum, multos inveniri clericos, qui cum cœlibes ſint, vere etiam contineant: tamen quum multi, qui miniſterii eccleſiaſtici functiones tenent, jam multis in locis duxerint uxores, quas à ſe dimittere nolint : ſuper ea re generalis Concilii ſententia expectetur, cum alioqui mutatio in ea re, ut nunc ſunt tempora, ſine gravi rerum perturbatione nunc fieri non poſſit.

17. Illud tamen negandum non eſt, etſi conjugium per ſe honorabile eſt, juxta ſcripturam cum tamen qui non ducit uxorem, & vere continet, melius facere, ſecundum ſcripturam.

18. Eadem eſt ratio uſus Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie, cui multi etiam aſſueverunt, & ab eo velli ſine gravi rerum motu hoc tempore non poſſunt: & quia concilium Oecumenicum, cui omne Imperii Status ſe ſubmiſerunt, proculdubio piam & ſolicitam curam adhibebit, ut in hoc caſu conſcientiis multorum & publicæ tranquillitati optime conſulatur, qui uſum utriusque ſpeciei antehac receperunt, eumque relinquere nolunt, ſuper ea quoque re deliberationem & ſententiam Oecumenici Concilii expectent.

19. Hi tamen, qui utriusque ſpeciei uſum amplectuntur, illam inveteratam ſub una ſpecie communicandi conſuetudinem reprehendere non debent: nec alteri alteros perturbent donec ſuper ea re Concilium decreverit.

20. Et quanquam Sacramentum Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie inſtitutum eſt, non tamen ſentiendum eſt Chriſtum in carne dividi, contra quam Scriptura divinitus inſpirata tradit, ſed ſub ſingulis ſpeciebus integrum contineri.

21. Ac quoniam in Sacramento Euchariſtiæ eſt verum Chriſti corpus, & verus Chriſti ſanguis, in hoc Sacramento Chriſtum merito adorari debere.

22. Item Sacramentum Euchariſtiæ ſemel verbo Chriſti conſecratum, etiam ſi aſſervetur diutius, tamen Sacramentum & corpus & ſanguinem Chriſti remanere donec ſumatur.

23. Quæ vero ad diſciplinam Cleri & populi pertinent, videntur cum primis neceſſaria eſſe ad tollenda ex Eccleſiis ſcandala, quæ dant magnam cauſam horum temporum perturbationi, id quod res ipſa loquitur. Itaque ſi quam Eccleſiis utilem reformationem Cæſarea Majeſtas procuraverit, tantum abeſt ut quisquam ſanctæ religionis noſtræ, & publicæ tranquillitatis ſtudioſus, repudiare eam velit, ut omnes etiam pro ea citius promovenda & procuranda obnixe & ſumma ope laborare debeant.

IMPERATOR.

NOS CAROLUS Imperator ſemper Auguſtus, &c. Teſtamur & confirmamus, ſuprapoſitam Declarationem eam ipſam eſſe, cujus in noſtro & Sacri Imperii Receſſu, dato in hoc præſenti Auguſtano Conventu, mentio fuit facta: Hujus appenſione teſtimonii, ſigilli noſtri Cæſarei munimine roborati. Datum in civitate noſtra Imperiali Auguſta, die ultimo Junii, Anno Incarnationis Chriſti Domini noſtri, milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo octavo: Imperii noſtri vigeſimo octavo, Regnorum trigeſimo tertio.

CAROLUS.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, per Germaniam Archicancellarius, &c. ſubſſt.

Johannes Obernburger ſubſſt.

Das Teutſche Exemplar ſtehet in den Reichs-Abſchieden / zu Meintz gedruckt.

Anno Chriſti 1548.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO

DE PACE PUBLICA TENENDA,

Auguſta in Comitiis declarata, renovata, atque publicata, Anno Domini M.D.XLVIII.

CAROLUS QUINTUS, Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Arragonis, Leonæ, utriusque Siciliæ, Jeruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Alegeziræ, Gribaltaris, Canariarum, & Indiacarum Inſularum, ac Terræ Firmæ, Marisque Oceani, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ,

diæ, Lothatingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carniæ, Cnrinthiæ, Limburgiæ, Lutzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopstriæ, ac Wirtembergiæ, &c. Comes Hsbſpurgi, Flsndriæ, Tyrolis, Goriciæ, Barcinonis, Arthois, Burgundiæ; Comes Palstinus Henegoiæ, Hollsndiæ, Selsndiæ. Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, [illegible]uaniæ, & Zutpheni; Landgravius Alſaciæ; Marchio Burggoiæ, Oriſtani, Cociani; ac ſacri Romani Imperii Princeps in Suevia, Cathslonia, Aſturia, &c. Dominua Pbryſiæ, *Marchiæ Vindelicorum, Portenoiæ, Piſcoiæ, Molinis, Salinarum, Tripnlis, & Mech'liniæ, &c. Nunciamus onivetſis & ſingulia noſtris & ſacri Imperii Electoribua, Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, & Militibus, Capitancis, Præfectis, Schultetis, Magiſtris civium, Judicibua, Conſularibus, Civibus & Communitatibua, cæterisque omnibua noſtris & Imperii ſubditis sc fidelibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtant, ad quos hoc noſtrum Imperiale ſcriptum vel ejusdem copia videnda ſeu legenda pervenerit, exhibitave fuerit, gratiam noſtram & omne bonum.

* fort. *Marchia Vandalorum.*

CAPUT I.

Pacis Publicæ proclamatio.

Cum quondam Maximilianus Cæſar, avus noſter præclsrâ memoriâ, graviſſimis de cauſis motus, ad ſacri Imperii, ejusque ſubditorum honorem ac ſalutem, adeoque sd commune Reipublicæ provectum & utilitatem cum Electoribus, Principibus, & Statibua ſacri Imperii de publica pace conſtituenda ſe concordaſſet, obſtrinxiſſet ac obligaſſet, nosque mox in ingreſſu noſtri regiminis ſentiremus ac cognoſceremus, varias omnisque generis commotiones & adverſitates inter alienos & extrsneos Primates ac Poteſtates, ſeſe in Imperii membra eique conjunctos exerere, ex quo non communib. Statibus ſolum, verumetiam univerſæ Chriſtianitati difficiles & periculoſæ imminutiones, devsſtationes, cum jactura ac detrimento animarum, honoris, ac dignitatis exorituræ forent, ſi non gravi deliberatione atque conſilio adverſum iretur, pax & juſtitia in ſacro Imperio conſtitueretur, ac firmiter conſervaretur. Hinc nos adducti, veſtigiis ejusdem avi noſtri inſiſtentes tunc quidem in primis illis noſtris Wormatiæ Comitiis cum communibus ſacri Imperii Statibus de publica pace conſtituenda unanimiter tractavimus, ac nos invicem concordavimus, quemadmodum ab avo noſtro initio facto, ea Wormatiæ primùm conſtituta, deinde in aliis Comitiis latius declarata eſt. Quam publicam pacificationem nos jam in ſacri Imperii ſalutem ac utilitatem, & pro firma concordia, tranquillitateque conſervanda, aliisque plurimis & graviſſimis de cauſis, deliberatione atque conſilio reverendorum atque Illuſtrium noſtrorum dilectorum cognatorum & affinium, Electorum & Principum, Eccleſiaſticorum & ſecularium, Prælatorum, Comitum & Statuum ſacri Imperii hiſce hîc Comitiis apud nos compsrentium denuò renovavimus, conſtituimua, ac juxta qualitatem & neceſſitatem temporis & negotiorum cauſarumque, auximus sc declsrsvimus: Renovamua, conſtituimus, addimus, augemus ac declsramus easdem hiſce mediantibus ſcienter ac virtute harum literarum hoc modo, ut ab hoc tempore publicationis nemo, cujuscunque dignitatis, ſtatus aut conditionis fuerit, ullius rei cauſa qualecunque nomen habuerit, quove quæſito colore ſeu prætextu id fieret, alteri bellum inferri, armisve eum infeſtare, oppugnare, ſpoliare, capere, invadere, obſidere, aut aliquam prohibitam conſpirationem ſeu fœdus contra alium facere ſeriſeve debeat. Nec quis alterum poſſeſſione ſua, arce, oppido, pago, ſacra æde, Monsſterio, Sacello, reditibua, penſionibus, decimis, immobilibus mobilibuave bonis, Regaliis, Jurisdictione, Judiciis, mero ac mixto Imperio, ſpiritualium ac ſecularium, teloniis, vectigalibus, fluminibus, paſcuis, aliisve quibuscunque Juribus, nullo excepto, vi manuque armata ac de facto temerè privet aut ſubditos abſtrahat, vel ad inobedientiam adverſus ſuos Magiſtratus concitet, aut eos inſcio ſuo ac nolente Magiſtratu præter morem hactenus ſub prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus ac Regibus laudatiſſimæ recordationis, & nobis obſervatum, tuendos ac defendendos ſuſcipiat. Quinimo quisque alterum in re ſua quietum ac impeditum relinquat: Tum & alienos ſubditos ſpirituales ac ſeculares per ſuum quisque Principatum, ditionem, Comitatum, dominia ac municipia liberè, tutò, ac impeditè commeare, migrare, ac proficiſci patiatur: nec ſuis ullo pacto permittat, illorum honori ac libertati præter jus æquumque, vi, factioneve derogare, eosve comprehendere, lædere, offendere, aut grsvare quovis modo.

Maximiliani I. Imp. conſtitutio de Pace publica.

Comitia Wormatienſia, Anno 1521. Adde Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 9. 1091.

Pax publica. Videatur Gail. de Pace publ. ad totam hanc conſtitut.

Commeandi ultrò citroque libertas.

a. Jam & illi, per quem ejusmodi fractæ pacis facinora patrantur, nemo aut ipſe, aut alius ſuo nomine ſerviat, miniſtret, conſulat, auxiliumve præſtet, neque arcem, oppidum, munitionem, pagos, villas, curtesve occupet, aut præter alterius voluntatem vi factoque temerè præripiat, aut incendio aliave via damnificet, ſeu ad id auxilium præſtet: nec ſcienter aut doloſè receptet, hoſpitium, commeatum, victumve præbeat, aut præberi ſuſtineat: Sed ſi quis in alium quid habere ſe putat, de eo experiatur ſuo loco ac Judicio, in quo jam antea aut nunc cauſæ ex ordinatione noſtri Judicii Cameræ expediantur, aut deinceps ordine expediendæ fuerint.

Lites jure & juſtitia componendas. Judicium Imperialis Cameræ.

CAPUT II.

* *Abrogatio omnis diffidationis & belli.*

* Hunc §. adducit Hieronymus Schurpff Cent. 3. Conſil. 98. 99. & 100. ubi non incommode tractat atque explicat. Plenitudo Imperialis poteſtatis.

Et ob id qnidem omnia maniſeſta & publica bella, belliquè denuntiationes per univerſum Imperinm abrogavimus, caſſavimus & removimus: abrogamus, caſſamus & removemus ea ex plenitudine Romanæ Impetialis poteſtatis, ac virtute harum literarum.

CAPUT III.

Quomodo pax publica conſervanda præcepta ſit, & ſub quibus pœnis.

Mandamus quoque omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordioi ac civitatibus, aliisque omnib. noſtris & Imperii ſubditis ac dilectis fidelibus, acriter præcipieotes mediantibus obligationibus, juramentis, & obedientia, nobis ac ſacro Imperio ab ipſis præſtitis, ac quæ præſtare tenentur, adeoque ſub mulcta ſeu pœna duarum milium Marcarum auri puri, medietatem noſtro Imperiali ærario, & alteram medietatem offenſo vel læſo irremiſſibiliter ſolvendam. Tum & ſub privatione ac perditione omnium & ſingulorum Privilegiorum, libertatum ac Jurium, quæ quisque eorum à nobis ac ſacro Imperio obtinet: ut hanc pacem diligenter juxta ac fideliter conſervent, ac, ut prædictum eſt, manuteneant & exequantur, ſuisque officiatis, mandatariis & ſubditis medio Juramento conſervandam præcipiant. Ac huic unioni & obligationi pacis publicæ, ut prædictum eſt, rectè abſque contradictione pareant, & obſequantur, ſub gravi noſtra & Imperii indignatione, ac præſcripta pœna illis ac cuilibet evitanda.

CAPUT IV.

* *Pœna Pacifractorum.*

* Videndus Schurpffius in ſuprà allegato Conſilio 98. Verba importantia Canonem latæ ſententiæ. Bannum Imperiale. Banni Declaratio præcedat injectionem manuum in Bannitos.

Quod ſi qui verò vel ſublimioris vel inferioris ſecularis ſtatus, quicunque ille vel illi fuerint, adverſus prædicta quid egerint, aut agere conarentur, ii quidem de facto, ipſo Jure, mediantibus aliis pœnis, in noſtrum ac ſacri Imperii Bannum inciderunt. Permiſſumque ſit univerſis & ſingulis contra eosdem facinoroſos ac pacifragos, quamprimum iidem per nos, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, per dilectum noſtrum fratrem Romanorum Regem, aut noſtro in Judicio Cameræ præmiſſa Citatione in prædictum Bannum incidiſſe declarati fuerint, vim impetumque facere impunè tam in ipſorum Bannitorum bona, quàm perſonas & corpora, nec temerè in eo quisquam aut violenter egiſſe exiſtimetur. Ad hæc omnes literarum obligationes, pacta, aut fœdera ipſos ſpectantia, quorum nomine actionem habere potuerint, erga obligatos, caſſa & in nihilum redacta ſint: Feuda quoque ſeu militaria beneficia, quotque transgreſſor poſſediſſet, tenuiſſetque, dominis cedant: nec eadem feuda, aut eorum partem, quoad pacifragus vixerit, neque ipſi, neque aliis ſucceſſoribus eorum aut ſuam partem, fructumve concedat, ſeu de ipſis infeudet, inveſtiatve. At Dominus feudi tamen fructus eorundem feudalium bonorum, quantum de neceſſariis impenſis quotannis ſuperſit, actori ſeu læſo ſub noſtra, & nobis abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Judicii Cameræ moderatione præbere atque præſtare teneatur, quanto pacifragus tempore vixerit, aut donec idem cum læſo tranſegerit, ſeque concordarit, ac Banno liberatus & abſolutus fuerit.

2. Verùm autem re inter Bannitum & offenſum transacta compoſitaque, Dominus feudi Bannito aut pacifrago abſoluto reſtituat. Si verò Bannitus durante Banno moriatur, & ſui hæredes feudorum capaces cum læſo ſe concordarint, ſeque infeudari petierint, ei petitioni locum dabit Dominus, eosque infeudare juxta loci cujusque morem tenebitur: agnatorum verò in hoc caſu jure ſuo ſalvo.

3. Si verò in Dominum ſeudi pax fracta eſſet, ex Jure feudali juxta conſuetudinem agatur. Damnificato autem, ſuisque conjunctis & adhærentib. medio hujus transactionis tempore, tum & priusquam declaratio ſequatur, contra eosdem facinoroſos ac pacifragos, & eorum auxiliatores & receptores ſua defenſio ac perſecutio in continenti, aut cum ſuos amicos & auxiliatores habere poſſit, idque omne Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii ſignificandi denunciandique, ut cognoſcant, poteſtas reſervata ſit. Ac iisdem quidem damnum paſſis ipſorumque conjunctis & auxiliatoribus, facta ejusmodi defenſione ac perſecutione (ſi offenſio ac pacis fractio manifeſta, aut deinceps comperta fuerit) nulla ob id pœna injungetur, aut temerè quicquam deſignaſſe putari debebunt.

CAPUT V.

De executione Banni, aliisque pœnis.

Cumque ad conſervandam noſtram Imperialem pacificationem neceſſarium ſit, in pacifragos & transgreſſores hujus ordinationis Imperiale Bannum aliasque pœnas, in quas ordine Juris incidiſſe

Digitized by Google

eidiſſe declarati fuerint, eseqni: propterea rationem inivimus cum Electoribus, Principibus, ac ſtatibus, modumque ac viam dedimus, qualiter in pacis fractores debita executio ſuſcipienda, ac commerita eis pœna irroganda ſit, quæ in communi noſtra Judicii Cameræ * ordinatione ſub ſua Rubrica collocata eſt.

* Ordinat. Cameræ part.2. tit. 17. & 2. ſeqq.

CAPUT VI.

De Communibus ac levibus ſpoliis.

Quoniam autem ob vulgaria ac levia ſpolia ac privationes, absque vi violentiaqne, attamen præter Jus factas, quæ huic Imperiali pacificationi, ejusdemque pœnis non ſunt ſubjectæ, variæ diſceptstiones in Imperio sc contentionea oriri atque contingere poſſent: Veruntamen ad conſervandam firmiter pacem & jus æquum neceſſe ſit, ſpoliatis hoc caſu maturè reſtitutionem ſuarum rerum præſtari, æqua commiſeratione erga ſpoliatoa moti, adductique, cum Electoribus, Principibus, & communibus Statibus modum ac rationem procedendi dictarum ſpoliationum ergò conſtituimus, quemadmodum in communi Judicii Cameræ * ordinatione hoc loco publicata ſuo titulo habetur ac comperitur.

* Ordinat. Camer. part.2. tit.3.

CAPUT VII.

De conſtituta publica pace.

Porro, cum prædictis ſtatibus nos jam hoc loco univimus, ac mediantibus juramentis, quibus quisque noſtrum ſacro Imperio obſtringimur, ad ſervandum id & esequendum conſentimus & obligamur, hoc ipſum facientes per præſentes literas, quòd nemo noſtrum deinceps alteri ſuisve fraudulenter ſubordinando, connivendo, aut alterius offenſores receptando, contra hanc pacem quicquam molitatur ant machinetur, vel conſentiendo vel faciendo, vel fovendo, aut aliis permittendo, ut ſuprà dictum eſt. Quinimò ſi quis noſtrum alterius pacifragos offenſores cognoverit, eive innotuerint, ſive in ipſo facto ac patrato facinore requiſitus fuerit, aut illos conquirere aut comprchendere poterit, adverſum eos ex incontinenti acriter ac diligeoter feſtinet, procedat, agat, ita, ac ſi ipſius res ſit.

2. Similiter oos ac noſtrum quilibet, ut ſuprà dictum eſt, apud noſtros officiatos, ſubditos, & addictos acriter curabimus, ac efficiemus, mediantibusque juramentis ipſos obſtringentes ad id quidem nt dictum eſt, fideliter conſervandum ac præſtandum, eique rei, ut in ſuis quisque municipiis ac mandata functione diligenter proviſionem faciat ac proſpiciat, quo publicæ paci pareatur & obſequatur. Et ejusmodi fraudulentæ machinationes & clandeſtinæ ſuppetiæ, receptacula & ſavores præoccupentur, omittantur, ac minimè concedantur, uſlo pacto, absque dolo.

3. Ac ſi quis ſacro Imperio ſubjectis, nos, Electores, Principes, aut alios ſtatus, ſacro etiam Imperio ſubjectos, ausilioque Imperio adſcriptos contra conſtitutam publicam pacem, vi, violentiaque impeteret, bello laceſſeret, læderet, infeſtaret, aut res eorum vi, non Jure, oecuparet, in hoc quidem flagrante crimine atque facinore omnes requiſiti, aut ubi ipſis innotuerit, inſequi, tueri, deprehendere, ac taliter non agere debent, ac ſi ipſorummet ſuorumve res eſſet.

4. Quòd ſi vero in flagrante patratoque facinore nihil effectum eſſet, aut effici potuiſſet, & facinoroſi illi, eotum auxiliatores, adjutores & fautores ſeu promotores, à nobis, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus; à dilecto noſtro fratre Romanorum Rege, aut noſtro Judicio Cameræ in Bannum juxta ſacri Imperii factam ordinationem denunciati eſſent: talisque denunciatio vel etiam excommunicatio, quæ ex eadem noſtra & Imperii ordinatione in adjumentum atque præſidium denuntiationi impetrari poterit: ſi Actor eam, in cujus voluntate ſemper ſitum eſſe debeat, petierit, nihil auxilii cauſæ adſerret: tunc quidem Princeps is, ſub quo patrator ſeu facinoroſus commoratur, ad noſtram requiſitionem, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Judicii Cameræ, aut ſi qua ei ob juſtas cauſas à nobis aut dilecto fratre noſtro nobia abſentibus, aut Judicio Cameræ remiſſum fuerit: Tunc quidem Circulus, ſub quo facinoroſus ille reſidet, ad noſtram ſimiliter requiſitionem vel interpellationem, ac nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti noſtri fratris Romsnorum Regis aut dicti noſtri Judicii Cameræ declaratum Bannum adverſus eundem facinoruſum absque recuſatione exequstur omni eo modo, quo cum Statibus communib. hoc in loco * de executione declarati Banni ac ſententiarum latarum convenimua, ac in noſtra communi Judicii Cameræ ordinatione præſentibus Comitiis, quemadmodum ſuprà memoratur, clarè conſtitutum eſt. Quo nimirum publica pax firmiter manu teneatur, ac offenſores ſeverè puniantur, ſalvo nihilominus articulo prædicto, patratorem ipſo facto in Bannum incidiſſe.

Excommunicatio ſit Banni præſidium.

Circus vel Circulus Imperialis.

* Ordinat. Cameræ part.2. tit.9.

CAPUT VIII.

CAPUT VIII.

De pœna transgreſſorum hujus ordinationis.

Si quis antem noſtram hanc ordinationem, ac obligationem contempſerit, nec eam præſtiterit, aut ut præſtetur, effecerit, aut negligens fuerit: idque palàm conſtaret, ita, ut negari non poſſet eum eosve prununciamus, declaramus his mediantibus propter ejusmodi contemptum, pœnam violatæ pacis incidiſſe: ac tunc quidem contra eosdem, cum denunciatione, declararione, executione, ac reproductione talium ac aliarum pœnarum per nos, ac nobis extra ſacrum Imperium abſenribus per dilectum noſtrum fratrem, Romanorum Regem, aut noſtrnm Imperiale Judicium Cameræ ſeverè ac irremiſſibiliter procedarur, egaturque, procedi, agique poſſit ac debeat, prout tenore noſtræ publicæ pecificationis, aliasque æquum fuerit.

CAPUT IX.

Ordinat. Camer. part. 2. tit. 17. & 23.

De Mandatis Judicii Cameræ contra pacifragos, & qua forma procedi debeat.

Judicii Imperialis & Fiſci ejusdem poteſtas.

Quod ſi contingat, ut quisquam edverſus hanc noſtram pacem vi ermata atque exercitu, elterum, aliasve violenter invaderet ec oppugnaret: nunc quidem Imperiale noſtrum Judicium Cameræ ad implorarionem ejus, qui de vi armata ac bello inferendo ſibi metuit, ſeque ad competens & æquabile Jus offerret, eut Imperialis noſter fiſcalis plenum mandatum ac poteſtatem habeat, ei, qui in conatu conſcribendi cxarcitus & expeditione eſt, ſub pœna Banni præcipiendi ac mandandi, ut ab ea violentie factoque ac inveſione deſiſtat, & Jure competenti contentus ſit.

a. Si autem ille illive, quibus in mandarum eſt, non paruerint, Imperielis fiſcus noſter adverſus eum eosve contumaces poſt prædictum Mandatum ad declarationem absque non mora matureque procedere: eosque contumaces per Judicium noſtrum Cameræ in Bannum, aliasque pœnas publicæ pacis, ut decet, pronunciari ac declarari debebunt: Nihiloque minus Judicium noſtrum Cameræ contra omnes & ſingulos illius illorumve, qui, ut prædictum eſt, in armis ac propoſito inferendi belli extiterint, generale ſcriptum avocationis, ſub pœna Banni protinus emittet ac publicabit. Tum & vicinos pro conſervatione ac manurentione, ut ſuprà dictum eſt, implorabit ac exhortabitur ed auxilia ferenda iis, quibus hoc modo vis violentiaque infertur, ac bello infeſtantur.

Generale ſcriptum avocationis militum.

CAPUT X.

Pro Expenſis, ad conſervandam pacem atque juſtitiam factis, coram Judicio Cameræ agi poſſe.

Ac cùm quispiam pro conſervatione & executione pacis & Juris, alteri, tenore publieæ noſtræ pacificationis armata manu, auxilia, opemque tulerit, ac propterea ſumptus expenſasque aliquas fecerit, eas facinoroſus illi aut patretor refundere teneatur: ejusque auxiliatoris arbitrio ſit permiſſum violatorem mox vi, factoque ad refuſionem expenſarum adigere: aut per moderationem Judicii noſtri Cameræ ſub pœna Banni illas ab ipſo extorquere, cui & Cameræ noſtrum Judicium maturè opem ferre, eamque minimè denegare debebit.

CAPUT XI.

* Hoc cap. citat & emendat Mynſinger. cent. 2. obſerv. 29.

** Coram Judicio Cameræ non ſolùm ad pœnam, ſed & pro illatis damnis ac ſpoliatione principaliter agi poſſe.*

Volumus quoque, caſu quo alicui Eccleaſiaſtiei vel ſecularis ſtatus, quicunque is fuerit, fracta publica pace damnum daretur, visque facto inferretur, aut ſuis rebus, quocunque nomine vocantur, nulla excepta, adverſus publicam pacem ſpoliaretur: ex tune arbitrio ejus, cui vis illata, damnum datum, ſpoliatioque facta ſit, conceditur atque relinquitur, * ad pœnam Juris & pacificationis noſtræ conjunctim aut diviſim, eorumque alterum. Tum quoque de vi illata factaque damnificarione aut ſpoliatione ſimul cum prædictis pœnis, aut tantummodo principaliter ac diviſim coram Judicio noſtro Cameræ actionem inſtituere: cui etiam à Judice noſtro Cameræ & Aſſeſſoribus maturè, ut æquum eſt, Jus atque juſtitia miniſtretur. Salvo tamen in univerſum Imperiali noſtro fiſco Jure ſuo commiſſam pœnam exigendi.

* Hunc locum tractat Oldendorpius Enchirid. Exceptionum, num. 10. ubi ait, non ab re voluiſſe Imperatorem Carolum V. adverſus fractorem pacis agi poſſe.

CAPUT XII.

Quod inſtantia damni ob fractam pacem dati, ac ſpoliationis in hæredes rei cadat.

Querela igitur noſtro Judicio Cameræ præmiſſo modo dati damni aut ſpoliationis ergò mediente conjunctaque commiſſa pœna, eut diviſim tantum, absque commiſſe pœna annexa, facta, ſi reus pendente

pendente ac nondum finita lite ante vel poſt litis conteſtationem moriatur: ex tunc quidem inſtantia ac litis dicti damni ſeu ſpolii ad res ſive accuſati hæredes, & ſucceſſores prorogetur, ipſique hæredes teneantur, eandem litem atque inſtantiam eodem ſtatu quo illam invenimunt, continuare: ac quicquid ſuper ea pronunciatum fuerit, præſtare & exequi, vel alioquin alia via ſe cum Actore concordare.

tam ad pœnam quam ad reſtitutionem damnorum, &c.

CAPUT XIII.

De antiquis fractæ pacis, ac levibus ſpoliis.

Quod ſi quoque ante hoc tempus quispiam ſpoliatus, neque dum reſtitutus, aut juxta Imperialem noſtram reſolutionem horum Comitiorum ea res componeretur, ſive hæc pacis fractæ ſive vulgares leveſque ſpoliationea exiſterent, iis quidem actio ſua ac reſtitutio vigore jam antea conſtitutæ ac modò declaratæ publicæ pacis, aliasve prout de jure agendi proſequendique, his mediantibus, non erepta, verum omni tempore reſervata eſſe debebit: Reo tamen ſua exceptione ſalva atque permiſſa.

Reſolutio Imperialis comitiorum Auguſtanorum.

CAPUT XIV.

De poteſtate Judicii Cameræ Bannum ac pœnas ejusdem concernente.

Cum & interdum ea facinoroſorum ac pacifragorum conditio ſeu qualitas ſit, ut pœna fractæ pacis contra ipſos abaque graviori periculo ac majori diſpendio proponi ac ſtatui nequeat, atqui juſtum & æquum tamen ſit (ne maleficia maneant impunita) ut quilibet transgreſſorum debitam pœnam luat, eaque pœna ex modo ac qualitate ſui facinoris, ſeu transgreſſionis, ejusque circumſtantiis moderetur: Ideò reſervamus nobis, aut nobis extra ſacrum imperium abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, adeoque Cameræ Judicio noſtro committimus, ac poteſtatem damus ex officio, aut ad petitionem patris conſtitutam pœnam fractæ pacis, in mulctam ſeu pœnam pecuniariam commutandi: eamque mulctam in publica noſtra pace nuncupatam moderandi, aut loco ejusdem ad pœnam Juris communis, citra tamen omne fiſci noſtri præjudicium, agendi: veluti quolibet tempore ex noſtro atque Imperii commune Jure utilius æquiusque fore exiſtimaverint.

Reſervatio & poteſtas pœnam fractæ pacis in mulctam commutandi, & quod pœna Banni poſſit ex juſta cauſa alterari, & in pœnam pecuniariam mutari, hic expreſſe permittitur, & non ineleganter docet Mynſinger. cent.4.obſervat.50.

CAPUT XV.

Quomodo adverſus pacis fractæ, aut lati ipſis auxilii ſuſpectos agi, & ad purgandum procedi debeat.

Si verò quispiam ex Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordine, civitatibus, aliisve, cujuscunque dignitatis aut conditionis fuerit, Eccleſiaſtici vel ſeculares, aut ſui, contra hanc publicam pacem aggrederentur, clanculum abducerentur, captivi tenerentur, aliis venderentur, traderentur: Suæ arces, oppida, ac domicilia, clandeſtinè occuparentur: illegitimis ex propoſito factis homicidiis latrociniis, incendiis, aut aliis modis perſonam ipſius aut bona contra Jus ac publicam pacem noſtram læderetur, & vi, violentiaque premeretur: quacunque via modoque id fieret; facinoroſi autem ſeu patratores necdum manifeſti eſſent: Actor quoque nec probare vellet: nec poſſet: illi tamen ex legitimis ac prægnantibus ſufficientibus indiciis ſuſpecti eſſent: aut de ea re publica vox & fama exiſteret: Aut ſi quis ex iisdem indiciis hac ſuſpitione laboraret, quòd facinoroſis illis ac læſoribus adverſus dictam publicam pacem, auxilium, opem, præſidia, aſſiſtentiam, favorem, commeatum, victum, cibum, potum, aut aliud beneficium præſtitiſſet, exhibuiſſetve: eosve domicilio ſuo, hoſpitiove ſuſcepiſſet, aut recepiſſet, neque id dum palam conſtaret, exiſteretve: Volumus, quo nimirum in talibus ac ſimilibus caſibus accuſator ad accuſationem ſuam, & accuſatus ad culpæ ſeu innocentiæ ſuæ expeditionem maturius ac minori ſumptu pervenire poſſit, læſæ prorſus poteſtatem factam, facinoris, auxilii, aut conniventiæ ſuſpectum coram ſuo (ſuſpecti) ordinario judice, aut coram nobis, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, coram dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, aut Imperiali noſtro Judicio Cameræ, ad excuſandum ſe medio juramento, impetendi: Ita tamen ut Judici ſibi electo antea articulatim exponat vel indicet, quibus de cauſis læſorem ſeu facinoroſum ſuſpectum habeat. Ac ubi Judex cauſas & indicia ſuſpitionis legitima, cauſæque conferentia, & admittenda exiſtimaverit, Citationem decernat adjectis ſuſpitionis articulis, ac ſuſpectum ad certum præfixumque diem citet, ſi non Elector aut Princeps exiſtit, perſonaliter comparendum, ad articulos ſuſpitionis, prout de Jure reſpondendum, ſeque ipſum perſonaliter medio juramento purgandum, innocentiamque ſuam demonſtrandam: Simul & cum ea Citatione ſuſpecto, loco noſtro ac ſacri Imperii nomine ſalvum conductum pro ipſo ac ſibi aſſiſtentibus ea dicta die ſeu termino ad ſuum cujusque domicilium ſecuris ſcripta tranſmittat. Quæ quidem Citatio caſu, quo citato ad oculos aut ſuum conſuetum domicilium denunciari non poſſet, in duobus aut tribus locis, unde citato veriſimiliter innoteſcat, affigi debet. Ad quam Citationem citatus, ſi non eſt Elector aut Princeps, perſonaliter: Si verò Elector eſt aut Princeps, per conſtitutum Procuratorem ſuum comparere, ac ſuper articulis reſpondere tenebitur. Quod ſi negaverit, ac pars agens ſuſpitionem ſufficientibus indiciis ſeu fama rumoreve, aut per unum aliquem fide dignum teſtem,

Forma Proceſſus contra ſuſpectum. Citatio cum inſertis articulis ſuſpicionis. Effectus Citationis. Salvus conductus dandus. Citationis inſinuatio.

teſtem, qui de facto ſeu facinore, de auxilio, aſſiſtentia, aut conniventia teſtaretur, probaret: aut ſi ſuſpectus de vulgo levioriſque ſtatus: Actor verò gravis ac honeſta perſona, ejusque fides, ſtatus, natalitia, atque conditio nota eſſent, datoſque ad hoc articulos ſuos medio juramento veros adfirmaret: ex tunc ſuſpectus tenebitur, eique per decretum imponatur, ad ſe medio juramento purgandum, niſi Judex legitimis de cauſis ipſi in Jure propoſitis moveatur, ad dandum aliquem Commiſſarium, coram quo ſuſpectus domi ſuæ, aliove idoneo loco, juramentum purgationis perſonaliter præſtet, quod ipſi harum vigore concedendum eſt. Si qua verò communitas vel Eccleſiaſtica vel ſecularis hoc modo accuſaretur, duæ partes Senatus ſeu Conſulatus ejùsdem communitatis coram Commiſſario ad hoc deputato perſonaliter jurare tenebuntur. Et ſi aliquæ inter eos perſonæ conſulatus privatim ſuſpectæ eſſent per Actorem nominatæ, & hæ inter duas illas partes prædictas quoque ad jurandum includantur ac connumerentur. Si autem quidam ejuſdem oppidi, civitatis, aut communitatis conjuncti, ut privatæ perſonæ, ſive in conſulatu ſint, ſive extra conſulatum, ſuſpitione laborarent, cum illis agatur eo modo, quo cum aliis privatis perſonis, ut dictum eſt. Sique accuſatus tanta & tam gravi ſuſpitione laboraret, ut aliorum quoque purgatione neceſſe eſſet, in arbitratu ſtet Judicis, ſibi eam velit injungere, nec ne, qui nimirum compurgatores jurabunt, ſe credere, quòd ille illive, qui ſe per juramentum excuſarunt, rectè vereque juraverint. Hac purgatione facta, à ſuſpitione ſit liberatus, ac utrumque juramentum juſtè præſtitum habeatur, donec accuſatus in Jure de facto ſeu facinore convictus fuerit. Tunc quidem debet ac poteſt contra convictum tanquam facinoris reum ac perjurum ad pœnam, aliaſque ut æquum eſt, procedi, agique.

Juramentum purgationis.

Compurgatio.

Forma juramenti compurgatorum

2. Verùm ubi accuſatus purgationem aut excuſationem quovis modo recuſaret, aut citatus ad dictam diem perſonaliter abſque probabili allegata ratione legitimorum impedimentorum non compareret: ejus tunc quidem, cujus ſuſpitione laborat aut accuſatus eſt, facinoris reus habeatur, ac pronuncietur: Accuſatori quoque, aut Imperiali noſtro fiſcali citatio, ad videndum & audiendum ſe talis facinoris ergò in Bannum ac pœnas publicæ pacis incidiſſe, declarari ac denunciari, concedatur. Adhæc abſque ulteriori probatione inſimulati facinoris (niſi accuſatus ad docendam ſuam innocentiam paratus eſſet, in quo audiendus erit) in pœnas publicæ pacis noſtræ declaretur, denuncietur, aliaſque in hoc, ut decet, procedatur, agaturque.

3. Si & ob id in Bannum ita declaratus fuerit, neque nos ipſi, neque Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Dominorum, Magiſtratus, aut aliorum quiſquam eum ſcienter in aula ſua, Curia, ædibus, aliaſve ſuſtentare, hoſpitio ſuſcipere, paſcere, victum ſeu commeatum præbere, clàm palamve: ſed tanto tempore, quanto Bannitus eſt, evitare, pro infami æſtimare, ac habere, debemus, omneſque illi homines in univerſum adverſari poterint, prout tenore ac vigore publicæ conſtitutæ pacis fieri æquum eſt & decet.

4. Aſt ſicubi is, ut prædictum eſt, citatus propter corporis ſui conſtitutionem, qualitatemve, aut aliis manifeſtis de cauſis perſonaliter comparere non poſſit, à ſuo quidem, aut vicino Domino ſeu Magiſtratu probabile documentum, ſub ejuſdem Domini ſeu Magiſtratus Sigillo Judici transmittat, ſicque cauſas ſuæ abſentiæ & excuſationes proponi faciat, eique Judex ulteriores dilationes (ſi qua ſpes ſeu opinio eſt impedimenta ac remotas illas brevi ceſſaturas eſſe) indulgeat ac præfigat. Vel, ſi quo minus, Commiſſarios prædicto modo ad procedendum in cauſa agendumque ordinabit.

Corporis citati habenda ratio.

5. Si autem ſuſpectus fuerit Elector, aut Princeps, iſtud juramentum coram Judice per conſtitutum Procuratorem, qui omninò ex nobilibus ſit, in animam ipſius præſtabit. In quibus cauſis ſummariè, quemadmodum Imperii ordinatio pacis fractæ ergò conſtituta perhibet, quovis tempore procedatur.

6. Debemus nos quidem ac poſſumus, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilectus frater noſter, Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum Judicium Cameræ, non ſolùm ad implorationem partis, aut Imperialis noſtri fiſcalis, verum etiam proprio motu atque ex officio eas purgationes & excuſationes aſſumere, ac illis prædicto modo ſuſpectis ad faciendum imponere.

7. Permiſſum quoque ſit ac liberum unicuique, qui alterum non modò facti aut auxilii lati, ut ſuprà dictum eſt, ſuſpitionis, ſed etiam eorundem reum eſſe, accuſare, idque probare voluerit coram nobis, aut nobis, ut ſæpe dictum eſt, abſentibus, coram dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, aut noſtro Imperiali Judicio Cameræ, aliisve ordinariis Judiciis, quò ejuſmodi cauſæ pertinent, ſpectantque, ut facere, proponereque poſſit, ubi & maturè ei Jus, juſtitiaque adminiſtrari debebit.

8. Quod ſi quiſpiam vero alterum abſque juſtis cauſis ſuſpectum facere, ac diffamare, nec eam ſuſpitionem in Jure proſequi vellet, is, ut jam dictum eſt, diffamatus, aut in ſuſpitionem acceptus, poteſtatem habeat, eum, qui ſuſpectum ipſum facere conatus eſt, coram noſtro Imperiali Judicio Cameræ, aut ſuo ordinario Judicio impetendi, in quo & jus ipſi juſtitiaque miniſtretur. Ac volumus hiſce mediantibus nulli Magiſtratui, quorum ea poteſtas eſt, derogatum contra maleficii ſuſpectos licere agere, prout quolibet in loco Juris eſt, & conſuetudinis.

Diffamare cave, quia revocare grave, l. diffamari, C. de ingen. manumiſſ. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 25.

CAPUT XVI.

CAPUT XVI.

De purgatione eorum, qui bona ſua fraudulenter ac doloſè alienant, aut qui ea hoc modo ab aliis acceptant.

De alienatione bonorum in fraudem. Ordinat. Camer. 2. tit. 11.

Similiter declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac volumus pro conſervanda & exequenda noſtra pacificatione, ſi quis quacunque dignitate, ſtatu, aut conditione emineat, ex legitimis præſumptionibus vel indiciis hac ſuſpitione laboraverit, quòd arcem, oppidum, caſtrum, munitionem, aut bona ſua doloſè commodo ſuo vendat, alienet, permutet, aut cuiquam tuitionis nomine, aliave de cauſa donet, tradatve, quocunque colore ſeu prætextu id fecerit, ac inde pacificationis conſtitutionem transgreſſus fuerit, pacemque fregerit: Tunc quidem poteſtas erit, licebitque nobis, & nobis fortè abſentibus extraque ſacrum Imperium conſtitutis, fratri nobis dilecto, Romanorum Regi, aut Judicio Cameræ ex officio, vel ad implorationem offenſæ ac læſæ partis, aut noſtro Imperiali fiſco venditorem & emptorem, alienantem, tradentem, & accipientem, aut protectorem, memoratæ fraudis ac doli ſuſpectos coram ſe omni modo, ut proximo articulo conſtitutum eſt, citare, ac ſcripto vocare, ad ejusmodi memoratam fraudem, & dolum expurgandum. Quòd ſi ille aut illi tali modo vocati ac citati perſonaliter non comparuerint, neque ejusmodi expurgationem fecerint: Tunc quidem ob talem eorum contumaciam vigore prædicti articuli contra ipſos agi ac procedi debebit.

Expurganda fraus & dolus.

CAPUT XVII.

Pacis fractores, & ejusmodi patratores domi non eſſe recipiendos: Ac de eorundem ſalvo conductu.

Tales quoque facinoroſos, patratores, & violatores pacis, nemo hoſpitio domique ſuæ recipiat, vel commeatum, cibum, potumve aut aliquod adjumentum ſeu ſubſidium præſtet, in ſuis municipiis, ditione, dominio, proprietate, aut territorio, quinimò eosdem comprehendere, & adverſus eos acriter tendere ex officio, & ad quorumlibet accuſationem contra illos juſtitiam miniſtrare. nec hiſce adverſum tueri, defendere, aut ullas ſuppetias opemve ferre, nec ulla indulta, ſecuritates, præſidia libertates, aut ſalvum conductum dare ſeu concedere, quando horum omnium parte adverſa non permittente aut conſentiente incapaces ſunt, neque talibus prædictis omnibus ullo modo frui debebunt. Quandoquidem in omnibus datis indultis, ſecuritatibus, conditionibus, pactionibua & conductis, à quoquam conferendis, ſeu præſtandis talem pacis violationem volumus exceptam, nec in ea comprehenſa eſſe: nec teneatur accuſator in hujusmodi caſibus & lite, paria vincula ſeu pœnam talionis ſubire, ſed cautionem tantùm ſiſtendi Juris, ut æquum eſt, præſtare.

Parte adverſa non conſentiente. Tallonis pœna. Cautio ſiſtendi Juris.

2. Verùm ſi quis hanc ipſam præſtare nequiret, aut alioqui diffamata, peregrina, extraneave eſſet perſona, tum ea in finem litis juxta ejusdem perſonæ qualitatem honeſtè ac integrè cuſtodiatur: niſi ipſe patrator aut facinoroſos cum ipſa rapina prædave deprehenſus ſit, aut facinus alioqui manifeſtè ita conſtaret, ut nulla probatione opus eſſet, aut ea in continenti fieri poſſet: tunc quidem accuſator ille opulentus à cautione: ita alter ignotus aut diffamatus à cuſtodia ſeu vinculis liber erit.

Cuſtodia qualis eſſe debeat ejus perſonæ, quæ cautionem ſiſtendi Juris præſtare non poſſit.

3. Volumus quoque ut omnes Electores, Principes ac alii ſtatus Imperii, in omnib. ac ſingulis eorum datis indultis, favoribus, ſecuritatibus, conceſſionibus, ac conductis, in Bannum declaratos ac denunciatos, publicatosque pacis violatores, fractoresque nominatim & expreſsè excipiant & excludant: excepto eo, ſi ad excuſandum, ut ſuprà dictum eſt, aut ad tranſigendum ſeu amicabiliter componendum ejusdem rei cauſa cum conſenſu partis adverſæ conſcripti, vocatique fuerint, tunc quidem ipſis, per eos, à quibus ad ejusmodi tractationem vocantur, licebit neceſſario conductu aut ſecuritate impartiri, cujus ipſi quoque in tali cauſa capaces eſſe debeant, atque participes fieri, omni modo, perinde ac ſi in Bannum declarati denunciative non fuiſſent. Et ſi pacifrago plures eſſent adverſarii, iidem quoque pro conſenſu ſimilis conductus requirantur, quam & ſcripto præſtare illi teneantur. His verò non conſentientibus aut denegantibus, nihiluminus pacifrago ad dictam diem ac inde diſcedendi ſalvus detur conductus.

Conſenſus partis adverſæ. Salvus conductus & ſecuritas dari debet Bannito tranſigere volenti.

4. Cumque in Imperio multifariam accidat, ut quidam è vulgo ac leves ſubditi, aut municipes, ob facinora ac delicta à Magiſtratu ſuo recedant atque profugiant, Jus juſtitiamque averſantes ac declinantes, aut aliis iniquis de cauſis magiſtratui ſuo ac vicinis inſurgentes, negotiumque facellentes, eisdemque minantes, ac pro prætenſa ipſorum actione ſeu Jure ordinariam æquamque juriſdictionem & juſtitiam recuſantes: Quibus obviando ordinavimus & ſtatuimus, ut nemo tales ſciens, prudensque deinceps ſuſtineat, ferat, domi ſuæ, hoſpitiove recipiat, foveat aut conducat: Sed imò poteſtas ſeu magiſtratus, ſub quo tales profugi deliteſcunt, ubi minas eorum ſenſerint, aut perceperint, eò adigere ipſos debent, ut fidejubeant, caveantque, ſe ordinario Juri coram magiſtratu ſuo pariuros eſſe, ac factum, facinusque nullum deſignaturos, quin evitaturos potius. Quos item profugos minantes nullum Privilegium ſeu libertas tueri, defendereve debebit. Poteſtas attamen ſeu Magiſtratus neceſſarium conductum illis contra vim violentiamque præbebit, & eum quidem etiam brevi via modoque ſeu ſummariè illis miniſtrabit.

De bellum minantibus & aufugientibus. Facit huc Caroli V. Conſtitut. Criminal. articul. 118. & 129. Cautio juris ſiſtendi.

5. Quæcunque autem Poteſtas ſeu Magiſtratus adverſus hæc quenquam reciperet, foveret, conduceret, aut caveri ſibi, ut præſatur, negligeret, omitteretque, adverſus eum quidem, ubi admonitus fuerit, unà cum recepto ac conducto veluti contra violatorem pacis ad meritas pœnas procedatur.

De Receptoribus. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 14.

CAPUT XVIII.

De pacis fractorum Receptoribus.

Quod ſi facinoroſi ac transgreſſores hujus pacis talia latibula, munitiones aut præſidia ſeu fautores haberent, ita ut majori vi, militaribusque copiis neceſſe fuerit, tunc quidem adverſus facinoroſum, ejusque receptores, poſteaquam in noſtrum atque Imperii Bannum ordinaria via declarati fuerint, acri executione obtentæ ſententiæ Banni, & pœnarum procedatur, quemadmodum de executione, ex conſenſu communium Statuum, ceu præfatur, jam hoc loco à nobis clarè proviſum atque ordinatum eſt.

2. Si quis autem iſta pacificatione comprehenſus, cujuscunque Status, dignitatis ſeu conditionis fuerit, Eccleſiaſticus vel ſecolaris, à quopiam hac pacificatione non complexo, impeteretur, accuſaretur, aliasve læderetur, aut idem facinoroſos ac læſores domi ſuæ foveret, reciperet, aut ſuppetias, opemve ferret: tale quidem ab ipſis læſis, aut à noſtro Judicio Cameræ nobis, aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, ſignificetur, juſtam in ea re debitamque proviſionem facturis.

CAPUT XIX.

De poteſtate Iudicii Cameræ contra pacis violatores.

Quod ſi cauſæ executionum contra declaratos pacifragos, aut ipſorum Receptores & auxiliatores tam graviter ac periculoſæ contingerent, ut propterea congregationem communium Statuum fieri oporteret, id etiam nobis Judex Cameræ & Aſſeſſores, ſicubi in Imperio Teutonicæ nationis fuerimus, aut nobis abſentibus, fratri noſtro dilecto, Romanorum Regi protinus ſignificabunt, ad hoc, quid facto opus ſit, deliberandum, ſtatuendumque.

2. Atqui tamen nihilominus Cameræ Judex noſter, Judiciumque, ad implorationem læſorum, belloque pulſatorum, vel etiam ex officio adverſus transgreſſores & fractores pacis ſedulò, ut æquum eſt, procedere debebunt.

CAPUT XX.

Quomodo accuſatori contra Banniti arces, munitionesq; auxilium præſtetur.

Et ſi quam Bannitus arcem vel munitionem habeat, quam Elector, Princeps, vel Status, ſub quo Bannitus commoratur, accuſatori, ut ſuprà dictum eſt, tradere non poſſet, tali in caſu ipſi accuſatori auxilium feretur, eum in modum, * velut de executione Banni & ſententiæ in noſtra Judicii Cameræ ordinatione hiſce Comitiis hoc in loco conſtitutum, ordinatum atque proviſum eſt.

* Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 27.

CAPUT XXI.

Contra plurium atque communium vaſallorum arces.

Ordinat. Camer. part. 2. tit. 13.

Cum & jam pridem nobis & hodie graviter conqueſtum ſit, quomodo è communibus quorundam nobilium ſeu vaſallorum caſtris vel arcibus, ac in eisdem quoque multa ac varia læſio captivorum hominum, rapinarum, prædationum & incendiorum adverſus publicam noſtram pacificationem crebrò contingant, ac frequenter uſitatoque moliantur; idcircò communium ſtatuum deliberatione, conſilio, atque conſenſu ſtatuimus & ordinamus, idque præſentium tenore facimus, ut ſi quam declarati Banniti vel fractores pacis in ejusmodi communibus caſtris vel arcibus partem, commune domicilium, aut Jus aliquod habeant eò penitus excidant, nec ante ad id admittantur vel recipiantur, quàm nobiſcum, cum Imperio, ac parte adverſa de re ſua negocioque tranſegerint. Quæ declaratio noſtra atque conſtitutio omnibus communibus vaſallis & arcibus per hanc noſtram Imperialem pacificationem publicata jam denunciataque ſit, ac notificata. Sin autem tales communium caſtrorum ſeu arcium vaſalli ſpreta hac denunciatione Bannitos, vel pacifragos ſua parte, communi habitatione, aut jure abuti permiſerint, atque in his contumaces extiterint, declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac volumus ipſos ob eandem contumaciam in pœnas hac pacificatione, manutentione ac declaratione contentas incidiſſe, eisque Bannum denunciari debere.

CAPUT XXII.

CAPUT XXII.

De bannitis bona ſua doloſè alienantibus, & in tuitionem aliorum conferentibus.

Similiter ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, hiſce acriter præcipientes, ſi quis declaratus Bannitus ac pacifragus res ſuas ſeu bona cuique Principi, Poteſtati, Magiſtratui, communitati, aut aliis tuitionis, alteriusve rei cauſa dederit ſeu tradiderit, hæ res quidem ac bona ab iis Principibus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, communitatibus aut aliis non recipiantur, neque ipſi ultrò ea ad utilitatem Bannitorum ac pacifragorum accepent. Quod autem ſi fieret, declaramus, pronunciamus, ordinamus ac volumus, ejusmodi traditionem, dationem aut acceptationem declaratis Bannitis aut pacifragis nequaquam prodeſſe, aut quicquam ipſis uſui utilitative fore. Ac eosdem etiam Principes, poteſtates, Magiſtratus aut communitates ob id de facto in Bannum aliasque pœnas in pacifragos conſtitutas incidiſſe, & ita denunciari ac publicari. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 12.

CAPUT XXIII.

Si Eccleſiaſtica perſona hanc pacificationem deliquerint.

Quod ſi Eccleſiaſticæ perſonæ, quod minimè arbitramur fore, adverſus hanc pacem noſtram & mandatum facturi ſint, utique Prælati, quibus eſt immediatè contra illos jurisdictio ordinaria, ad interpellationem læſorum, eos absque mora ad reſarcienda rependendaque damna, in quantum facere poſſunt, adigere, cogereque debebunt, graviterque ob transgreſſionem punire: Sin verò ipſi ceſſarent, nec facinoroſi corriperentur: ipſos quidem ſimiliter ut facinoroſos harum vigore noſtra & Imperii gratia ac tuitione omni deſtituimus atque privamus, eisque ut pacem impedientib. in ipſorum adverſitatibus neque præſidium neque patrocinium aut defenſionem ullam præſtabimus: nihilominus tamen ad excuſandum ſe, ſi ſuſpecti eſſent, velut ſuprà de ſecularibus poſitum eſt, admittentes. Neque contra hanc pacis ſanctionem quisquam ſcripto, jurejurando, aut alio quovis pacto obligetur vel ipſe, vel alterum obſtringat, quòd hæc omnia virtute Imperialis poteſtatis noſtræ vana, inutilia, & nequaquam fore obligatoria pronunciamus & declaramus: In aliis tamen particulis, punctis & articulis, iisdem literarum obligationibus, juramentis aut confœderationibus ex tenore ſuo ſalvis: neque hæc publica pax ulli de ſuis legitimis debitis ſeu creditis ſeu literarum obligationibus quicquam vel adimere vel etiam adferre debebit. Excuſatio ſuſpicionis conceditur.

CAPUT XXIV.

De privatis equitibus graſſatoribus.

Cumque plures equitum ac peditum ſint, partim neque dominos habentium, partim quidem habentium, ſed alibi agentium: aut quos ſibi arrogant vendicantve dominos, ii tamen in illos nihil poteſtatis ſeu jurisdictionis habent, qui hinc inde in ditionibus ac municipiis ſuæ libidinis ac prædationis cauſa vagantium: Ordinamus, ſtatuimus ac volumus, ut deinceps ejusmodi equites ac pedites in ſacro Imperio nequaquam ferantur aut ſuſtineantur, ſed undiquaque conquirantur ac venentur, comprehendantur, & ſeverè interrogentur, propterque ſua delicta & facinora graviter puniantur. Et ad minus ipſorum res, facultates, & bona eis auferantur, deprædentur, ac juramentis, fidejuſſoribus, cautionibusque neceſſariis devinciantur ac obſtringantur.

CAPUT XXV.

De peditum Dominis carentium conventiculis, factione, & eorum in agricolas graſſatura.

Si quoque in futurum accidat, ut in cujusquam noſtrum Electorum, Principum, aut aliorum Statuum, Eccleſiaſticorum aut ſecularium Principatu, ditione, civitate, aut municipio extranei milites, ſive ſint equites ſeu pedites, ſive ſinguli ſive per cohortes, aliasve magno aliquo numero præter Electoris, Principis, aut Domini cujuslibet loci voluntatem permiſſionemve delitere ac vagari præſumant: Elector quidem, Princeps aut Status, in cujus principatu, ditione, municipio ſeu dominio concurſum faciunt, congreganturque, ab ipſis requirat, cui Domino militent. Et ſiquidem reſponderint, ſe nobis, aut dilecto fratri noſtro, Romanorum Regi, militare aut conſcribi, ejusque rei certum aliquod documentum exhibuerint, ſuo ipſorum commeatu, atque impenſis abire patiantur: Si quem verò Dominum indicare non poſſent, aut certo quem etiam nuncuparent ſeu indicarent, is tamen, ſit quicunque velit, citra noſtrum mandatum atque indultum, & absque manifeſta nota, neceſſaria, legitima cauſa conſcribendorum, ducendorumque militum jus non habeat, neque id ita oſtendere poſſet: Tunc quidem Elector, Princeps, aut Status, in cujus Principatu, ditione, municipio, vel territorio exiſtunt,

omni diligentia ac ſedulitate adhibita, ejusmodi factionem, congregationem, atque concurſum ſive ſingulatim ſive gregatim, ut amoveat, avertat, vel etiam prævertat, præveniatque operam dabit. At ſi uni id Principum præſtare impoſſibile fuerit, vicinos Electorea, Principes, aut Statua ilieo requirat, ſibi juxta modum ac vim ejus factionis concurrentis, aliorumque militum & equitum & peditum, aut ſi quibus opus etiam fuerit, macbinis ſeu tormentis bellicis ocyus adſint, aſſiſtantqoe, & ejusmodi errones, dubiosque milites, ut ſuprà dictum eſt, oratione perſuaſioneque, aut facto diſſipent, & citra cujusquam incommodum aut damuum, quantum fieri poſſit, ditione ac municipiis eliminent: Ducea & Capitaneos, ſi præſentes, aut alibi deprehenſi fuerint, cogant, ut non ſolum data, factaque miſeris ſubditis damna reſarciant, verum etiam ejusmodi factionis duces & autores ad pœnam debitè infligendam mancipent. Et ad id quidem fidelem operam atque ſuppetias ferant. Quod ita etiam Elector, Princeps, aut Status requiſiti, ut prædictum eſt, ſuo ipſius ſumptu facere tenebuntur, ſub gravi noſtra atque Imperii indignatione, atque etiam mulcta quadraginta Marcarum auri puri nobis irremiſſibiliter exolvenda. Quam pœnam quoque Imperialis noſter fiſcus à contumacibus, ut decet, emulgendi hiſce mediantib. poteſtatem, mandatumque habeat. Ac nihilominus Elector, Princeps, aut Status, qui tali modo pro ferendo auxilio ac tuitione facienda requiſitus ſit, jus ac poteſtatem habeat, contumacem ſuæ ſubditorum ſuorum læſionis, damnique acceptique ergo coram Judicio Cameræ noſtro in Jus vocare, ubi & reſpondere, & damnum datum ex moderatione dicti Judicii noſtri Cameræ refundere tenebitur.

Cautio Capitaneorum de commeatu ſolvendo.

2. Ac ſicubi milites iſti enumeratis jam conceſſisque rationibus etiam tolerantur, nihilominus Duces ipſorum & Capitanei tamen de ſolutione ac commeatu fidejubeant, ad quod mediis quoque ipſorum juramentis adigantur ac compellantur.

CAPUT XXVI.

De iis qui ultra diem & annum in Banno perſeverant.

Porro ordinamus, ſtatuimus, arbitramur, ac volumus, ut quilibet cujuscunque dignitatis, conditionis, aut Status ſit, qui ultra anni ſpatium tempusque temerè in Banno perſeveraverit, manſeritque, per Archiepiſcopum, aut Epiſcopum, ejusve Vicarium aut Officialem ejus Epiſcopatus, in quo commoratur, cuive ſubjectus eſt, literis compaſſus, aliisque Proceſſibus mediantibus, ut decet, in Bannum declaretur & aggravetur.

CAPUT XXVII.

Qui ob fractam pacem banniuntur.

Abſolutio contra læſi voluntatem nulla.

Quicunque iſto modo ob facinus, ut antè poſitum eſt, & infrà ponetur, in Bannum veniunt, incideruntve, à nobis quidem, aut nobis extra Imperium abſentibus, à dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, non abſolventur præter læſi voluntatem, ſi non inde jure ſe exemerint aut extricarint.

CAPUT XXVIII.

Abrogatio omnium Privilegiorum, ſeu libertatum huic pacificationi adverſantium.

Seponimus quoque & abrogamus omnes & ſingulas gratias, indulta, Privilegia, libertates, conſuetudinea, fœdera & obligationea, per nos, aut noſtros in Imperio anteceſſores, aliosve antè emiſſes & conceptas, quovis modo huic pacificationi noſtræ adverſantes, contrave facientes ſeu facturos in poſterum, quibuscunque verbis, clauſulis, ſenſu poſitæ pactæque eſſent. Quas & quæ omnia nos ex Romanæ Caſareæ poteſtatis plenitudine hiſce mediantibua, præſentiumque tenore ſeponimua, volentes, neminem, cujuscunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſit, huic pacificationi & mandato adverſum, per ejusmodi gratias, indulta, & libertates, conſuetudines aut fœdera ſe tueri, defendere, aut excuſare debere, aut poſſe, nullo pacto, modove.

CAPUT XXIX.

Pax hac publica aliis Juribus nihil derogat.

Ac iſta mandata quidem publicam pacem & ejusdem pœnas complectentia, & concernentia, communibus noſtris & Imperii juribus, reliquisque ordinationibus & juſſionibus ſeu præcepta ob id ipſum antea emiſſis in tantum, non quod per illos articulos non eſt abrogatum, imminuta, quinimò encta eſſe volumus, ita, ut immediatè ac incontinenti uniusquisque poſt harum publicationem, eandem pacem ſervare teneatur.

CAPUT XXX.

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Conſervatio ac defenſio pacificationis juris, & ordinationis hujus.

Quoniam autem omnes ordinationes, mandata, & Juris adminiſtrationes ſeu executiones inefficaces ſunt, niſi digna rectaque conſervatione ac defenſione muniantur, & confirmentur, efficianturque: Idcircò, & quo ſacrum Imperium, Statusque ſui, & ſubditi eam pacem, jusque, & ejus conſervationem alacrius ſibi oſurpare, congratularique poſſint, nos quidem, cum Electoribus, Principibus, ac Statibus Imperii jam hic congregatis, ipſique viciſſim nobiſcum concordavimus, univimus, conſenſimus ac obligavimus, mutuoque obſtrinximus, dictam pacem, jusque acriter & ſeverè ante omnia conſervare, manutenere, idque efficere ac præſtare. Tum & in noſtris terris, ditionibus, municipiis ac dominiis, omnibus noſtris officiatis & ſubditis, mediantibus ipſorum juramentis mandabimus, inque patentibus literis ſeu diplomatibus noſtris præcipiemus, eam manutentionem fieri, quotiescunque neceſſarium fuerit. **Promiſſio Imperatoris ad pacem publicam ſervandam.**

2. Ac quidem ſi contingat, ut contemptores & transgreſſores publicatæ pacis noſtræ, aut ii qui latis ſententiis ac mandatis noſtri Judicii Cameræ, arbitrariis transactionibus temerè & contumaciter obſiſtant, arcibus, munitionibus, caſtris, præſidiis, auxiliisve ad ſua temeraria facinora uterentur: Tum & ſi quispiam hac pacificatione complexus, cujuscunque ſtatus aut conditionis eſſet, Eccleſiaſticus vel ſecularis ab aliquo hac pace non comprehenſo, bello infeſtaretur aut læderetur, ſeu læſorem fraudulenter receptaret, ſuppetias opemve præſtaret, adeò ut contra ejusmodi facinoroſos ſeu patratores, ac eorum receptores & auxiliatores ab Electoribus, Principibus, ac Statib. ſeu ordinatis Circulis effectualis ac evidens executio, quemadmodum in memorata noſtri Judicii Cameræ ordinatione his Comitiis, hocque loco cautum atque conſtitutum eſt, gravibus ac ſufficientibus de cauſis fieri non poſſet, noſter id quidem Cameræ Judex & Aſſeſſores, aut læſus ipſe nobis, ſicubi in Imperio erimus, aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi iſtud ſignificent, & ſi tunc neceſſe fuerit, debemus ac volumus ipſi, aut jam dictus dilectus frater noſter, Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, ac Status Imperii protinus convocare, ad perſonaliter, aut juſtis de cauſis per ſuos conſtitutos ſeu mandatarios comparendum, nobiſcum deliberaturos, conſultaturos, acturos, ac finaliter determinaturos, rationemque ituros, qua læſus primùm reſtituatur, deinde pacifragi ad pœnam & reparationem datorum damnorum adigantur, ac rei judicatæ, ſi quis executioni ejus temerè obſtitiſſet, ſatisfaciat.

3. Et ſi quæ alias Chriſtianitatem, ſacrum Imperium, communem Rempublicam, conſervationem hujus noſtræ pacificationis, aliaque concernerent, ac proponerentur, in melius ſuſcipienda, ſtatuendaque forent.

4. Debemus quoque ac volumus hujusmodi noſtram, & ſacri Romani Imperii conſtitutam, ac publicatam pacem, atque ejusdem ordinationem & conſtitutionem, Juris conſervationem, & executionem eorundem mutuò ac invicem fideliter continere & obſervare.

5. Ac ſi qui forent (nemine excepto) qui adverſus iſta ierint, fec[illegible]tque, aut facere præ ſe tulerint, quovis modo, contra eos quidem mutuum auxilium, conſilium, præſidiumque præſtabimus, nequaquam alter alterum deſerentes.

6. Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, equitib. ac militibus, Magiſtris civium, Judicibus, conſiliariis, civibus communitatibus, ac aliis omnib. noſtris & ſacri Imperii ſubditis ac fidelibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſint, acriter ac firmiter vobis ex Romana Imperatoria poteſtate mediantib. juramentis, quibus nobis præcipuè ac ſingulariter Imperii nomine devincti atque obſtricti eſtis, adeoque per obedientiam, quam nobis ut Romano Imperatori debitis, etiam ſub amiſſione privationeque omnium gratiarum, Privilegiorum, ac Jurium, quæ à nobis & ſacro Imperio, aut ab aliis etiam tenetis, hiſce mediantibus, mandantes, ut hanc præſcriptam pacificationem, mandatumque noſtrum in omnis punctis, articulis, & tenore ſuo, firmiter ac fortiter omni diligentia conſervetis: perque ditiones, principatus, Comitatus, dominia, municipia, quæ quisque gubernat, inque mandatis habet, per veſtros præſides, officiatos, vicem gerentes, Vicarios, Præfectos, Adminiſtratores, quocunque nomine vocentur, etiam ſubditis ac municipib. veſtris conſervanda & exequenda acriter mandetis, efficiatis, ac præparetis, nihil in his negligentes, nec in adverſum cogitantes, facientesve clàm aut palàm, nulla ratione, ſub omnium prædictarum ſimulque aliarum pœnarum, communium Imperii Jurium, Regiæ reformationis, noſtræque graviſſimæ indignationis cautela ſeu evitatione. Ac pax iſta, mandatumque communib. noſtris & Imperii Juribus, & aliis Ordinationib. ac Mandatis publicatis nihil obeſſe, nihilque detrahere, ſed ea augere, aut immediatè poſt hanc publicationem quisque eam ſervare teneatur. **Perpetua ſit non temporalis nec conſtitutio pacis.**

7. His interfuerunt devoti nobis dilecti amici, cognati & affines Electores, Principes, ac Status in maximo numero, & abſentium Legati ac Mandatarii, Civitatumque Nuncii, quemadmodum omnes illi his Comitiis hîc Auguſtæ habitis comparuere, ac in Receſſu ejusdem nominatim exprimuntur.

8. Teſtimonio harum literarum noſtri Cæſarei ſigilli appenſione obſignatarum.

9. Ac nos Electores, Principes, Prælati, Comites, & Barones, atque abſentium Principum, Prælatorum, Comitum, & Baronum, item liberarum Imperiique Civitatum Legati, Mandatarii & Nuncii, qualiter omnes in his Comitiis hîc Auguſtæ habitis comparuimus, atque in Receſſu eorundem Comitiorum circa finem nuncupati ſumus, fatemur noſtro noſtrorumque ſucceſſorum ac heredum nomine: atque

etiam Dominorum & Magiſtratuum noſtrorum nomine, à quibus mandata accepimus, vel ad hæc Comitia miſſi ſumus, eorumque ſucceſſorum & hæredum, quicquid præſcripta omnia, nempe gratioſiſſimi Domini noſtri Romani Imperaroris obligationem, Ordioarionem Majeſtatis ſuæ & ſacri Imperii publicam pacem, ejusque conſervationem concernit, ideoque noſtro conſilio, tacto, & conſenſu ſuſceptum, renovatum, declaratum, ſancitum, atque conſtitutum eſſe t quæ & pro communi Reipublicæ utilitate promovenda provehendaque, ac firma pacis juſtitiæque conſervatione in ſacro Imperio humilirer ſuſcepimus, & cum ſua Imperatoria Majeſtate, adeoque invicem nos ac mutuò obſtrinximus & obligavimus. Tum & mediante Principali fide noſtra addiximus, promiſimus, ac ſtipulati ſumus, facientes id quidem ſcienter, biſce & virtute harum literarum, noſtro ſimul & ſucceſſorum hæredumque noſtrorum nomine: adeoque Dominorum & Magiſtratuum, qui nos miſerunt, atque hæredum & ſucceſſorum ipſorum: videlicer dictam ordinationem ac pacifactionem obedienter obſervaturos, eamque fideliter cuſtodituros ac defenſuros eſſe. Idem quoque officiatis & ſubditis noſtris ſecundum hujus Imperialis pacificationis tenorem noſtris literis, mediantibus ipſorum juramentis, absque mora mandabimus fieri. Omniaque alia & ſingula puncta, & articulos iſta Ordinatione & Imperiali pacificatione contentos, in quantum nos concernant, fideliter præſtaturos, executuros, & eisdem parituros eſſe, absque omni fraude.

10. Teſtimonio horum nos Dei gratia Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, &c. & Fridericus Palatinus Rheni, &c. ambo Principes Electores, noſtromet ac aliorum noſtrorum Coëlectorum Principum nomine: Nos Erneſtus confirmarus Salisburgenſis, ac Wilhelmus Palatinus Rheni, Dux ſuperiuris ac inferioris Bavariæ, noſtro ac ſpiritualium ſeculariumque Principum nomine: Gervvicus Abbas in Weingarten & Ochſenbauſen, noſtrorum & Prælatorum, Fridericus Comes à Furſtenberg, Heiligenberg, & Werdenberg, &c. noſtro ac Comitum Baronumque nomine: Ac nos Civium Magiſtri & Conſulares Auguſtani noſtro & liberarum Imperiique Civitarum nomine, noſtra ſigilla huic publicæ Pacificationi apponi appendique fecimus.

Datum in noſtra Imperatoris CAROLI, & ſacri Imperii civitare Auguſtana, ulrima die Menſis Junii, poſt Chriſti Domini noſtri nativitatem, Anno Milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo, Imperii noſtri vigeſimo octavo, & noſtrorum Regnorum triceſimo tertio.

CAROLUS.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Mogunt. per Germaniam
Archicancellarius, ſubſit.

Das Teutſche Exemplar ſtehet in den Reichs-Abſchieden.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

REFORMATIO

POLITIÆ IMPERIALIS

Pro bono publico edita in Comitiis Auguſtanis, Anno Domini M.D.XLVIII.

CArolus divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Arragoniæ, Legioniæ, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeairæ, Gibralraris, Inſularum Canariæ, Indiarumque, & Terræ firmæ, maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Sreyriæ, Corinthiæ, Craniæ, Limburgiæ, Lutzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, & Wirtembergæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Gortiæ, Barcinonis, Arthois, & Burgundiæ; Comes Palatinus, Hennegoiæ, Holandiæ, Selandiæ, Phyrdæ, Kiburgi, Mamurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, Zutpheniæ; Landgravius Alſatiæ; Marchio Burgoiæ, Oriſtani, Gotiani, ac ſacri Romani Imperii Princeps in Suevia, Cathalonia, Aſturia, &c. Dominus Phryſiæ, Vandalicorum, Portenoiæ, Piſtaiæ, Molinis, Salinarum, Triopli, & Mechliniæ, &c. Nunciamus omnibus & ſingulis noſtris, & ſacri Imperii ſubditis ac fidelibus, adeoque generaliter unicuique Chriſtiano fideli homini, cujuscunque dignitatis, ſtatus, conditionisque ſit, quibus hæc noſtra Reformatio & ordinatio, ejusve antigraphus ſeu deſcriptio viſa lectave fuerit, clementiam noſtram, omneque bonum, ac notum vobis hiſce mediantibus facimus.

1. Quan-

1. Quandoquidem Deus omnipotens creator noſter in Decalogo, decemque præceptis, quæ unusquisque ſingulique homines mediante animæ ſuæ ſalute obſervare tenentur, ordinavit ac mandavit, Divinum nomen ejus venerari colique, nec vane uſurpari, nominative à quoquam mortalium. Cui præcepto nos inhærendo ſequendoque prædeceſſores noſtros ſacri Imperii, Romanos ſcilicet Imperatores, laudatæ ac felicis memoriæ, imitando, tandem quoque in Comitiis Auguſtanis Anno M. D. XXX. ſalubriter prævidimus, & acriter ſevereque præcepimus, ne nomen ejus ſanctum, membraque dejeremur omnibus modis caveri ac evitari. Quod ſi autem eam admonitionem & mandatum quis transgreſſus fuerit, ut idem dejerator, omnesque illi, qui talia flagitia audiunt, nec eis contradicunt, aut ad Magiſtratum deferunt, puniantur, ita quemadmodum Imperiales conſtitutiones, noſtræque Reformationes & Ordinationes de ejusmodi & aliis facinoribus & criminibus prolixe ſanciunt, diſponunt, atque declarant. Verum autem divina illa præcepta, noſtrorumque anteceſſorum conſtitutiones, ordinationes & adhortationes, huc usque parum aut nihil profuerunt, quinimo fere oblivioni traditæ ſunt, atque neglectui contemptuique habitæ, adeo quidem, ut per oſcitantiam & ceſſationem Magiſtratus debitæ juſtæque pœnæ non fuerint ſecutæ, neque adhibitæ. Quocirca Deus omnipotens, creator noſter, juſta ira, meritaque indignatione erga homines commotus & accenſus, famem, bella, peſtem, aliasque multiplices pœnas in terris graſſari permittit &c. Hæc vero omnia nos una cum Electoribus, Principibus & Statibus ſacri Imperii, & abſentium nunciis graviter admodum in animum revocantes, his noſtris Comitiis hic deliberando conſultandoque, qua via modoque ejusmodi dejerationibus atque blaſphemiis, aliisque pernicioſis criminibus, & prohibitis uſurarum contractibus, item helluationibus & frequentibus aſotiis, immoderatæ veſtium luxuriæ, & ſimilibus ataxiis ſeu inordinationibus, vitiis & defectibus obvietur & adverſum eatur, eaque omnia deinceps prævideantur, evitentur ac prohibeantur, Transgreſſores vero illorum facinorum & criminum puniantur.

Decalogus ab omnibus obſervandus.

Blaſphemiæ & execrationum pœna e. conſtitutiones.

Juxta ſecundum præceptum Decalogi: Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanum.

Non enim habebit Dominus inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini in vanum, Deut. 6.

2. Itaque anteceſſorum noſtrorum ſacri Imperii, noſtrasque Reformationes & Ordinationes prædictis in Comitiis Auguſtanis concluſas, ac typis evulgatas in manus ſumpſimus, revidimus, in compendium contraximus, alicubi correximus, auximus, & mutavimus, deliberato maturoque conſilio tandem in hanc ſequentem Reformationem & Ordinationem redegimus atque concluſimus: quam nos vobis omnibus conjunctim & diviſim, privatim ac publice, generaliter autem & in commune Chriſti fidelibus hominibus, his mediantibus denunciamus, acriter ac ſevere mandantes & volentes, ut huic Reformationi & Ordinationi in omnibus ſuis punctis, totoque tenore, ſub pœna cuilibet articulo annexa, ſtrenue ac firmiter ſinguli per ſeſe pareatis, veſtros eo adducatis & compellatis, ut huic Reformationi ac ordinationi noſtræ, ſub evitatione ejusdem pœnæ, inviolabiliter pareant & obſequantur.

CAPUT I.

De blaſphemiis in Deum.

1. Cum in divinis & canonicis ſcripturis, ac civili jure, blaſphemiæ execratio, ſeu maledictio nominis Dei, ſub graviſſimis pœnis prohibita ſit, atque per ejusmodi peſſimam ac flagitioſam impietatem Deus omnipotens non ſolum adverſus blaſphemos ipſos & vituperatores Dei, ſuique nominis, verum etiam contra Magiſtratus, quos talia prohibere oportebat, ad indignationem, & iræ opera horribiliter, ad temporaneas juxta ac civiles pœnas infligendas commoveri & excitari ſoleat. Proinde quo tale præceptum in univerſo ſacro Imperio diligentius obſervetur ac cuſtodiatur, neque quisquam ignorantiæ ſe alicujus excuſare poſſit: ſancimus, ordinamus ac volumus, ut omnes ac ſinguli Magiſtratus ſui, Parochis & Concionatoribus dent in mandatis, plebem omnibus Dominicis diebus diligenter admoneant, à ſacrilegis illis convitus, maledictionibus & infamationibus nominis Dei, ſacræque paſſionis, vulnerum, virtutis, potentiæ ejus, aliarumque ſimilium execrationum & blaſphemiarum, ſeſe contineant & abſtineant penitus absque omnino, veluti ipſis Parochis & Concionatoribus ejusce conſignationis formula per Magiſtratum præſcripta tradetur. Deinde quoque Parochi & Concionatores in cæteris omnibus & generalibus precationibus plebem populumque fideliter commonefaciant & adhortentur ad orandum, quo Deus omnipotens tales tantasque blaſphemias & execrationes à Chriſtiano populo clementer avertere dignetur. Ut autem Magiſtratus, eorumque Judices eo certius norint atque intelligant, quomodo blaſphemiæ & execrationes illæ, quove diſcrimine recte mulctandæ puniendæque ſint, ex merito & delicto eujusque, ſtatuentes, volumus quemlibet Magiſtratum & Judicem ſequenti Ordinatione noſtra inſtructum eſſe, eamque infligendis obſervare, ut ſequitur.

Blaſphemiæ & dejerationes.

Parochorum & Concionatorum officium.

2. Videlicet, ſi aliquis, cujuscunque dignitatis, ſtatusve fuerit, qui Deo tribueret, quod ejus divinam Majeſtatem non deceat, aut poteſtatem, nec ipſi conveniat, aut voce verbisque ſuis id, quod ad Deum pertinet, detraheret, ac ſi Deus non poſſet, nec juſtus eſſet, aut ſimilia quædam injurioſa & contumelioſa verba effutiret contra Deum absque medio, & adverſus ſanctiſſimam ejus humanitatem, contraque divina Sacramenta evomeret, talis capite damnetur, ac puniatur membris aliquot abſciſis, juxta conditionem perſonæ criminoſi delinquentis & blaſphemiæ, tum & ex juris præſcripto ordine. Facta autem ejusmodi maledictione & execratione, præſentibus duabus aut pluribus per-

De contemptu in Deum & blaſphemiis in Chriſtum, Sebaſtia. Brandt fol. 77. & 78.

Blaſphemia quomodo & per quos probetur.

ſonis, teneantur ſingulæ id Magiſtratui indicare confeſtim, & ad ſummum intra octiduum proxime me ſubſequens. Simul & iodicando eos qui præterea interſuiſſent, & contumelias illas in Deum audiviſſent. Quos & Magiſtratus (niſi ipſimet ſe indicaverint) vocet, & ſingulos privatim, aliis abſentibus, audiat, atque diligenter examinet, videlicet an execrationes illas ſeu maledictiones ſimilesve ipſe audiviſſet, & quo id modo, qua forma contigiſſet, omnibus circumſtsntiis diligenter percunctandis.

3. Ubi autem Magiſtratus vere comperiet, rem delationi conformem, & blaſphemiam in Deum factam eſſe, blaſphemos utique, ſive Clericus, ſive Secularis fuerit, per ordinariam poteſtatem, non loci ubi delictum patrstum eſt, juxta msjus & minus, & qualitatem perſonæ, mulctetur aut puniatur.

Audientes blaſphemiam & non deferentes.

4. Si qni vero maledictionem ſeu execratiunem prædictam audierint, vel in ædibus ſuis factam tacite ſuſtinuerint, nec Magiſtratui loci indicaverint, ii præter id, & absque eo, quod Deum graviter offendant, etiam à Magiſtrstu ſuo, ſecundum qualitatem cauſæ, mulctentur puniaoturve.

5. Quod ſi quis vero prædictam blaſphemiam, quam audiiſſet, ad requiſitionem ordinariæ poteſtatis ſuæ, doloſe aut fraudulenter reticuerit, volumus euodem à Magiſtratu ut colluſorem blſphemiæ pro qualitate & conditione facti cauſæque, in corpore vel bonis graviter plecti.

Principes blaſphemiarum aut ſimulatores aut patratores.

6. Si quis autem Electoris cujusquam, vel Principis, vel Comitis, vel Domini, aut Communitatis, vel alterius cujusqusm Officialis, aut ex Nobilibus, aut aliis, quibus ſunt Judicia, vel eis præſunt, propter munera, dona, aut fsvores illos, quos detulerunt, aut comperiſſent ipſi, blaſphemos in Deum fuiſſe, necj, ut antedictum eſt, punirent, ſed ſcientes & prudentes ſubprimerent ac ſobticerent, tales quidem Officiati, Nobiles, & cæteri, per ſuos Magiſtratus, utpote Principes, Comites, Dominos & Communitates, confeſtim ſimul atque ipſis innotuerit, adeo puniantur ſevere, quo cognoſcatur palam, ipſis invitis nec conſentientibus contigiſſe. Quod ſi vero Elector, Princeps, Prælatus, Comes, Dominus, Nobilis, vel Communitas, ſuos Amptmannos, Officiatos, Præſectos vel ſubditos non puniunt, vel ipſi blaſphemism admittunt, adverſus eos Fiſcalis noſter contumsciæ & inobedientiæ ergo tanquam contra petmiſſores & colluſores, ſeu patratores ipſos ejuscemodi blaſphemiæ & execrationis, prout æquum eſt, procedat.

Infamia blaſphemorum nec dum comprehenſorum.

7. Sin autem Magiſtratus ſupradictos blaſphemos punire nequiret, tunc quidem Cæſareo Fiſcali, ſub pœna decem Marcarum auri, indiret stque proponat, qui contra eos, ut æquum eſt, ſevere procedst. Atqui vero ſi talis blaſphemns prædictus à quopiam, cujusnam ſtatus, ſublimis ne an humilis fuerit, debito modo capitali mortisve pœna plecti non poſſet, is quidem blaſphemus, ſicubi blaſphemiæ crimine coovictus fuerit, infamis propterea erit, & ab omnibus pro tali hsberi debet, eaque infamia notari, nec eo mious, quandocunque fieri poteſt, criminaliter & capitaliter, ut ante dictum eſt, capitis & membrorum pœnam, juxta qualitatem patrati criminis, luere.

Receptatores & converſatares.

8. Qui item præterea delatos blaſphemos, ut ſupra ponitur, ſcienter ac temere in familiam ſuam, ſeu pro miniſtris aſciſcit, cum illis negotiatur aut agit, promovet vel receptat, ne plectantur aut puniantur, ſed pœnam ut effugiant, contra eos, ſeu fuerint ſublimis ſeu humilis ſtatus, Cæſareus noſter Fiſcalis coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ ad pœnam arbitrariam procedere debet.

Profugorum blaſphemorum pœna.

Si quis vero prædictarum blaſphemiarum ergo judicium declinaret, vel profugeret, eo nihilomious contra ipſum & res ſuas, prout in bujnsmodi caſibus de jure æquum eſt, agi procedique decebit.

CAPUT II.

De criminationibus & dejerationibus, vel execrationibus nominis divini.

Dejerationes & execrationes in divinum numen.

1. QUANDOQUIDEM vero vulgo ac frequenter fit hoc tempore, ut plerique bomines, vim virtutemque Dei, & potentiam, corpus, membra, vulnera, mortem, paſſionem, crucistus & Sacramenta Domini noſtri ac Salvatoris Jeſu Chriſti ſæpe multumque leviter, temere, praveque dejerent, criminentur & execrentur ; ob quod Magiſtratibus quidem impenſius atque attentius æquum eſt ac decet in illos animsdvertere. Quocirca arbitrantur, volumus ac jubemus ſevere, ſicubi civis quiſpiam, ſeu operarius vel manusrius opiſex, aut agricola, ſeu ruſticus, aut taliusmodi privatæ ac cœlibes perſonæ incolæ ſeu extraneæ, ſupradicto modo ſemel aut iterum dejeraverint, sb illo, qui audiverit initio benigne admoneantur, & familiariter rogentur, ut ab ea re deſinant, atque deſiſtsnt, & de cætero abſtineant, ne Magiſtratui deferre neceſſe habeat aut opus ſit, quo debita pœna corripiantur. Quod ſi vero noo deſiſtant, Magiſtrstui vel Msjoritati Eccleſiaſticæ, aut ſeculari, juxta qualitatem perſonæ indicentur eoofeſtim: delinquens autem incarceretur vel mulctetur ſevere, juxta modum & gravitatem delicti perpetrati.

CAPUT III.

Digitized by Google

CAPUT III.

De criminatione & blaſphemia adverſus genitricem Chriſti, & ſanctos Dei.

1. Si quis adverſus matrem Chriſti Salvatoris noſtri, aut dilectos Sanctos Dei maligne dejerat, is primum humaniter familiariterque admoneatur, ut ceſſet atque deſiſtat: quod ſi non fecerit, nec maledicere deſierit, mox abſque mora, ut ſupra dictum eſt, indicetur: & delinquens corpore aut ære, juxta conditionem perſonæ, & qualitatem patratæ & commiſſæ blaſphemiæ, per Magiſtratum ac ſuperioritatem competentem corripiatur. In his vero pœnis omnibus non ſolum magnitudo vel enormitas criminationis & blaſphemiæ, ſeu quantitas ipſa delicti attendatur, verum etiam, an eædem perſonæ ſæpius in eodem crimine peccaverint, & quoties illud exceſſerint, qua occaſione, quo motu ſeu inſtinctu id fecerint: cujus ſtatus aut conditionis eæ perſonæ ſint, expendendum erit, ut ita demum pœna ex præſcripto & forma Juris magna vel modica irrogetur.

Dejerationes in D. Mariam & Sanctos.

Circumſtantiæ ſunt diligenter expendendæ.

2. Quod ſi quisque Elector, Princeps, aut Status, cauſa talium blaſphemiarum & criminationum aliquod decretum ſeu conſtitutionem hac forte graviorem ſeverioremve evulgaſſet, aut in poſterum deinceps ſimilem editurus eſſet, ei quidem per hanc ordinationem nihil derogetur, quin omnibus modis permittatur & concedatur.

3. Magiſtratus item ſi exiſtimaverit, ejusmodi pœnam blaſphematorum & dejeratorum acuendam & exaſperandam fore, ejus rei, ex qualitate negotii, facimus ipſis damusque poteſtatem.

4. Ne vero ejusmodi criminationes Dei & blaſphemiæ reticeantur, quisque Magiſtratus, puniendi & mulctandi poteſtatem habens, exploret & expiſcetur talia delicta ſedulo atque diligenter.

CAPUT IV.

De Nobilium, & eorum equitum blaſphemiis & criminationibus.

1. Jam & , quo prædictæ blaſphemiæ, apud Comites, Dominos, & Nobiles (quos minus illa quam vulgum aut plebem decent) & eorum miniſtros ſeu familiares ceſſent ac omittantur, nec cæteri homines per ipſos offendantur: Volumus ac jubemus, ut quisque Electorum, Principum, Comitum, Dominorum, Nobilium, Communitatum, & ipſimet hanc noſtram Ordinationem & Conſtitutionem ſub prædicta pœna evitanda obſervent: ſimiliter & apud ſuos aulicos ac miniſtros ſevere præcipiant atque conſtituant ſub debita juſtaque pœna & mulcta, ita ut præfatæ criminationes, dejerationes & blaſphemiæ apud ſuos aulicos, miniſtros, & familiares, non minus quam apud reliquos dejeratores & blaſphemos, ut ſupra dictum eſt & conſtitutum, evitentur, mulcteotur quoque & puniantur.

Nobilium, &c. & blaſphemiæ.

2. Porro ſi qui Comites, Domini, Communitates, aut Nobiles, peculiariter & in ſpecie, Electoribus aut Principibus non ſubſint, ſed immediate ſolique nobis & ſacro Imperio attineant: Volumus atque jubemus eadem, ſub juramentis ipſorum, quibus mediantibus devincti ſunt nobis & ſacro Imperio, ſeſe à prædictis blaſphemiis & dejerationibus abſtineant ipſi, miniſtri, famulique eorum, familiares & conjuges, omnibus modis, prout ſupra dictum eſt, de Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus ſeu Dominis, Communitatibus, & aliis nobilibus, qui Electoribus & Principibus ſubſunt, & eorum miniſtris & familiaribus, expreſſe clareque conſtitutum eſt. In quibus omnibus ita ſeſe Electores, Principes, Comites, Barones, Domini & alii nobiles, Clerici & Laici, ſedulos ac diligentes exhibeant gerantque, quo ipſorum juſtis moribus ac vita, honor & gloria Dei, ut diximus, plus promoveatur ac provehatur, minusve impediatur, aut remoretur, quemadmodum alioquin ob ſtatum ipſorum ante tenuiores minoresque perſonas facere teneantur.

CAPUT V.

CAPUT V.

De vulgarium militum blaſphemiis & dejerationibus.

Artickels-Brief. vide Maximiliani I. Formul. Articulor. militar.

1. Cum inter vulgo milites ſeu bellatores in uſu ſit, formulis eorum Juramentorum id quoque contineri, ut dejerationes, maledictiones & blaſphemiæ puniantur, eosce in criminoſos quandoque capitaliter animadvertant, ſed tamen propter prædictas blaſphemias & criminationes ſeu dejerationes nulla pœna mulctave conſtituta ſit: Idcirco præcipimus & mandamus nos ſevere omnibus Electoribus, Principibus, Statibus, Communitatibus ſacri Imperii, ac militum etiam tribunis, præfectis ſeu capitaneis: & volumus atque jubemus, ſi qui deinceps milites conſcribent ſuſcipientque, ut in omnibus eorum formulis & catalogis articulorum juratis ponant, ſe non ſolum pœnarum & mulctarum cauſæ erga perſonas, quæ Deum creatorem noſtrum, redemptorem & ſalvatorem, ac Mariam benedictam matrem ejus, & dilectos ſanctos Dei blaſphemantes, verum etiam earum dejerationum & blaſphemiarum nomine, pœnas, ac mulctas, quæ ſtipendiis eorum detrahantur, obſecuturos fore, quæ mulctæ quidem deinceps pauperibus privatorum in alimoniam, aut virginibus pauperibus conferantur præbeanturque.

2. Capitanei vero, Tribuni, Centuriones, ſeu proviſores militum, ſevere & acriter dent operam, ſtudeantque, ut blaſphemiæ, criminationes & dejerationes, de quibus antea mentio facta eſt, ab univerſa, totaque calonum & lixarum turba evitetur ſimiliter caveaturque, ſub pœna capitali.

CAPUT VI.

Quæ res in milite ac bello privilegiata ſint.

Privilegiata in bellores.

1. In veteri militia apud priſcos Imperatores ac Principes exercituum laudabiliter uſitatum eſt; quemadmodum & hiſtoriæ multifariam perhibent atque demonſtrant, Eccleſias & alia ſacra loca immunia & privilegiata: Sacerdotes item & Eccleſiaſticæ perſonæ, ſenes & ægroti homines, agricolæ, gravidæ mulieres, puerperæ, ingenuæ fœminæ, & virgines in rebus & negotiis militaribus ac bellicis non ſpoliatæ nec vi violentiave obrutæ ſint, neque ut ſpolientur, aut violentur, ſevere & acriter caveri. Propterea & nos præcipimus omnibus Tribunis, Centurionibus & Capitaneis, his mediantibus ſevere & acriter mandantibus, ut apud omnes eorum milites in formulis articulorum & juramentorum ſtatuant & caveant provideantque, ne Eccleſiæ, aliaque ſacra loca, adeoque Sacerdotes, privilegiatæ perſonæ, ſenes & infirmi, ſeu ægroti, agricolæ item, gravidæ mulieres, puerperæ, ingenuæ & honeſtæ fœminæ, virgines & infantes, ab omnibus ipſorum calonibus & lixis, totaque calonum turba ſecuræ tutæque ſint, nec deprædentur, nec vim violentiamve patiantur, & nequaquam moleſtentur aut prægraventur. Quicunque vero contra feecerint, corpore & capitaliter puniantur.

2. Hujus autem noſtræ ordinationis ſinguli pedites, Tribuni, Centuriones, Capitanei, antigrapha apud ſe habeant ejusdem tenoris, ac militibus una cum formulis articulorum juraturis legenda præbeant, & ſevere obſervare præcipiant. Similiter & eorum proviſores horum mandatorum ac præceptorum antigrapha ſeu copias habeant, eaque præcepta ſevere & acriter cuſtodiant atque conſervent.

Landsknecht.

3. Si qui * equites autem nullo ſub vexillo, ſignis aut ordine, ſed alicubi in oppidis, vicis & villis degant ſeu laborent, contra eosdem pœnarum & mulctarum omnium ratione ac modo, quemadmodum & contra incolas ipſos, res gerenda, negotiumque exercendum fuerit.

CAPUT VII.

Herrnloſen Knechten.

*De * aſcopis & acoironis, id eſt, vagantium militum conventiculis, vulgum plebemque gravantibus.*

1. Si qua porro acciderit, in Electoris cujusquam, Principis, alteriusve ſtatus Eccleſiaſtici aut ſecularis, principatu ſeu dominio, peregrinos equites aut pedites congregari, ſingulatim, catervatim, aut alio modo, agmine quodam magnoque numero, præter Electoris, Principis, aut Domini, cujusque loci, voluntatem, ac permiſſionem ingredi, vel populari etiam conarentur: ex tunc Elector quidem, Princeps, aut Status, in cujus dominio ſeu territorio ejusmodi milites ſeſe conglomerant, interpellet quæratque ab eis, cuinam domino militent ac ſerviant, ducanturve: quod ſi nos aut dilectum fratrem noſtrum, Romanorum Regem, nuncupaverint, idque literis ſeu diplomate aliquo demonſtraverint, obedienter proficiſci ſuis impenſis permittantur.

2. Quod ſi vero herum vel autorem non habeant, quem vere indicare poſſent, aut etiamſi nominaverint, ſed eum collectum militem, cujuscunque nomine fuerit congregatus, citra noſtram permiſſionem, citraque cognitas, urgentes & rationabiles cauſas conſcribendi non haberet poteſtatem

Digitized by Google

tem, ac demonſtrare nequiret: tunc quidem Elector, Princeps, aut Status, ſub cujus dominio ſeu diſtrictu vagantur, omnem navet operam, omnemque adhibeat diligentiam, cœtum illum ſeu colluviem militum ſingulatim aut catervatim diſſipandi ac diſpergendi. Si qua vero ipſi per ſeſe id facere impoſſibile foret, tunc in propinquo adjacentes & confidentes Electores, Principes, aut Status ilico imploret vocetque, juxta qualitatem, ſibi, juxtaque numerum & vim factionis illius, vi aliisque viribus militaribus auxiliari, aut ſi neceſſe fuerit, etiam bellicis tormentis obviare mox, & quantocyus fieri poterit, eamque factionem ac militem incertum, ut prædictum eſt, verbo vel facto, vi vocceve, absque aliorum injuria & damno, extra diœceſin provinciamque, quantum fuerit poſſibile, diſpellere ac propulſare. Ductores vero ſeu principales, ubi præſto fuerint, aut poſtea in aliis locis reperti fuerint, compellantur non tantum ſubditæ plebi illata damna reſarcire ac reſtituere, verum etiam Ductores ipſos, Capitaneos, Autores & concitatores ejuscemodi factionis & turbæ, juſtis debitisque pœnis ſubjicere. Idque Elector, Princeps aut Status, ad requiſitionem, ut præfatum eſt, ſuis impenſis facere teneantur, ſub noſtra & Imperii gravi indignatione, inſuper & mulcta quadraginta Marcarum auri puri, nobis pendenda exolvendaque. Quam pœnam Fiſcalis noſter Cæſareus à contumacibus, ut par æquumque eſt, his mediantibus exigendi poteſtatem habeat. Nihilo ſecius tamen Elector, Princeps aut Status ille, qui ſic pro ope auxilioque ferendo interpellaſſet, adverſus contumacem damni paſſi actionem tam ſuiipſius, quam ſubditorum ſuorum nomine inſtituere, ſi quod damnum paſſus fuiſſet, idque coram Imperiali noſtro Cameræ judicio, ubi contumax quoque reſpondere tenetur, & damnum paſſum reſtituere, ex ſententia dicti Imperialis noſtri Judicii. Etiamſi vero ex enumeratis cauſis miles feratur, Capitanei tamen & Ductores pro commeatu & alimoniis fidejubeant caveantque: ad quæ præſtanda, mediis ſuis juramentis, adigantur & compellantur.

CAPUT VIII.

De Compotationibus & Ebrietatibus.

1. Cum & ex ebrietate & compotationibus, ceu quotidiana docet experientia, Deus omnipotens mirifice offendatur & iraſcatur, multaque vitia & flagitia inde naſcantur & emergant: Præteritis quoque Comitiis propter compotationes & ebrietatum cauſa conſtitutum erat, ut quisque Magiſtratus compotationes abrogaret, & ebrietatibus adverſaretur, transgreſſores vero ac delinquentes ſevere puniret. Quæ ordinationes quidem ac conſtitutiones hactenus tamen parum tanto malo profuerunt, quin abuſus is & ataxia compotationum & ebrietatum magis undique magisque ac frequentius graſſata eſt, ac ceu radices in helluonum fundo egit, ut propemodum extirpari amplius non poſſit. Ex quo blaſphemiæ, criminationes, calumniæ, dejerationes, homicidia, cædes, adulteria, ac ſimilia crimina & flagitia, vitiorumque omne genus, velut ex agmine facto exundarunt, hodieque dum exundant: cum alioquin ex ebrietate res tacendæ & ſecretæ quandoque prodantur, Eoque potationis ac bibacitatis vitia Germanis peculiaria, quorum virtus tamen apud priſcos ſæpe laudata, apud exteras modo pleraſque nationes vituperio, ludibrioque eſt. *Compotationum & ebrietatis ſcelera.*

2. Sæpenumero etiam ex illa inter milites rixæ, contentiones, tumultus, & ſeditiones exortæ, & adverſus principes ac ductores contumaciæ & rebelliones: commeatus quoque & victus ſumptusque creſcunt & augmentantur: Convivia vero honeſta, & ſocietates decoræ, ex quibus olim Germani comprimis laudati fuerant, minuuntur ac evitantur, ut interea ſileam, compotationes & ebrietates illas, τῶν πάντων κακῶν, *omnium malorum cauſam eſſe*, hominisque vitam ſimul & animam, felicitatem, decus, honorem, favorem, ſenſus longævitatem, & vires perdere. Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, ac cæteris Statibus, cujuscunque dignitatis, conditionis, ſtatus, aut nationis ſint, ut ſuis ſubditis exemplo ſint, majoremque in eos animadvertendi occaſionem habeant, ultro ſuaque ſponte potationes & ebrietatem evitare, ac in aulis ſuis, ſatrapiis, miniſtris, familiaribus: tum & in ipſorum principatibus, dominiis, terris, territoriis, omnibus ſubditis, ſub acri ſeveraque pœna ac punitione prohibeant compotationes, quocunque modo fiant vel fingantur, fieri aut fingi poſſint: ipſimet quoque idem mandatum ſtrenue conſervent atque cuſtodiant. Patresfamilias quoque ſuis domeſticis & familiæ liberis, ſervis & ancillis, mandent atque præcipiant, blaſphemias, criminationes & dejerationes in Deum, *Deique genitricem*, & ſanctos Dei, devitent ac caveant, ac quoque à compotationibus & ebrietatibus omnino abſtineant, quemadmodum his mediantibus ſtrenue atque ſevere præcipiendo jubemus & mandamus.

3. Volumus item, ut Magiſtratus ſuis Parochis & Concionatoribus præcipiat, ſingulis Dominicis diebus vulgo ac plebi annuncient, ut compotationibus abſtineant, enumeratis ac percenſitis vitiis & flagitiis, quæ ex compotationibus oriantur, & ex ebrietate ſequantur: prout formula illis ejusmodi denunciationis per Magiſtratum porrigetur.

CAPUT IX.

De inordinatione & ataxia veſtitus, ejusque luxu ſeu ſplendore.

1. Poſtquam honeſtus ac moderatus veſtitus ex ſua dignitate & ſtatu quemque decet ornatque. Gerat enim unusquisque ſeſe ac veſtiat ex modulo dignitatis, honorum, rerum ac facultatum ſuarum, quo diſcrimen ſit in cujusque ſtatus hominibus. Modus autem veſtium ac ornamentorum cum in tantum luxum devenerit creveritque inter dominos, equites, nobiles, cives, & colonos, ſeu agricolas, hoc pacto modoque ut idcirco non ſolum privatæ perſonæ, verum etiam nationes & provinciæ inde extenuentur, egentioresque efficiantur: videlicet, cum per aurea, argentea, ſericaque indumenta, per *Veſtitus ordinatio.*

Dam-

Damnaſena, Attalaſena, Byſſina, alioſque peregrinos pannos, Mitras, margaritas, uniones, qui hodie abuſus ad luxum magnus eſt multuſque in Germanica natione, ex qua trajicitur atque avehitur in peregrinas & alienas regiones ingens pecuniarum copia: ut interim de livore, odio atque invidia, in diminutionem ac detrimentum Chriſtianæ dilectionis conticeſcamus. Quandoquidem igitur in tanta veſtium luxuria, &, ut ita dicam, præcioſitate & prodigalitate immodeſtia exuberat, ſic, ut inter Principem & Comitem, inter Comitem & Nobilem, inter Nobilem & civem, inter civem & colonum ſive agricolam, nullum diſcrimen, nullaque agnoſcatur differentia: Idcirco univimus & concordavimus nos cum Electoribus, Principibus, & Statibus, ac ordinationem de veſtitu amictuque, hoc pacto modoque, ut ſequitur, conſtituimus, quam etiam ſub pœna & mulcta impoſita obſervari cuſtodirique volumus atque jubemus.

CAPUT X.

De civibus, agricolis, & colonis, aliisque ſubditis.

Veſtitus vulgi & infamium perſonarum.

1. Cum in civibus & incolis, inque mercatoribus, inſtitoribus & negotiatoribus, ac opificibus, in civitatibus, & eorum miniſtris, itemque in militibus, adeoque in pagis & colonis, eorumque uxoribus & liberis immoderatus juxta ac inordinatus veſtitus ſeu amictus conſpiciatur comperiaturque, in ornamentis & cimeliis, maximo Reipublicæ detrimento: idque malum patriæ populoque pernicioſam radicem egiſſe: Adhæc cum ſcorta & meretrices, lictores & Judæi tali veſtitu utantur, quo honeſtas ſupprimitur, & cujusque conditio & ſtatus nequit internoſci: atqui in ea ipſa re tota communis ordinatio ob diſpares diſſimilesque mores & uſus ditionum conſcribi non poteſt: Proinde ordinamus ac volumus, ut eo circa quisque Magiſtratus intra annum proximum, ſub pœna duarum Marcarum auri puri teneatur, ordinationem bonam, honeſtam & firmam componere & conſtituere, eamque ut decet, conſervare contumaces vero, immorigeros atque rebelles punire. Si qui vero Magiſtratus negligens in his reperiatur, nullamque juſtam ejus excuſationem habeat, adverſus eundem quidem Magiſtratum Fiſcalis noſter Cæſareus procedet ut æquum eſt, ad indictam pœnam infligendam.

CAPUT XI.

De Nobilitate ac Nobilibus.

Nobilium veſtitus.

1. Porro nobiles, ſericas aut carmaſinas atlaſinas veſtes non gerant, eis autem ad ſummum permittuntur damaſinæ, aut ſimiles, quas ſex ulnis de ſerico tantum, nec amplius, fimbriari poterunt. Similiter poterunt annulos aureos, aureasque vittas ſeu tiaras, unamque catenam auream geſtare, valoris non amplius ducentis aureis, quam tamen filo cingant vel involvant, prout antiquitus factitatum eſt.

2. Si quis vero Principis architriclinus, Magiſter curiæ, Cancellarius, Marſchalcus, aut Conſiliarius, nec tamen nobilis fuerit, poterit ſe ſimul cum uxore ſua, & liberis, in modum nobilium, ut dictum eſt, veſtire ſeu gerere.

3. Milites vero (ſeu Equites aurati) ab his eximuntur, quibus catenas aureas, absque filo cinctas ſeu implicatas aperte ac publice geſtare liceat & permittatur, ne tamen eædem valore quadringentos aureos excedant.

4. Quibus & prohibitum non ſit, Marderinis pellibus indui ac veſtiri.

5. Nobilium item uxoribus concedantur quatuor ſericæ tunicæ, quas gerere palam ac publice poterunt, videlicet unam ſericam (Sammat) alias tres de Damaſco, aut ſimili ſerico, ne tamen plures ſint quam quatuor, & quoque ſine margaritis, ſine argento aut auro. Quas ſi libeat fimbriari margaritis, aut intexere argenteis telis filisve, ſuperius quidem id permittitur, non ultra mediam quartæ ulnæ partem latitudine. Equitis autem (aurati) conjunx fimbrias ejusmodi intexere margaritis, auro, aureisque filis ſuperius poterit, nec latius unius quartæ ulnæ media parte. Si quæ vero plures veſtes prædictia modis habeant, easque ſuis liberis & filiabus reſervare velleut, id liberum ipſis concedetur ac permittetur.

6. Liceat eis quoque tiaras ſeu Birretas, aureasque vittas geſtare, ſic tamen ne ligamina & ornamenta addita aureorum quadraginta precium excedant.

7. Fœminæ item nobiles & ingenuæ, catenam, fibulam, torquem, aliaque cimelia præter annulos precio ducentorum aureorum, ner ultra plurisve geſtare licebit.

8. Similiter aureas bortas & cingulos, qui precium quadragiota aureorum non excedant.

CAPUT XII.

De Doctoribus eorumque uxoribus.

Doctorum veſtitus.

1. Doctores item, & uxorea eorum, poterunt, liceatque ipſis veſtea & amictum, catenas, aureos annulos, aliaque ſtatui eorum convenientia, privilegiisque conformia geſtare.

CAPUT XIII.

CAPUT XIII.

De Comitibus & Dominis (ſeu Baronibus.)

1. Comites, & Dnmini (ſeu Bſrones) non gerant aureas & argenteas veſtes, hoe eſt, ex aureis & argenteis filis textas, ſeu amictum, ſolummodo ſericum, vel bombycinum, Sammat/ Carmaſina, aliisque ſericis filis texta veſtimenta, ſed auro non intertexta vel fimbriata, niſi Equites (aurati) fuerint. Comitum & Baronum veſtitus.

2. Eis & catenas geſtare licet, quæ tamen quingentos aureos precio non excedant.

3. Similiter ſeſe Comites & Domini (Barones) amicire poterunt pellicibus, exceptis Zobelinis, aliisque precioſioribus.

4. Coujugibus quoque eorum liceat ſericas veſtes anro & argento infimbriatas & intertextas geſtare, præter catenas & cimelia, ſexcentis aureis precioſiora, præterque tota aurea aut argentea veſtimenta, à quibus pro diſcrimine ac differentia altioris ſtatus, geſtare ſeſe abſtineant.

CAPUT XIV.

De Ephippiis & Ornamentis Equorum.

1. Quandoquidem in ephippiis etiam & equorum ornamentis luxus & ſumptus ſuperfluus reperitur ac cernitur, nulli porro liceat ephippia tribus aureis precioſiora, extra arma, & ea quæ ad armatum pertinent, fulvaque ephippia geſtare ducereve, niſi fuerit Eques (auratus.) Nec Comes quiſpiam, Dominus, Barove, aut Eques, ejuſve miniſter vel ſervus, ephippiis ſericis, & ex filis bombycinis textis (Sammat) utatur, neque aureis vel argenteis qualibuſcunque, tantum in his Electoribus, Pricipibus, ac Principum ſimilibus exceptis, qui ſecundum eorum ſtatum ipſi, equique eorum ac miniſtri, quos habent ſub ſuis Marchallis, talibus ephippiis uti poterunt, Huc facit titulus C. Nulli liceat in frenis, in equeſtribus ſellis, & in balteis margaritas, ſmaragdus & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis lib. 11.

2. Si quis item à ſuo Principe, Domino, alteriusve herilis ſtatus aliquo munere, veſte aut cimelio donatus fuerit, ea ipſe dona quidem in Principis ac Domini ſui honorem portare geſtareque nequsquam prohibeatur, eo videlicet caſu, ita tamen ne quis dolus malus, frausve aliqua interveniat aut uſurpetur.

3. Cum qnoque hæc ordinatio eo tantum reſpectu & ratione ſuſcepta inſtitutaque ſit, ut abundantis veſtitus avertatur, arceaturque, ſi qua porro Elector aliquis, Princepsve aut Status, in ſua ditione ac ſuperioritate, veſtitus ergo, alteriusve rei cauſa ordinationem quampiam acriorem hac noſtra ſeverioremque, in profectum & utilitatem ſuæ ditionis ac ſubditorum, conſtituere vellet, aut jam antea conſtituiſſet, eidem Electori, Principi ac ſtatui liberum ſit, nec iſthac ordinatione & conſtitutione vetetur remoteturve.

4. Neqne reneatur quisquam in elocatione ſuorum liberorum huic ordinationi directo, omninove parere, ſed licebit ei elocare, nuptuique dare, juxta vires ſui patrimonii, facultatumque ſuarum: haud tamen ſumptuoſius veſtire licebit. Naptialis ſumptus & veſtitus.

5. Conſtituimus etiam, volumus ac jubemus ſingulariter, atque in ſpecie, uti omnes Electores, Epiſcopi ac Prælati Clerum ſuum & Eccleſiaſticos eo perducant, inviten tque, habitum ac veſtitum ipſorum ſtatui convenientem atque decentem, in civitate atque Eccleſia, in foro & choro gerant, quomodo id honeſtas, modeſtia & pietas ſancta ſacraque exigit atque requirit: Immodeſtia vero & luxus veſtimentorum eis prorſus eſt vitandus. De Cleri & Eccleſiaſticorum veſtitu.

6. Eſt & evitandus atque cavendus inutilis & ſupervacaneus ille ſumptus hactenus in deaurando cupro, ferro, & lapidibus factis: Idque ita aurifabris, pictoribus, aliisque artificibus in aurandarum rerum ſolitis & gnaris, ſub pœna decem aureorum, ne quid porro ejusmodi inaurent, Magiſtratu id acriter & ſevere vetante. In quo tamen Electoribus & Principibus, & in iis, quæ ad honorem Dei miniſteriaque ſacra ſpectant, nihil volumus præfinitum aut præſcriptum eſſe.

7. Quo vero hæc noſtra conſtitutio & ordinatio, nimii veſtitus cultusque ergo ac ob cimelia omittenda, firmius obſervetur & exequatur, ſancimus atque mandsmus, omnibus & ſingulis Electoribus & Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, dominis, Equitibus, Miniſtris, Schultetis, Burgimagiſtris, Judicibus & Conſiliariis, hiſce mediantibus ſevere ac volumus, ut ipſimet hanc noſtram conſtitutionem & ordinationem ſevere juxta ac diligenter obſervent, ac in ſubditis & officiatis, ac ipſos attinentibus firmiter præſtentur & exequantur, ita, ut ſi quis contra fecerit, nec mandato noſtro obſecutus fuerit parueritve, eum quisque Magiſtratus ſub amiſſione veſtis & cimelii ſeu clinodii, qnod huic ordinationi adverſum geſtatur, una cum mulcta in duplo tanta puniat, quanta veſtis ipſa, aut cimelion æſtimetur, illi quidem Magiſtratui pendenda, cujus eſt civilis Juris dictio ejusdem loci. Quod ſi vero Magiſtratus quiſpiam ipſe hanc noſtram ordinationem transgrederetur, aut in pœna exigenda, manuque tenenda negligens reperiatur, & noſter ob id Fiſcalis interpellaret pro emendatione, ac nihilominus tamen in contumacia Msgiſtratus perſeversret, tunc vero Fiſcalis ipſe noſter, contra ceſſatorem Magiſtratum, ſimul & delinquentem ſubditum ad exactionem dictæ pœnæ ac mulctæ pergat procedatque, &c.

CAPUT XV.

De quibuſdam articulis, in quibus Magiſtratui ordinationem facere mandatur.

1. Cæterum duximus in animum, plures quandoque impenſas, & ſumptus nimios, nec admodum neceſſarios fieri in nuptiis, puerperiis (ſuſcipiendurum infantum ex ſacro baptiſmatis fonte) & ſepulturis ſimilibusque aliis minime paucis ſumptibus, multum ſæpe inutiliter collatis: Præterquam quod & in aliis punctis, in ulnia, menſuris & ponderibus, immoderatis diverſoriorum & hoſpitum exactionibus, item opificum & mercenariorum, nunciorum mercedibus cibisque, torcularium, apparandorum vinorum, omnis generis ataxiæ, inæqualitatis & iniquitatis vitiorum modum excedentium in Reipublicæ detrimentum, gravaminum & impedimentorum. Ad hæc opificum quorundam, velut ſtannifuſorum, pannitonſorum, & ſimilium, quos ſi exteri ſalutant, & ad operas conducunt, ſumptus mox & impenſas inutiles ac ſupervacaneas parant, conviviis adornandis, quos ſumptus deinde ad operas reputant atque connumerant, ſic, ut & ipſi opifices inter ſeſe diſſideant atque contendant, eo potiſſimum, quod non paſſim omnibus in locis concordent, ſed differentes ſint in annis inſtitutionum, quapropter eos qui rude donantur, non ubique admittuntur, nec recipiuntur. Inſuper & hoc contingit in opificibus & manuariis, ut omnis generis doli mali, & fraudum in Reipublicæ detrimentum emergant, tum & quotidie, ut victus mercedisque cauſa rixæ & contentiones ſuboriantur inter magiſtros & miniſtros, inter heros & ſervos, quibus erroribus ac vitiis omnibus ſupradictis remedia mature quærenda ſunt, per quæ illis obviari obſtarique poſſit, ordinatione videlicet ac modo, rationeque aliqua ſalutari, quam neceſſitas omnibus modis requirit atque expoſtulat.

2. Verum enimvero, cum expenderimus in cunctis his punctis certam firmamque ordinationem generalem, propter inæqualitatem regionum, earumque uſuum, conſuetudinum ac morum: quin & quod victus, cibus ac potus alicubi in ditione illa mediocriter parari, in hac vero difficulter haberi poſſit, & annona hic gravis, alicubi mediocris ſit, quocirca talium rerum conſtitutio, propter non modo inconſtantem annorum atque incertam victus rationem, verum etiam propter locorum diverſitatem, morum ac conſuetudinum, ut dictum eſt: quin quod in tali diſparitate, diſcrimine ac differentia, cujusque regionis, ditionis, ac terræ cujusque natura atque conditio expendenda ſit, & animadvertenda, obſervandaque. Idcirco operæ precium, neceſſariumque eſſe duximus, atque exiſtimavimus, ejusmodi puncta & articulos omnes Magiſtratui cujusque loci committendos eſſe.

3. Quapropter ſancimus, ordinamus, ac volumus his mediantibus acriter ac ſevere præcipientes atque mandantes, ut Electores, Principes, & communes Status in omnibus & ſingulis prædictis punctis, articulis, ac propoſitis defectibus, per regiones, ditiones & territoria ſua, juxta qualitatem, conditionem ac uſum illorum, bonas, honeſtas, rectas & firmas ordinationes, formas & modos conſtituant, univerſæ Reipublicæ communique bono conducibiles & ſalutares, tum & ad amovendos immoderatos ac ſuperfluos ſumptus atque expenſas, tum ut doli mali fraudesque caveantur & omittantur, aliique abuſus & vitia abrogentur, atque defectus, quantocyus fieri poſſit, nempe intra anni ſpacium proxime futuri, ſuis ſubditis ea omnia denunciantes, ipſoque opere efficientes & exequentes, easque acriter ac firmiter manutenentes & conſervantes, contumaces & inobedientes puniendo & mulctando, videlicet duabus marcis auri puri, quas mulctas quisque Magiſtratus, qui adverſus ea quæ prædicta ſunt, fecerit, nec moram recte certoque excuſare poterit, Fiſcali noſtro Imperiali irremiſſibiliter pendere exolvereque teneatur.

CAPUT XVI.

De Nautis & Aurigis.

Nautæ, caupones, ſtabularii, D. lib. 4. & de ſervis fugit. C. lib. 6.

1. Cum & frequenter nautæ, aurigæ, & vectores, qui vina terra marique ſeu fluminibus, pro naulo & mercede transvehunt, in diverſoriis, aut ſuis domicilus ac ſub dio, & in navibus ſeu curribus quandoque vina ex vaſis auferunt, ſuo arbitrio ignorantibus dominis, ac præter voluntatem eorum, quorum illa ſunt, infuſa aqua vaſisque aqua rurſus repletis: Volumus itaque talibus nautis, aurigis, & vectoribus, vina pro merceda, ut dictum eſt, vehentibus ſeu tranſportantibus, non ſolum prohibitum eſſe, verumetiam emptoribus vinorum, ac alio ad revendendum tranſvehentibus, ne quid tale de cætero contingat: quin & ii pariter etiam cum adjutoribus juxta qualitatem delicti infamia notentur, corporeque ſuo, & ære mulctentur.

2. Quicunque etiam porro navita, nauclerus vel auriga, aliusve, quo tandem nomine vocetur, vina calce miſcuerit, aut tale quoddam pernicioſum addiderit, injecerit ac falſaverit, is ſimili modo pœnaque ex qualitate delicti, criminisque patrati infamia notetur, corpore & ære graviter mulctetur: nos hæc cuilibet Magiſtratui ſevere mandantes, ut hujusmodi malus & pernicioſus dolus, frausque nefaria prohibeatur, ac evitetur, transgreſſores item ſevere ac atrociter mulctentur.

CAPUT XVII.

*De * contractibus fœneraticiis, ſeu uſurariis.*

* Quorum ſc. quæſtus in odium hominum incurrunt.

Plus ſcriptio.

1. Quandoquidem nobis propoſitum eſt, atque innotuit, quomodo hactenus in ſacro imperio varii ac multiplices fœneraticii atque uſurarii contractus, qui non tantum iniqui, verum etiam impii, ac minime Chriſtianos decentes, contra Deum juxta ac leges, uſurpati ſint, ac quotidie dum uſurpentur: videlicet, quod nonnulli quandam pecuniarum ſummam (ut exempli gratia dicam) octingentos flo-

florenos dent mutuo, attamen in contractus ſyngrapha ſeu obligationis litera vel cautione, amplius mille florenos ponant, ex quo plus & ſupra quinque pro centum pendantur, & in redimendo ſic amplius quam ſortem ipſam capiunt. Similiter ſint alii, qui brevis moræ ergo, termino ſolutionis præfixo, immoderatum intereſſe petant, ac ſortis ſummam augeant, eamque ſummam ac ſortem verſent, [adeoque quod dicitur, verſuram faciant. Verſuram autem facit debitor, cum pecuniam mutuo accipit, & per eam pecuniam dimittit priores creditores inſolutos. Zaſio in §. *item ſi quis.* Inſtitut. *de actionibus*. Eſt pecuniam ad intereſſe mutuari.]

Verſura. Incluſa ab Interprete adjecta ſunt, Pecunia nomine mercium.

2. Quosdam item ſiliginem, triticum, equos, pannos, & ſimiles merces in pecunia emptionis nomine proponere, ac æſtimare, & pluris quidem atque ejusmodi merces unquam æſtimari poſſint, & ſic ingens fœnus ex eo, velut omnibus patet, ſibi comparare & acquirere ſoleant.

3. Item alii mutuo dent pecuniam, & de centenis capiunt nominatim quid t is vero qui mutuo ſumit, magnam pecuniam mercedis & ſervitii nomine, pro quo tamen nihil inſerviunt neque miniſtrant, ſeſe devincit atque obligat. Neque ejusmodi ſervitii precium ſeu ſalarium absque ſolutione ſortis & capitalis ſummæ non audent neque poſſunt recuſare aut denegare adverſus obligationem factam & contractum initum.

Servitium pecuniarum.

4. Jam & quod quidam pecuniam in moneta dent mutuo, attamen cautionis litera aurum præſcribit ac continet.

Auri falſa ſpecificatio.

5. Sunt & qui certam pecuniarum ſummam absque fœnore mutuo dent, atqui tamen mutuo ſumens cogitur quandoque magnas merces illis levi vilique precio tradere, in quo mutuo dato ſortem ac capitalem ſummam ſimul cum magno lucro, duplo aut etiam triplo recipiunt.

6. Quidam etiam mutuo dant cum hiſce conditionibus & pactis, quod mutuo accipiens in quatuor nundinarum temporibus nuncupatis pro cenſu & penſione reddat certam quandam pecuniarum ſummam, tantam quidem, quæ pro centum excedat viginti,

Vigeſima.

7. Cum autem hujuscemodi contractus, aut ſimiles, uſurarii & fœneraticii ſint, divino & communi jure prohibiti, præterea & noſtra atque Imperii ordinatione, Anno milleſimo, quingenteſimo, Auguſtæ Vindelicorum graviter vetiti, Idcirco conſilio, ſcientia & voluntate noſtra & ſacri Imperii Electorum, Principum & Statuum, eandem ordinationem uſurariorum contractuum ex vera rectaque ſcientia renovantes & confirmantes, ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ut tales iniqui ac illegitimi contractus, omniaque injuſta pacta, pactiones, conventiones, negotia, quocunque nomine vocentur, nominari & excogitari poſſint, omnino ac prorſus evitentur ac omittantur, nec ab aliquo, cujuscunque dignitatis, autoritatis aut ſtatus fuerit, præſumantur, vel uſurpentur, cum hoc ſimul omnibus judicibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus mandantes ac præcipientes, ubi tales uſurarii contractus ipſis innotuerint, eos tanquam iniquos, indignos, irritos & invalidos judicent, condemnent & declarent, quemadmodum & nos illos invalidos ac non obligatorios decernimus & declaramus, neque ſuper eisdem contractibus executionem concedimus aut permittimus.

Quinetiam ſi quis deinceps poſt publicationem hujus noſtræ ordinationis tali uſurario aliquo contractu uſus fuerit, amittat quartam partem ſortis quoque & capitalis ſummæ, eaque ſuo civili Magiſtratui (alicubi hæreditarium jus appellata) accedat, & pro eadem quarta parte per dictum civilem magiſtratum puniatur ſeu mulctetur.

Qui ſiquidem in hoc negligens repertus fuerit, tunc eundem magiſtratum Fiſcalis noſter Cæſareus pro certa pœna, velut pro duabus aut tribus marcis auri puri impetere atque accuſare debebit.

8. Cum & cenſus ſeu reditus cum pacto retrovendendi paſſim vulgo communiterque uſurpantur, centum quidem florenis quinque tantum, & non amplius annuatim, velut uſitatum eſt, floreni emantur: offerendi vero precii ſeu redimendi facultas ex jure redemptionis, penes venditorem, & non apud emptorem exiſtat, non attento cautionis ſeu ſcriptæ obligationis ejusdem contractus tenore: & quicquid præterea datum, acceptum, aut tractatum fuerit, volumus ut tale, ac omnia alia iniqua pacta ſeu conventiones pro uſurariis & inutilibus habeantur ac æſtimentur, etiam per judicem haud aliter cognoſcentur aut judicentur, ſed, uti ſupra dictum eſt, puniantur.

Retrovenditionis pactum.

9. Si qua vero cautio cenſus annui ſeu obligatio ſub fidejuſſoribus conſtituta comprehenſaque eſſet, aut conſtitueretur, volumus his mediantibus ordinatum eſſe, eandem cautionem ſeu obligationem haud extra ſacrum Imperium Teutonicæ nationis alienari, aut venditorem, vadesve, aut fidejuſſores, Imperio ſubditos, extra illud citari vel vocari. Si vero per emptorem contra fieret, extunc quidem vades ſeu fidejuſſores comparere, vel obſequi, & venditor illos redimere non obligetur: Transgreſſor etiam mediam partem ſummæ principalis in obligatione ſeu cautione expreſſæ amittat, de qua medietate quarta venditori, & reliqua quarta pars Magiſtratui, ſub quo venditor commoratur, aſſignetur, ac vendicetur.

Extra Germaniam a quis pro cenſu ſive uſura conveniatur.

CAPUT XVIII.

De Monopoliis, & damnoſis propoliis.

1. Quanquam de Monopoliis, dolofis ac fraudulentis negotiationibus, adeoque iniquis propoliis non ſolum in communibus ſcriptis legibus, verum etiam in publicatis Imperii decretis & Receſſibus, ſub gravibus pœnis ac mulctis, ut ſub amiſſione, periculo, & perditione omnium rerum bonorumque, item profligatione ac proſcriptione ſæpe multumque ſatis ſuperque vetitum eſt cautumque: talibus tamen conſtitutionibus, receſſibus, decretis & mandatis hactenus minime paritum eſt debite vel obſervatum, quin econtra paucis in annis plurimæ alicubi ſocietates in mercatorum negotiis, & quædam privatæ perſonæ, inſtitores & mercatores in Imperio exorti ſunt & extitere, qui varias merces & mercimonia, item & vina,

Monopolia & ſocietates mercatorum.

ſiliginem, triticum, & hujusmodi alia ſimilia, à ſummis ad infimos (in quibus paſſim hineinde explorationibus & indagationibus undiquaque valent, præſertim cum merces depereant, vel in majus precium & æſtimationem excreſcant, idque priusquam aliis inſtitoribus ſeu mercatoribus innoteſcat) in ipſorum manus ac poteſtatem ſoli conquirere moliuntur, ad monopolia & propolia exercenda, mercibus illis æſtimationem ac precium ſuo arbitratu imponentes, aut emptori vel venditori condicentes merces eas nemini, præterquam ipſis, venditturos, aut retenturos eſſe: aut ut venditor minoris vel aliter vendere nolit, quam conventum ſit, afficientes his artibus ſacrum Imperium, omnesque Status maximo damno atque incommodo, adverſus prædictas communes leges ſcriptas, & omnem honeſtatem.

2. Econtra autem adhæc pro Republica, ejusque commodo, profectu & utilitate juxta ac ex neceſſitate ordinamus & conſtituimus, idque facimus his mediantibus ſevere, ac volumus tales diſpendioſas negotiationes, propolia, & ob ea factas conventiones & pactiones, contractus & pacta, deinceps eſſe prohibita, vetita & abrogata, neque porro de cætero, neque per ſemetipſum, neque per alios uſurpari vel tractari. Quicunque vero contra egerint vel fecerint, eorum res bonaque confiſcentur ſuntque confiſcenda, & Magiſtratui cujuslibet loci, quorum ibi publica ſunt, vel criminalia judicia, applicentur ac addicantur. Societates quoque, inſtitores & negotiatores omni ſalvo conductu in Imperio per Magiſtratum deſtituantur ac priventur, neque illius capaces eſſe debeant, quibuscunque verbis ſenſu, ſententia, aut clauſulis ejusmodi ſalvus conductus ſcribatur aut tribuatur.

3. Nec tamen per id cuiquam vetitum prohibitumve ſit cum aliquo ſocietatem inire ad merces emendas & diſtrahendas, tantummodo ne id dictæ conſtitutioni ordinationi & mandato adverſetur, contrave uſurpetur.

4. Quisque Magiſtratus etiam in ſua ditione diligenter atque ſevere diſponat & animadvertat, ut præpoſita hæc ordinatio recte obſervetur, & expediatur.

5. Si quo ea vero à quoquam, quicunque ſit, transgrederetur, in eum Magiſtratus ibi, ubi transgreſſio facta, ſeu delictum patratum fuerit, vi & tenore hujus ordinationis, cum amiſſione rerum bonorumque ſuorum, & proſcriptione, ac ejectione extra ditionem, irremiſſibiliter animadvertat, puniatque.

6. Caſu autem, quo Magiſtratus ipſe in eo deſes & negligens eſſet, idque noſtro Cæſareo Fiſcali innoteſceret vel indicaretur, Magiſtratui vel ſuperioritati ei quidem, ſub qua inſtitores, mercatores, aut negotiatores illi commorantur, domiciliave ſua habent, ſignificetur, commoneanturque, ejusmodi gravia negotia intra Menſis ſpatium ut emendent ac puniant. Quod ſi ſuperioritatis illa ſeu Magiſtratus in præfixo ſtatutoque tempore non fecerit, vellet ex tunc ac cogeretur ipſe Fiſcalis ex officio ſuo contra eum procedere, agereque ut æquum ſit, ejus etiam faciendi poteſtatem tunc atque jus habere, adeoque absque mora facere debet.

7. Quod ſi tali in caſu ceſſatio aut negligentia ſuperioritatis, Magiſtratus, transgreſſorum, à Fiſcale noſtro coram noſtro Imperialis Cameræ Judicio agetur ac procedetur, delinquentibus & transgreſſoribus ejusmodi nullæ prorſus declinatoriæ, aut aliæ exceptiones, vel etiam avocationes ullæ, quocunque modo vel forma illæ proponantur aut fieri poſſent, concedantur, transgreſſores nequicquam relevaturæ, multo minus ut per illa remittantur, aut ut remiſſionem aliquam deſuper impetraturi ſint.

8. Adhæc ſuperioritas & Magiſtratus, qui ad factam accuſationem in ſtatuto menſis ſpatio atque tempore in animadverſione ac punitione transgreſſionis ceſſat, negligensque reperitur, per Fiſcalem coram noſtro Cæſareo Cameræ Judicio accuſari debet, ac pro centum marcis auri pœni irremiſſibiliter puniri, atque mulctari.

9. Cum & vi virtuteque ſupra allegatarum legum & jurium, unicuique tales transgreſſiones & crimina monopolarum & propolarum deferendi & accuſandi poteſtas data commiſſaque ſit, illi utique, qui tale crimen & delictum patratum ſuperioritati & Magiſtratui, ſub quo factum illud contigit, indicat & defert, aut caſu ceſſationis & negligentiæ, imperatorio Fiſcali primum vere certoque ſignificaverit, triens ſeu quarta portio delinquentis bonorum tribuatur, quorum vindicationem ſuperioritas & Magiſtratus, aut caſu, ut ſupra dictum eſt judicium imperiale, cæterique Status omnes, provehant atq; promoveant.

10. Quod ſi primus ille delator, cujus delatio poſtea vera comperta foret, in ſimili cauſa ejusdem quoque ipſe delicti reus ſonsque exiſteret, tunc quidem nihil delinquentis ac transgreſſoris bonorum, neque ulla portio ei tribuatur, alioquin inſons & inculpabilis haberi, nullaque infamia notari, ſed pro utilitate ac profectu Reipublicæ ſibi imputari debet.

11. In hoc item, ut in cæteris privilegiatis caſibus de plano atque ſummarie procedatur, Juri quoque & proceſſui ſua recta via, ſuusque curſus, absque ullo impedimento aut remoratione cujusquam reſtitutionis, ſupplicationis, inhibitionis, ſuſpenſionis, advocationis, alteriusve ſimilis remoræ, relinquatur ac permittatur.

12. Similiter præſens hæc ordinatio, conſtitutio, juſſio, mandatum, præceptum, una cum articulis, & intentione ſua, univerſos in ſacro Imperio Teutonicæ nationis mercaturam exercentes, & negotiantes comprehendat & complectatur, omnesque Principatus, Dominationes, Dominia, Civitates & Communitates vinciat & obliget. In adverſum autem nullus ſalvus conductus, nulla ſecuritas, aut privilegium, quacunque forma & prætextu id præbeatur aut exhibeatur, quenquam tueatur aut defendat, protegatve. Inchoetur quoque hæc ipſa ordinatio & conſtitutio intra duos menſes, re ipſa effectualiter, poſt publicationem & denunciationem ejus factam.

CAPUT XIX.

De venditione frumentorum & fructuum in agris & prædiis.

1. Quandoquidem non absque pernicioſo gravamine vulgi plebisque re ipſa experitur atque cognoſcitur,

tur, quod miſeræ plebi, vulgoque per quoſdam pleonecticos, & quaſi frumentarios prædones ſeu frumentarios negociatores & avaros homines in ſpecie & prætextu emptionis ac negociationis adſata ſementaque eorum in agris: Vinum item ac botros in vitibus, alioſque fructus, & frumenta, laborea, opera, armenta, æs pecuniamque mutuo dederint, per quæ pauperculi coloni, egenique illi, quæ duro labore, ſudoreque acquiſierunt; viliori precio, levioríque, quam alioquin uſitato conſuetoque more & æſtimatione ſoleat, venundare cogantur. Quæ res non illi pauperculæ plebi & colonis tantummodo damna atque diſpendia irrecuperabilia infert, verum etiam dominis ipſorum ſeu proprietariis, quibus eo minus debita & credita præſtare reddereque poſſint, videlicet maximo ſuo malo damnoque, præterquam quod ea adverſus ſacras & humanas conſtitutiones, contraque dilectionem proximi ſunt, contraque bonos mores pugnent.

Legis frumentariæ meminit Cornific. ad Her. lib. 1.

2. Quapropter ſancimus, conſtituimus, & ordinamus, ut quiſque pauperi plebi in neceſſitate, & quo agros, prædiaque ſua melius faciliusque excolere poſſit, aliiſque neceſſariis victualibus & alimentis opem ferat, pro vinis, frumentis, fructibus, aliiſque communi precio, valore & æſtimatione ejusdem temporis expendere, ſolvereque debeat, nec de & ſuper eiſdem mercibus mutuum dare prohibitum ſit. Quod ſi vero ſecus quam modo dictum eſt, agatur, & in iis quidquam doli fraudisve fiat, & committatur. Volumus atque decernimus acriter, ut talis emptor ſeu mutui dator, ſortem capitalemque ſummam perdat, etiamque à Magiſtratu, juxta qualitatem & conditionem cauſæ, mulctetur & puniatur.

CAPUT XX.

De Judæis, & eorum uſuris.

1. Cum alicubi locis quibusdam Imperii Teutonicæ nationis, Judæi uſurarii non tantum ad magnas aſſecurationes, cautiones, & obligationes, fidejuſſiones & hypothecas, verum etiam ad rapinas & furta, quibus uſuris vulgum, plebemque miſeram, egentem, & improvidam, ſupra quam quiſquam æſtimare poſſit, gravant, onerantque, quin etiam miſerabiliter perdunt, & ad pleraque facinora flagitiaque eis occaſionem præbent. Itaque conſtituimus, ordinamus, ac volumus, ne quis porro Judæos ſuſcipiat, aut ulli ſuſcipere concedatur, præterquam illis, qui à nobis & ſacro Imperio Regalia habent, aut ſpecialia ad hoc ipſum privilegia acceperunt. Quiſque item Magiſtratus, ſub quibus Judæi habitant, neceſſariam juſtamque proviſionem faciant, ordinationem formamque æquam conſtituentes, ne qua ſui aliorumque ſubditi per Judæos, eorumque impias & execrabiles uſuras tam miſere graventur, ac perdantur: & in ea re æqualis ordinatio inter extraneos pariter ac incolas obſervetur.

2. Caveant quoque Judæi, & abſtineant ſeſe à furtivis rebus, & rapinis emendis: aut ſi quæ res ejusmodi apud eos reperiantur, illis, ad quos pertinent, reddantur ac reſtituantur, ubi id docuerint, & ad ſe pertinere probaverint, abſque omni detrimento atque incommodo.

CAPUT XXI.

De venditione pannorum laneorum, & ex filis laneis textorum, totorum aut particulatim ad ulnas conſciſſorum.

1. Quoniam & id quidem compertum eſt, quod in venditione τῶν ὑφασμάτων, id eſt, pannorum laneorum, totorum, vel particulatim, quibus veſtimur, & membra cooperimus, multum pleonexiæ & impoſturæ uſurpatur, & emptor quandoque graviter decipitur: videlicet cum panni per inſtrumenta textoria nimium extendentur, deinde per aquam & humiditatem madidi facti, multum in menſura emptori decedit: interdum etiam panni ferrugine tincti maculoſi fiunt, in diſpendium ac detrimentum totius Reipublicæ.

2. Proinde ſtatuimus, ordinamus, ac volumus: ne deinceps in Imperio ſacro, Teutonicæ nationis, ullus pannus ulnatim ſeu per ulnas menſurando vendatur, niſi antea tinctus, ac madidus aqua, & tonſus fuerit. Verum utique toti integrique panni non tenſi, attamen tincti vendantur, ſub pœna & mulcta amiſſionis & perditionis ejuſcemodi panni. Quod ſi vero tincti & tonſi eſſent, ac iterum biſque tenſi reperirentur, iidem illi panni pro damnatis ac perditis in utroque prædicto caſu habeantur ac reputentur, ac mulcta quidem Magiſtratui ſub quo venduntur, & cujus civilis ea eſt jurisdictio, abſque medio debeatur. Hæc autem ordinatio noſtra incipiet in ſex menſibus proximis, ſimul atque Comitia hæc noſtra finita fuerint, ac deinceps ſic, abſque intermiſſione obſervetur ac exequatur. Quemadmodum de & ſuper his in ſacro Imperio Teutonicæ nationis, ſicubi neceſſarium fuerit, mandata ac præcepta evulgaturi & publicaturi ſumus.

3. Si quis vero Magiſtratus ſocors in his & indiligens comperiatur, nec in tranſgreſſores animadvertat, poteſtatem facimus cuilibet ſutem & tranſgreſſorem coram ejus competenti Judice, vel eo loci, ubi cum panno repertus fuerit, pro pannis contra ipſos agendi atque impetendi, per quos adverſus dictam conſtitutionem deliquit, ſibi actori eosdem pannos, ut reddat tradatque, qui etiam ſufficienti ex cognitione, ſeu re experta, jure ſibi acquirat atque impetret.

Lana ne exportetur.

4. Cumque in natione Teutonica boni efficiantur panni, ita, ut exterarum nationum pannis commode ac utiliter carere liceat, & pecunia, quam pro exteris & peregrinis pannis expenditur, in natione Teutonica retineri ac conſervari poſſet: Idcirco Magiſtratui hoc mediante injungimus atque præcipimus, hac in re æquam utilemque ordinationem uti ſuſcipiant faciantque providendo, ne lanifici textores lana careant atque indigeant, ſed eas æqua juſtaque mercede ac precio venales habere queant, nec lanæ paſſim tanta copia ad exteras nationes tranſvehatur.

Umbracula utrum ferenda.

NB. Franco-furtenſes & Argentinenſes, in quorum nundinis ne fiant.

5. Quandoquidem in proſcenlis & textoriis, aliasque ante mercatorum thecas umbraculorum appendices faciunt inſtitores pannicidæ, per quas nec colores, nec lina ſeu telæ pannorum probe agnoſci poterunt, quando ſic obfuſcantur & obnubilantur: volumus ejusmodi proſcenia & tectoria auferri, & per Magiſtratus deinceps non tolerari, pative, ne emptor per ea decipiatur & defraudetur.

CAPUT XXII.

De egenis, depauperatis ſeu decoctoribus, & perditis inſtitoribus & mercatoribus, qui ob æs alienum paupertatem ſimulant.

Verdorbene Kauffleuth und Bancke-rotierer.

1. Cum & frequenter, ſæpe multumque per inſtitores, negociatores, & mercatores, doloſe ac fraudulenter ſpecie & prætextu fidei ac fidelitatis nummi atque pecuniæ ab aliis mutuo accipiantur ad exercenda perſegendaque ſua negocia: qui quandoque non bona fruge, ſed luxu faſtuque ſuo, inordinata, immodeſtaque vita, nec ſervata aliqua mediocritate, aliisque variis modis, præter quam & abſque eo, ut corpore, rebusve ſuis quidquam adverſi, infortuniive, aut incommodi, ſeu captivitatem, vel exactionem aut λύτρων aliquam paſſi ſint, ad egeſtatem & pauperiem devenerint: poſtea ſurgunt, & profugiunt, alio ſe ad alias ditiones & dominos proripientes, & ab iis adverſus Magiſtratum ſuum & actores ſeu creditores, à quibus mutuo pecuniam & merces ſumpſerunt, ſalvum conductum accipiunt, receptantur ac provehuntur: Cumque ejusmodi technæ, doli mali, fraudesque ac noxiæ actiones & conatus, quæ furto comparantur, magno Reipublicæ detrimento ſint.

Banckerotteri non tolerandi.

2. Conſtituimus itaque, ordinamus, ac volumus, ut tales inſtitores, ac negociatores, qui propoſito doloſe ac fraudulenter, non ea caſuali aut accidentali publice noto infortunio aufugiunt, & ſedem evertunt profugi, deinceps nuſquam ab ulla poteſtate aut Magiſtratu recipiantur, vel abſque voluntate & conſenſu creditorum ſalvi conducantur ſeu ſuſtineantur, vel tollantur: quinimo, ubicunque locorum inveniantur, apprehendantur, & capiantur, actoribus & creditoribus ſuis de jure reſponſuri, ac juxta qualitatem negocii cauſæque puniantur. Ac ubi rurſus ſe domum conferrent, ad nulla honeſta munia vel officia, ſeu dignitates aſciſcantur. Quod ſi vero cognito caſuali infortunio, damnum paſſi, & ob id in egeſtatem conjecti fuiſſent, tunc quidem recipi, & ſalvo conductu uti fruique poterunt, ſibi compatiendo, & communi jure adverſus eos agendo.

Moratoria Quinquennalia.

3. Quandoquidem etiam plerumque à Romanis Imperatoribus & Regibus Moratoria vel Quinquennalia impetrant ac obtinent, attamen medio tempore, aut poſt exitum quoque illorum, creditoribus ſuis handquaquam ſatisfaciunt, vel ſe cum eis componunt tranſigendo, &c. Volumus itaque his mediantibus ſevere, ne hujusmodi Moratoria aut Quinquennalia deinceps illis indulgeantur aut concedantur, niſi nos ipſi, ac ſubſequentes Romani Imperatores aut Reges, antea recte informati atque edocti fuerimus à Magiſtratu, ſub quo egeni ac depauperati illi inſtitores, mercatores & negociatores habitaverunt: Vel ut iidem inſtitores & negociatores fide digna teſtimonia edant proponantque, quomodo ex fortuitu inopinatoque infortunio & caſu in corpore & rebus ſuis damnum paſſi, & profugi facti ſint, & quod in hujusmodi caſibus Moratoria & Quinquennalia locum habeant & valeant. Quæ ſi vero alio modo, & ſuppreſſa tacitaque veritate impetrarentur & obtinerentur, irrita ſint, nullasque vires habeant.

CAPUT XXIII.

De venditione Gingiberis.

1. Cum ad nos quoque plures querelæ deferantur quod in venditione Gingiberis varii doli fraudesque verſentur & uſurpentur, in præjudicium ac detrimentum Reipublicæ.

2. Volumus, ut deinceps in Imperio non coloratum ſed album, nec fucatum Gingiber habeatur aut vendatur, ſub pœna mulctaque amittendi ejusmodi Gingiberis: Veluti ea propter in ſacro Imperio Teutonicæ nationis, ubi neceſſitas poſtulaverit, mandata præceptaque edemus ac publicabimus.

3. Quo & tales doli fraudesque ſpecierum ejusmodi innoteſcant, ac pateſcant, quidam in ſingulis circis Inſpectores ordinentur ac deputentur, qui id genus ſpecierum (vel aromatum) inſpiciant. Quod ſi quicquam doli mali fraudisve comperiant id quidem Magiſtratui indicent atque denuncient.

CAPUT XXIV.

*De * Equitum ſervis & miniſtris.*

* Reuttern / quos Uberreutter und Vorreutter vocant.

Confer cum tit. D. De ſervo corrupto, & tit. ſeq. De fugitivis, junctο cap. 24. cum ſeq. Conſtit. Carol. V. De pace publica.

1. Quandoquidem & hoc frequenter contingit, ut alterius miniſtros & familiares ſibi dolo & fraude arroget aut vendicet, vel ſervi quandoque & miniſtri ſua petulantia & temeritate abeant: Volumus igitur, ne quis alterius equeſtres, ſervos, aut miniſtros ad ſe alliciat, aut etiam ſuſcipiat, niſi teſtimonium habeat ac monſtret, quo doceat miſſionem heri ſui aut nobilis voluntariam atque honeſtam fuiſſe & eſſe: quod teſtimonium miniſtro herus aut nobilis dare teneatur. Quod ſi vero recuſaret aut denegaret, tunc ſervus illum duobus viris interpellet ac requirat teſtificationem: quam ſi denuo herus aut dominus nobilis abſque juſta ratione & cauſa denegaret, & defectus non in miniſtro competiatur, cenſuram æquam agat interponatque Magiſtratus, & re quidem comperta ac cognita, ipſe Magiſtratus teſtimonium perhibeat, præbeatque.

2. Quilibet Magiſtratus quoque, quantum ſpectat ad miniſtros & ſervos in ditione ſua (quandoquidem ſalaria & mercedes in paucis annis nimium excreverunt) ex qualitate & conditione loci regionisque conſtitutionem & ordinationem ad communem Reipublicæ utilitatem & uſum componant, ne ſuo illi arbitratu atque libidine ſervitia & miniſteria deferant, ſimul & contumaciæ ipſorum & petulantiæ obvietur, & licentiæ obverſetur.

CAPUT

CAPUT XXV.

De levi ac inhoneſta cohabitatione.

1. Porro & cum multæ leves atque inhoneſtæ perſonæ extra matrimonium à Deo inſtitutum cohabitent, ob id quidem ordinamus & præcipimus, ut quælibet Majoritas, Eccleſiaſtica pariter & civilis, ad quam ea res ſpectare dignoſcitur, æquam advertentiam adhibeant, quo ejusmodi publica crimina & ſcandala debite corripiantur, ac ſtrenue emendentur, nullove modo ad ea conniveatur.

2. Cumque conjugatæ perſonæ nonnunquam divertant, alter conjugum alterum relinquendo, & cum aliis levibus perſonis in manifeſto adulterio ſeſe copulent concurrentes, atque cohabitent, connivente Superioritate & Magiſtratu, propter quæ flagitia Deus omnipotens, cum ejus divinis mandatis adverſentur, & cæteri homines offendantur & ſcandalizentur, utique graviſſime iraſcitur: Præcipimus itaque ſevere, talia manifeſta adulteria, ac aliæ illicitæ cohabitationes deinceps nequaquam permittantur vel concedantur, quinimo per Magiſtratum graviter corpore vel ære mulctentur, juxta qualitatem & conditionem perſonarum, criminis & delicti perpetrati.

3. Similiter & in illos eſt animadvertendum, qui perſonas ejusmodi convocant aut copulant, vel in domicilia ſua recipiunt, ſuſtentant, celant, ſeverè quoque puniantur.

CAPUT XXVI.

De Mendicantibus, vagantibus, & otioſis.

Volumus item quemlibet Magiſtratum, propter mendicos & alios ocioſos, ſeverem advertentiam adhibeat, nec cuiquam mendicare liceat aut permittatur, cui nulla infirmitas aut defectus corporalis acciderit, nec indigeat. Quòd & mendicorum liberi, cùm ſuo panem labore parare & acquirere queant, aptique ſint, à mendicis illis parentibus auferantur, & opificiis addicentur, aut aliis ſervitiis & miniſteriis applicentur, adhibeanturque, ne quotidiè continuoque mendicitati inhæreant. Similiter & Magiſtratus provideat, ut quælibent Civitas, Oppidum & Communitas, ſuos ipſa mendicos & egenos nutriat foveatque, nec exteris & peregrinis permittatur, paſſim & ubique locorum mendicare in Imperio. Quòd ſi verò inſuper validi mendicantes inveniantur, iidem de jure, viaque juris, aliasve in terrorem & exemplum aliorum corripiantur ac puniantur: niſi quoddam oppidum aut municipium tot mendicantibus gravatum eſſet, ut eo loci ſuſtentari nequirent, ex tunc quidem idem Magiſtratus eosdem mendicantes literali & ſcripto teſtimonio, aliò & ad aliud municipium transferendi habeat licentiam ac poteſtatem.

2. Quisque Magiſtratus item, ubi hoſpitalia ſunt, curam habere debet, ut ea hoſpitalia diligenter conſerventur ac manutenantur, Adminiſtrator aut hoſpitalis magiſter quotannis rationem accepti & expenſi reddat: ſingulis quoque annis hoſpitalia ad minus ſemel à Magiſtratu viſitentur & inſpiciantur: eorumque fructus & reditus in nullum alium uſum, aliasque res nullas, quàm ad alimoniam, ſuſtentationem, ut indigentiam ſeu neceſſitatem pauperum, & in pios uſus conferantur & uſurpentur. Hoſpitalia.

CAPUT XXVII.

De Zygeuneris, hoc eſt, de præſtigiatoribus, & planis.

De iis, qui ſe Zygcuneros appellant, hinc inde in terris paſſim errantes & vagantes, mandamus atque præcipimus Electoribus, Principibus, ac Statibus, mediantibus eorum juramentis, quibus ſacro Imperio devincti ſunt, acriter & ſeverè mandantes, ne de cætero tales Zygueneros, quandoquidem veriſimiliter indicatum eſt, & conſtat, quòd ſint exploratores, proditores, & traditores Chriſtianorum regnorum & nationum, Thurcis & aliis Chriſtianorum hoſtibus, ſinant, ferantve per ſuas ditiones vagari, commeareve, neque dent illis ſalvum conductum, vel paſſagia. Volumus item, atque præcipimus, dictos Zygeuneros extra Teutonicam nationem confeſtim & quàm citò expelli & ejici, neque in illa amplius commorari. Quòd ſi verò comprehendantur, & quisquam adverſum eos vi factove egerit, temerè is aut violenter nihil feciſſe vel iniquè patraſſe videatur.

CAPUT XXVIII.

De Morionibus.

De illis, qui ſtultitiam ſimulant, eamque præ ſe ferunt in Comitiis: volumus & ordinamus, ſi quis talibus morionib. & eorum ſtultitia uti velit, ita regat eos geratque, ne aliis damno ſint aut noceant. Nemo enim viris aut mulieribus, maſculis aut fœmininis, qui in ſervitio aut famulatu ipſius non ſint, arma, catenas aut ſigna appendat vel imponat. Et ſi qui jam arma, annulos, ſigna, aut ejusmodi gerant, quæ Domini ipſis ſeu patresfamiliàs non tradiderunt, ea deponere debent, ſub pœna amiſſionis & perditionis illorum: ne qua vetus mos & conſuetudo errorem aliquem novæ ordinationi inſerat.

2. Reliqui verò moriones, qui in Electorum & Principum aulis non ſerviunt vel famulantur, ſi contra prædictam ordinationem in Imperio comperiantur, nequaquam ferantur, ſed à quolibet Magiſtratu puniantur.

CAPUT XXIX.

De fiſtulatoribus, & tabulariis ſeu grammatophoris.

Quisque Principum & Magiſtratuum prohibeat ſuis fiſtulatoribus, buccinatoribus & joculatoribus, & cæteris ludionibus, ut deinceps ab aliis hominibus (niſi forſan à ſubditis ſuis, qui id perferunt) munuſcula & bibalia exigant, neque eos & ejus rei nomine interpellent, mediis illorum juramentis injungentes, idque firmiter obſervent atque cuſtodiant. Cùm & tabularii ſimiliter faciant, donaria & munuſcula colligendo, idem, ut prædictum eſt, obſervetur.

CAPUT XXX.

De ambulonibus, cantoribus, & Rhytmilogis.

Cum & variæ & leviculæ plebes reperiantur, quæ cantionibus & rhytmis operam dant, per quos Eccleſiaſticos & ſeculares ſtatua contumeliis afficiunt, in utramque partem juxtà apti paratique: nimirum ſi fuerint cum Eccleſiaſticis, cantillant de ſecularibus: & econtrà, ſi fuerint cum ſecularibus, canunt de ſactificiis. Quæ res ad diſcordiam, diffidia, & contumaciam vergit tenditque: Itaque ſeverè præcipimus, volentes, ubicunque deprehendantur, à Magiſtratu puniantur, ut cum eis omni modo agatur, prout ſuprà de morionibus pronunciatum eſt. Illis tamen exceptis, qui magiſtrales melodias canant. Similiter & mulierculis ſaltatricibus inhibitum ſit, ne de cætero ſaltent, ſuamque ſaltatoriam artem exerceant.

CAPUT XXXI.

De Pupillorum & Minorum tutoribus & curatoribus.

Vide de poſtulatione ſuſpecti actionem primam Oldendorp. claſſis 7. fol. 992. & 996.

1. Quanquam in jure communi ſcripto graviter diſpoſitum cautumque eſt, ut pupillis & minoribus per ſuos tutores & curatores ſumma diligentia & cura provideatur, & ipſorum utilitas quæratur ac promoveatur: atqui tamen plerumque usuvenit & contingit, ut in talibus cauſis doloſè ac fraudulenter per tutores & curatores eorum verſetur, agaturque, in gravem pupillorum & minorum perniciem.

2. Cùm ergò Magiſtratum deceat, ad talia reſpicere & advertere, prout convenit & æquum eſt, ne pupilli & minores decipiantur aut defraudentur: Idcirco volumus omnibus ac ſingulis Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, & Communitatibus, ſeverè præceptum & injunctum eſſe, ut talem in ipſorum principatibus, ditionibus & Magiſtratibus providentiam adhibeant, & ordinationem faciant, ut pupillis & minorennibus quovis ſingulisque temporibus, usque ad ipſorum juſtam & nubilem ætatem, tutores, curatores, & proviſores (niſi in Teſtamentis & ultimis voluntatibus parentum ipſorum, in agnatis & cognatis legitima proviſio, ac diſpoſitio facta fuiſſet) conſtituantur: aut ſi fortè agnati & cognati proximi ſeſe tutelæ & curæ intromittere nollent, ex legitimis cauſis & rationibus, aut ad eam ipſam rem non apti neque idonei exiſterent vel reputarentur.

3. Ut & ſinguli tutores & curatores ſive teſtamentarii, ſive legitimi, dati vel ordinati judicialiter, non ſe tutelæ vel curæ, aut ejus adminiſtrationi ingerant, niſi à Magiſtratu anteà ipſis decreta & commiſſa fuerit.

4. Similiter volumus, & mandamus, ut tutores & curatores poſt adminiſtrationem de omnibus rebus & bonis, immobilibus & mobilibus, creditis & debitis, literis & Regiſtris, Inventaria conficiant faciantque, ac legitimam cautionem præſtent, pariter & jurent, ac Sacramento ſuo confirment, quòd pupillorum ac minorennium ſuorum rebus ac bonis, perſoniſque eorum, fidam & honeſtam curam ac providentiam adhibere, & in propriam ſuam utilitatem, uſum aut commodum nihil convertere velint: neque eas res etiam ac bona, ſine præſcientia, cognitione & decreto Magiſtratus alienare impignorare aut gravare velint: aliaque omnia agere, quæ ad quemlibet fidum, fidelemque tutorem & curatorem ſpectent & pertineant, idque ſub hypotheca & obligatione omnium ſuarum rerum & bonorum.

5. Quoniam autem cum rebus ac bonis Eccleſiaſticis, cenſibus & reditibus quandoque doloſè ac fraudulenter agitur per proviſores & redituarios illorum: Eapropter volumus poteſtati & Magiſtratui, ad quæ hujusmodi pertinent, id commiſſum eſſe, ut & ipſi curam agant, & proviſionem faciant, proviſores & redituarios Eccleſiarum juramentis aſtringi, Eccleſiis benè ac fideliter præeſſe, ſingulisque annis rationem reddant, ut ſuprà dictum eſt.

CAPUT XXXII.

De Judicibus, Advocatis, & Procuratoribus.

Cum & ſæpe contingit, ut inter partes litigantes coram judiciis in litibus & juſtificatione agentes, non absque magnis gravaminibus & incommodis, quandoque per Judices, ac ſæpenumerò per Advocatos & Procuratores doloſè ac fraudulenter ex propoſito lites differantur: Volumus itaque ob id omnibus Magiſtratibus injunctum eſſe, ut huc attendant, & dent operam apud Judices eorum,

ut quovis tempore ad requiſitionem & interpellationem partium expeditè eis, & absque remoratione juſtitiam adminiſtrent. Advocatos item & Procuratores acriter commonefaciant, ne lites & cauſas maligno propoſito aut fraudulenter protelent ac remorentur, atque ab injuriis & contumeliis caveant, & ſeſe abſtineant, in exhibendis productis propoſitionibus & ſcriptis, ſub gravibus evitandis pœnis & mulctationibus irremiſſibiliter pendendis & præſtandis de jure, & ſecundum qualitatem & conditionem perſonarum & cauſarum.

CAPUT XXXIII.

De Myropoliis & Apothecis.

Quandoquidem in Myropoliis & Apothecis ſeu Pharmacopoliis nonnunquam vetera & vetuſtate corrupta & inefficacia materialia, ac aliæ ſimiles ſpecies, quibus in Receptis & medicinis uti ſolent, inveniantur, quæ ad recuperandam valetudinem plus noceant homini quàm proſint, ſicubi illis utatur: Idcirco volumus ac reputamus, ut Magiſtratus, ſub quibus Apothecæ & Pharmacopoliæ ſunt, eas per peritos artis quotannis ad minus ſemel, viſitent atque perſpiciant, ac in ea re bonam ordinationem ac reformationem Inſtituant, adeoque materialium æquum juſtumque precium ſtatuant, ut quiſque pro ſua mercede ac precio recentia & efficacia materialia ac medicinas comparare atque conſequi poſſit.

CAPUT XXXIV.

De famoſis libellis, picturis, & facturis.

Quanquam anteà in Comitiis quoque cum Electoribus, Principibus & Statibus ſacri Imperii, & cum abſentium nunciis nos concordavimus atque conſtituimus, ordinationes etiam typis excuſas evulgavimus, ac publicè edidimus, ut in omnib. Typographiis, & apud omnes Bibliopolas acri diligentia provideatur, ne porrò quicquam novi, præſertim famoſorum libellorum, picturarum & ſimilium, publicè vel clam excogitatorum, excudatur aut venundetur, quemadmodum ejusmodi decreta & Receſſus amplius perhibent ac docent: Atqui comperimus tamen eam conſtitutionem noſtram ne minimum quidem obſervari, ſed imò, quòd tales famoſi libelli, ſcripturæ, picturæ, & facturæ, eò plus multoque magis excogitentur, fingantur, imprimantur, vendantur, & publicentur. Quandoquidem autem ad plantandum & conſervandum amorem Chriſtianum & concordiam, cavendaque & vitanda diſſidia, contentiones, rixas, aliaque, quæ ex talibus ſubſequuntur, nos debitores fatemur, & proviſores: Idcirco ſtatuimus & ordinamus ſeverè præcipientes ut deinceps omnes Typographi & librorum impreſſores, ubicunque locorum in ſacro Imperio commorentur & habitent, ſub pœna ceſſationis ac deſertionis eorum officii, ſubque gravi mulcta, videlicet N. flo. enorum ordinariis Magiſtratibus ipſorum irremiſſibiliter ſolvendorum, nullos libros, parvos vel magnos, quibuscunque nominib. vocentur, typis excudendos, niſi iidem anteà per ordinarium Magiſtratum cujuslibet loci, & adhæc ordinatos inſpecti fuerint, & doctrinæ Chriſtianæ Eccleſiæ, ſimiliter ac decretis Comitiorum horum atque Receſſibus jam anteà factis datisque non adverſentur, ſed conformes exiſtant, comperianturque, nec ſeditioſi, injurioſi, tumultuoſive, ſublimes ne an humiles, publicas ne an privatas perſonas ſpectent, adeoque approbentur & concedantur. Sub eadem quoque ac ſimili pœna omnes ſupradicti Typographi & impreſſores librorum teneantur ac obligentur ad omnes libros, quos ſic ex permiſſione Magiſtratus imprimient atque excudent, autorem libri, & Typographi nomen, unà cum civitatis & loci, ubi impreſſus ſit, diſcriminatim nuncupare ac indicare. Typographi.

2. Præterea conſtituimus ordinamus ac volumus, ut omnes ac ſinguli Magiſtratus, nobis ac ſacro Imperio ſubditi, acriter & ſeverè attendant efficiantque, ut non tantùm quemadmodum ſuprà dictum eſt, juſſui noſtro ac mandatis fideliter pareatur, verumetiam ne quid Catholicæ doctrinæ adverſum, aut quod diſcordiæ occaſionem præbeat, invehatur; nihil item injurioſi, pasquillici, aut alio modo, quocunque nomine vocetur, huic hoc loco, habito datoque Receſſui ſeu decreto repugnans, ſub quocunque prætextu aut ſpecie id fieri poſſit, effingatur, ſcribatur, edatur, pingatur, ſculpatur, fundatur aut efficiatur. Quin ubi ejusmodi aut ſimiles libelli, ſcripturæ, picturæ, fuſiles & ſculptiles ſeu res fictilea impreſſæ, aliasve extarent, aut in futurum ederentur, publicarentur, circumferrentur, & venderentur, eæ auferantur à venditoribus, ac omnibus modis ſupprimantur: nec quidem venditor tantummodò, ſed & emptor, aliique, penes quos ejusmodi libri famoſi, aut picturæ, paſquilli, aliive talea ſcripti, picti, aut impreſſi reperiantur, in carcerem conjiciantur, & criminaliter vel per quæſtionem interrogentur, unde & à quo tales libros, picturas, aut ſcripturas acceperint. Et ſi autor ipſe aut alius, quisquis fuerit, à quo captivus ejusmodi ſcripta, picturas, aut libros acceperit, ſub eodem Magiſtratu habitaret, aut commoraretur, illicò idem quoque comprehendatur & incarceretur. Si verò ſub alio Magiſtratu habitaret, ei ſtatim per illum Magiſtratum, ubi primus venditor aut tentor talium ſcripturarum deprehenſus fuerit, ſignificetur ac indicetur, & in eum tamdiu inquiretur, donec autor ipſe inveniatur, qui ex tunc unà cum illis circumferentibus, vendentibus, aliasve donantibus, via vique Joris, & juxta qualitatem & conditionem cauſæ, corripiatur ac puniatur.

3. Si quis verò Magiſtratus, quisquis ille erit, aut quo nomine vocetur, in exploratione & cognitione talium rerum, aut ſicubi indicatum ai fuerit, deſes ac negligens in animadvertendo ac puniendo, fuerit,

ſuerit, reperiaturque, ex tune Cæſareus noſter Fiſcalia contra cum ipſum Magiſtratum, atque infamatorem, Typographum, aut bibliopolam & venditorem, ad juſtam & debitam pœnam procedat agatque: quam pœnam mulctamque juxta qualitatem & conditionem Imperiale judicium noſtrum ſtatuere ac moderari ea ſuo arbitrio poterit, ejusque ſtatuendæ ac moderandæ poteſtatem habeat.

4. Attamen ſi præteritis temporibus fortè ejusmodi libelli, picturæ, aut ſcripta ad quempiam pervenifſent, & ſic penes ipſum delicuiſſent, nihil periculi inde patiatur: teneatur tamen, ubi reperierit, non amplius evulgare, donare, aut vendere, neque eo modo priorem injuriam renovare, ſed alienare & abdicare, aut ita cuſtodire, & conſervare, ne alicui ad injuriam vel ignominiam tendere poſſit.

CAPUT XXXV.

De Aurifabris.

Quandoquidem & argentum non ejusdem nec ſimilis precii aut valoris fabricatur per auri & argenti fabros, & in eodem opificio multum doli mali fraudisque uſurpatur, Ordinamus, conſtituimus, & volumus, his mediantibus, ſeverè præcipientes, ut deinceps quælibet Marca, quæ ad manus opusque aurifabri pervenit, quocunque pacto modoque id fiat, non minus quatuordecim lothos puri argenti contineat, & priusquam finiatur exeatque labor ſeu opera per aurifabrum, & opificem, mediante jurejurando ad probam & inſpectionem per Magiſtratum conſtituatur ac probetur, idque ſigno ſigilloque ſuo, juxta Domini aut Civitatis, ſub qua habitet, ſignum impreſſo percutiatur ac ſignetur. Quod ſi ad inſpectionem, redditionem non faciat, aut idem argentum in operando quatuordecim lothos argenti non teneat, ea tunc opifex aurifaber, à Magiſtratu ea dolo & fraude operis mulctetur, & puniatur.

CAPUT XXXVI.

De Opificibus & Artificibus in genere.

Poſtquam opifices & artifices in ordinibus & gradibus ſuis interdum invicem conveniunt & conſpirant colludendo, ne quis minoris precii quàm alter opus operamque ſuam vendat, & ſic carius graviusque precium quoddam induerunt, ut hi, qui operas ejusmodi mercari velint, ex illorum æſtimatione & cenſura emant oportet. Ob id volumus & præcipimus ſeverè Magiſtratibus, ne deinceps talia patiantur aut concedant, ſed legitimè provideant ac caveant. Quod ſi porrò ab opificibus admittatur, Magiſtratus in delinquentes juxta qualitatem rei & cauſæ irremiſſibiliter animadvertat.

CAPUT XXXVII.

De opificum filiis, ſervis, & tyronibus.

Cum etiam in quibusdam locis ſit uſus, mos, vel conſuetudo, ut lini textores, barbitonſores, opiliones, etiam paſtores, molitores, & ſimiles opifices ſeu manuarii in ſocietatib. & conventiculis non ad alia opificia ſeu artificia quàm ſuorum parentum admittantur & recipiantur: atqui tamen iniquum putandum, eos, qui ſunt honeſtæ conditionis & vitæ, excludi. Proinde volumus ejusmodi uſus, mores & conſuetudines, ceu graves ac onerosas, abrogatas & annullatas eſſe: ſtatuentes, ordinantes, ac volentes, ne lini textores, barbitonſores, opiliones, oviumque paſtores, molitores, telones, fiſtulatores, Buccinatores, Balneatores, & illi, qui de eorum parentibus orti, oriundique ſunt, eorumque liberi, ſi probè & honeſtè ſe geſſerunt, deinceps ex ordine, gradibus, officiis & miniſteriis ullo modo vel quavis ratione ejiciantur aut excludantur: Quinimò iidem veluti alii honeſti opifices, manuarii & artifices recipiantur & admittantur. Quicquid verò præter jam dictos, alios communes & vulgares opifices ſeu manuarios attinet vel convenit, in iis omnibus volumus Magiſtratui ordinandi & conſtituendi, juxta cujusque ditionis qualitatem & conditionem, his mediantibus, permiſſam & conceſſam eſſe poteſtatem, ejusque conſervandi datam licentiam & facultatem.

2. Quandoquidem in ſacro Romano Imperio Teutonicæ nationis, communiter in Civitatibus & Oppidis, in quibus hactenus donata & indonata opificia ſervata & retenta fuerunt, cauſa & nomine filiorum Magiſtrorum opificum, ſociorum, ſervorum, ac tyronum, pleræque contentiones, rixæ, controverſiæ, adverſitates, moleſtiæ & damna, non inter ipſosmet tantùm, verumetiam inter ipſorum opificiorum magiſtros, & alios, qui opera effeciſſent, otioſos, donaria & impenſa, propter magiſtrorum filios & opificum ſocios, exortæ fuerunt, & emerſerunt. Idcirco volumus, ut iis donatis & indonatis opificiis, quotcunque in ſacro Imperio, in Civitatibus, & in Oppidis aliis in uſu ſint, ſocii, quotannis, vel ſingulis menſibus ab alienis & exteris advenientibus ſociis ſervitium ac miniſterium petentibus, ac ejusmodi ſervitia ſollicitantibus, & ad alia deputatis auferantur, ac derogentur. Si qui verò alienorum & exterorum opificum ſociorum in Civitates & Oppida conveniant, ſervitia vel heros & magiſtros requirentes, is, iique ſemper magiſtros ſuos, à quibus artificium didicerunt, requirant:

&

& apud miniſtrum ſocietatis & opificii ſeſe iodicent, ſive hoſpes, ſive pater ia vocetur, qui illi petenti conſilio & auxilio eſſe debet, ſumma fide ac diligentia, ut opificii magiſtrum ac herum acquirat, omni modo ac via, quemadmodum priores alii opificum ſocii & ſervi quovis tempore fecerunt. Veruntamen in his omnibus illa donaria & convivalia, alioſque uſus deinceps omiſſos ac abrogatos volumus.

3. Mulctæ item ſeu pœnæ prædictorum donatorum opificiorum aut non donatorum ergò, filiorum & ſociorum,, de cætero non præſumantur aut uſurpentur, oec alter alterum injurietur, vel vexet, aut infamia notet. Quicunque verò tale quid fecerit, quod tamen fieri non debet, Injuriator id apud Magiſtratum ejusdem loci expediat & exequatur. Si autem in his contumax reperiatur, ab eodem Magiſtratu juxta qualitatem cauſæ & negotii mulctetur, atque tamdiu bonus hoveſtusque habeatur, donec cauſa ipſa, ut ſuprà dictum eſt, expedita finitaque fuerit. Qui verò læſus & injuriatis fuerit, nullo modo ejiciatur aut expellatur, ſed in opificio ſuo ac miniſterio perſiſtat t ſocii item ac miniſtri pariter cum eo, juxtaque eum munia ſua atque ſervitia ſua obire teneantur, donec & quousque injuriarum actio canſaque, prout æquum eſt, expediatur. Similiter quid quisque adverſus alterum petere agereque prætendat, in rebus ac negotiis iis, quæ opificium ipſum noo concernant, quisque id quidem coram eo Magiſtratu, aut oppido, ubi reperti fuerint, aut commorantur, & pro rebus cauſisque, vel non, concernentibus, coram ſocietatibus, ex honeſto more, uſu & conſuetudine eorundem locorum, uti par æquumque eſt, expediat.

4. Quicunqne verò opificum magiſtrorum filii ant ſocii, vel miniſtri talia judicia, ſeotentias, vel transactiones, ant plebiſcita recuſaverint, nec obſervare voluerint, ii Imperio Teutonicæ nationis, in civitatibus & oppidis deinceps ad opificium & labores, vel ad ejusmodi donata vel non donata munia exercenda non admittantur, quinimò expellantur & excludantur. Verum enimverò, ſi quis hiſce gravatus fuerit, ei ablatam ſeu denegatam nolumus ad proximum Magiſtratum provocandi & appellandi, poteſtatem: quæ omnibus quidem nota eſſe volumus.

5. Nolumus & hoc, ne pactiones faciant aut tranſigant ſervi & miniſtri cum opificiorum magiſtris, quem quovis tempore cibum potumve præbeant: attamen ut magiſtri herique ſervos & miniſtros ſuos ita paſcant, nutriantque, ne querimonia opus ſit, indigeantve. In qua re Magiſtratus quovis tempore juſtam æquamque advertentiam adhibeat.

5. Reſervatis tamen ſingulis Magiſtratihus ſuis Regaliis, quæ à nobia, & ſacro Romano Imperio acceperunt, & obtinent. Hancque ordinationem juxta cujuslibet ditionis qualitatem & conditionem arctandi, imminuendi & moderandi, ſed nullo modo augendi vel ampliandi, poteſtatem ipſis Magiſtratibus concedendo vel permittendo.

EPILOGUS.

Quodque omnia & ſingula ſuprà dicta puncta & articuli hujus noſtræ ordinationis, quæ ad provehendam communem Reipublicæ utilitatem, conſilio, ſcientia ac voluntate Electorum, Principum & Statuum, ſuſcepta, ioſtituta, & promulgata eſt, per ſingulos Status Imperii, cujuscunque dignitatis & conditionis fuerint, ſub cautione ac civitate prædictarum pœnarum ac mulctarum, acriter ac ſeverè obſerventur ac peragantur. Hæc ipſa eſt noſtra juſſio ſevera atque voluntas, in teſtimonium noſtri ſigilli appenſione confirmata, ac corroborata.

Data in noſtra ac ſacri Impetii Civitate Auguſta, ultima die Menſis Junii, poſt nativitatem Chriſti Domini noſtri Salvatoris, Anno Melliſimo, quingenteſimo, & quadrageſimo octavo, Noſtri verò Imperii Anno vigeſimo octavo, Regnorum autem noſtrorum, Anno triceſimo tertio.

CAROLUS

Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus per Germaniam Archicancellarius, &c. ſubſcripſit.

Joannes Obernburger ſubſcripſit.

Das Teutſche Exemplar ſtehet in den Reichs-Abſchieden.

Anno Chriſti 1551.

Kayſer Caroli deß Fünfften Müntz-Ordnung:

Samt Valvirung der gülden und ſilbern Müntzen/ und darauff erfolgten Keyſerl. Edict/ zu Augſpurg im Jahr M. D. L I. aufgericht und ausgangen.

WJr CARL der Fünfft/ von GOttes Gnaden/ Röm. Kayſer/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ König in Germanien/ zu Caſtilien/ Arragon/ Leon/ beyder Sicilien/ Hierusalem/ Hungern/ Dalmatien/ Croatien/ Navarra/ Granaten/ Toleten/ Valentz/ Gallicien/ Majorica/ Hiſpalis/ Sardinien/ Carduba/ Corſica/ Murcien/ Giennis/ Algarbien/ Algezira/ Gibraltar/ der Canariſchen und Indianiſchen Inſeln/ und der Terræ firmæ deß Oceaniſchen Meers/ ꝛc. Ertzhertzog zu Oeſterreich: Hertzog zu Burgundi/ zu Lottrigk/ zu Braband/ zu Steyer/ zu Kerndten/ zu Krain/ zu Limpurg/ zu Lützemburg/ zu Geldern/ zu Calabrien/ zu Athen/ zu Neopatrien/ und Wirtemberg/ ꝛc. Graf zu Habſpurg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ zu Görtz/ zu Barcinon/ zu Arthois/ zu Burgund: Pfaltzgrafe zu Hennigau/ zu Holand/ zu Seeland/ zu Pfirdt/ zu Kiburg/ zu Namür/ zu Roſſilien/ zu Ceritania/ und zu Zütphen: Landgrafe im Elſaß: Marggrafe zu Burgau/ zu Oriſtani/ zu Gociani: und deß H. Röm. Reichs Fürſt/ zu Schwaben/ Catalonia/ Aſturia/ ꝛc. Herr in Frießland/ auf der Windiſchen Marck/ zu Portenau/ zu Biſcaia/ zu Molin/ zu Salins/ zu Tripoli/ und zu Mecheln/ ꝛc. Entbieten allen und jeglichen Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prelaten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuten/ Landvögten/ Vitzthumben/ Vögten/ Pflegern/ Verweſern/ Ambtleuten/ Schultheiſſen/ Bürgermeiſtern/ Richtern/ Räthen/ Bürgern/ Gemeinden/ und ſonſt allen andern unſern und deß Reichs/ auch unſer erblichen Fürſtenthumen und Landen Unterthanen und Getreuen/ in was Würden/ Stands oder Weſens die ſeyn/ unſer Gnad und alles Guts. Ehrwürdig und Hochgeborn/ liebe Neven/ Oheimen/ Churfürſten und Fürſten/ auch Wolgeborn/ Edel/ Ehrſam/ lieb Andächtig und Getreuen.

Als Wir auf unſerm Reichs-Tag/ im jüngſt verſchienen acht und viertzigſten Jahr der mindern Zahl allhie gehalten/ von unſern und deß Reichs Churfürſten/ Fürſten und Ständen/ auch der abweſenden Räthen/ Bottſchafften und Geſandten/ aller Handlung/ auf viel andern hievor gehaltenen Reichs-Tägen/ der Müntz halben/ gepflegen/ nach längſt Bericht empfangen/ und uns darauf mit ihnen eins Müntz-Tags verglichen/ und die Mahlſtatt in unſer und deß Reichs Stadt Speyer ernennt/ Inhalt deß Abſchieds gedachts unſers allhie eigen Reichs-Tags. Auch nachmals aus beweglichen Urſachen den gemeldten Müntz-Tag auf ferrer Zeit proregirt und erſtreckt/ und unſere Kayſerl. Commiſſarien darzu verordnet/ die mit der Churfürſten/ Fürſten und Stände/ zu ſolchen angeſetzten Müntz Tägen verordneten und erſcheinenden Räthen und Geſandten/ die Müntzhandlung zu berathſchlagen/ an die Hand genommen/ und nach vielfältiger angewendter Mühe und Fleiß ſich einer gemeinen Müntz-Ordnung/ wie die hinfüro durch das gantze Reich Teutſcher Nation gemacht und gehalten werden ſoll/ vereiniget und entſchloſſen. Welche Ordnung Wir auch nachmals/ wie uns dieſelbig durch unſere Commiſſarien fürbracht/ damit die letzlich zu Förderung/ Wolfarth und Aufnehmen deß gemeinen Nutz deſto beſtändiger ins Werck gericht würde/ auf unſerm jüngſten allhie gehaltenem Reichs-Tag/ gemeinen Ständen/ und andern deß H. Reichs obligen/ fürhalten/ und ſie deren erinnern laſſen/ und nach ferner zeitiger gehabter Berathſchlagung/ uns mit ihnen/ und ſie hinwider mit uns/ über ſolche verfaßte Müntz-Ordnung/ endlich verglichen und entſchloſſen/ auf Maß und Geſtalt/ wie hernach folget.

Abſchied zu Speyer/ Anno 48.

Nemlich/ daß ein gemeine Reichs-Müntz/ im Nahmen/ Stück und Gehalt/ auf ein fein Marck Silbers Cölniſch Gewichts geſetzt und ausgetheilt werden ſoll/ nachfolgender Geſtalt.

CAP. I.

CAP. I.

Zum erſten/ ein Stück das ein Goldgülden oder zween und ſibentzig Kreutzer gel- Güldener.
ten/ ſollen auff die Cöllniſch Marck gehen achthalb Stück/ und fein halten viertzehen
Loth/ zween Grän. Würdet die fein Marck außgebracht umb neundthalb Gold-
gülden/ ein Pfennig. Thut zu ſechtzig Kreutzern/ zehen Floren/ zwölff Kreutzer/
und ein Viertheil eines Kreutzers/ und ſiebenzehen Theil an hundert ſieben und
zwäntzig Theilen eines Pfennigs. Solch Stück ſoll durch das Reich ein Güldener
genandt werden.

2. Zum andern/ zwey Stück/ die ein Goldgülden/ und derſelben Stück eins ſechs Halbgüldener.
und dreyſſig Kreutzer gelten/ ſollen auff die Cöllniſch Marck gehen fünffzehen Stück/
und fein halten vierzehen Loth/ zween Grän. Würdet die fein Marck außgebracht/
wie hie oben gemelt. Solche Stück ſollen durch das Reich Halbgüldener genandt
werden.

3. Zum dritten/ ein Stück/ daß zwäntzig Kreutzer gelten/ ſollen auff die Cöllniſch Ein und zwän-tzig Kreutzer.
Marck gehen ſieben und zwäntzig Stück/ und fein halten vierzehen Loth / zween
Grän. Wirdt die fein Marck außgebracht/ wie hieoben geſetzt. Solch Stück ſoll
durch das Reich ein und zwäntzig Kreutzer genandt werden.

4. Zum vierdten/ ſechs Stück/ die ein Goldgülden/ und derſelben Stück eins zwölff Zwölff Kreu-tzer.
Kreutzer gelten/ ſollen auff die Cöllniſch Marck gehen fünff und viertzig Stück/ und
fein halten vierzehen Loth/ zween Grän. Wirdt die fein Marck außbracht/ wie hie-
vor gemeldt. Solche Stück ſollen durch das Reich zwölff Kreutzer genandt werden.

5. Zum fünfften/ ein Stück das zehen Kreutzer gelten/ ſollen auff die Cöllniſch Zehen Kreutzer.
Marck gehen vier und fünfftzig Stück/ und fein halten vierzehen Loth/ zween Grän.
Würdet die fein Marck außgebracht/ wie hieoben gemeldt. Solche Stück ſollen
durch das Reich ein Zehenkreutzer genandt werden.

6. Zum ſechſten/ zwölff Stück/ die ein Goldgülden/ und derſelben Stück eins Sechs Kreu-tzer.
ſechs Kreutzer gelten/ ſollen auff die Cöllniſch Marck gehen neuntzig Stück/ und fein
halten vierzehen Loth/ zween Grän. Würdet die fein Marck außgebracht/ wie vor-
Obgeſchrieben zwey Stück/ iſt eins werth ſieben und zwänzig und ein halben Kreutzer.

21. Ein Embder Poſtulat/ hat auf der einen ſeiten ein ſtehenden Salvator, mit einem Apffel/ Umbſchrifft: VERBVM DOMINI MANET IN ÆT. Auf der andern ſeiten ein Schildtlein/ darinn ein Adler mit zweyen Köpffen/ Umbſchrifft: ENNO CO. ET DNS. PHRISIÆ ORI.

Iſt werth/ vier und zwänzig und ein halben Kreutzer.

Außländiſch frembd Gold.

22. Ferner/ das außländiſch frembd Gold/ als Ducaten/ Cronen/ und anders betreffendt/ haben wir auß gnädigſtem Bedencken/ zu vorgemeldter Zeit und Mahlſtatt/ verſchafft/ daß ſolchs durch die Creyß-Verordneten/ auch gegen unſern und deß Reichs Gülden/ als Rheiniſchen Goldgülden/ probiert und aufgezogen worden/ und einem jeden Stück ſein gewiſſe Valuation/ welches Stück ſein geordnet Gewicht/ wie folgt/ erlangt/ dargegen ſetzen laſſen. Nemblich/ daß der Ungeriſchen Gülden Gewicht/ ſechs und ſechzig und ein Viertheil: Der Ducaten Gewicht acht und ſechzig: Und der Cronen Gewicht ſiebenzig Stück/ ein Cöllniſch Marck wägen. Hierauf ſolle hinförder in Bezahlungen/ angeregt frembd außländiſch Gold/ gegen unſer angeſtellte Reichs-Müntz/ genommen werden/ in maſſen wie hernach folgt.

CAP. X.

Ducaten.

Doppel Ducaten.

I.	Alle Hiſpaniſch / als	Navarriſch
	Caſtilier	Siciliſch
	Arragoniſch	Meyländiſch
	Valentzer	Frantzöſiſch.

Welcher under jetzt gemeldten das doppel Ungeriſch Gülden Gewicht erlangt/ thut hundert und acht und neuntzig Kreutzer.

Welcher aber das doppel Ducaten-Gewicht hat/ thut hundert und zween und neuntzig Kreutzer.

2. Die

2. Die Mirandulaner.
Mantuaner.

Thun auff das doppel Ungeriſch Gülden Gewicht / hundert und zween und neunzig Kreutzer.

Auff das doppel Ducaten-Gewicht / hundert und ſieben und achtzig Kreutzer.

CAP. XI.
Einfache Ducaten.

Alle Hiſpaniſch / als
Caſtilier
Valenzer
Arragoniſch
Neapolitaner
Ungeriſch
Münſterbergiſch
Polniſch
Genueſer
Venedigiſch
Bäpſtiſch
Bononier
Kerneriſch
Biſchoff zu Breßlaw
Stadt Breßlaw
Lignitzer
Wienner
Böhemiſch
Wendiſch
Glatzer.
Lintziſch
Florentiner
Meyländiſch.

Thun auf das Ungeriſch Gülden-Gewicht / neun und neunzig und ein halben Kreutzer.

Und auf das Ducaten-Gewicht / ſieben und neunzig Kreutzer.

CAP. XII.
Einfache Ducaten.

1. Die Saltzburgiſch
Beyriſch
Hamburgiſch
Lübeckiſch
Augſpurgiſch
Kauffpäwriſch
Mantuaner
Urbiniſch.

Thun auf das Ungeriſch Gülden-Gewicht / acht und neunzig Kreutzer.

Auf das Ducaten-Gewicht / thut fünff und neunzig und ein halben Kreutzer.

2. Die Mirandulaner / thun auf das Ungeriſch Gülden-Gewicht ſechs und neunzig Kreutzer.

Auf das Ducaten-Gewicht / drey und neunzig und ein halben Kreutzer.

3. Die Portugaleſer / mit dem kurtzen Creutz / thun auf das Ungeriſch Gülden Gewicht / vier und neunzig und ein halben Kreutzer.

Auf das Ducaten Gewicht / zween und neunzig Kreutzer.

4. Die Portugaleſer / mit dem hohen Creutz / thun auf das Ungeriſch Gülden Gewicht / zween und neunzig und ein halben Kreutzer.

Und auf das Ducaten-Gewicht / neunzig Kreutzer.

CAP. XIII.
Cronen.

1. Burgundier oder Niederländiſch Britanniſch Frantzöſiſch } Sonnen-Cronen.

Thun auf ihr geordnet Gewicht / neun und achtzig Kreutzer.

2. Cronen.

Florentiner
Venetier
Ferrärer
Cameriner
Navarriſch
Lombardiſch

Lucár
Sicilier
Caſtilier
Genneſer
Bäpſtiſch
Urbiniſch
Valentzer.
Monteferärer
Hiſpaniſch
Salutzer.
Ein Cron/ iſt das Gepräg/ Chriſtus träget ein Creutz.

Thun auf ihr geordnet Gewicht/ ſieben und achtzig Kreutzer.

3. Sophoiſch
Kauffpäwriſch
Stadt Sena
Ury in Schweitz Cron/ mit der Umbſchrifft: In hoc ſigno ejicies dæmonia.

Thun auf ihr geordnet Gewicht/ fünff und achtzig Kreutzer.

4. Die Cronen mit einem groſſen Adler gekrönt/ für Schweitzer Cron geachtet/ thun auf ihr geordnet Gewicht/ drey und ſiebenzig und ein halben Kreutzer.

CAP. XIII.

Probation-Täg.

1. Und damit dieſe unſere und deß heiligen Reichs Müntz-Ordnung umb ſo viel deſto feſtiglicher gehandhabt/ und darüber gehalten werde/ ſo ſolle in einem jeden Creyß oder Zirck deß heiligen Reichs/ durch die Müntzgenoſſen verordnet werden/ daß alle und jedes Jahrs beſonder/ zweymal gemeine Probation-Täge und Rechtfertigung der gemeinen Reichs-Müntzen gehalten werden/ Derwegen wir ein beſondere Ordnung/ wie die Probation fürzunehmen/ und dero nachzukommen/ ſtellen laſſen.

2. Wir wöllen auch/ daß zu Förderung dieſes Wercks/ die Müntzgenoſſen eines jeden Creyß/ alsbald nachdem diß unſer Keyſerlich Edict außgekündet wird/ ſich gewiſſer Mahlſtätte vergleichen/ alſo/ daß die erſte Probation/ auf den erſten Tag May ſchierkünfftig/ in den Städten/ deren ſie ſich vergleichen werden/ Und die ander auff den erſten Octobris/ nächſt darnach folgend/ in denſelbigen Städten/ und hinfüro jedes mahl/ auf und in jetzt gemeldter Zeit und Städten/ die Probationen/ wie angeregt unſer gegebene Ordnung mit ſich bringt/ gehalten werden/ wie wir dann dieſelbig unſer Ordnung eines jeden Creyß zweyen Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ die das Außſchreiben der Creyß haben/ die unverzüglich den andern ihren Mit-Creyß-Verwandten/ ſo mit Müntz-Freyheit begabt/ zu publiciren und zu eröffnen haben/ in Schrifften zugeſchickt.

3. Damit auch die Probation-Täge deſto ſtattlicher beſucht werden/ ſo wollen wir/ und meynen hiemit ernſtlich/ daß die Räthe/ Müntzmeiſter/ Wardein und andere/ die angeregte Täg zu beſuchen/ geſchickt werden/ alle und ihr jeder beſonder/ zu einer jeglichen Zeit/ unſer und deß H. Reichs frey geſtrackt Sicherheit und Geleit/ zu/ auff und von ſolchen Probation-Tägen/ und ihnen daſſelb ſtät/ feſt und unverbrüchlich gehalten werden ſolle/ bey Vermeydung unſer und deß Reichs ſchweren Ungnad/ auch Peen und Straff in unſerm Keyſerlichen Landfrieden begriffen.

4. Wiewol nun ſolche Probation-Täg/ zu Verhütung falſches Betrugs und Mißbrauchs/ nothwendig in guter Ordnung fürgenommen/ jedoch dieweil ſich zutragen/ daß in viel andere Weg unziemblicher Gewinn in den Müntzen geſucht/ Falſch und Betrug darinn getrieben würde/ welchs ſich auch auſſerhalb der gemeinen Probation-Täg in andere Wege erfinden möchte/ als daß etliche die gülden und ſilbern Müntzen/ ringern/ ſchwächen/ abgieſſen/ der andern Schläge abcontrafiguriren/ durch Auffwechſel/ oder in andere Wege/ damit gefährlicher Weiſe handeln/ die in frembde Lande auf Gewinn führen/ oder practiciren.

Fälſchung der Müntz.

5. Hierauf ſetzen/ ordnen/ und wöllen wir/ daß obgemeldte Ringerer/ Schwächer/ Wäſcher/ Schmeltzer/ Außführer/ Abgieſſer/ Außzieher/ Auffwechßler/ und Fälſcher/ an Leib und Gut/ nach Geſtalt der Sachen/ geſtrafft werden. Und damit derſelbigen Untugend deſto baß und förderlicher an Tag/ und zu gebührlicher Straff komme/ daß einem jeden/ die und andere verbottene Mißbräuch/ Betrug/ und Fälſche der Müntz/ den Oberkeiten eins jeden Ortes/ da die geübt/ oder da der Verbrecher betretten wirdt/ alsbald und unverzüglich anzubringen/ und zu rügen/ nicht allein erlaubt/ ſondern auch bey Peen zweyer Marck lötigs Goldts anzuzeigen/ hiemit aufferlegt ſeyn ſolle.

6. So

6. So dann ein ſolcher Verbrecher betretten/ ſoll er eingezogen/ und an Leib und Gut/ oder am Leib allein/ oder am Gut allein/ nach Gelegenheit und Geſtalt ſeines Verbrechens/ geſtrafft werden. Und wäre es ſach/ daß er am Gut geſtrafft würde/ alsdann ſoll dem Anſager an ſolcher verwürckten Buß ein Drittheil/ und die andern zwey Theil der Oberkeit/ darunter die Uberfahrung geſchehen/ gebühren/ welche Straff die Oberkeit auch alſo einbringen/ und dem Anſager ſeinen dritten Theil zuſtellen ſolle. Würde aber ſolche Oberkeit an Einbringung der verwürckten Straff ſäumig ſeyn/ alsdann ſollen die Müntzgenoſſen deſſelbigen Creyß ſolche Straff einfordern/ zwey Theil derſelben behalten/ und den dritten Theil dem Anſager/ wie obſtehet/ folgen laſſen.

7. Wo aber einer ſolchen Betrug/ Mißbrauch/ oder falſch erfahren/ und ſeiner Oberkeit in Monats Friſt nicht anzeigen/ und deß beſagt würde/ der ſolle die Peen der zweyer Marck lötigs Golds verfallen/ und zu geben pflichtig ſeyn/ daran dem/ ſo den jenigen/ der den Mißbrauch/ Betrug oder Falſch erfahren/ und ſeiner Obrigkeit verſchwiegen/ beſagt hat/ ein Drittheil/ und die andern zwey Drittheil den Oberkeiten/ darunter ſolche Uberfahrung geſchehen/ folgen/ und ſo die Oberkeit abermahls die Straff einzubringen nachläſſig ſeyn würde/ alsdann ſollen die Müntzgenoſſen deſſelben Creyß die einzufordern Macht haben/ und damit gehalten werden/ wie obſtehet.

8. Würden aber die Müntzgenoſſen ſolches Creyß/ nach beſchehener Anzeigung auch ſäumig/ oder nachläſſig/ und daſſelb durch den Anſager an unſern Keyſerlichen Cammer-Procurator Fiſcal General gelangen/ in dem Fall ſol derſelb unſer Cammer-Procurator Fiſcal die obbeſtimpte Peenen einzuziehen Macht/ und deß hiemit ernſtlichen Befelch haben/ und dem Anſager den dritten Theil überantworten.

9. Nachdem auch durch etliche die unvermüntzten und ungewerckten Gold und Silber auß dem Reich Teutſcher Nation verführt/ vertrieben und verhandelt werden/ alles zu mercklichen Beſchwerden und Nachtheil unſerer und deß Reichs Unterthanen/ hohes und niedern Stands. So ſetzen/ ordnen und wollen wir hiemit ernſtlich/ daß hinfüro kein unvermüntzt oder unverarbeitet Gold oder Silber/ noch auch Silber-Geſchirr/ es ſey dann übergüldt/ auß dem Reich Teutſcher Nation/ in andere frembde Lande/ es geſchehe in Gewerbs-weiſe oder anderer Geſtalt/ geführt oder verkaufft/ und ſoll darauf in Teutſchen und Welſchen/ auch andern anſtoſſenden Königreichen/ Herſchafften und Landen/ etwa Kundſchafft gemacht/ und der Ubertretter ohne alle Gnad/ an Leib und Gut/ nach Gelegenheit der Sachen/ wie oben von den Außführern oder Auffwechßlern geordnet iſt/ geſtrafft werden/ darfür auch denſelben kein Sicherheit/ Gleit/ Schutz/ Schirm/ noch ichts anders/ befrieden oder ſichern ſoll.

Eigen und ungemünzt Silber und Gold.

10. Wäre aber der Ubertretter ein ſolche Perſon/ die es an Gut nicht vermöchte/ oder daß er der Uberfahrung halben am Gut geſtrafft worden/ und davon nicht abſtehen/ ſondern noch weiter übertretten/ gegen demſelben ſoll alsdann vollnfahren und gehandelt werden/ wie obſtehet. Und ſo er außflüchtig würde/ ſo ſoll männiglichem erlaubt ſeyn/ ihn an Leib und Gut anzugreiffen/ und daran niemand gefrevelt/ noch einig Gleit verbrochen haben.

11. Würde auch jemand ein ſolchen Verbrecher erkündigen/ ſo ſoll ſolch Gut und der Thäter nicht anders/ dann in einer Stadt oder Flecken/ darinn ein Gerichtbarkeit iſt/ angefallen und niedergeworffen werden/ auch die Beſuchung mit wiſſen und beyſeyn deſſelben Gerichts/ und nicht anders beſchehen/ und damit gehalten werden/ dann wie obſtehet. So fern aber der Angeber irren/ und den Angegebnen unſchuldig erfunden/ und alſo zu Schaden geführt würde/ ſoll derſelbige Angeber dem Unſchuldigen Koſten und Schaden/ darein er ihn alſo gebracht hätte/ auch nach Mäſſigung der Gerichtbarkeit/ darinn er angefallen und niedergeworffen würde/ außzurichten/ und zu bezahlen ſchüldig ſeyn. Es wäre dann Sach/ daß der Anſager ſeines Anſagens gute dapffere Urſachen hätte/ in dem Fall ſoll er deß Denuncirten erlitten Koſtens halben nichts verpflicht ſeyn/ doch ſolle den Oberkeiten in ihren Gebieten unbenommen ſeyn/ durch ſich/ oder ihre verordnete Diener/ dieſe Ubertretter/ auch auſſerhalb der Flecken/ anzugreiffen/ und zu der Erſuchung in die Flecken zu führen.

 12. Und

Caſſatio Privilegiorum, &c.

12. Und ſo einer oder mehr dieſem zu entgegen einige Gnade/ Freyheit/ Indult/ oder Vergünſtigung/ von uns erlangt hätten/ oder nachmahls erlangen würden/ das alles ſoll jetzo alsdann/ und dann als jetzund/ krafftloß/ vernichtet/ und unbündig ſeyn/ und wider diß unſer Keyſerlich Edict nit ſtatt haben.

Granalieren/ Körnen und Seigern.

13. Wir ordnen/ ſetzen und wöllen auch ferner/ daß ſich männiglich fürohin/ bey Straff deß Fewers/ deß granalierens/ kürnens/ ſeigern/ und anderer dergleichen betrieglicher/ vortheiliger Handlung und Fälſchung enthalten ſolle/ daß auch alle Herrſchafften/ ſo unter ihnen Schmeltz oder Seigerhütten haben/ bey Verluſt ihrer Müntz-Freyheit/ und darzu einer Geld-Peen/ nemblich zwäntzig Marck lötigs Golds/ uns in unſer Keyſerliche Cammer unnachläßlich zu bezahlen/ ernſtlich und fleiſſig Fürſehung thun ſollen/ daß bey obbenändter Straff und Peen/ auff derſelben ihren Seygerhütten hinförder kein Kupfferkorn/ oder anders das Silber hält/ abgetrieben/ geſchmeltzt/ und zu Silber gebrännt werde/ doch außgeſchloſſen was von den Bergwercken herkompt/ und hievor nicht Müntz geweſen iſt.

14. Es ſollen aber die Obrigkeiten/ ſo Müntz-Freyheit haben/ dieſem Verbott der alten Müntzen halben/ vor dieſer unſer Ordnung geſchlagen/ umb mehrer Richtigkeit willen/ in der newen Müntz einzuführen (doch Gefährligkeit außgeſchloſſen) nicht underworffen ſeyn.

Müntz-Freyheit nicht verleyhen.

15. Ferner/ als ſich auch erfinden thut/ daß etliche/ ſo Müntzens-Freyheit erlangt/ ihr Gerechtigkeit andern verkäuffen/ verleyhen/ oder in ander Wege vergönnen und zuſtellen/ darauß nicht geringer Schaden dem gemeinen Nutz ein Zeitlang entſtanden/ daß die Müntzen hierdurch in Abfall kommen. So ſetzen/ ordnen und wöllen wir/ daß ſich alle Müntzgenoſſen jetzt gemeldter unziemblicher Ding gäntzlich enthalten/ auch mit den Müntzmeiſtern oder jemands andern/ auſſerhalb gebührlicher Beſoldung/ in keinem Wege paciſciren/ oder einich Geding machen/ ſondern daß ein jeder Müntz-Herr oder Stand auff ſein ſelbs eignen Koſten/ die Müntz (ſo er anders deß müntzens nicht abſtehen wil) verlegen/ zu dem unſer und deß Reichs/ und ſein Müntz/ frey/ ohne alle Gefährde/ auffrichtig halten ſolle. Do aber jemands dem (wie obgemeldt) in einem oder mehr Puncten zuwider handeln würde/ der ſol alsbald dardurch mit der That in unſer und deß Reichs ſchwere Ungnade gefallen ſeyn/ Darneben auch ſein Müntz-Freyheit oder Gerechtigkeit verlohren und verwürckt haben.

Caſſatio.

16. Wäre es auch ſach/ daß einiger Reichs-Stand/ ſo mit Freyheit der Müntzen nicht begabt iſt/ künfftiglich ſolche Freyheit/ Gold oder Silber zu müntzen/ von uns oder unſern Nachkommen am Reiche außbringen/ und erlangen würde/ in welchen Weg ſolches geſchehe/ dem ſollen noch wöllen wir oder unſer Nachkommen dieſelbige Freyheit keiner andern Geſtalt geben noch zuſtellen/ denn daß er dieſer unſer Ordnung underworffen/ auch Innhalt dieſes unſers Keyſerlichen Edicts zu müntzen ſchüldig und verbunden ſey.

17. Wo aber jemands/ weß Stands oder Weſens der wäre/ von uns/ oder unſern Vorfahren am Reiche Römiſchen Keyſern und Königen/ löblicher und milder Gedächtnuß/ einig Gnad/ Freyheit/ Indult/ oder Zulaſſung dieſer unſer fürgeſtellten Ordnung zu entgegen/ außbracht hätte/ oder noch außbringen und erlangen würde/ wie oder welcher Geſtalt das immer beſchehen wäre/ oder unter was Schein ſolches noch beſchehen möchte/ daſſelbige alles/ ſolle jetzt als dann/ und dann als jetzt krafftloß/ nichtig/ und dieſer unſer Ordnung gantz unvergreiffenlich und unabbrüchig/ auch der erlangenden Partheyen nit fürträglich ſeyn/ in keinem Wege.

CAP. XIV.

DEm allem nach verkünden wir dieſe unſere Conſtitution/ Ordnung und Satzung/ durch diß unſer Keyſerlich offen Edict/ euch allen und jeden hiemit von Römiſcher Keyſerlichen Macht/ ernſtlich gebietend/ und wöllen/ daß ihr ſolche obberührte unſere Keyſerliche Ordnung und Satzung/ allenthalben in unſern/ deß Reichs/ und ewern Fürſtenthumben/ Landen/ Städten/ Flecken/ Obrigkeiten/ und Gebieten/ von ſtund an öffentlich auch verkündet/ derſelben alles ihres Innhalts/ wie die Ewer jeden berührt/ würckliche Folg und Vollnziehung thut/ dero ungewegert gelebt und nachkommet/ darob feſtiglich haltet/ und gegen den Verbrechern mit obbeſtimpten Peenen ernſtlich verfahret/ und handelt/

und

und in dem allem nicht ungehorſam noch ſäumig erſcheinet / auch hiewider nicht thut / noch jemands andern zu thun geſtattet / in kein Weiß / als lieb Euch und einem jeden ſeye/ unſer und deß Reichs ſchwere Ungnad/ und obbenahmte auch ander Peen und Straffen/ in unſerm und deß Heil. Reichs gemeinen Rechten begriffen/ zu vermeiden/ das meynen Wir ernſtlich.

TRANSACTIO PATAVIENSIS,

Anno Christi 1552.

SUB

CAROLO V. IMPERATORE AUGUSTO,

PER

INCLYTUM ROMANORUM REGEM, D. FERDINANDUM, &c. AC QUOSDAM GERMANIÆ STATUS.

Facta Patavii Noricorum, altera die menſis Auguſti, Anno Domini M. D. LII.

NOS FERDINANDUS, &c. fatemur, Cum aliquoties jam antea nobis innotuiſſet in Germaniæ ſacri Imperii natione hinc inde multifariam commoveri ad bellum arma, palamque tumultuari, ac id quidam præcipua Generoſi Philippi Heſſorum Landgravii, &c. Cuſtodiæ detentionisque cauſa: ingenita nobis cupiditate, deſiderio, fide, amore, atque promptitudine erga ſacrum Imperium, omnesque & ſingulos ejus Status ac membra, cumprimis verò ad communis Reipubl. ſalutem, pacem, tranquillitatem & concordiam conſervandam provehendamque, & Chriſtiani ſanguinis effuſiones, inſoorium aacidia, Patriæ devaſtationes avitandas ac prohibendas, promptè ac meritò volentesque adducti, Romanam Imperatoriam Majeſtatem, dilectum fratrem & Dominum noſtrum amanter juxta atque ſuppliciter requiſivimus ac interpellavimus, ut nobis ad dicti Landgravii liberationem, aliarumque appendentium controverſiarum, ad bella tumultusque occaſionem præbentium, derivationem, amicam tractationem indulgere, concedereque dignaretur: quod ita nos quidem & amicè ab ipſa Cæſarea Majeſtate & fraternè impetravimus & conſecuti ſumus.

2. Quo factum eſt, ut unà cum illuſtriſſimo Principe Domino Maximiliano Rege Bohemiæ, &c. dilecto noſtro filio, & Illuſtriſſ. Mauritio Duce Saxoniæ, &c. cognato, & Alberto Duce Bavariæ, genero, Electoribus, Principibus, ad proximum Paſcha, in civitate noſtra Linſenſi conveniremus, de rebus hisce benignè atque confidenter colloquentes, variis deliberationibus & tractatibus inter nos habitis, ac diligenter omnibus perpenſis neceſſarium, operæque precium fore exiſtimavimus, aliam convocationem huc Pataviam (ghen Paſſau) ad 26. Maij proximam indicere ac præſtituere.

3. Similter & hos Electores ac Principes ceu nobiſcum interceſſores & compoſitores harum amicè tranſigendarum rerum cauſa literis noſtris evocavimus & acceſſivimus, talib. divina clementia gravaminibus, litibus atque diſcordiis, quibus fieri poteſt, viis, modisque obviaturi, ac denique finem impoſituri.

4. Proinde nos, & infrà memorati Principes, Elector Saxoniæ, &c. huc ad dictam diem cum cæterorum Electorum & Principum Legatis pervenimus, videlicet, Archiepiſcopi Moguntinenſis nomine Daniel Brendel ab Honburck, majoris ædis Canonicus Moguntiæ, Chriſtophorus Matthias Jurium Licentiatus Cancellarius, & Petrus Echterus. Archiepiſcopi autem Colonienſis nomine Henricus Salisburgenſis, & Franciſcus Burghardus, ambo Doctores. Archiepiſcopi Trevirenſis nomine, Joannes de Petra, Primas inter Archidiaconos Trevericos: Philippus Baro in Winnenberg & Beylſtein, ditionis Trevericæ, aulæque Magiſter, & Felix Hornung Doctor, Cancellarius. Palatini verò Friderichi nomine, Ludovicus comes à Stolberg, Konigſtein, & Ruthſchefort. Joannes à Dinhaim, præfectus in Creucenach, Melchior Drechſel Doctor, & Joan. Koting. Joachimi Marchionis nomine, Adam Trotte Mariſchalcus, Chriſtophorus Stratius, Timotheus Jung, & Lampertus Diſtelmeyer, Doctores. Item reverendi & generoſi, Erneſtus Archiepiſcopus Salisburgenſis, &c. Mauritius Echſtetenſis, & Wolffgangus Patavienſis Epiſcopi, Albertus quoque Palatinus Rheni, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ, in perſona. Item Epiſcopi Herbipolenſis nomine Henricus Comes à Caſtel Canonicus, & Hans Zobel. Joannis Marchionis Brandenburgenſis nomine Adrianus Albinus Doctor, Cancellarius, Andreas Zoch Doctor, & Bartholus à Mandelslo. Henrici junioris Ducis Braunſvicenſis nomine, Vitus Grummar. Wilhelmi ducis Juliacenſis nomine, Wilhelmus Ketler, Wilhelmus à Hevvenhof, appellatus Ley. Magiſter curiæ Theodoricus à Schepſted, & Carolus Horſtus, Doctores. Philippi Pomeraniæ nomine, Jacobus Zitzevvitz, Doctor & Cancellarius. Et Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis nomine Joannes Theodoricus à Plenningen, ſuperior Advocatus in Stutgarten, Ludovicus à Frauvenberg, Advocatus ſuperior in Lauffen. Joannes Henricus Hecklin, & Caſpar Behem, ambo Doctores hic coram nobis comparentes. Quibus cum vocatis tranſactoribus rem cœpimus tractandam, ac initio dicti Electoris Saxonici, ſuorumque conjunctorum poſtulata & gravami-

periali, aliaſve adverſus eum præſumpta fuere, ſimul cum eorum exceptionibus, ab Electoribus & Principib. horum controverſiarum interceſſoribus proximo Comitio, uti decet, recognoſcantur revideanturque, ac idem Landgravius, prout neceſſe eſt, audiatur: In iisdem quoque æquum & juſtum eſt decernatur, neque interea tamen in Cameræ Imperialis Judicio procedatur.

Reviſio.

Suſpenſio proceſſus.

CAPUT II.

Religionem, pacem, & juſtitiam concernentia.

Verum atqui alios ſequentes articulos quod concernit, ab Electore Saxoniæ, ſuisque conjunctis in hac pacificatione propoſitis, & quidem primò de Religione, de pace, & juſtitia, Majeſtas Cæſarea ſponſionem gratioſam nuper ad oppidum Linſinm factam, ea tunc dato reſponſo fideliter præſtabit, & ut intra dimidii anni ſpacium Comitia habeantur, in quibus dein qua via, quibuſque modis, nimirum ſeu Generali ſeu Nationali Concilio, aut Colloquio, vel communi etiam Imperii conventu Religionis diſcordiæ commodè atque compendio ſopiantur, hæque ad unionem Chriſtianam redigantur, atque ejuſmodi conciliatio Religionis ab omnibus ſacri Imperii Statibus, mediante Majeſtatis ſuæ ordinaria ope præſidioque pertractetur.

Comitia.

Colloquia.

2. Initio autem Comitiorum ad præparationem concordiæ delectus piscidarum prudentumque perſonarum conſtituatur, utrinſque Religionis æquali numero cum Mandato deliberandi, quibus modis ejuſmodi conciliatio atque concordia inſtituti commodè poſſet, abſque Electorum Principum præjudicio tamen hujus delectus ergò.

3. Et quidem interea temporis nec Cæſarea Majeſtas, neque nos, ac Electores, Principes, & ſacri Imperii Status quempiam ex Auguſtanæ confeſſionis Statibus, propter religionem, vi factove, aut aliâs contra ejus conſcientiam ac voluntatem cogere, aut ea de cauſa vi bellove petere, vel invadere, vel oppugnare aliquem, sive damnum aliquod inferre ſive per mandata, ſive alio quovis modo ipſum gravare vel etiam contemnere, feremus, ſed ſuæ Religioni fideique quietè & pacifice ſtare, eademque ſinemus.

Induciæ ſanciuntur.

4. Ob hoc quoque bellum Status omnes Auguſtanæ confeſſionis cæteros ſacri Imperii Status antiquæ religionis Eccleſiaſticos & ſeculares ſimiliter Religionis ſuæ, Ceremoniarum, Conſtitutionum, rerum immobilium & mobilium, ditionum, ſubditorum, redituum, cenſuum, ſuperioritatum, & Juriſdictionum cauſa non gravent, ſed pacificè tranquilleque illis uti fruique ſinant, nec vi factove, ſeu alias malignè contra eos quicquam præſumant: Verum enimvero juxta noſtras & ſacri Imperii ordinationes, conſtitutiones, edicta, decreta, Receſſus factæ pacis, ſinguli erga ſingulos ordinario jure juſtitiaque contenti ſint, ſub proximè renovatæ pacificationis pœna.

Religionis ergò tranquillitas eſto.

Pacificatio publica renovata.

5. Quicquid vero in Comitiis illis à communibus ſtatibus unà cum Cæſareæ Majeſtatis ordinario præſidio concludetur ac ſtatuetur, in poſterum quidem & rectè & firmiter ſervetur, neque in contrarium, aliave via diverſum agatur.

6. Omne autem quod dictis induciis adverſatur, adverſarive cenſetur, in nihilo deroget illis, aut quicquam imminuet, idque à Cæſarea Majeſtate, nobis item, & Electoribus Principibus, ac Statibus reſpectivè, ſufficienter, in quantum fuerit neceſſe, vigore hujus compoſitionis ſeu tranſactionis cautum, confirmatumque ſit: Prætor quoque Cameræ Judicii & Conſeſſores de iiſdem induciis certificentur, mediiſque eorum juramentis, eiſdem pariant & obſequantur: Implorantibus etiam partibus non attento eo, cujuſnam ſint religionis, neceſſarias & legitimas ferant ſuppetias: formulam quoque eumprimis jurisjurandi Deum & ſanctos, aut Deum & ſancta Evangelia, conſeſſoribus, aliisque perſonis & Partibus deinceps, liberam permittendo.

Induciæ ſanctæ cuſtodiantur & ſerventur.

Formula juriſjurandi Deum & ſancta Evangelia.

7. In ſuffragiis quoque dandis rogandisque æqualitas ſervetur, æquum jus partibus, nec iniquum reddendo & conſervando: Similiter & in præſentandis Aſſeſſoribus, aliisque pacis & juſtitiæ articulis hac tractatione placuit, ſi quod operæ pretium ac deliberatione dignum in dicaſterii Cameræ conſtitutione apparuerit, quandoquidem eadem conſtitutio communi ſtatuum aſſenſu, Comitioque Imperii ſancita eſt non etiam niſi per Cæſaream Majeſtatem, Statusque communes rebus ita ferentibus ordinaria via, utpote viſitationibus, aliisque mediis mutari tollique poſſe. In qua re nos, Electorum Legati, comparentes Principes, & abſentium nuncii recipimus nos, ac conſentimus omnem diligentiam, operamque præſtituros, ne qua partium, in Religionis negocio ſuffragiorum imparitate ſibi præ cæteris metuat, partialitate remota: Auguſtanæ quoque Confeſſionis conſortes à Cæſareo Cameræ Judicio non excludantur, aliaque gravamina, ſi quæ comperiantur, ex æquitate removeantur: & hæc quidem omnia proximis Comitiis explicentur.

8. Cæterum & hoc nos unà Electorum Legatis, comparentibus Principibus & abſentium nunciis apud Cæſaream Majeſtatem, amanter, reverenterque cum reverentia petivimus, uti ejus Majeſtas puncta illa plus neceſſaria, inter quæ & articuli præſentationis, & ne Auguſtanæ confeſſionis conjuncti à Judicio Cameræ, ut ſuprà dictum eſt, excludantur, continentur: ex plenitudine Majeſtatis ſuæ Cæſareæ ad provehendam, retinendamque pacem & concordiam in Imperio, quantocyus fieri poſſet, reſolvere dignaretur.

CAPUT

CAPUT III.

Germanicæ nationis libertatem contingentia.

Quod ad gravamina, quæ Germanicæ nationis libertati contraria irrepſiſſe, ne dicam irruiſſe, videntur, inter Electoris Saxonici articulos alio quoque ſcripto comprehanſa attinat: Volebamus, quidem unà com Electoribus, Legatis, Principibus præſentibus, & abſentium nunciis prompti paratique ac minimè gravati, illos ipſos, appendicesqua ſuos ſingulatim protinua & ſpecificè pro amicabili compoſitione tractanda ſuſcepiſſe, niſi intellexiſſemus à Cæſareæ Majeſtatis ad hanc tractationem lectis deſtinatisque conſiliariis, ipſius Majeſtatem talium gravaminum hactenus bona ex parta inſciam eſſe atque ignaram, quamobrem de iis mandata dare conſiliatiis nequiviſſe: Adhæc, ea ipſa gravamina tanta, tamque varia eſſe & prolixa, econtrà verò tempus hoc per exiguum indictæ diei, ut ipſi Electori quoque Saxonico, ſuisque conjunctis, donec hæ res omnes, quemadmodum neceſſitas poſtulat, explicentur, copias ſuas alendo, immodicos ſumptus atque impendia non ſolùm pariet, verum etiam ſuperioritatibus hinc inde, miſerisque ſubditis graviſſimo maximoque damno ſit futura.

Imperii gravamina Cæſarem latent.

2. Proinde hujuſcemodi gravaminum reſolutionem ad proxima Comitia, aliumve Imperii conventum hac vice rejicientes, ſpe bona ex Linſica conſenſione per Cæſareæ Majeſtatis conſiliarios præbita ſuffulti, conſilium inituram eſſe, quo ſacri Imperii & Statuum publicis & privatis cauſis conſuletur, cum jam in eo tota Majaſtas ſua elaboret, ut & apud ſuam Majeſtatem Germanicus Senatus conſtituatur, & Germanicæ res cauſæque per Germanos tractentur ac diſponantur, ita, ut omnibus placeat, omnibuſque fiat ſatis. Quandoquidem Germanicæ nationi ceu dilectæ ſuæ patriæ tam benè velit, ut haud quidem diminutam eam aut debilitatam, verum multò magis quantum fieri poteſt auctam, amplificatam atque conſervatam cupiat, quæ quidem hoc tempore pollicitatio undiquaque cum gratiarum actione acceptа eſt.

Ampliſſima pollicitatio.

3. Ne autem Elector Saxonicus, ſuique adjuncti metuant hanc tractationem ſponſam neglectum iri, aut poſthaberi, ſine debito non deciſam, debemus nos filiusqua noſter dilectus, Maximilianus Rex, Electores quoque Principes, & Status ſacri Imperii in manus ſumere propoſita gravamina, atque Cæſareæ Majeſtati ea offerre, eoque eniti atque conari promovendo, ut quo ad æquitatis fundamento inſiſtant, viſa quoque ut decet, Aurea Bulla, ac aliis ſacri Imperii ordinationibus, conſtitutionibus, veteribuſque laudatis Germanicæ nationis conſuetudinibus omnia probè reſolvantur ac perficiantur. Reliqua verò ad Cæſaream Majeſtatem non propriè ſpectantia gravamina, ſed à quibuſdam ſacri Imperii Statibus & membris privatim allata ſunt, aut quæ ipſi inter ſeſe ſtatus diſceptant, de forma fortè ac modo communis conſultationis transactioniſve, aut ullam ob rem quampiam controverſam, æqua & illa ut ſuprà ponitur, Cæſareæ Majeſtatis tanquam Capitis eorum conſilio præſidioque proximi Comitii initio proponi vult atque abſolvi, gratioſa nimirum hac piaque Majaſtatis ſuæ pollicitatione, ut quæ ab ipſius Majeſtatem in ſpecie proprieque faciunt in iis ſic ſa tam gratioſo bonoque animo ac voluntare geſturum eſſe, ut communes perſpiciant ſtatus, ſumma ejus Majeſtatem cupiditate controverſiis omnes ut decet, velle atque expetere compoſitas, & Rampub. privato emolumento longè prælatam fore, cæteraque omnia ita ſuſcipi, inſtituique, ut omnibus ſtatibus ex æquo & bono quàm pleniſſimè fiat ſatis.

Aurea Bulla.

4. Porrò ad articulum Regis Franciæ Oratorum veniendo, media quædam ac puncta pacis publicæ conſtituendæ, aliorumque negociorum quorundam prætendentium ita ſa habet, ut cum, quæ publicæ ſunt pacis in Germanica natione, ſolummodò Imperatoriam Majeſtatem nos, & Electores, Principes ac Status ſacri Imperii, neminemque præterea concernant, & jam iſti contactus harummet rerum, utpote publicæ pacis ſanciendæ aliorumque gravaminum amovendorum cauſa ſit inſtitutus, idcircò nulla jam alia tractatione fore opus exiſtimatur.

5. Atqui verò privata Regis Franciæ negocia quod ſpectat, Elector Saxonicus vigore Linſenſis decreti ſeu Receſſus cum dicto Rege aut ſuis Oratoribus, ſi id necdum factum eſt, deinda tractare poterit: Si quid idem Rex fortè privatarum cauſarum adverſus Cæſar. Majeſt. prætendit, poterit & iisdem actionas ſeu poſtulationes nobis exhibere, Cæſar. Majeſtati porrò per nos transmittendas, ſe ſuamque voluntatem deſuper declaraturi.

Linſenſe decretum ſeu Receſſus.

CAPUT IV.

Securitatem eorum, qui hic bello conjuncti, & à Cæſarea Majeſtate banniti ſunt, concernentia.

Quantum attinet eos, qui belli præteriti cauſa, banno & indignatione Cæſareæ Majeſtatis nexi ſunt ac proſcripti, huic militiæ juncti, nihil equidem intermiſimus ipſi, ſimul cum Electoribus, Legatis, præſentibus Principibus, & abſentium nunciis, quò minus fideliſſimè amantiſſimeque & humiliter rem hanc promoveremus, tandemque impetraremus, ut Albertus Comes à Mansfeldt pariter cum filiis ſuis, Comes item Rheni, Chriſtophorus Comes ab Aldenburg, Johannes Dominus ab Heideck, Friderichus à Reyfenberg, Georgius à Reckenrod, Sebaſtianus à Schertle, &c. aliique ejus belli cauſa indignatione incidentes à terris & Comitatibus ſuis bonisque abacti, nempe Dux Otto Henricus Palatinus, Wolfgangus Princeps ab Anhalt, item Braunſuigenſes Principes ac nobiles, cæterique omnes

& ſin-

& ſinguli ſuperioris & inferioris ſtatus, nominati & innominati, ob bellum præteritum inſimulati, ac eidem dum adhærent, metu ſolicitudineque liberati, rurſus in Cæſarea Majeſtatis gratiam fidemque admitterentur & reciperentur, nunc hujus quidem compoſitionis vigore reconciliati aſſumuntur: hoc pacto tamen conditioneque, ut de cætero Cæſareæ Majeſtati, ſacroque Imperio juſtam debitamque præſtent ac ſervent obedientiam, neque adverſus ejus Majeſtatem, nos, aut Imperium militent, priuſquàm hic articulus communibus gravaminibus inſerendus reſolvatur, cui deinceps tranſactioni reſolutionique ſtabitur.

2. Jam & reconciliati, inque gratiam recepti, ut ſupra dictum eſt, ac iſto jam tempore extra Germanicæ nationis Imperium in Gallia, aliiſve locis agentes, & contra Cæſaream Majeſtatem militantes intra ſex ſeptimanas proximas poſt Datum hujus compoſitionis ſe declarent, moxque ab eo tempore adverſus Imperatoriam Majeſtatem, Imperiique ſtatus non militent, neque ſe ejuſmodi militiæ mancipent, utendove præbeant, tum & ad ſummum bimeſtri proximo in Germaniam revertantur, aut hac ipſa reconciliatione & gratia omnino deſtituantur oportet.

CAPUT V.

Abrogatio actionum omnium illorum, quibus hoc bello damnum datum eſt.

Cumque durante bello pleræque novationes ſint obortæ, quidam etiam Electores, Principes, Status & civitates bonis rebusque ſuis privati damnumque paſſi ſint, omnis Principes hujus militiæ occupata vel dominia, vel territoria, vel oppida, villaſve, hominesve, hæc quidem cuncta ſtatibus iis, quibus antea fuerant, reſtituant, juramentaque ipſis ut ſuprà dictum eſt, adhæſioneſque remittant, atque de illis abſolvant ac liberent, ſalvis quoque liberarum civitatum Privilegiis & libertatibus, quas deinceps retinebunt.

2. Viciſſim Cæſarea Majeſtas publicæ pacis, aliorumque damnorum evitandorum reſpectu, omnes & ſingulas actiones, impetitioneſque, quas ſtatus hi & civitates, ſive etiam privatæ perſonæ in belli hujus Principes, eorumque hinc inde conjunctos & adhærentes datorum occaſione prætendere poſſent, abrogat de plenaria Cæſareæ Majeſtatis ſuæ poteſtate, operam nobiſcum & cum cæteris Imperii ſtatibus datura, omnique ſtudio & gratia eò enitura, ut æquis mediis viisque ratio ineatur, quò damna illa perquam graviter accepta, ſtatibus læſis, civitatibus item & ſubditis abſque hujus militiæ conjunctorum ſtatuum ope impendioque, ne qua porrò ſuccedentibus motibus occaſio detur, & firma pax tranquillitasque retineatur.

CAPUT VI.

Ad Palatinum Otthenricum pertinentia.

Quodque Ducis Otthenrici Palatini nomine, perque ſuos Legatos ſupplicatum rogatumque eſt, nempe ut Romanæ Imperatoriæ Majeſtati commendaretur, fida nos pariter cum Electoribus, Legatis, comparentibus Principibus & abſentium nunciis promotione apud prædictam Cæſaream Majeſtatem præſtitimus, atque effecimus, ut ſua ſibi ditio in Principatu Neuburgi ſuis cum pertinentiis maneat.

CAPUT VII.

Generalis omnium militum hujus belli conjunctorum ſecuritas.

Electores quoque, Principes, ſtatus & oppida hujus belli conſortes, ſive ſint Marſchalci, equitum magiſtri, ſuperiores, officiati, ſive alii milites, quocunque nomine vocentur, ſimul cum omnibus eorum in hac malina conjunctis, adhærentibus, adjuratiſve ſuperioris & inferioris ſtatus, nominatis & non nominatis metu curaque vacent, in gratiam rurſus ſuſcepti: hocque bellicum negocium, & quæ ſub eodem interim geſta ſunt, mutuò, alternatimque ſublata, ſopitaque eſſe debent ſimul ac ſemel, conjunctim & diviſim, ita ut neutra partium alteram præter jus, juſtitiamque, clàm palamve ſiniſtra mentione carpat, agatve, cumprimis erga Cæſaream Majeſtatem, erga nos, ſacrumque Imperium ſeſe, ut decet, obedienter exhibendo.

2. Reinhardus quoque à Solma Comes juſta cautione facta, cæterique omnes utrinque capti ad præſtitutum diem undecimum ſive duodecimum Auguſti abſque diſpendio libertate donentur.

3. Quod ſi Albertus Marchio Brandenburgenſis bello ceſſerit, ac intra tempus præfixum militem dimiſerit, hanc quoque tranſactionem ſua parte probaverit, induciaſque ſervaverit, nec ipſe cuiquam mileſque ſuus damnum dederit, his etiam complectetur.

4. Quodque poſtulatam Braunſuigenſium procerum, eorumque poſſeſſionum reſtitutionem, quibus à Duce Henrico Braunſuigenſi orbati ſunt, æque alienum ſpectat, ad evenda vitandaque alia majora gravamina inde ſecutura, contraque componendæ pacis cauſa, & ſacri Imperii tranquillitate conſer- Ducis Henrici Braunſuigenſis & nobilium controverſia.

conſervanda, interceſſores dabit ſeu Commiſſarios Cæſarea Majeſtas, utrumque Electorum Saxonicum & Brandenburgenſem, Joannem quoque Marchionem Brandenburgenſem, & Philippum Ducam Pomeraniæ, plenam eis poteſtatem cum pleno mandato tribuens, Principales ipſos aptum idoneumque in locum quantocyus fieri poteſt vocandi, ad tranſigendam & reſtitutionis & æris alieni controverſiam, idque ſummariè prout neceſſitas poſtulaverit, quàm quoque accuratiſſimè fieri poterit. Ac ſi comperiant pacatores & interceſſores Ducem Henricum juniorem obligatum proceribus, abſque juſta exceptione, æquitatis eum commonefaciant. Cæterum autem ubi res alterius, vel etiam utriuſque partis difficultate culpave componi non poſſet, Cæſareæ Majeſtatis nomine proceres confeſtim ac immediatè ſuis rebus poſſeſſionibusque reſtituantur, trimeſtri ad ſummum ſpacio proximo poſt concluſam hanc factamque tranſactionem ſalvis utrique parti ſuis actionibus ac petitionibus mutuis poſt reſtitutionem loco apto idoneoque, ut decet, proponendis.

5. Cæſarea Majeſtas, nosque, ac requiſiti Electores, Principes, dictos pacatores ſeu Commiſſarios in iis quæ ſuo mandato effecerint, & publicæ paci prodeſſe putentur, gratiosè atque amicè tuebimur, defendemus ac manutenebimus.

6. Ad hæc grande ſub Banni, proſcriptionisque interminationa edictum exiet in Ducem Henricum à Cæſarea Majeſtate, ne qua procerum corpori, rebus ac bonis, præſertim autem ſylvis eorum Dux, noceat, dum lis ab interceſſoribus tota audiatur ac componatur, & illi quoque reſtituantur.

CAPUT VIII.

Civitates Goslariam & Braunſuigam concernentia.

Similiter prædictis quatuor Electoribus & Principibus, tanquam delegatis ſuis ſeu Commiſſariis præcipiet injungetque Cæſarea Majeſtas, & Ducis Henrici & ambarum civitatum Braunſuigæ & Goslariæ actiones ac petitiones mutuas quantum neceſſe fuerit exaudiri, atque ex bono & æquo utrinque litem componi, publico Cæſareæ Majeſtatis adicto propoſito, ut à cœptis armis deſiſtant, vique omni inferenda mutuò abſtineant, Cæſareanorum delegatorum tractationi parendo, aut omninò actiones ſuas jure ordinario atque Imperii conſtitutionum vigore explicando.

CAPUT IX.

Ut ad ſervandam hanc tranſactionem Cæſarea Majeſtas ſe obliget.

Hæc omnia & ſingula ſuprà ſcripta, & in ſingulis articulis nominatim ſpecificata, Cæſarea Majeſtas, quo ad ipſammet concernunt, vi virtuteque ratificationis ſuæ deſuper factæ, ex Majeſtatis ſuæ dignitate nuncupata lingua pro ſe, ſuisque poſteris firmiter, infractè, citraque contradictionem ſervare juſtè, recteque exequi debet, nec in contrarium vel nunc vel in futurum, ſive ex plenitudine poteſtatis, aut ulla alia ſpecie prætextuve, quocunque id nomine vocetur, quicquam moliri, agere, publicareve, neque cuique ulli alii ſua cauſa permittere, non attentis quibuſcunque aliis decretis, factis, edictisve, huic conventioni in aliquo adverſantibus: quin potius omnes ſacri Imperii Status, ſingulosque in hac compoſitione, hisque induciis & articulis aliis comprehenſos manutenere, defendere atque tueri volumus.

2. Si quis quive Status, unus pluresve, alium aliosve quovis modo, quaviſve ſpecie ſeu prætextu cogere, oppugnare, lædere, aut gravare ſuave diripere tentaret, (quod tamen nulla ratione fore ſperatur) eum eosque Cæſarea Majeſtas ſimul cum altera parte, in quam iſta coactio, minæ, & pericula protenduntur, Cæſares ope conſilioque veluti ex officio ſuæ Majeſtatis addecet, æquumque eſt, adjuvare, eaque ipſa gravamina amovere ſataget.

CAPUT X.

Conſenſio Principum belli in hac tranſactione ſeu compoſitione.

Nos quoque Elector Saxonicus, Ottohenricus Dux Palatinus, Joannes Albertus Dux Mechelburgenſis, & Guilhelmus Landtgravius Heſſiæ, &c. fatemur publicè, omnia & ſingula ſuprà ſcripta puncta & articulos noſtra ſcientia & voluntate cœpta, deciſa, & concluſa eſſe, conſentimus ac pollicemur quoque communiter & ſingulatim noſtro, noſtrorumque hæredum & poſterorum nomine, omniumque illorum, qui nobis in hoc militari negocio & expeditione adhæſerunt, aut etiamnum adhærent, hancque compoſitionem ratam habituri ſunt, eos ipſos quidem articulos harum literarum vigore, noſtro principali honore & dignitate mediante, bona fide, verboque veritatis, quoad ſingulos tangit, verè, firmiter, validè, integrè & inviolabiliter conſervaturos ac ſecuturos eſſe, nec adverſus ullum Statum in hac pacificatione comprehenſum, aut de poſt ratificantem ulla ſpecie, prætextuve quovis modo, vi factove, clam palamve, per nos ipſos, aliosve noſtra cauſa gratiaturos, oppugnaturos, coacturos, læſuros, aut turbaturos fore, quin magis eos qui tranſactionem hanc ſervant, eique parent, contra verè non ſervantes, aut in adverſum quid machinantes, noſtrosve in Status hic comprehenſos, quive eam de cætero amplecturi ſunt, ſimili facta aſſecuratione, vi factove aut alias læſuri, aut bello provocuratori, laceſſuri, coacturi, turbaturi, ſeu quicquam gravaminis allaturi eſſent, fido noſtro præſidio conſilioque, vigore

communia

communis pacificationis, Imperii conſtitutionum, hujusque compoſitionis & induciarum communiter & ſingulatim tuebimur & defendemus, abſque ulla aliqua remora aut impedimento, quod quovis modo excogitari, nosque relevare poſſet. Quandoquidem omnes nos & ſinguli omnibus his qui conventioni huic & tranſactioni adverſari, vel nos relevare poſſe videantur, quocunque titulo ſeu nomine cenſeantur, ſpecialiterve interpretarentur, renunciavimus, omniaque alia in effectu huic compoſitioni adverſum in meliori firmiorique forma harum literarum vigore ac robore annullando & abdicando.

CAPUT XI.

Securitas Regiæ Majeſtatis atque Electorum Principum ut interceſſorum hujus compoſitionis.

Quo minus multò etiam dubitetur alterutra ex parte, aut aliquis ſenſus diverſus incidat, volumus nos Ferdinandus Rex, & Maximilianus Rex, nosque inſuper ſpirituales & ſeculares Electores & Principes, qui omni ex parte cauſam hanc prædicto modo compoſuimus atque tranſegimus, hanc declarationem aſſenſumque profiteri, nimirum Rex uterque noſtro, noſtrorumque hæredum ac poſterorum nomine. Eccleſiaſtici verò Electores & Principes conſilio atque aſſenſu ſuorum capitulorum: Seculares autem Electores & Principes jam antea ſuo, ſuorumque hæredum & poſterorum nomine irrevocabiliter, quòd nos unà ſimulque hanc tractationem non ſolummodo quantum nos ipſos, noſtrosque hæredes & ſucceſſores, regnaque noſtra, Archiepiſcopatus item & Collegia, terras, diœceſes, territoria, populos, ſubditos, miniſtros & conjunctos concernit ita ſervare, & adverſum agere nullo pacto velimus, ſed etiam ſi qua partium contra hanc deciſionem & conventionem (quod haud fore ſperatur) jamjam nunc aut in futurum agat, & alteram partem vi factove clàm palamve gravaret, offenderet, urgeretve, nec admonita deſiſteret, tum quidem nos, illique, ac noſtri, ſuique ſucceſſores ceu adverſariæ parti, quæ contra hanc conventionem & tranſactionem invaditur, aliaſve læditur, & coram nobis illisque, aut noſtris, illorumque ſucceſſoribus, æquas contradictorias rationeſque in alteram partem talia recuſantem ac violenter agentem, pati poſſet, illi equidem non ſolum conſilio præſidioque nullo adeſſe, verum etiam eam partem, quæ compoſitionem conditionemque recipiet, adverſus alteram vigore publicæ pacificationis antea ſancitæ, Imperiique conſtitutionum, hujus item tranſactionis & induciarum opem ſuppetiasque laturi ſumus.

2. In omnibus autem prædictis viis modisque ea pars, quæ putet has inducias per alios fractas aut contra actum eſſe, vi factove nihil contra eandem præſumat, ſed ad nos primum eam rem, aut Electores & Principes ut intermediatores rejiciat: qui protinus amicam inſtituent tractationem, eamque definiant, & quicquid per nos, illoſve concordatum deciſumque fuerit, ea ſententia teneat, pareantque illi partes utrioque abſque recuſatione. Quod ſi non fecerint, præſidia omnibus, ut ſuprà dictum eſt, modis ferantur.

3. Iidem autem interceſſores ac mediatores jurejurando eodem, quo Cæſareæ Majeſtati ſunt aſtricti, liberantur, ne qua minus & tranſigere velint, & parti parenti adverſus contumacem, ut æquum eſt, auxilium præbeant, idque Cæſareæ Majeſtati nequaquam diſplicebit.

SIGILLATIO.

Quandoquidem autem Elector Saxonicus, ſuique adjuncti & confœderati hanc capitulationem in omnibus & ſingulis punctis & articulis voluntariè acceptaverunt, & ſervare promiſerunt, tum & Cæſarea Majeſtas eoſdem in Imperii Germanicæ nationis dilectæ patriæ ſuæ utilitatem profectumque gratioſè approbavit & ratificavit, in quarum rerum teſtimonium tria ſunt ſcripta diplomata ejusdem ſenſus atque tenoris, noſtra Regis Ferdinandi, & amborum Electorum Moguntini & Palatini Friderici ſimiliter & Epiſcopi Salisburgenſis ac Alberti Ducis Bavariæ, cæterorumque Electorum & Principum tanquam interceſſorum ſeu mediatorum ac Electoris Saxoniæ, & Wilhelmi Landgravii Heſſiæ, aliorumque conjunctorum nomine propriis manibus ſubſcripta ac appendentibus ſigillis munita: de quibus unum Cæſareæ Majeſtati, alterum communibus Statibus, tertium dicto Electori Saxoniæ & ſuis conjunctis tradatur. Actum Pataviæ, altera die menſis Auguſti, Anno poſt Chriſti nativitatem Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum Romani vigeſimo ſecundo, & aliorum vigeſimo ſexto.

Sequuntur articuli de Religione, Pace, & Iuſtitia, per Regiam Majeſtatem, Electorum Legatos, præſentes Principes, & abſentium nuncios deſignati.

Hæc in Germanico exemplari non habentur.

Quo ad Religionis, Pacis, & Juſtitiæ articulum, Regia Majeſtas cum Electorum Legatis, præſentib. Principibus, & abſentium nunciis inter Cæſaream & Regiam Majeſtates, Electores, Principes, & Status Germanicæ nationis, donec controverſa Religio tandem concordetur, inducias fieri firmas exiſtimant, ſic quidem, ut Cæſarea & Regia Majeſtates, Electores quoque Principes & Status ſacri Imperii, nullum ex Auguſtana confeſſione Statum, aut qui ſectis publice per Imperii decreta damnatis non adhæreat, vi factove, aut aliis contra conſcientiam ac voluntatem rationibus, modisque de ſua religione & fide deturbet, dejiciat, propellat, aut bello petat, lædatve, gravetve, aut etiam reprehendat, quinimò Religione quemque ſua fideque tranquillè pacificeque vivere agereque ſinat, neque religionis controverſiam

Induciæ pacis & libertatis Germaniæ.

aliter quàm amicis placidisque mediis modisque ad Chriſtianum concordem intellectum unionemque perduci ſerat ſuſtineatque. Conjuncti quoque hujus belli, aliique Status omnes, cæteros ſacri Imperii Status tum Eccleſiaſticos, tum ſeculares ſua Religione, Eccleſiaſtico uſu, ordine & ceremoniis, atque facultatibus, bonis, diœceſibus, ſubditis, reditibus, cenſibus, dominiis, & jurisdictionib. non privent aut gravent, ſed uti frui illis pacificè ſinant, neque vi, facto, aliaſve malignè adverſus eos præſumant: ſed per omnia ſacri Imperii juri, ordinationibus, decretis, edictis, receſſibus, atque publicæ pacis conſtitutioni quiſque ſtet, pareatque ordini ſuo, ſub interminatione pœnæ in proximâ renovata publicæ pacis ſanctione comprehenſæ.

2. Ac quæcunque ſæpe dictis induciis adverſari videbuntur aut exiſtimentur, nihil tamen derogent, ſed à Cæſarea & Regia Majeſtatibus, Electoribus, item Principibus ac Statibus reſpectivè ſufficienter, & ut neceſſe eſt, provideri caveriqua debent mediante hujus tranſactionis Cæſareo quoque Judicio Cameræ, & Aſſeſſoribus induciæ prædictæ intimentur ac innoteſcant, ad earum obſervationem jurejurando ſuo adactis, omnino illis ſe ut conformes obtemperanteſque gerant, Partibus item implorantibus nulla religionis differentia reſpectuve habito, prout decebit, opuſque fuerit, opem juris juſtitiæque ferant. Aſſeſſorum quoque aliarumque perſonarum jurisjurandi per Deum ſanctoſque, aut Deum, ſanctumque Evangelium, formula juraturis liberè conceſſa.

3. Pro unione autem & pace controverſæ Religionis conſtituenda, Regia Majeſtas & Electorum conſiliarii, tum & præſentes Principes abſentiumque nuncii exiſtimant, Cæſaream Majeſtatem proximo ſemeſtri poſt concluſionem & data harum induciarum & compoſitionis, Comitia habituram eſſe, in quibus cum Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii rationem ineat, an Generali aut nationali Concilio, aut Colloquio, aut alio Imperii conventu & congregatione diſſectæ Religionis cauſa inſtituenda, concordanda, ac definienda ſit, & quòd per Cæſaream Majeſtatem communeſque tam Auguſtanæ quam contrariæ confeſſionis Status pro uſu ac bono publico ſtatuetur, cum gratia paſſim omnibus concedatur.

4. Et hoc in mentem venit, ad præparationem ejuſmodi unionis ineundæ, in initio eorundem Comitiorum nonnullorum tranquillitatis amantium ac prudentium perſonarum utriuſque Religionis pari numero haberi, quibus injungatur, quomodo concordia talis melius rectiuſque ſuſcipiatur, abſque tamen Electorum Principum propter hunc ipſum delectum ſuperioritatis ac præeminentiæ præjudicio.

5. Ubi autem nulla talibus viis concordia conſequeretur, nihilo tamen ſecius prædictæ induciæ ad ſupremum concordiæ terminum ſuas habeant vires, perpetuoque valeant atque conſiſtant.

6. Ad ſuffragiorum autem & juſtitiæ æqualitatem, tum & præſentationem Aſſeſſorum, aliorumque articulorum pacis & juſtitiæ conſervandæ quod attinet, deliberatum eſt, ſi quid grave meditatione cogitatuque dignum in ordinatione Judicii Cameræ oboriatur, cum ea conſtitutio communi Statuum aſſenſu facta ſit, eam quoque abſque communi Statuum voluntate conditionum reſpectu, non niſi ordinaria viſitationis Judicii via, aliſve unà cum prætenſis gravaminibus mutari non poſſe. Cui rei juvandæ Regia Majeſtas unà cum Electorum Legatis, comparentibus Principibus, & abſentium nunciis eſt operam datura, ne in religionis cauſa altera partium vel ſuffragiorum vel partialitatis ergò præ altera ſeſe gravatam queri poſſit, aut etiam Auguſtanæ confeſſionis adhærentes & conjuncti à Cæſareo Cameræ Judicio ſecludi ſe vereantur. Aliaque gravamina, ſi quæ innotuerint, ex æquitate proximis Comitiis deciduntur.

7. Dabit quoque hic operam Regia Majeſtas unà cum Electorum Legatis, comparentibus Principibus, & abſentium nunciis, Cæſaream Majeſtatem amanter juxtà ac reverenter interpellando orandoque, ut puncta cum primis neceſſaria, inter quæ & articulus præſentationis atque Auguſtanæ Confeſſionis, conjuncti, à Cæſareo Cameræ Judicio (ut ſuprà dictum eſt) ne excludantur, ex plenitudine Cæſareæ ejus Majeſtatis, pro retinenda conſervandaque in Imperio pace & concordia, quantocyus fieri poterit, reſolvantur atque expediantur.

Anno Chriſti 1552. Vulgò, Paſſawiſcher Vertrag.

Vertrag zu Paſſaw under Keyſer Carolo V.

Durch König Ferdinanden und den Reichs-Ständen.

78. Darum billich E. Maj. dieſe hochbeſchwerliche und gefährliche Ding/und für Augen ſchwebende Anmahnungen/ nicht allein ihrer ſelbſt und ihren Nachkommen Wolfahrt halben/ſondern als ein Teutſcher Keyſer/und Vatter des Vatterlands/ihrem Keyſerlichen Ambt und Gewiſſen nach/ und von GOtt anbefohlener und vertrauten Verwaltungen wegen ihr ſoll zu Gemüth gehen und angelegen ſeyn laſſen/ und da ſie es nicht mit rechtem Ernſt und Eiffer thut/mag ſie wol gewiß ſeyn/daß GOtt eine Straff über ſie oder ihre Nachkommen wird gehn laſſen/ daß auch das gemeine Vatterland ſolche Schuld jämmerlich wird büſſen müſſen / und daß es in Ewigkeit Raach über E. Maj. ſchreyen wird. Und ob wol ſolche Tollerantz beeder Religionen nicht die rechte Regel/ und der ordinari Weg in den Regimenten iſt/ſondern eben das iſt/daß der Stul zu Rom und ſein Anhang zum höchſten widerficht/ und ſonderlich fürgeben wird/es könte nichts guts in die Länge daraus erfolgen/noch kein ordentlich friedlich Regiment dabey beſtehen/ꝛc. So hat es doch die Meynung gar nicht/wird auch dahin nicht gemeynt/daß es ewig bey ſolchen Mitteln beſtehen und bleiben muß oder ſoll/ſondern es iſt allein ein Nothweg/ und Ufenthalt gemeines Weſens und Friedens in unſerm Vatterland/dardurch äuſſerſtem antrauendem Unrath und Verderben zu wehren/ biß GOtt der HErr andere und beſſere Gelegenheiten/und Mittel an die Hand ſchicket.

Papſt widerficht die Freyſtellung beyder Religion.

79. Und ſoll man ſich dißfalls frembder Potentaten Thun und Weſen/oder Gutachten nicht irren laſſen. Geräth ihnen ihr grob Fürhaben/ und Verfolgung in Religions Sachen/daß man doch biß dahero nicht geſpürt/ wol/ ſo giebt uns doch unſere innerliche Einigkeit/und Vergleichung/Urſach/daß ſie uns deſtoweniger trennen/noch verfolgen/und ihrer Gewalt zuletzt auf uns wenden mögen/und daß wir alſo deſto ſicherer zuſehen/und unſern Sachen Rath ſchaffen mögen. Geräths ihnen dann übel/und bleiben ihre ſo ernſtliche Anſchläge und Zuthun/ anſtehen und ſtecken/ ſo haben wir uns dann ſo viel beſſer daran zu ſpiegeln/ und GOtt zu dancken/daß er uns beſſern Rath/ und friedlichere Mittel verliehen hat/und ſollen in ſolchem Fall die Oberkeiten gleich wie die weiſe Aertzte thun / die in des Menſchen Schwachheit den Kranckheiten/und Zufällen/am meiſten begehrn zu wehren/ die am meiſten Gefahr uf ſich haben/ und den Menſchen das Leben gar wegnehmen mögen/und achten nicht das etwa gering Neben-Kranckheiten mit infallen oder verbleiben/ſondern haben die Ausrechnungen/wann nur dem gefährlichſten Rath geſchafft/

und

und dem Menſchen das Leben erhalten werde/ daß ſie hernacher mit beſſerer Gelegenheit und Zeit/ demſelben auch wol wöllen Hülff und Rath finden können.

80. Dann wann die Oberkeit und das gemein Weſen bey ihrer Authorität/ und in Gehorſam und Auffſehen/ erhalten wird/ ſo ſtehet ihr allwegen bevor/ nach Gelegenheit der Zeit und den Mitteln/ die ihnen für die Hand fallen werden/ ander Einſehens zu haben/ und den Sachen mehrern und beſſern Rath zu ſchaffen/ ſonſten da das gemein Weſen/ und das Auffſehen/ auf gemeine Satz und Oberkeit durch innerlich Kriege und Zerrüttung einmahl in ein Hauffen geworffen wird/ wer will alsdann wieder Fried und Einigkeit ſchaffen/ und wieder ordentlich Weſen und Regiment anrichten? Was kan man doch für Mittel und Hoffnung nun darzu erdencken und ausrechnen? Sondern es iſt leicht zu muthmaſſen/ daß in einem ſolchen Fall die Straffen Gottes fortgehn/ und endliche Veränderung und Zerſtörung deß Teutſchen Reichs erfolgen werden/ darum/ wie vielmals gemelt/ dahin am meiſten zu ſehen/ und fürzubauen ſeyn will/ daß es durch Zuverleihung deß Allmächtigen nicht zu ſolchem jämmerlichen Fall gerathen möge.

81. Und gleichfalls wie man zuvorin langen Jahren nach ingeriſſener Spaltung/ auch Veränderung im Reich/ nicht ſo bald hat können noch wollen zum Religions-Frieden gelangen/ und doch zuletzt derſelbe durch die Noth und Zeit reiff gemacht worden/ daß er mit gemeiner Authorität/ um ärgers zu vermeyden/ hat ſollen und müſſen zugelaſſen werden: Alſo hat es jetzo eben ein gleiche Meynung mit Zulaſſung der Tollerantz beeder Religionen/ nemlich/ daß ſie die Noth und Zeit/ je länger je reiffer gemacht/ und erzwingt/ und daß ſie entweder mit ordentlichem Zuthun der Oberkeit und gemeiner Authorität uf geziemte Weiß und Maß/ ſoll/ und muß bey Zeiten geſchehen/ oder daß man zuſehen und gewarten muß/ daß ſie mit mehrer Ungehorſame/ Zerrüttung und Empörung und innerlichen Kriegen ſelbſt einreiſſen und durchdringen/ und das gemeine Weſen in ein Hauffen ſtoſſen werde.

82. Welcher Weg nun einer fürſichtigen weiſen und ſorgfältigen Obrigkeit/ am meiſten an die Hand zu nehmen/ das iſt leicht zu urtheilen/ und oben zu Anfang vermeldt. Man hat bey alten Zeiten/ und Regimenten/ die Regel gehalten/ quod neceſſitati ſit parendum, & tempori cedendum: und hat der Schiffleut Exempel gefolget/ die uf dem Meer/ nicht allein dem zu viel ſtarcken Wind weichen/ ſondern etwa gar zurück fahren/ und ihr köſtlich Waaren und Kauffmannſchätz/ etwa auch auswerffen/ daß ſie allein ſich und ihr Schiff ufrecht erhalten/ und beſſerer Zeit gewarten mögen.

83. Und ſolches geben auch die Exempel bey der alten Chriſtlichen Kirchen/ und den erſten Chriſtlichen Keyſern zu erkennen/ daß ſie ſich nemlich in Erhaltung und Fortſetzung deß Chriſtlichen Glaubens/ nach Noth und Gelegenheit der Zeit regiert/ und eine Religion neben der andern tollerirt und gelitten haben. Dann nach dem der groß Keyſer Conſtantinus den Chriſten mit gewehrter und obſiegender Hand/ gegen den Heyden ein Religions-Frieden erhalten/ hat er nicht ſtracks uf voll Austilgung/ und Verſahrung/ die Heydniſchen Religion gedrungen/ weil ſolches die Erhaltung gemeinen friedlichen Weſens nicht leyden wollen/ ſondern es ſeynd durch ihne/ und viel folgende Chriſtliche Keyſer/ noch etliche 100. Jahr beyder Religion/ die Chriſtlich und Heydniſch neben einander/ ſchier durch die gantze Welt aus/ mit Keyſerlicher Authorität und ſonderer Maß und Ordnung geſtattet/ und zugelaſſen worden/ biß hernach erſt Theodoſius Magnus, da ſich die Zeit geendet/ und die Gemüther faſt durchaus Chriſtlicher Religionen beygefallen/ und allein die Heydniſche Pfaffen ihre Götter Dienſt in ihren Exempeln abgewartet haben/ ein Geſetz oder Gebott hat ausgehen laſſen/ die Heydniſchen Tempel zuzuſchlieſſen/ und die Abgötter Dienſt abzuſtellen/ noch iſt ſolches nicht überall geſchehen/ ſondern allein an den Orten/ da es die Zeit reiff gemacht/ und die volle Aenderung ohne Zerrüttung gemeines Weſens geſchehen mögen. Dabeneben aber ſeyn nicht deſtoweniger in Religions-Sachen/ den Heyden ihre Gewiſſen und die Bekandtnus ihrer Religion ohne Verfolgung und Straff freygelaſſen worden/ biß zuletzt nach und nach die Chriſtliche Religion/ gar überhand genommen/ und allein hat völlig ins Werck gericht werden. Alſo hat man auch lange Zeit der alten Kirchen/ der Arianiſchen Glauben/ neben dem Catholiſchen/ in mehr Landen und Provintzien von gemeinen Friedens wegen tollerirt/ alſo iſt auch die Griechiſche Religion neben der Römiſchen an mehr

Orten/noch jetzo zugelaſſen/ob wol dieſelbig in vielen Articuln ſtreitig/und ſonderlich die Griechen die Authorität und Præeminentz deß Stuhls zu Rom/ zum höchſten verneinen und fechten. Alſo hat länger dann für 100. Jahren/das Concilium zu Baſel/nach langwieriger Empörung und innerlichen Kriegen der Böhmen/ die man mit keim Gewalt hat können ſtillen / den Huſſiten / und andern ihre ſondere Religion/neben den Catholiſchen frey zugelaſſen. Allein darum/ daß man wider gemein Regiment und Frieden / möchte anſtellen und erhalten. Item in etlichen Städten und Orten deß Reichs/ und in Schweitz / ſein durch der Obrigkeit Ordnung und Zulaſſung/ jetzt lange Jahr hero/ beyde Religion neben einander/ohne einig mehre Zerrüttung und Unfrieden gehalten worden.

84. So iſt verhoffentlich / da dieſe Tollerantzen beeder Religion ſolte ſtatt haben / es werden die Geiſtlichen dardurch deſtomehr Urſach gewinnen/ ſich um ihren Beruff und die Predigt deß Worts Gottes/ mit Ernſt und Eiffer anzunehmen / und uf allerley Mißbräuch ſo gar ſtarck nicht zudringen/ damit ſie ihren Stand und Thun deſto beſſer erhalten / und ihnen den gemeinen Mann deſtomehr beyfällig mögen machen. Wann dann zu ſolchem GOtt Gnad gibt/ daß es erfolgt / ſo werden ſich die Gemüther je länger je mehr auch mildern und zu frieden geben.

85. Dann man je bekennen muß/ daß ohne eine Geiſtliche Oberkeit / Ordnung und Diſciplin, keine Religion mag beſtehen/ oder erhalten werden / und haben bißher die Lutheriſchen allweg fürgeben / ſie ſeyen ſolchem allem nichts zuwider / ſondern allein den eingeriſſenen Mißbräuchen/ und daß der Stul zu Rom davon nicht abſtehe/ und keiner Reformation und Beſſerung wollen ſtatt geben/ und in ſolchem Fall wird mit der Zeit ein Römiſcher Keyſer und gemeiner Reichen Stände/ ohne Zweiffel wol Mittel und Weg bekommen/die Religions-Sachen in Teutſchland zu mehrer Vergleichung und Einigkeit zu bringen / und die Authorität und Ordnung der Kirchen wieder uf gute Wege und Maß ins Werck richten mögen. Wollen aber die Geiſtlichen/ oder der Stul zu Rom/ ſich um ihren Beruff/ nicht wie ſie ſollen annehmen/ noch die Ehre Gottes und die Warheit/ und die Erbauung der Gewiſſen/ mit rechtem Ernſt und Eiffer ſuchen/ und alſo der Abfall der Gemüther und die Veränderung / aus ihrer Schuld / und zu ihrer Straff gar überhand nimmt / und es je nicht anderſt ſeyn kan oder will/ was ſoll und kan man anderſt darzu thun /dann der Vorſehung und der Straff GOttes zu weichen/ und der Veränderung uf beſte Maß und Mittel/ ſo müglich/ Platz zu geben? Und iſt in ſolchem Fall dennoch viel beſſer / und für die Geiſtlichkeit viel verſtändiger und ſicherer/ die Veränderung ſchleiche alſo allgemach unter gemeinen Frieden/und unter der Oberhand gemeiner Geſatz und Obrigkeit ein/ als daß dieſelben ihre Authorität und Zuthun/in Handen behalte/ und nach Noth und Gelegenheit der Zeit ihr Einſehen habe / und uf heilſame Wege und Mittel bedacht ſeyn möge/ dann daß durch innerlich Partheyung und Krieg/ und vielleicht frembden Gewalt/ und daraus erfolgenden Jammer / und Unrath/ alles ſolte zu Trümmern gehen / und in ein Hauffen geſtoſſen werden / und ſonderlich die Geiſtlichkeit ſich zum höchſten darüber zu befahren und zu leyden habe.

86. So befind ſich dannoch/ daß darum die Regiment und Königreich nicht zu Grund gehen/oder ſo gar in Zerrüttung und Unfrieden gerathen/ da man ſchon Aenderung in Religions-Sachen zugelaſſen/ allein daß es mit ordentlichem Zuthun der Obrigkeit und gemeiner Authorität geſchehe. Deſſen inſonderheit Engelland/ Schottland / Dennemarck und Schweden / und ein guter Theil deß Teutſchlands Exempel ſeynd/ welche nach eingeführter Veränderung nichts deſtoweniger ihre Unterthanen in Gehorſam und Frieden regieren / und ſich und das gemeine Weſen in groſſer Forcht und Ufſehen erhalten.

87. Alſo wird man in dergleichen Zeiten und Fällen/ gemeiner Reichs-Verſammlung fürnehmen/ ung durch gemeine Authorität und Decret Einſehen haben mögen/ damit die Religion / gute Ordnung / Ceremonien und Diſciplin nicht in ein Hauffen geworffen/ ſondern zu guter nothwendiger Reformation gebracht/ oder derohalben ein National-Concilium, angeſtellt / und abermals in Religions-Sachen/ mit mehrer Authorität zu Beſſerunge und Vergleichung/ durch Verleyhung deß Allmächtigen/ im Reich Teutſcher Nation geholffen werde.

88. Und wie man pflegt zu ſagen/ kommt Tag/ ſo kommt auch Rath / alſo werden die künfftige Zeiten/ immerzu Gelegenheit und Mittel zeigen/ wie den Sachen weiter Rath und Beſſerung/ möge geſchafft werden/ da allein das gemeine Weſen aufrecht bleibt/ und die Obrigkeit getreu/ Sorge und Eiffer hat / dem gemeinen Obliegen zu helffen/ dann alſo iſt nimmermehr an GOttes Gnade und Handhabung zu verzweiffeln.

89. Bitt dem allen nach E. Maj. unterthänigſt / ſie wolle/ ſo obgemeldt/ zu Gnaden und im Beſten verſtehen / und ufnehmen / und es nicht dafür achten/ daß ich aus Vorwitz und Vermeſſenheit mich in dieſe groſſe Sache mit einmiſche / ſondern daß es allein aus unterthänigſtem Treuhertz und Eiffer/ den ich zu E. Maj. als meiner natürlichen/ höchſten und liebſten Obrigkeit/ und dem Vatterland habe/ und haben ſolle/ und darum beſchicht/ daß E. Maj. deß jetzigen Weſens/ und Thuns/ rund und offen erinnert werde / und deſtomehr Urſach habe/ den Sachen weiter nachzudencken/ und zu helffen / und das beſte daraus zu kieſen und zu wählen/ und thu mich E. M. daneben unterthänigſt befehlen. Datum Kerußheim den 15. May Anno 1574.

An Römiſche Kayſerl. Maj. Maximilianum Secundum.

MELCHIORIS

MELCHIORIS
HAIMINSFELDII
GOLDASTI
RATIONALE
CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM,

In Tomi IV. Claſſe I. & II. contentarum,

ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑΣΘΕΝ

SIVE EXTEMPORALE,

In quo cùm ipſis Conſtitutionibus argumenta dicuntur, tùm Sacri Romani Imperii jura adverſus Cæſaris Baronii Cardinalis Romani Annales elenchos præſcribuntur.

Atteſtatio Cenſuræ.

In hoc Rationali nihil eſt, quod fidem Catholicam ſugillet vel offendat.

ANNO MDCC. XIII.

NOBILISSIMIS, STRENUISSIMIS, AMPLISSIMISQUE VIRIS,

Volrado à Pleſſen Equiti & in ſupremo Senatu Aſſeſſori :
Hippolyto à Collibus Judicii Aulici Præſidi, & Præfecto ditioni Heidelbergenſi :
Georgio Michaëli Lingelshemio JC. & in ſupremo Senatu Aſſeſſori :
Marquardo Frehero à Keſingen Conſiliario, &c.

SERENISSIMI ELECTORIS PALATINI Conſiliariis ac Domeſticis,

MELCHIOR HAIMINSFELDIUS GOLDASTUS S. P. D.

SUBIT me ſæpenumerò generis noſtri miratio, viri Ampliſſimi, quum plerorumque omnium ſtudia cum animo meo reputo. Et conſideranti mihi notavi in popularium noſtrorum animis faſtidium ingens & contemptum quendam inſolentem omnium patriarum rerum cum perpetuo peregrinandi pruritu conjunctum : quibus non quidquam gratum eſſe ſoleat, niſi idem ſit exoticum. Quod in civilibus quidem rebus ita eſſe, uti prædico, experientia quotidiana docet. Cætera mitto : legum ac judiciorum mihi fata videte. Repertos ſemper ſcimus, qui Romano-

rum caſcas leges Regias aut Decemvirales, in quarum cognitione proram & puppim ſapientiæ ſuæ poſuerant, anquirerent: etiam qui Metapontios Græcorum nomos Athenis ac Lacedæmone arceſſerent: ut alias aliorum curas ponam ad compendium: at qui majorum noſtrorum inſtituta ac judiciorum ordinem pervestigarent, inventi ſunt quàm pauciſſimi. Dicunt illi, pulchrum eſſe fontes legum ſcire. Id neque majus neque pulchrius cuiquam atque mihi eſſe videtur: ſed ſi liceat ſalvis rebus tam curioſè perſequi: ſed quatenus id fieri non poteſt, multo tempore multiſque partibus leges illæ peregrinæ latebunt, atque noſtræ conſuetudines, uti nunc ſunt, erunt potiùs, quàm Reipub. commoda, cui operam noſtram locavimus, negligantur ac pereant. In Academiis magno Reipubl. damno malum illud jam pridem obrepſit: in quibus adoleſcentes nihil ex iis, quæ in uſu habemus, aut audiunt aut vident: Sed Latinos & Dedititios libertos, Fuſias & Caninias ac Sentias leges, adoptiones & emancipationes, occupationes (ut ita dicam) idearum Platonicarum, cognationes ſervorum & ſtatuliberos, in ſumma mellitos antiquitatis globolos, & omnia dicta factaque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa. Qui inter hæc nutriuntur, numquam illi mihi ſapere diſcent. De ingenuitate & ſervitute, de manumiſſione & libertatis ademptione, de operis ſervorum, de bonis ac operis libertorum, de jure patronatus & obſequio patronis præſtando, multa illi quidem appoſitè ſciteque fabulantur: verùm qui noſtris moribus doceret comparare, ac juventutem formaret ad uſum, uno Zaſio excepto, clariſſimæ memoriæ Doctore, neminem alium audire an videre contingit. O mores, O ſecula!

Afranius. *Odi homines ſubleſta opera, Philoſopha ſententia.*

Neque enim in hoc civili ſtudio refert quid ſcias, ſed quid præſtare poſſis. Plurima legiſſe, multa commeminiſſe, præclarum eſt: ſed multa cautè & non inſcienter geſſiſſe, ea demùm vera prudentia eſt.

Plautus. *Quem hominem invenimus ad eam rem utilem, hic erit optimus,*
Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.

Vidi etiam tam fatuos, quibus Hiſpanorum ac Italorum Conſilia, Deciſiones, Interpretationes multò potiores eſſe ſoleant noſtratibus. Quaſi verò in Hiſpania curetur ſcilicet, quid ſententiarum Spiræ, Pragæ, aut Rottvvilæ feratur. Aut in Italia ac Hiſpania deſiderentur Juriſconſulti, ut eorum opera à Pontifice an Rege, quorum illi exſequuntur Statuta & Conſuetudines, exſpectetur.

Idem. *Jubeant una opera ſe piſcari in aere,*
Venari avem rete jaculo in medio mari.

Sed me premo : & hæc ea re commemoro magis, quoniam ſerò tandem neglecta adoleſcentiæ meæ commoda ſentire cœpi, qui poſt meliorem ætatis partem illis antiquitatum tricis impeditam, poſt plerarumque gentium leges & conſtitutiones ex variis variarum linguarum libris collecta ac conſarcinata ingenti cumulo, quum ante paucas tempeſtates ad gerenda negotia perveni, putavi me in alium terrarum orbem delatum. Et ideò relictis rebus omnibus, continuò feci ut totum me ad noſtri orbis prudentes conferrem. Quibus obiter ſalutatis, & hic mihi ducem dari expoſco, qui me ducat à turbido & lutulento quorundam interpretum cœno ad ipſas fontium limpiditates. Sed nemo unus, quo loco fontium ſtabulum eſſet, usque rectè tenuit, & qui digitum extenderunt, tanquam in tenebris palpitare videntur,

Cæcus uti ſi monſtret iter. Tamen aſpice— Horatius.

ſeu Druſum ſive Nicaſium, cœcos illos juris oculatiſſimos Duces. Obſervavi binas hujus fontis origines ; unam ex propriis priſcorum Regum & Imperatorum conſtitutionibus ſcaturientem ; alteram, ex Juſtinianis legibus manantem, non illis demùm, quas Lotharius II. Melphitæ inventas reſtauravit, ſed verò illis quum maximè, quæ vel vivo etiam Juſtiniano in Alamania, Germania, Francia (à quibus is Alamanicus, Germanicus, Francicus cognominatus) obtinere juſſæ ſunt, aut non multò pòſt à Regibus noſtris in gratiam Imperatorum, ut vero ſimile fit, introductæ, quum primùm eſſent Patricii Romani ſalutati. Equidem in Diplomatis jam ante Chlodovæum III. Regem Francorum, etiam Orientalium, qui in meditullio Germaniæ ſiti, ſcriptis legum Juſtinianarum mentionem reperio. At verò hæ in judiciis noſtris non niſi affluentes exiſtimandæ ſunt : propriæ autem & genuinæ ipſæ noſtrorum Regum ſanctiones, quarum utilitatem vel ipſe Romanorum Imperator Carolus Magnus tantùm afuit ut abolitum iret, ut etiam multis modis adauxerit, earumque auctoritatem Juſtinianis in re determinata more majorum præpoſuerit. Neque Lotharius Imperator, quum edicto promulgato abrogare niteretur, facere tamen potuit, ut omnem adeò uſum tolleret, quin ad noſtra usque tempora derivaretur. Haſce ergò ambas judiciorum noſtrorum origines qui pernoverit, is demùm ſeſe ex intricato fori noſtri proceſſu, quippe mixto & confuſo, nullo negotio expediet : Cæterum in utràvis fruſtrà ſemper nixurus, nactutusque qui ſibi occentet:

Ὅς τις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ
Τοὐναντίον δρῶν, ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν. Ariſtophanes.
Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα·
Οὗτος δ' ἀκολουθεῖ, κἀμὲ προσβιάζεται.

† 3 Princeps,

Princeps, patrum memoriâ, viam ingreſſus Vitus Amerpachius, editis Caroli Magni Capitularibus, benè de Germana Jurisprudentia mereri cœpit: cujus verò ſtudium multis poſt ſe paraſangis reliquit Joannes Baſilius Herold, eruto è tenebris & vulgato illo Conſtitutionum priſcorum Germaniæ Regum inæſtimabili theſauro. Nec noſtrâ memoriâ contemnendam operam præſtiterunt Pithœi fratres. Verùm illi hærentes in ſalebris veteris Jurisprudentiæ, rivos neglexerunt, quos dixi noſtris moribus potum præbere. Fuere contrà, qui ſolis rivis delectati, ipſos fontes ſusque deque haberent. Quanquam hi cauſam, quamobrem id fecerint, rationemque ſecuti ſunt. Et primus quidem Juſtinus Goblerus Goarinus JC. Divorum fratrum Caroli V. & Ferdinandi nonnullas Conſtitutiones conferre ac interpretari ſimul voluit; majore ille quidem induſtria quàm judicio, laudandus tamen. Allaboravit poſtinde Noe Meurerus, ut Conſtitutiones Imperii in compendium redigeret, quo ſanè ejus labore ſine magna jactura carere facilè poſſimus. Præſtabilior magisque ſtrenua fuit Petri Denaiſii Aſſeſſoris Cameralis opera, quam ille eodem in negotio feliciſſimè & accurato cum judicio elucubratus eſt. Quod utinam is certum maluiſſet titulorum ordinem quàm literarum perſequi. Sic verò liber eſt commendabilis, ut omnibus illis debeat eſſe quàm commendatiſſimus, qui noſtram Jurisprudentiam ſeſe ſtudent ex ipſis fontibus haurire, non quibuslibet putidis Doctorum commentis aut fallacibus obſervationibus: ſalvo interim bonorum ſuo ſibi honore, & diu mihi magni Gailius ac Mynſingerus & uterque Hartmannus, qui nobis debent eſſe ſexcentis Hiſpanis ac Italis multò potiores. Quod ſic à me dictum velim, ut intelligatur non κατὰ παντὸς, ἀλλὰ πρός τι καὶ νῦν, ut ait Ariſtoteles. In commentariis porrò ad Conſtitutiones Carolinas rectam viam inſtitit Georgius Remus JC. & Patricius Auguſtanus; & ad famam ibit vir ille, ſi pergat inſtitutam rationem pergere. Præter hos qui in germana, vernacula & nativa jurisprudentia, ſeu antiqua ſive nova, curæ ſtudiique operam poſuerint, necdum mihi oblati, etiam ſtudioſè cùm feci, ut certior fierem. Videntur plerique iis adminiculis deſtituti, à quibus parati eſſe debent, qui ad intellegentiam legum noſtrarum diſcupiunt pervenire, abſtinuiſſe. Quibus ego mediocriter inſtructus, & dicto pariter veteris Sapientis;

Γνώμ. Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλὸν, excitatus, cœpi ante hos paucos menſes in id ſummis opibus incumbere, ut majorum noſtrorum leges, ſtatuta, reſcripta, in quibus de jure ac dignitate conſtitutum eſt, ultrò citroque diſperſa, & ab iis ſpreta, quibus in ore Poetæ hemiſtichia;

Lucanus. *—Pereunt diſcrimine nullo Amiſſa leges—*

è naufragio Germanæ Jurisprudentiæ à rerum vetuſtarum monumentis

mentis ceu ab litoribus ſublegerem,& in eum ordinem compingerem, qui in hac ſubitata opera videbatur eſſe commodiſſimus.Erat initio animus inde usque ab ultima memoria Regum repetere : ſed poſtquam audivi, alterius eam curam eſſe, deſtiti, & caput fixi in ipſo Imperii noſtri capite, Carolo Magno. Multa in his egregia ,pleraque de ſancta Imperii Majeſtate, cætera quoque non ſine injuria neglecta, & ex uſu noſtrorum temporum, quædam in iis non proletaria nec cuivis obvia. Quapropter conſtitueram apud animum meum, quibusdam veluti paratitlis ſive notis explanare, iisque non è vulgo petitis : verùm & hoc inſtitutum meum mutavit ratio cenſuræ, quam exſpectatione noſtra diuturniorem rigidioremque experti ſumus. Etenim ubi continuam ſeptimeſtrem recognitionem & quandam quaſi transvectionem pertulêre, quibus equi non adempti; igitur demùm admittendas cenſores judicarunt, ſi cenſum ac probitatem ingenuitatis ſuæ edocerent, & crimina inſuper per calumnias intentata diluerent. Onus graviſſimum, & cui ego patronus vix videbar eſſe ferendo. Subii tamen, &, quod miremini, duodetrigeſimo pòſt die pertuli. Atque exiſtimo, & meo me munere functum, & eorum voluntati feciſſe ſatis, quorum auctoritas apud me tantùm valuit ac potuit, ut tantum onus in me receperim. Moleſtum negotium mihi exhibuit quidam retiarius Romanus, in cujus cantilena; *Non te peto*, ſcriptum eſt, *piſcem peto.* Piſcis verò in galeæ hujus apice effigatus, eſt pax, ſecuritas, & Majeſtas Imperii Germanici. At ego Germanus mirmillo ſtrenuè præſtiti, ne tangeret: & exemplo condigno os verberavi, qui ſacroſanctam Juris Imperialis Majeſtatem ſcriptis ſacrilegis lancinare non eſt veritus. Si ruſticatim feci, hoc habeat; urbanatim neſcio. Nec litem feci, ſed conficere aggreſſus ſum, ac, divino favente numine, veritatis armis inſtructus, argumenta omnia Baroniana, hoc breviſſimo temporis ſpatio, ita confeci, ut ſartatecta in perpetuum maneat Imperii auctoritas; & quidquid porrò à Cardinali Baronio in contrarium adferri poterit, in æternum erroris manifeſti & ignorantiæ nullo negotio convincam.

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet, atque Horatius.
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.

Dici verò non poteſt, quanto ſudori, quantæve dividiæ mihi labor iſte fuerit, cùm aliquot centum libros, in quibus legiſſe hoc vel illud recordabar, nec ſemel memoria fefellit, voluere atque exſcribere neceſſum foret. Ipſa feſtinatio quàm moleſta? quum madentes etiamnum paginæ à penna ſubtraherentur ad prœlum. Nec verò dubito fore pleroſque qui multa in hoc meo ſtudio ſugillaturi ſint. Quorum me licet ab inſtituto laudis curſu ſiniſtræ opiniones num-

quam deflexerint , quum tamen ad eos veluti ventos moderandos auctoritate opus eſſet, quos vobiſcum compararem, viri Ampliſſimi, habui omninò neminem: qui Germanos animos geritis & Imperio fideles, non Soranos nec peregrinos. Et in quibus præter eximias & prædicatione noſtra ſuperiores virtutes , eam in me ornando promovendoque voluntatem perſpexi, qua niſi planè ferreus non potuiſſem non ad vos colendum obſervandumque trahi. Cujus mei Officii ut aliqua mihi ratio apud vulgus conſtaret, datam mihi qualemcunque meæ in vos obſervantiæ teſtificandæ occaſionem omittere nolui. Itaque hoc, quidquid eſt, vobis, viri Ampliſſimi, D. D. Q. quod etſi tenue eſt , tamen dignum ac idoneum judicavi, ut in ampliſſimo nomine veſtro divulgaretur : & vos eò liberaliùs accepturos confido, quò majorem vos par eſt voluntatis meæ, quàm facultatis , ducere rationem. Francofordiâ, a. d. III. Kalend. Septembr. A. C. N. ∞.Iↄc.vII.

MELCHIO-

MELCHIORIS GOLDASTI
HAIMINSFELDII
RATIONALE CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM.
In Tomi IV. Claſſe I. contentarum.

HADRIANI I. PAPÆ BULLA. Pag. 1.

GRATIANUS Decreti part. 1. diſt. 63. c. 22. ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, Auctor Pannoniæ lib. 8. c. 134. Theodoricus à Niem lib. 1. de Schiſmate, Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis, Ioan. Wolphius JC. lib. 8. lection. memorabil. & reconditar. Cæſar Baronius Cardinalis Annalium tom. 9. Anno DCCLXXIV. §. 10. & ſeqq. Caſpar Hedion Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 6. c. 23. in Germanicam linguam tranſtulit, quem eſt ut videas. Auctoritates.

Sigebertus Gemblacenſis in Chron. An. DCCLXXIII. *Adrianus Papa ad tuendas res Eccleſiæ Carolum Romam accerſit. Quò pergens Papiam obſidet, ibiq; relicto exercitu Romam pervenit, ſanctam reſurrectionem ibi peregit; poſtea rediens Papiam cepit. Iterumque Romam rediit, Synodum conſtituit cum Adriano Papa, aliisq; CLIII. religioſis Epiſcopis & Abbatibus, in qua Adrianus Papa, cum univerſali Synodo dedit ei jus eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatem quoque* * *Principatus: inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere definivit, & ut niſi à Rege laudetur & inveſtiatur Epiſcopus à nemine conſecretur; omnesque huic decreto rebelles anathematizavit, & niſi reſipiſcerent, bona eorum publicari.* Walthramus Naumburgenſis Epiſcop. in lib. De Epiſcopor. inveſtitura: *Adrianus Papa collaudantibus Romanis & plena Synodo, Primatum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum & Principum acclamatione, Carolo M. ejusque ſucceſſoribus futuris Imperatoribus, ſub anathemate conceſſit Patriciatum Romanum: & per ſe, vel per Nuncios, confirmationem in electione & in conſecratione Romani Pontificis conceſſit: & inveſtituras Epiſcoporum eis determinavit, ut non conſecretur Epiſcopus, qui per Regem & Imperatorem non introierit purè & integè; exceptis, quos Papa Romanus inveſtire & conſecrare debet ex antiquo dono Regum & Imperatorum, cum aliis quæ vocantur Regalia, id eſt, à Regibus & Imperatoribus Pontificibus Romanis data, in fundis, & reditibus. In hac conceſſione continentur Regales Abbatiæ, Præpoſituræ. Ex hoc conſtituto Carolus M. Aiſtulfum, Deſiderium, aliosque Reges & Tyrannos, bello, cæde & exilio delevit, qui fundos & bona Eccleſiæ Romanæ, aliarumque Eccleſiarum, invaſerant, omnia reddens libertati.* Gotfridus Viterbienſis Panthei part. 17. *Conſtantini Imperii anno tertio idem Carolus Rex Romam veniens, ab Adriano Papa honorificè ſuſcipitur; ibique ſancto Paſcha celebrato, Pipinus filius ejus in Regem Italiæ, & Ludovicus alius ejus filius in Regem Aquitaniæ, unguntur. Ipſe autem Carolus, univerſo Romano populo acclamante, Patricius Romanus appellatur.* Canzo Turicenſis in Geſtis Caroli M. c. 7. *Carolus fuit Romæ. Saxones, &c. Dum hæc aguntur, Carolus Roma regreſſus non ſolùm Papiam cum theſauris Deſiderii inventis capit, & ipſum Deſiderium cum uxore & filio in Franciam exilio deportavit, & Adelgiſum filium Deſiderii ex Italia fugere compulit: Ampliùs Romam reverſus poſt aliquot annos in publica Synodo, CLIII. Epiſcopis & Ab-* Teſtimonia. * Leg. Patriciatum.

batib. præſentibus, in Eccleſia Lateranenſi præterea, quæ pater Pipinus dedit S. Petro, donavit Ducatum Spoleti & Beneventum. Inde Romana Eccleſia cum Procerib. Romanum Imperium à Græcis tranſtulit in perſonam magnifici Caroli, in Germanos. Martinus Polonus, Monachus Dominicanus, & Pœnitentiarius Domini Papæ, in Chronic. *Aliam Synodum ipſe Papa Adrianus præſente Carolo Rege Romæ celebravit, in qua fuerunt CLIV. Epiſcopi, & alii Abbates & Prælati; & in qua Carolo dedit Adrianus Papa & Synodus jus eligendi Pontificem, & Sedem Apoſtolicam ordinandi: Item Archiepiſcopos per provincias ſingulas, inveſtituras ab ipſo reciperet. Anathematizavit quoq; omnes huic decreto rebelles, & juſſit bona eorum, niſi reſipiſcerent, publicari: & quicquid etiam Longobardi Romanis à retroactis temporibus abſtulerunt, totum Carolus reſtituit.* Adſcripſi locum, ut habet optimum exemplar MS. Reverendi P. Ioan. Mintzenbergii, Prioris Carmelitarum apud Francofurdianos. Ioan. Semeca Præpoſitus Halberſtatenſis, Decreti primus Gloſſator, in diſt. 63. *Deſiderius Rex morabatur Papiæ, qui totam Italiam ſtimulavit. Propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum, venire. Qui Papia dimiſſo exercitu, Romam ivit: ibique honorificè receptus, Papiam rediit, & tamdiu eam obſedit, donec Deſiderium Regem cepit. Deinde Romam reverſus, Synodum congregavit: ubi Hadrianus cum 153. Epiſcopis dedit Carolo poteſtatem eligendi Papam, & ordinandi Sedem Apoſtolicam, & confirmandi omnes Epiſcopos & Archiepiſcopos per provincias. Et quicunque contra hoc privilegium veniret, anathema eſſet: & niſi reſipiſceret, bona ejus publicari præcepit.* Leopoldus de Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis in lib. De zelo veter. Princip. Germ. c. 8. *Carolus M. habebat ab Hadriano Papa I. & ſancta Synodo Epiſcoporum Romæ celebrata, ex privilegio poteſtatem eligendi ſeu ordinandi Sedem Apoſtolicam.* Et c. 15. *Hadrianus Papa I. cum ſancta Synodo Romæ habita, tradit Carolo M. præfato Pipini filio, jus & poteſtatem ordinandi Sedem Apoſtolicam, ac dignitatem Patriciatus urbis Romæ conceſſit eidem, inveſtituras quoque Archiepiſcoporum & Epiſcoporum per ſingulas Provincias ab ipſo Carolo recipi definivit, prout hæc ex Chronicis evidenter apparent.* Theodoricus à Niem d. lib. *Hæc autem ſcripta reperiuntur in antiquiſſimis Bibliothecis, & penè præ nimia vetuſtate conſumptis, quæ reſervantur ad roborandum dignitatem Romanorum Imperatorum in ſecula ſeculorum, Amen.*

Is qui ſtat pravus, de vita codice raſus
Abſq; Deo maneat, morte mala pereat.
Hic qui conſervat, Chriſtum ſuper æthera cernat.

Primis duobus verſibus eos innuit, qui Impetii jura & veterrimas conſuetudines calumniatum eunt atque perditum, puta Papam ejusque aſſeclas: poſtremò, Imperatorem, ejusque fideles Principes Eccleſiaſticos & ſæculares, qui, quæ illi damna atque vulnera inflixêre ex ſummis opibus eunt reparatum atque conſanatum. Sed ad rem. Henricus Token Canonicus Magdeburgenſis in Rapulario: *Theodoricus Niem tempore Ioannis XXIII. Florentiæ invenit in quodam antiquiſſimo libro de inveſtitura Epiſcopatuum. Dicit enim, ſecundum quod habetur 63. diſt. in Synodo, &c.* Fuit autem iſte Theodoricus a Nyem, ut Flaccius & Geſnerus tradunt, aliquot Paparum intimus Scriba, vixitque ante annos admodum ducentos, vir oppidò bonus, & ſic ſatis doctus. Factus tandem à Bonifacio Papa, ut Crantzius ſcribit, Epiſcopus Vuerdenſis & Cameracenſis, eorundem Paparum dedecora ſcriptis publicis exſecutus eſt. A quo non longè ſecutus Felix Hemmerlin, qui ſe Latino verbo Malleolum quandoque indigerat, Canonicus Tigurinus parilia quædam de hoc Hadriani Decreto memoriæ prodidit; cujus verò liber ad manum non eſt. At Wernerus Kolewink Carthuſianus Colonienſis in Faſciculo temporum à Gratiano edoctus ſcribit: *Iſte Adrianus fuit vir præclariſſimus, & nobiliſſimus genere, & potentiſſimus, & multa magnificè patravit,* &c. *Regnum Longobardorum ceſſare fecit per Carolum M. Synodos duas ſolenniter celebravit: Eccleſias & Monaſteria multa inſtituit, & jus Carolo ſuper ordinatione Sedis Apoſtolicæ & inſtitutione Epiſcoporum, Abbatum, &c. in generali Concilio dedit, propter violentias Tyrannorum coercendas, ut patet 63. diſt. per totum.* Luthreoſis Monachus apud Brunſvvigam in Compilat. Chronolog. *Adrianus Papa ſedit annis XXIII. menſib. X. Hic Papa & jus Patronatus ſive dignitatem contulit Carolo.* Scil. præter Imperium à Stephano collatum. Qua in re Monaſtice labitur, cum regnum Franciæ ſit collatum, non Imperium Romanum. Verùm & hic apud Sigebertum ſuprà reſcribendum eſt *Patriciatus*, pro *Principatus*, & *Patronatus*, quamvis erunt fortaſſe, qui per *jus patronatus* contendant intelligi Pontificis electionem & inveſtituram Eccleſiarum: per *Principatus* verò, Imperii Rom. dignitatem ejusque diſpoſitionem. Qua in re utatur ſuo quisque judicio. Meum mihi pulchrum eſt. Robertus Gaguinus Miniſter Generalis Ordinis S. Trinit. de Francorum geſt. lib. 4. *A quo* (Deſiderio) *recuperatas, quas Romano Præſuli abſtulerat, urbes Eccleſiæ Carolus reſtituit, addidit his Spoletum atq; Beneventum. Quib. beneficiis ut Pontifex gratiæ aliquid rependeret, Carolum multis ornavit privilegiis, quorum illud maximum fuit, donare Eccleſias idoneis Sacerdotibus poſſe: id à Sacerdotibus inveſtitura vulgò appellatur: qua ſine, ut nunc loquimur, beneficium nemo poſſidebat. Recipiebat n. à Rege, qui beneficium adepturus eſſet, annulum vel ſimile quippiam, argumentum ſc. Regiæ in eum gratitudinis. Intereſt n. Regum noſſe, qui majores maximè Eccleſias adminiſtrent, quarum ipſi tutores ſunt. Adjectum privilegio eſt, Romanum quoque Pontificem ſine Caroli juſſu eligi non debere, idque in Synodo aſſidentibus Romæ centum quinquaginta trib. Epiſcopis atque Abbatibus firmatum eſt.* Nicolaus Vignierius Batrenſis, in Burgundionum, ex vetuſto Scriptore, Anno 772. *Carolus Deſiderium Papiæ incluſum obſedit. Ubi cùm ſibi herendum diutius eſſe videt, parte copiarum ad obſidionem relicta, in alias Longobardorum civitates, deinde Romam deductus eſt, ubi Pipini donationem confirmavit, auxitque, ac pro remuneratione ab Adriano jus eligendi Pontifi-*

cis,

ris, Epiſcoporum inveſtituram, patriciamque dignitatem accepit, &c. Addam in popularium gratiam, unius atque alterius è Germanis teſtimonia, non odii, non injuriæ cauſa, quàm à me procul habeo. Teſtantur autem, ſe ex veteribus libris exſcripiſſe Iohannes Bæmler in Chron. Paparum, quæ Auguſt. Vind. impreſſa An. 1476. in Hadriano: Duech deß Papſts Gebeth willen veetrieb der groß Keyſer Caeolus den Künig von Lamparten / und ander Heeeen / die dem Bapſt Laid thäten / und dem Stul abzugehn / und das Sein wider Reche nahmen. Darumb gab dee Papſt dem Keyſer Gewale / daß er ſolt ſetzen Päpſt und Biſchoff nach ſeinem Willen. Item in Chronica Caſarum, in Carolo M. Alſo zo Künig Carolus das Land an ſich in Lampaeten / und gab dene Pabſt und der Kerchen wieder ihe Land und die Städe / die ihn der Künig Deſiderius hätt abgezogen. Alſo zergieng das Reich zu Lampaeten / und iſt worden ein Hertzogehumb / und haben ſeyder keinen Künig noch Heren gehabt / wann dee ihn von einem Keyſer ward gegeben. Daenach fuhe Künig Carolus zu dem Pabſt. Da kommen auch dar hundert und deey und fünfftzig Biſchoff: mit der Gunſt und Willen gab der Pabſt dieſem Künig allen Gewale / daß er und ſein Nachkommen ſolten ſetzen und machen / und die Ertz-Biſchoff beſtättigen und confirmiern nach dem als ſie erwehlt würden von ihren Capiteln: und auch viel andee Feeyheit. Georgius Alt, Secretarius Norimbergenſis, in ſuo Chronico univerſali, quod Norimbergæ incuſum Anno 1493. confundit Hadrianum I. cum Hadriano III. At Auctor Chronicæ Colonienſis, quæ Coloniæ impreſſa Anno 1499. cum Bemlero concinit, his verbis in Adriano I. Der bat Koninck Caerl van Feanckeich / dat he der Kiechen zo Hülpe queme intgheyn den Koninck van Lamperden. Ind deſſe Payß gaff darumb Koninck Cael ind ſinen Nackomelingen die Macht / dat ſi Payß voeme ſetzen ſoulten zo ihrem Willen / ind ouch alle Biſchoffe. Deſſe Payſt vurß macht ein Concilium zo Rome van CLiij. Biſchoffen ind ander viel Aepten ind Peälaeen: ind die beſtetichten alle vurß punten Koninck Carle ind ſin Geſchlecht. Ind die dairwidder thäten / veebannt he / als geſchreven is Lxiij. diſtin. Adrianus ij. li. Ioan. Stumpfius Chron. Helvetior. lib. 5. c. 86. Umb dieſe Wolthat hat der Papſt Carolo geoſſe Peivilegien und viel Bullen geben: Haben auch alsbald ein Bündnuß und ewige Freundſchafft miteinander gemacht / daß welcher einen beleidigte / der ſolte auch den andern zum Feind haben. Was auch hievoe Pipin Caroli Vatter anderen Päbſten gegeben / das meheet Carolus, und befeſtige das mit mehrern Peivilegien / und bekräfftige die Ding alle mit ſeinem Eyd und Siegel. Hierumb hat dee Pabſt untee andern Geatien Carolo den Titel geben / daß er hinfüro ſolte zugenennt weeden Magnus, das iſt / dee groſſe Carolus, &c. Hiemit wued das Langbartiſch Reich in Italia außgemachet / das in die 300. Jahe grünet hae. Das gantze Italia waed guts Theils den Francken unterworffen. So wueden dem Pabſt alle Städt umb Rom / hievoe erzehlt / die er nachmahls ein Patrimonium, Wiedem und Eebgut nennet der aemen Apoſtel S. Petri und Pauli / etc. Wie gewaltig aber der Pabſt worden / muſt er doch die König vor Augen halten. Deßhalb ee ein Synodum zu Rom hielt: darinn untee andern Aeticklen beſchloſſen waed / daß König Caeol ſolte nach altem Beauch der Keyſer (wiewol ee noch nit Keyſer wae) bey aller Gewaltſame und Oednung der Kirchen bleiben: namlich einen Pabſt zu erwehlen und zu beſtätigen / und alles das zu ordnen / das der Römiſchen Kiechen wol anſtändig wäre: alle Biſchoff / Ertz-Biſchoff / und Aebbt duech alle Peovintzen zu erwehlen / zu ſetzen und zu entſetzen. Daß ohne deß Königs Wiſſen alle Eewehlung der Geiſtlichen Peälaten krafftloß ſeyn ſolte. Es ſolten auch alle die veebannet werden / die einigerley wider dieſe Oednung füenehmen odee handleten. Ubee ſolches machet der Papſt K. Carolum zu einem Römiſchen Patritio. Welchen Gewalt viel Jahr her die jenigen geſühet / und allein von den Keyſern empſangen hatten / die an ſtate bemeldeer Keyſer zu Conſtaneinopel / zu Rom alle Ding zu regieeen einigen Gewale hatten. Alſo gab der Pabſt Carolo was er wole / es treffe gleich an wen es wolt. Darbey aber beſchirmet ihn Carolus, &c. Alſo geſchwind und liſtig ſind die Weltſchen / als die Griechiſchen Keyſer zu Conſtantinopel und die Römiſchen Päbſt allezeit geweſen mit ihrem peaeticiren / daß ſie mit Gelt / Gaben / und Verheiſſungen die Teutſchen allweg bewegt und auffbracht / und widee ſich ſelbs / einandee außzureuten und zu verderben (die ſonſt von andern Nationen unübeewindlich wären geweſen) gae höflich zu ihrem eignen Nutz / und dee Teutſchen veederblichen Schaden / haben anhetzen können. Alſo daß nunmehr ſchiee bey 1000. Jahren hee die löbliche ſtreitbaee Nation dermaſſen mit allerley geſchwinden Peaceicken durch Gue und Gele / wider einander iſt auffeweeckt woeden. Deß haſt du durch die Cronicken viel Exempel: namlich wie erſtlich im Abgang deß Oeeidentiſchen Reichs die Teutſchen Herulee und Rugen / darnach die Gothländer / Burgundier / Schwaben / Feancken / und auch die Lamparter / etc. alle hinein gezogen / und gewaltige Königeeich auffgericht / die doch auß Anſtifften der Keyſern und Päbſten allezeit einander ſelbs außgeeeutet und veetilget. Die Goehen haben die Rugen und Herulee vertrieben mit Odoaere ihrem König: Die Lamparter abee Naeſeti geholffen / die Gothier auß Italien vertrieben / und ſich darein geſetzt. Die Feancken haben die Weſter-Gothen auß Gallia vertrieben / das Burgundiſch Reich uneergeehan / und jetzt letzlich das ſtaeck Langbareiſch Reich auch umbkehet / alles auß Pabſts Anrichten. Zuletzt haben ſie auch die Teutſchen König / vom Stammen und Geſchlecht Caroli, auß Franckreich gebeacht. Alſo ſind wir Teutſchen über einander gericht / daß wie denen / ſo uns weder trew noch hold ſind / zugeſallen / uns ſelbs veederben. GOtt wölle Teuſcher Naeion Gnad geben / daß ſie einmahl gnug umbſichtig / und an beyden Augen geſehend weede / Amen. Hæc ille; quæ quidem hactenus appoſui, quoniam ex antiquis

tiquis exemplaribus perhibet tranſcripſiſſe, utcunque apud quoſdam parum fidei forteſn repertu-rus ſit.

Lyſes. Et hæc autem ita eſſe, ut iſti memorant, inde à Carolo M. uſque noſtrum invictiſſimum & glorioſiſſimum Imperatorem, Rudolphum II. &c. hoc eſt, ipſos annos octingentos & triginta, in Eccleſia & Foro (ut loquuntur) credita ſunt, nec quiſquam tam perfrictæ frontis unquam repertus, qui vel in dubitationem auderet ponere etiam in acerrimis Imperatorum & Pontificum controverſiis. Nuperrimè demum exortus Cardinalis Baronius, qui ſumma ope atque viribus omnibus veritatem ejus iret oppugnatum. At faciam ego, ut nimis verum eſſe experiatur verbum illud vetus, *veritatem premi, non opprimi.* Sunt enim machinæ in mundo, quibus oppoſitiones ejus protelari atque ciſpelli nullo negotio queant, ſi ſit qui periclitetur. Ego præibo, & viam in extemporali hac velitatione paucis logis faciam.

Primum ejus argumentum eſt in §. X. & ſeq. hujuſcemodi. *Nemo ante Sigebertum hoc ſcripſit: Ergo, commenticium & falſum eſt.* Magna tua debet eſſe, Baroni, ἀπαιδευσία & nimis μεγαλοφρόνως in tam vitioſa ἀσυλλογισία, in qua peccas trifariam. Primùm non animadvertiſti σόφισμα παρὰ τὸ ἑπόμενον, quod vocat Ariſtoteles, cùm ex puris negativis nihil conſequi, vel illi noverint, —— *qui nec dum ære lavantur.* Tum dein abſurdum tuum comparari poteſt cum ſimili abſurdo: quam reſponſionem Dialectici vocant καθ' ἀντιπαράστασιν, ſi neſcis. Si in eo ſcelus eſt, impoſtura, fraus, mendacium, commentum impoſſibile, falſus titulus, ſchiſma, diſpendium æternæ ſalutis, malæ artes, nimia nimiaque ſuæ ſalutis oblivio (agnoſcis verba tua?) qui poſt annos numeratos trecentos & duos de quadraginta, quàm geſta eſt, rem memoriæ mandat: quantò excellentiora illa omnia eſſe debent in eo, qui poſt alterum tantum annorum, quod in ſancta Catholica Eccleſia ab omnibus fidelibus fuit continuò verificatum, à Summis Pontificibus non tacito conſenſu confirmatum, ab Imperatoribus ferè productum, à doctiſſimis Theologis vero evictum, à præſtantiſſimis Canonici Juris Doctoribus in perpetuis commentariis comprobatum, à peritiſſimis Juris Civilis Conſultis recto calculo acceptum: quod in Scholis, Academiis (Studia & Univerſitates ſuperiore memoria dixerunt) Eccleſiis, Collegiis, Cathedris, Monaſteriis, & ubi non? diſputationibus & ſcriptis traditum, unus negare ac ad injuriam Majeſtatis Romani Imperii verbis confictis percellere auſus eſt? Verum quando Logici dicunt; *Allegare inconveniens, non eſt ſolvere argumentum*; vel, ut eſt in Juriconſultorum proverbio;

Non valet exemplum, quod litem lite reſolvit,

ego manum de tabula, & ad tertiam tuam ἀσυλλογισίαν venio. Nempe non vidiſti telum tuum non eſſe telum, teque παρὰ τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν, quin potius παρὰ τὴν ἀντιστροφὴν imperitiſſimè decipi. Age ergo quod neſcis, id dum te condocefacio, auſculta. Ais, Sigebertum hæc ſcripſiſſe *nullo alio auctore conſcio.* Manifeſtò opprimeris. Etenim, ſi vera eſt ratio tua, ut ille ſcripſerit *anno Redemptoris milleſimo centeſimo duodecimo*, ecce tibi ipſo triennio priorem Walthramum Naumburgenſem, cujus hæc ſunt verba in calce libri ſuprà memorati: *Ex quo Imperium Romanorum Carolo M. acclamatum eſt, ſunt anni trecenti & unus. Eſt autem annus præſens; milleſimus centeſimus nonus,* &c. At ne me dicas ἀναβολογεῖν, quid de Eutropio Langobardo dices, quem certa conjectura eſt ante Ottonem Primum Imp. vixiſſe, annis plus minus ducentis Sigeberto antiquiorem. Qui in libro de Statu Romanorum ſub Græcis & Francis conventionis hujus ita meminit: *Accipiente autem Carolo hoc regnum, profectus eſt Romam, deditque ibi donaria multa, quæ uſque hodie Romanum tenet Dominium de regni hujus confinibus: fecitque pactum cum Romanis eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut intereſſet quis Legatus, & ut contentioſas lites ipſe deliberaret*, & quæ ſequuntur obſervatu digniſſima. Et ſi huic parum apud te fides, quid de Paulo Diacono Forojulienſi reſpondebis, qui rebus geſtis interfuit, & à Carolo abductus captivus? Is in libro de Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ, quem beneficio Freheri & per eum poſſideo, in Arnulfo hanc rem conciſis quidem ſed verbis minimè obſcuris narrat. *Denique inter plura ammiranda*, inquit, *quæ geſſit, Langobardorum gentem, bis jam à patre devictam, altero eorum Rege, cui Deſiderius nomen erat, capto,* &c. *univerſam ſine gravi prælio ſuæ ſubdidit ditioni, &, quod rarò fieri adſolet, clementi moderatione victoriam temperavit. Romanos præterea ipſamque urbem Romuleam, jam pridem ejus præſentiam deſiderantem, quæ aliquando mundi totius Domina fuerat, & tunc à Langobardis depreſſa gemebat, duris anguſtiis eximens, ſuis addidit ſceptris, cunctaque nihilominus Italia ſuæ dominatione potitus eſt.* Quid ad hæc, Baroni? Sed ſcio neſcire te μετωνυμίαν. Eam tibi adducam qui explanent, illud nimirum, quod ait, *à Langobardis depreſſa gemebat, duris anguſtiis eximens*, non ἁπλῶς nec unde ad ipſos cives, ſed verò Summum Pontificem attinere. Einhardus in Geſtis Caroli Magni: *Rogatu & precibus Adriani Romanæ urbis Epiſcopi exoratus, bellum contra Langobardos ſuſcepit.* Ado Viennenſis Chron. ætat. 6. *Legatus Romanæ Eccleſiæ Petrus ab Adriano Pontifice, ad glorioſum Regem Carolum venit, poſtulans auxilium contra Deſiderium Longobardorum Regem* * Abbas in Annalib. à Caniſio editis: *Veniens Miſſus Domini Adriani Apoſtolici ad Dominum Carolum, invitando ſcilicet ſupranominatum glorioſum Regem unà cum Francis, pro Dei ſervitio & juſtitia S. Petri ſeu ſolatio Eccleſiæ per Deſiderium Regem & Longobardos.* Aldhelmus Benedictinus in Annalibus, quos Nuenarius & Reuberus edidere, vulgò non rectè Aimoino inſcriptis: *Adrianus Papa cùm inſolentiam Deſiderii Regis & Langobardorum ferre non poſſet, decre-*

* Auſtraſius.

vit

vit legationem ad Carolum Regem Francorum mittere, &c. Strabo Fuldenſis in Annalibus à Pithœo vulgatis ac Frehero: *Carolus ab Adriano Pontifice pro defenſione rerum S. Petri invitatus cum exercitu ad Italiam pergebat.* Et omnium exſertiſſimè Paderbornenſis Monachus in Geſtis Caroli Magni:

Miſſis Legatis, Adrianus Papa ſacratus
Auxilium Caroli ſtuduit depoſcere Magni
Adverſus Longobardos, quorum fuit illo
Tempore Rex Deſiderius: nam valde premebat
Improba Romanos hujus violentia gentis, &c.
Orans devotè ſatis, ut defendere vellet
Eccleſiam Petri, ſummus qui claviger Aula
Illi cœleſtis dare præmia maxima poſſet.
Nec non Pontificis ſuccurreret anxietati,
Romanique ſimul populi mala plurima paſſi,
Cui libertatis jam ſpes, vitaq́ tenenda
Unica poſt Dominum, tantùm reſtaret in illo.

Cæteros mitto, ne me pro cerrito & fanatico circumferas, qui medio meridie velim accendere lucernam. Illi autem ſunt & Pauli & ipſius Caroli M. σύγχρονοι. Ergo igitur quod Paulus de Romulea civitate, iſti tanquam de Pontifice interpretati ſunt. Atqui Romam *ſuis addidit ſceptris*, inſit ille. Neceſſum eſt, pro horum verbis, & ipſum Pontificem, hoc eſt omnia illa jura, quæ Imperatores non ignavi in urbem & Pontificem legitimo titulo exercebant, cujuſmodi ſunt, quæ ab Adriano in hoc decreto commemorantur. Interim non inficior illam ſic triumphalem Caroli donationem, cujus breviarium refert Anaſtaſius Bibliothecarius, cujúſve in Bulla Leonis VIII. mentio extitiſſe: tantum hoc volo nunc mihi, at veritati des, Baroni, συναλλαγὴν fuiſſe & ultrò citroque factam, quam malignè more ſuo ſolens ſuppreſſit Bibliothecarius, haud ſcio an ad invidiam declinandam, quæ, cùm iſta hæc ſcriberet, cœpit conflari. Eſt autem hoc συνάλλαγμα, Baroni, ne quid erremus, non tum demum inſtitutum, ſed dudum antea pridem inter Pontificem & Pipinum. Cujus rei ignorantia nonnullos in errorem perduxit, non diſcernentes inter regnum Francorum ac Italiæ, imperiteque confundentes Advocatiam Romanæ Eccleſiæ cum Imperio Romano. Qua de re in ἐξηγήσει dicetur pluribus. Enimverò emunctum naſum habeat oportet, qui ſeſe ſtudeat dijudicare Hiſtoricos: quem vellem tibi favor Promethei concinnaſſet, ἔχων αὐτοῦ τὸ κεστήϊον, ut loquitur Plato. Nunc ad alteram tuam ἔνστασιν accedo.

Ais §. XI. *Poſt captum Ticinum non Romam veniſſe iterum Carolum, ſed quàm celeriter in Galliam rediiſſe.* Παραλογικῶ ἀνιστορήτως, ex puris particularibus, ut in Scholis loquuntur. Etenim aſſumptioni toi παραλογισμοῦ opponere poſſem myriadem ſcriptorum, ſi ſit opus. Quin ſuare, qui traderent, Carolum capto demum Ticino Romam adiiſſe. Quos inter Andreas Presbyter, qui Ludovico Pio Imperatore vixit, in Hiſtoria Langobardorum: *Igitur ſubjugata*, inſit, *& ordinata Italia ad Romam perrexit, ibidem palatium conſtruxit. Deinde terra pacificata, & ſacramento dato Pipino filio ſuo regendam Italiam conceſſit: ipſe verò Carolus poſt aliquantum tempus Franciam reverſus eſt, obſides quoque ducens ſecum quiqui in Italia majores nati & nobiliores erant.* Remmingus Præpoſitus S. Galli in Geſtis Francorum excerptis, quæ A. D. 926. perſcripſit: *Pavia civitas conquiſita: & Rex Deſiderius & Anſa uxor ejus pariter exiliati ſunt: & Carolus ad Romam pervenit.* Hepidannus Cœnobita in Annalibus: *Pavia civitas conquiſita, & Rex Deſiderius & Anſa uxor ejus pariter exiliati ſunt ad Corbeiam*, &c. *Carolus pervenit ad Romam.* Hermannus Contractus in Chronic. primæ editionis: *Carolus Longobardos cum Italia ſubjecit, anno, ex quo intraverant, CCV. ipſeque cum triumpho Romam venit.* Marianus Scotus Chronic. lib. 3. ætat. 6. *Rogatu Adriani Papæ in Italiam perrexit. Ibi Deſiderium Regem Longobardorum longa obſidione fatigans, in deditionem ſuam ſuſcepit; filiumque ejus Adelgiſum, in quo omnes ſpem inclinabant, ab Italia compulit, atque Italiam totam ſubegit: & omnia à Longobardorum Regibus erepta, tam Romanis quàm Adriano Papæ reſtituit, & tunc primùm Romam pervenit ſabbato ſancta Paſcha.* Cogis me, Baroni, valde bonis horis abuti in convocandis tot longeque diſſitis teſtibus, quos tam audacter negas ullos reperiri. Vide nunc ſis mihi os tuum. Vel alios dedero, ubi voles: verùm neque hi rectè ſcripſerunt, & illi cum mica ſalis (ut loquuntur) accipiendi ſunt. Quomodo? inquis. Auſculta, jam audies. Carolus, rebus ſemeſtri obſidione feſſis, ultimâ Quadrageſimâ Romam profectus eſt gratia feriarum Paſchalium. Inibi ab eo pariter & Pontifice promiſſa ultrò citroque facta confirmantur. Quæ cujoſquemodi fuerint, infrà demonſtrabitur. Septiduo pòſt, relictis cum Pontifice Epiſcopis ad caſtra rediit. Occupata Longobardia, ſubjugatiſque Ducatibus, Spoletano, Forojulienſi, & Beneventano; in ditionem redactis Venetis & Exarchatu Ravennate, cum univerſa Italia, abſurdúmne videtur (animum tuum quæſo) Romam reveniſſe, qui finitima ejus loca, ut poteſtati ſuæ ſubjiceret, acceſſit? Imò ut ipſam Romam *ſceptris ſuis adderet*, ſi qua eſt Paulo Diacono fides: debet autem eſſe plurima, quippe qui in præſentiarum fuit) *& ut contentioſas lites ipſe deliberaret*, quod ſatis locuples teſtis Eutropius Langobardus affirmat. Atqui (inſtas) §. XII. Carolum

non niſi quater Romam ſe contuliſſe, Eginhardus, ſive (quæ conſtans librorum omnium veterum & Poëtarum ſcriptura eſt) Einhardus auctor eſt. Unde ergo (inquis) iſte quintus adventus? Dicam unde, ut appareat tuum φαινόμενον. nam ſolemnia ſophiſticaris, peccasque in fallacia, quam Ariſtoteles in Sophiſtic. κατ' ἐξοχὴν quandam vocat ὁμωνυμίαν. Ambiguitas ſignificationis eſt in termino *Venire Romam*; qui, ſi argumentis, aliter in majore, aliter in minore uſurpatur, nam in propoſitione ſumitur *Roma* pro Urbe: in aſſumptione συνεκδοχικῶς pro tota Italia. Quater in Italiam venit Carolus: Romam verò quotiens? Ubi ex me quæras, Baroni? quotiens Pragæ fuerim? reſpondebo, bis. At inquiat aliquis conſcius, totiens & totiens rediiſti. Ita eſt: ſed Bohemiâ non elato pede. Excurſiones & domuitiones non accedunt rationibus; quà negotium eſt, ibi præſumimur hæſiſſe, dum illud peragitur. Ita Carolus, qui rebus occdum expeditis in caſtra reverſus eſt, Einhardo non dicitur rediiſſe Romam, unde videbatur non diceſſiſſe. Hæc ex communi loquendi conſuetudine, in quam nullum jus eſt artificibus. Pergo.

Argumentum ab impoſſibilitate celebrandi Concilii futile eſt, nec concludit διὰ τὸ ἀδύνατον. Et temporum tuæ ratiocinationes per me Deus ſunt ridiculæ. Videamus. Carolus expeditionem inſtituturus in Longobardos, convocavit Genevam, urbem Burgundiæ, omnes regni ſui Principes, qua ſæculares, quà Eccleſiaſticos, ſc. Epiſcopos, Abbates, & Prælatos, quos fideles vocat Feudiſtarum natio. Hos antiquo Regum jure expeditionis ſocios atque comites ire juſſit, perduxitque ſecum Romam. Id ita eſſe, uti ego prædico, en tibi aſſiduos & locupletes teſtes, qui vero vincant. Anaſtaſius Bibliothecarius de vitis Pontif. *Magnum deſiderium habens ad limina Apoſtolorum properandi, conſiderans quod & ſacratiſſima Paſchalis feſtivitas appropinquaſſet; tunc abſtollens ſecum diverſos Epiſcopos, Abbates etiam & Judices, Duces nempe & Graphiones, cum plurimis exercitibus hic Romam per Tuſcia partes properavit, &c.* Et ſive Werinherus (ut non nemo opinatur) ſive Notkerus Balbulus (quomodo mihi perſuadeo) lib. 2. de Geſtis Caroli M. cap. 26. ubi ſuper ejus ejus Ticinum adventu & expeditionis ordine: *Poſt hanc cernuntur Epiſcopi, Abbateſque & Clerici, Capellani, cum comitibus ſuis, &c.* Hiſce Romæ relictis cum Pontifice, ipſe ad bellum conficiendum regreſſus eſt. Quo temporis intervallo Concilium à Pontifice celebratum ſcribit Marſilius Paravinus in tractatu de translatione Imperii, cap. 8. cujus, quando elegans eſt, totum locum non pigrabo adſcribere: Is ita habet: *Veniens* (Carolus) *in Liguriam & Æmiliam (quæ nunc Lombardia Plana vocatur) in circuitu civitatis Papiæ ſua tabernacula fixit: & caſtris circumcirca diſpoſitis, ut fidem ſequamur Hiſtoriæ, in eiſdem Natale Domini celebravit. Deinde verò exercitu relicto, Romam cauſa devotionis acceſſit, ibique cum Adriano Papa Paſca Dominicum ſimul egit: factaque ſolennitate Paſchali, ad caſtra revertitur circa Papiam, continuataque obſidione civitatem expugnavit. Deſiderium Longobardorum Regem cum uxore & filiis cepit, qui Caroli ſubjiciuntur poteſtati. Ibique etiam omnes advenientes Italici, de ſingulis civitatibus Ambaſiata & Nuncii, ſe Regis dominio ſubjecerunt. Quibus ſic feliciter expeditis, & inde Romam accedens, temporalia Eccleſiæ Romanæ reſtituit: ſimulque Ducatum Spoletanum & Beneventum eidem ſuâ libertate de facto donavit. Tunc Adrianus beneficiis temporalibus dicti Principis allectus, CLIII. Epiſcoporum & Abbatum Romæ Concilium congregavit. Ibique cum univerſa Synodo, glorioſo Principi Carolo Regi Franciæ jus & poteſtatem tribuit eligendi Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam ordinandi; dignitatem quoque Patriciatus eidem conceſſit; qua olim quaſi pater Principum videbatur. Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos, per ſingulas provincias, ab eo inveſtituram accipere diffinivit: & ut niſi a Rege laudaretur & inveſtiretur, Epiſcopus, à nemine conſecraretur: omneſque contra prædicta facientes, anathemate maledixit, & niſi reſipiſcerent, bonis eos privari mandavit. Quorum nullam faciendi aut concedendi autoritatem habuit Pontifex, aut alter Epiſcopus ſeu Clericus, niſi demum Romani Populi ordinatione atque mandato. Prima ſiquidem conceſſione, poteſtatem videlicet Romanum Pontificem ordinandi, non fuit uſus Carolus memoratus. Quod forte fuit, quia pauci Pontifices fuerunt tempore ſui regiminis, à conceſſione prædicta, quod fuit ſpatium XL. annorum. Soli enim, prædictus Adrianus, & Leo III. prædicti temporis ſpatio Romani Pontifices extiterant, qui XLIV. annis & menſibus aliquibus Romanæ Eccleſiæ præfuerunt. Verùm nec ipſum Carolum, tali jure ſibi competenti, ex conceſſione prædicta renunciaſſe ab aliquo reperitur. De ſecunda verò conceſſione, videlicet Epiſcoporum inſtallatione, ſe aliquoties intromiſit; ut ex ipſius geſtis in pluriſque locis apparet.* Hæc Marſilius: cujus auctoritatem non dubitavit ſequi Nobilis notæque melioris Hiſtoricus Bernardus Girardus, Hiſtor. Francor. lib. 3. his verbis: *Incontinent apreſque Charles fut party de Rome, le Pape Adrian fit tenir un Concile de 153. Prelats: par lequel fut donné à Charle & en ſa faveur à ſes ſucceſſeurs, pour les grands biens qu'il avoit faits à l'Italie, à Rome, & au Siege Papal, le droit qu'on appelle droict d'inveſtiture,* & quæ ſequuntur. Quid jam, Baroni? Etiamnum tibi impoſſibile videtur celebrandi Concilii tempus, quod, ſi rectè putes, quatuor admodum menſes duravit? Nam in decem menſes bellum protractum, ex rerum monumentis diſcimus. Etiamne impoſſibilis tot Epiſcoporum numerus, ex Francia, Burgundia, Lotharingia, Belgio, Germania, Bavaria, Helvetia, Allobrogia, Longobardia, Tuſcia, Illyria, univerſa denique Italia, durante interim obſidione Ticinenſi, Romam convocatorum, quum certiſſimos auctores habeam, ex una Helvetia, tam parva regione, decem Epiſcopos & Abbates huic expeditioni interfuiſſe? Num te beo, Baroni, qui Cardinalem tam familiariter doceo?

Venio ad §. XIV. in quo hanc ad formam argumentaris. *Qui ex ſacrorum canonum præſcripto Epiſcoporum electiones per Clericos & populum decrevit eſſe liberas, is eorum confirmationem & inveſtituram non habet. At Carolus M. decrevit eſſe liberas. E. jus confirmandi & inveſtiendi non habuit.* Idem eſt, ac ſi ego ex tuis adverſus tua ſcripta ſic arguam, κατ' ἀντιστροφὴν, quam Græci Philoſophi, ſi neſcis, nunc ἀνθυπαγωγὴν, nunc vocant ἀντιπαραχείρησιν. *Qui ex priſco jure & inſtituto Imperatoris Romani electionem per Principes Germanos, decrevit eſſe liberam, is ejus confirmationem & conſecrationem non habet. At Papa Romanus decrevit Romani Imperatoris electionem per Principes Germanos eſſe liberam. E. Papa Romanus Imperatoris Romani confirmationem & conſecrationem non habet.* Quid ad hæc, Baroni? Negabis, opinor, propoſitionem meam: itidem ego tuam; & affirmanti competet probatio. Subinde ratiocinaris, quia nulla fiat mentio privilegii ab Hadriano conceſſi in Capitular. lib. 1. cap. 84. unde recitas decretum electionis, exinde conſequum eſſe, nunquam extitiſſe, iteratò prodis inſcitiam tuam, qui abdicativè à negatione ducis argumentum, unde nihil conſequum eſſe in Scholis didiciſſe oportuit. Porrò ut orationis copiam compendifaciam, ſi capitulum illud 84. non quis intelligere, conſule (ſodes) eos, quos pronuper vulgavi, rerum Alimannicarum Scriptores, qui quod tu neſcis, id facient ut ſciens ſis.

In §. XV. ver. 3. objicis Hadriani II. decretum, quod legitur, diſt. 63. ca. 29. An unquam ne audiviſti, Baroni, regulam illam Dialecticorum, *ex non eſſe ad eſſe non valere conſequentiam.* Et quod ab hiadem amat dici: *Non entis nullam haberi rationem?* Liceat regula abuti ad noſtrum inſtitutum. Quis ille Gregorius Quartus, qui hæc ſcribit, undeque decretum illud à Gratiano tranſcriptum? ἢ εἰς Κορώνην, ut eſt in verbo Zenodoti. Scio Gregorium Quartum aliquem Pontificatui præfuiſſe; at quo hic Secundus Hadrianus ipſis quadraginta annis ſit poſterior. *Contra naturam eſt*, inquiunt Juriſconſulti, *ut filius major ſit patre*, aut filia pariat matrem. En tibi

——— *Monſtrum horrendum, ingens, cui lumen ademptum,*

veritatis ſcilicet. Qui ergo nunquam fuit, nec in rerum natura extitit, qui potuit ſcribere id quod eſt. *Sæpè*, inquit Apuleius, *audivi, non de nihilo dici; memorem eſſe oportere mendacem.* At eſt in Decreto Juonis part. 5. cap. 16. Ex eadem videlicet farina, ex qua Gratianus, hauſit. At eſt in Pontificalibus? Dignum nimirùm patella operculum. Anticyram naviges neceſſum eſt, Baroni, uti elleboro expurgeris vitiis iſtis commentorum, priusquam totum corpus Annalium tuorum percipiant atque inficiant. Attamen dato ſed non conceſſo, ut vulgo loquuntur, ita eſſe illud Hadriani decretum, quemadmodum à Gratiano adducitur, erit ut quis reſpondeat κατὰ παρωνυμίαν, quam in Categoriis vocat Ariſtoteles, hoc epicheiremate compoſito: Eo ipſo, quia Legati Imperatoris electioni ſe Pontificia oppoſuerunt, vel longa conſuetudine, vel jure ac privilegio fretos id feciſſe, vero propius eſt. Ecquî aliter in re tanti momenti. Nec veriſimile loquitur nec verum putativus ille Gregorius Quartus, ut Imperii Vicarius Romanus tam putidæ reſponſioni tam facilè & imprudente Imperatore acquieverit. Et tu, Baroni, (pace tua liceat tuos tibi ſermones reddere) in manifeſto mendacio opprimeris, dum ais, Imperatorem Ludovicum adverſus ſuos Legatos talia præſumentes indignatum eſſe. Aut ἀναβεβλημένος ὑπὸ Πηγυρέλῃ ἢ μανθάνεις, ut more Herodoteo, loquar, aut ἀναβάλλει αὐτὸς & imprudentes lectores ἐξαπατᾷς. Nam ut in Decreto Hadriani hæc? ne gry quidem, nec mu Lucillianum. Vin' detraham tibi larvam, digniſſimo certè qui videas? Non nevis, prævideo. Diſce ergo à me, nec præter dignitatem tuam feceris, decretum illud ab Juone & Gratiano tranſcriptum ex vulgaro illo de Vitis Pontificum libro, qui ſub Damaſi Papæ nomine circumfertur, cuive genuinum Guilielmi Bibliothecarii nomen reddidit Onuphrius Panvinius, cui te primas partes Annalium tuorum debere, ingratus es, Baroni, ſi diffiteris. Ejus Guilielmi hæc ſunt verba, quæ contra te ſtant à Cæſareæ Majeſtatis auctoritate; *Omnes hunc* (Hadrianum) *certatim coram eiſdem Legatis rapere, & ad ſummum Pontificatus apicem provehendum trahere, ac anxiè nitebantur portare, niſi blanditiis Senatorum & conſiliis aliquantulum ſedati fuiſſent. Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens Hludovvicus Imperator; cognoſcens etiam, qualiter in eo decretum ſuis ſubſcriptionibus roboraverunt, valde gaviſus eſt. Et, ut tantus Domini famulus, cunctiſque gentibus, videlicet tam Romanis quàm diverſis advenis, deſideratus & deſiderabilis, Chriſtianæ plebi præficeretur, medullitùs exoptavit: & mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, quòd dignum tanto elegiſſent officio Præſulem, conlaudavit, per quam videlicet innotuit, nulli quippiam præmii fore ex conſecratione ipſius quoquo modo pollicendum, cum ipſe hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potiùs unanimitate commotus ardentiſſimè cuperet provenire: maximè cum redat, quæ ablata fuerant, non auferri ab Eccleſia Romana, vel depertre quippiam ſe diceret amare.* Satin' aperta hæc, ſatin' clara, quibus calumnia tua Soli meridiano exponatur? *Incivile eſt*, inquit Celſus IC. *niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare vel reſpondere.* Quam incivilitatem vellem ut more tuo alienorem velles. Hæc debebas cum tuis illis, quæ à Guilelmo præponuntur, contendere. Hadrianus à Clero & Populo unanimis votis electis in Patriarchium Lateranenſe cùm pertrahebatur conſecratum, oppoſuere ſe Legati Cæſarei, minis ſine dubio proteſtationi ſubjunctis. Quibus ſpretis, cum populus more ſuo ſolens in re gerenda fureret, vix tandem acquievit, ut *aliquantulum ſedatus fuiſſet*, id eſt, (quomodo ego interpretor) conſecrationem tamdiu differret, dum Imperatoris confirmatio expectaretur. Qui, probatâ perſonâ, Clericorum & Populi electionem, miſſo diplomate, habuit ratam. Quo demùm accepto, Hadrianus cœpit conſecrari. Sic enim pergit Guilielmus: *Itaque ſabbato peractis ritè orationibus, virgiliis,*

& eleemoſynis, Dominico ſecundùm morem idem venerabilis Sacerdos ab univerſitate ad eccleſiam S. Petri Apoſtolorum Principis ductus, nonodecimo Calendar. Januar. indict. 1. anno præfati Auguſti decimonono per Epiſcopos reverendiſſimos, &c. Deſinam, ubi addidero, qui omnem dubitationem tollat. Is eſt B. Platina, Apoſtolicus Abbreviator, qui in Vita Hadriani II. rem ita narrat: *Hac & aliis virtutibus tanto in pretio apud omnes fuit, ut cùm de Pontifice creando ſermo haberetur, certatim omnes unicum Hadrianum diligerent, quem etiam ab Eccleſia ſancta Dei genitricis ad Præſepe, ad Lateranenſem baſilicam nolentem detulere, ac ſtatim Pontificem crearunt. Non eſt habita in tanto tumultu * cuiſquam ratio.*

* q d. ne Imperatoris quid?

Hanc ob rem Ludovici Legati, qui ejus rei cauſa aderant, indignati, quòd nuſquam, (ut par erat) dum hæc agerentur, intereſſe potuiſſent, & auctoritatem Imperatoris in creando Pontifice interponere. Legatis autem hac ratione ſatisfactum eſt, quòd dicerent, multitudinis voluntatem in tanto tumultu moderari non potuiſſe; eos tamen rectè facturos, ſi virum optimum, quem & Clerus & populus elegerat, de more Pontificem ſalutarent. Fecere id Legati, quanquam apertè cernerent Clerum & Populum eligendi Pontificis totam auctoritatem ſibi vendicare, ne deinceps Principis cujuſpiam nutus expectaretur: fortè etiam ut libertas Eccleſiaſtica tum inoleſceret. Supervenere à Ludovico Imperatore litera, quibus Romanos admodum laudat, quòd Summum Pontificem ſanctè & integrè creaſſent, non expectato * aliorum voto, qui fortè ea in re ob ignorationem perſonarum minus judicii habuiſſent. Qui enim fieri poſſe dicebat, ut peregrinus & hoſpes dignoſcere poſſit in aliena Repub. quis potiſſimum cæteris præferendus ſit, &c.* Nam de his jam ſatis. Quod ad Ludovici conſtitutionem, quam objectas, & Leonis VIII. Decretum, quod oppugnas, ſuo loco de ſingulis commodiùs dicetur. Atque hic poſſem tua tibi verba regerere, Baroni, illa nimirum, quibus in Sigebertum abuſus, religioſiſſimum Monachum & in Sanctorum numero ab ſuis repoſitum, diſputationem tuam claudis, præterquam nollem convinciis magis quàm virtute vincere. Sed enim *Qui ſordet, ſordeſcat adhuc*, Dei proverbium eſt. Videamus ipſum Decretum.

* NB. hanc parentheſin.

* Legatos ſuos innuit.

Exegeſes.

§. 1. *A centum & quinquaginta tribus viris religioſis*) Codex, quo uſus eſt Hedion, habuit tantùm *centum triginta tribus.* Sic enim tranſtulit Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 23. Deren den cxxxv. waren.

Populus itaque Romanus legem condebat, &c.) Hæc itaque ad finem §. tranſſumpta ſunt ex Inſtit. Juris. Confunduntur autem Origines Senatus conſulti & Legis Regiæ, à Treboniano traditæ §. 5. & 6. Inſtitut. *de jure natur. gent. & civil.* Porrò ſimiliter hujus poteſtatis & juris origo exponitur à Pomponio l. 2. §. *noviſſ.* 11. D. *de Orig. jur.* Theophilo Inſtitut. lib. 1. tit. 2. & pridem olim à Dione Caſſio lib. 53. quia ſcilicet Populus Romanus ob Imperii molem & magnitudinem, itemque ob diſſenſionem Populi & Optimatium, poteſtatem & imperium ad Imperatorem tranſtulerit Lege Regia. Quo pertinet locus apud Iſocratem in Nicocle, ubi Monarchiam hoc nomine laudat, quòd rebus perturbatis & difficillimis temporibus ad illam pervenire tantum oporteat. Atque hinc eluceſcit, cur populus Romanus dignitates iſtas, jura, & poteſtatem, quæ ignaviâ & ſocordiâ Imperatores Conſtantinopolitani perdidere, in Carolum M. unanimi conſenſu contulerint, nimirum propter hæreſes & ſeditiones, quæ ex factionibus Cleri & Epiſcoporum, plebis & Optimatium ſtudiis ſubinde extiterunt. Paſſim autem in jure fit mentio hujus Legis Regiæ, ut l. 1. D. *de conſtit. Princip.* l. 1. §. *ſed in hoc. C. de vet. jur. enucleand. l. ex imperfect. C. de teſtam.* ubi appellatur *Lex Imperii.* Videantur Paul. Manutius Antiquitat. Roman. lib. 6. Anton. Contius Subſec. lect. lib. 1. c. 6. Fr. Hotomannus Rom. leg. indice. Quod autem hîc dicitur, *ei & in eum*, tantundem valet utrumque, vult, populum tranſtuliſſe in Imperatorem omnem poteſtatem.

§. 2. *Omne ſuum jus & poteſtatem eligendi Summum Pontificem, &c.*) Confundunt Scriptores, Regnum Franciæ cum Italico, Advocatiam Eccleſiæ Romanæ cum Imperio Romano, Regnum Langobardorum cum regno Romano, quum ſint diverſa. In illis Siffridus Presbyter Epitom. hiſtor. lib. 1. Anno DCCLXXXI. ſcribit. *Cùm opprimeretur Eccleſia Romana à Rege Langobardorum Haiſtolpho, nec inveniret auxilium ab ipſo Imperatore Conſtantino; Pipinus Rex, pater Caroli Magni, Romanos ab Haiſtolpho liberavit, & factus eſt Romanus Patritius, & multas gentes vicit. Intervenerat enim pactio inter Papam, & Principes Teutonia, & Romanos, ut de victis Langobardis, & aliis Imperium vaſtantibus, Imperium ad Teutonicos transferretur. Translatum ergo eſt ad eos, in perſonam Caroli Magni, filium Regis Pipini.* Luthrenſis Monachus apud Brunſvigani Compilat. Chronolog. Anno DCCLXXXI. *Cum opprimeretur Eccleſia Romana à Rege Haſtulphe, & præfatus Stephanus Papa non inveniret auxilium ab iſto Conſtantino, tranſtulit ipſe Papa Romanus Stephanus, natione Romanus, Romanum Imperium in Teutonicos à Græcis, extra de elect. venerabilem. Vide id eſt apparatum. Nam ipſi Germani habent regnum Romana Eccleſia.* Ecce, turbant iſti ac miſcent Regnum Francorum cum Langobardico, & Advocatiam Eccleſiæ cum Imperio. Turbarunt alii ipſos Pontifices ſimul & Reges, Regnumque Langobardorum cum Imperio Romano. Quod factum ſi à quoquam, ab Eutropio Langobardo nollem, qui excellentis notæ libellum hac una macula contaminavit, temporum ſcilicet turpi confuſione. Cætera egregium ejus locum non queo quin apponam. *Diviſis Italia finibus*, inquit, *Spoletanorum Dux Roma conſtitutus eſt vice Regis, tali pacto, ut quando Apoſtolicus obiret, intereſſet Dux præfatus electioni futuri Pontificis, accipiens plurima dona in partem Regiam. Si autem lites inter Romanos ſurgebant, ex Primatibus Regis adveniebat Miſſus cum eodem Duce ad deliberandas cauſas & legaliorum judicia. Et qui in culpam criminis incurrebant, Regali puniebantur poteſtate, aut in exilium mittebantur, etiam inconſulto Apoſtolico, uſque ad Zachariam Præſulem, qui ſubdolè quaſi pro familiaritate quadam profectus eſt ad Carolum Regem Francorum, eò quòd idem Carolus habebat filiam De-*

ſiderii

ſiderii Regis Italici uxorem, invitavitque eundem Carolum in Italiam, ſeminans inter Reges diſcordias, laudans & proferens illi Imperialia ſceptra: accepitque ab eo ſecuritatem, quo tempore ingredi deberet Italiam, jurantesque mutuò reverſus eſt. Tranſeunte autem eo per fines regni Deſiderii, ſeparavit ab eo quoſdam de ſuis, dans quibuſdam plurima dona, quibuſdam jurat dari ſimilia. Accipiente autem Carolo hoc regnum profectus eſt Romam, &c. feciteque pactum cum Romanis eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut intereſſet quis Legatus, & quæ ſequuntur lectu minimè indigna, abſque turbis eſſet, quibus lutulantur. Videamus, qui tranquillet, pactumque illud, quod Zachariæ & Stephano Romanis Pontificibus cum Regibus Francorum Pipino & Carolo interceſſit, tam ſidum & quietum reddat, quàm mare eſt quum ſunt Alcedonia. Leopoldus à Bebenburg Epiſcopus Bambergenſ. de zelo veter. Princip. Germ. c. 15. *Stephanus Papa II. dum anno Dom. 753. eundem Pipinum, & duos filios ejus Carolum & Carolomannum unxit in Reges Francorum, ipſos ſpecialiter elegit ad Sedem Apoſtolicam defendendam, ut in Hiſtoria Francorum, & Chronica Euſebii continetur. Ex hac electione puto, quòd Reges & Imperatores Romanorum ſint uſque in hodiernum diem Romana Eccleſia Advocati, de qua Advocatia loquuntur Jura Canonica. Licet autem defenſioni prædicta ſit grande onus annexum, certum tamen eſt, quòd hujuſmodi ſpecialis Apoſtolica Sedis electio ſeu aſſumptio ad ejuſdem Pipini & filiorum ſucceſſorumq. ſuorum honoris ceſſit augmentum, ut videl. defenſio Eccleſia Romana ſit ab ipſa Eccleſia quadam ſpeciali prærogativa, & per quandam excellentiam his Regibus attributa.* Pactum ergo illud vetus non pertinebat, quàm ad Advocatiam Romanæ Eccleſiæ, Regnum Langobardorum, & dignitatem Patriciatus, quæ propter ſocordiam & deſidiam Conſtantinopolitanis Imperatoribus adempta, Populus ſibi ſuoque Pontifici vindicaverat, ut interim communi manu adminiſtrarentur, dum digniorem Principem nacti fuerint. Quæ quum ita ſint, illa novi hujus pacti verba, *omne ſuum jus & poteſtatem*, non habebunt abſolutam totius Legis Regiæ vim ac dynamin, ſed limitatè intelligenda ſunt ſuper illis, quæ priùs Exarchi Ravennatea Romæ nomine Imperatorum exercebant, ut ea tantum Carolus abſoluta poteſtate adminiſtraret, cujus generis ſunt, intereſſe Pontificis electioni, creare Patricios, inveſtire Epiſcopos, &c. Quarum electionum decreta Exarchi Imperatoribus ſuis Conſtantinopolim tranſmittere cogebantur, ut ab illis demum confirmarentur. Ejus rei teſtis mihi idoneus ac diligens idem Bebenburgius Epiſcopus Bambergenſis d. lib. c. 8. ubi ſcribit: *Licet Imperatores Romanorum ante tempora Caroli Magni, ſive ex privilegio Eccleſia Romana, ſive ex more habuerint diſpoſitionem Sedis Apoſtolica, in tantum quòd poſt electionem Romani Pontificis, decretum electionis Papa præſentabatur Imperatoribus & poſteà cum eorum conſcientia & juſſione ordinatio Romani Pontificis procedebat, ut patet in can. 63. diſt. Agatho: non tamen reperi in aliquibus Hiſtoriis, Chronicis, vel Canonibus illos Imperatores huic privilegio ſeu mori renuntiaſſe: ſed reperio, quòd quidam Imperator pecuniam, qua erat dari ſolita Imperatoribus in ordinatione Romani Pontificis, remittebat, ut patet in prædicto can. Agatho, qui ſumptus eſt ex Geſtis Romanorum Pontificum, ut in ſuperſcriptione ipſius canonis continetur.* Idem c. 7. *Non legimus à prædictis decreta electionum* (Imperatorum) *facta, & ad Summos Pontifices tranſmiſſa fuiſſe: ſed potius econtra legimus, quòd decretum electionis Papa poſt ejus electionem olim Romanis Imperatoribus tranſmitti ſolebat, ut patet 63. di. c. Agatho, & §. electiones.* Huic concinit Hieron. Balbus Epiſcopus Gurcenſis, vir ſummæ doctrinæ ſummique judicii, lib. de Coronatione, c. 14. *Quacunq. ratione* (ait) *ad Pontificatum pateret ingreſſus, nemo Apoſtolica cymba gubernacula capeſcebat, ut prius Imperatoris autoritas interceſſiſſet, ut c. Adrianus, c. in Synodo, 63. diſt. Mos n. apud veteres invaluerat longo annorum decurſu obſervatus, ut Clerus Populusq. Romanus Pontificem eligeret: quo deſignato in Imperatoris manu erat electionem ratam, irritamve habere, c. Agatho, 63. diſt. & ut collibitum fuerat, aut eum admittere comprobareque, aut ipſo rejecto & exploſo, alterum ſubrogare. Perduravitque is mos uſque ad Adrianum Anno Salutis DCCCXCV. qui tanti animi fuit, ut initio Pontificatus ſui ad Senatum Populumque Romanum retulerit, ne in creando Pontifice Imperatoris autoritas expectaretur, utque libera eſſent Cleri Populique ſuffragia. Sed huic edicto minimè fuit obtemperatum, permanſitque vetus illa conſuetudo, Pontificis ab Imperatore confirmandi. Verba ſunt* Platinæ in vita Gregorii IX. *qui præfuit Pontificatus anno Chriſti MLXXII. Gregorius*, inquit, *multis muneribus ultrò citroque miſſis, cum Henrico Imperatore in gratiam rediit, qui eum in Pontificem Romanum confirmavit, ut tunc temporis mos erat.* Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 1. cap. 14. *Olim Imperatores non paſſi vivere Pontifices, ad ſupplicia devocabant: & Græculi, poſtquam apud eos extincta ſtirpe Conſtantini, & deinde Magni Theodoſii, non habuere Romanum Pontificem, niſi quem ipſi confirmaſſent, mutata ſunt rerum vices, ut non habeatur Imperator, niſi quem Romanus Pontifex confirmarit & conſecrarit.*

Carolus Molinæus, ſingularis doctrinæ JC. in Commentar. *Ceterum his, quæ ſupra dixi, non obſtat, quod* Platina in Benedicto II. *& poſt eum* Sabellicus Ennead. 8. lib. 6. Antoninus tit. 13. cap. 1. §. 3. *ſcripſerunt, Conſtantinum IV. Imperatorem Conſtantinopolitanum, dicti Benedicti ſanctione permotum ſtatuiſſe, ut quem deinceps Clerus, Populus, Exercitusque Romanus in Pontificem delegiſſet, ordinaretur, nulla Conſtantinopolitani Principis vel Italia Exarchi expectata authoritate, ut anteà fieri conſueverat; id n. ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmaſſet, vel qui ejus vices in Italia gerebat) tum quia ſanctitas Pontificis ſolito more inſtituti (præter id quod vix nota eſſe potuit ultra mare, cùm dictus Benedictus vix decem menſes ſuperſtes fuerit) potius movere debuit ad obſervandum tam utilem & rece-*

ptum

pium morem, quam ad illum infringendum; tum quia illud mutuati ſunt à Bibliothecario, autore ſuſpecto, quippe qui ſcripta ſua conſarcinavit ex quibusvis apocryphis vel fictis ſcripturis in ſcriniis vel Bibliothecis Papa, quibus praerat, repertis, modo eſſent in Domini ſui favorem: tum quia pratenſa illa Conſtitutio Conſtantini (quam falſam puto) nunquam effectum ſortita fuit, ut expreſſe teſtatur Volaterranus Anthropolog lib. 22. *Ex cujus verbis poteſt deprehendi, vel modico tempore ſervatam non fuiſſe: de quo ſatis conſtitit pau è poſt Benedictum, in canone apud Platinam.* Hæc Molinæus meam vicem, cui nemo cordatus nolit vel ſponte acquieſcere, aut ejus in ſententiam concedere.

Dignitatemque Patriciatus) Quæ tum temporis proxima fuit Imperatoriæ Majeſtati. Origo ejus à Conſtantino Magno, lata lege, ut qui eâ condonati fuiſſent, ſupra ipſos Præfectos Prætoriis ſeſſitarent, auctore Zoſimo lib. 2. Hinc Patricii creati Theodoricus & Athalaricus, Reges Oſtrogothorum apud Caſſiodorum: hinc in Regibus Francorum, Clodovæus & Pipinus Junior apud Freculphum & Aimoinum, & hic noſter Carolus Magnus, cui eodem modo poſt Imperatoria Majeſtas addita. Nec abſimiliter Henricus III Conradi Franci filius, ſe *primum Patricium urbis Romæ* appellari ſcribique voluit, Adamo Bremenſi teſte lib. 3. cap. 36. ejuſdemque filius Henricus IV. *Regem & primum Patricium urbis ſuæ Romæ*, apud Othonem Friſingenſ. de geſtis Friderici I. lib. 1. cap. 1. Rex eſt *Pater Patriæ*; eſt & Patricius Reipublicæ. Suidas: Πατρίκιος, ὁ πατὴρ τοῦ κοινοῦ. atque adeò ipſius Regis ſeu Imperatoris, volente ac legente Imperatore Juſtiniano §. *filiusfamilias*, Inſtit. *Quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* & l. ult. C. *de Conſulib.* lib. 12. Eſt verò notandum, quod ſuprà dixi, Patriciatus dignitatem a ſolo quondam Principe ex Lege Regia præſtari ſolitam. Qui mos à Conſtantino Magno cœptus, ab ſucceſſoribus pertinaciter aſſertus, a Conſtantino demum V. cui ex vitæ turpitudine Copronymo cognomen, fatali quodam nominis myſterio, deperditus eſt. Nam ab eo honorem ac poteſtatem Imperii, intercepta Lege Regia, Populus Romanus vindicavit, primis Patriciis Francorum Regibus creatis, Pipino ejusque filio Carolo. Quid verò Conſtantinus ubi res ad ſe delata? Græcum egit Græcique animi vitium. Contra Carolum à Populo factum, delegit ipſe Romanæ ſibi Urbis Patricium Adalgiſum Deſiderii Regis Langobardorum filium, qui confugerat

Ad Conſtantinum Græcorum ſceptra regentem:
A quo Patricius præclaro munere factus,
Hoc in honore ſuæ permanſit ad ultima vitæ,

Scribit Paderbornenſis Monachus in Geſtis Caroli lib. 1. ſcilicet .... *vanum ſine viribus nomen*? Dixi autem, à populo factum. Quod exſertim teſtatur Otto Friſingenſis, ſanus ac probus ſcriptor, Chronic. lib. 5. cap. 28. *Carolus Rex Romam veniens, ab Adriano Papa honorifice ſuſcipitur: ibiq; ſancto paſchate celebrato Pipino filius ejus in Regem Italiæ & alius, Ludovicus ſcilicet, in Regem Aquitaniæ, ab eodem Pontifice ungitur: ipſe verò acclamante populo univerſo, Patricius Romanorum appellatur.* Porrò Patriciorum ſingularem fuiſſe habitum, colligat quis ex hiſce Einhardi verbis in Geſtis Caroli M. *Peregrina verò indumenta, quamvis pulcherrima, reſpuebat, nec unquam eis indui patiebatur, excepto quòd Romæ ſemel, Hadriano Pontifice petente, & iterum Leone ſucceſſore ejus ſupplicante, longa tunica & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis, induebatur.* Eſt & illud obſervandum, quum Patricii officium propriè ſit defendere ac tueri populum, ut ex Suidæ conſtat definitione, paternum in modum; Papa verò ut Pater ſpiritualis, ex ipſius nominis parili vi ac δυνάμει, quò auctoritatem erga populum curæ ſuæ commiſſum obtineretur, ſuarum defenſionem rerum eſſe voluit nomine ſegregatam à populi. Itaque quem ſibi populus Patricium elegit, eum Papa Advocatum maluit appellare, quum qui filius ſit, quales jam tum à Pontificibus ſalutabantur Principes, patris eſſe Patricius nequeat. Dico, nomine; nam reapſe, quæ fuit illius ævi litteratura, non divertebant, ſed pro æquipollentibus habebantur. Hinc igitur in Caroli Diplomatis: *Patricius Romanorum, Filius & Defenſor (Advocatus) ſanctæ Dei Eccleſiæ.* Ubi vides, Patriciatus nomen tanquam dignius, præponi Advocatiæ Eccleſiaſticæ, videlicet majorem Populi quàm Pontificis fuiſſe poteſtatem. Nec me pedum oſculum, nec dextera movet: quorum neutrum mihi ex Anaſtaſio evinceris, cujus hæc ſunt verba: *Conjungente eodem excellentiſſimo ac benigniſſimo Carolo Rege, omnes gradus ſigillatim ejuſdem ſacratiſſimæ B. Petri Eccleſiæ deoſculatus eſt, & ita uſque ad prænominatum pervenit Pontificem, ubi in atrio ſuper gradus juxta fores Eccleſiæ aſſiſtebat. Eoq; ſuſcepto mutuo ſe amplectentes, tenuit iisdem Chriſtianiſſimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis: & ita in eandem venerandam aulam B. Petri Principis Apoſtolorum ingreſſi ſunt, &c.* Ubi pedum oſculum? nec vola, nec veſtigium: non omiſſurus ſcilicet, qui manus commeminerit. Deinde in quibuſdam exemplaribus exſertim legitur; *dextera manu antedictum Pontificem.* Verum utro modo legas, ciccum non interduim, ut Plautino verbo utar, qui ſciens ſim, Carolum Magnum ſummis ſemper honoribus proſecutum eſſe Sacerdotes. Et vidi ego Monachos Capucinos maximis Principibus dexteros incedere, unde qui velit argutari, illos Monachos eſſe ſupra Principes poteſtate ac auctoritate, eum nonne diceres delirare ac ad familiares mittendum? Baculo eget, non rationibus, qui tam inſaniter contendit.

Inveſtitu-

Digitized by Google

Inveſtituras) Negat Baronius tempore Caroli Magni uſquam ſcriptorum inveniri nomen *inveſtituræ.* Quo argumento? quia ipſe non legerit. Eugepæ bellum argumentatorem! Dignus es, Baroni, qui de luculentitate rationis cum Zenone & Chryſippo in certamen deſcendas. Nonne & tibi bellus videor, qui te aſſimilare didici? Audi ἀντιχείρημα. Ego Baronium Romæ non vidi. E. Baronius non eſt Cardinalis Romanus, vides conſequentiæ tuæ ἐπίφημα? Sed age, quando ſemel occœpi, pergam te docere. *Veſtire, Inveſtire, Veſtitura, Inveſtitura,* juris verba ſive forenſia, ut loquuntur, non Carolo Magno, ſed ante eum nate pridem & uſurpata. Exempla ne longiùs petam, en tibi ex eodem jure, quo decretum iſtud Hadriani Populique Romani factum, ſcilicet ex mallis Curienſi & Turgovienſi: Tomo II. Alamannicarum rerum edita eſt centuria veterum Chartarum, à Monachis S. Galli ſub Carolo Magno & præter propter Imperatoribus ſcriptarum. Liutfredus Presbyter Aninovienſis, qui Pipino Caroli M. patre, Rege Francorum & Alamannorum vixit, Cherta XLII. A. D.754. *Trado vobis ſervum meum nomine Nbideg & uxorem ejus Bruna, & cum oba ſua, & cum omnia quæ veſtiti ſunt: & alium ſervum meum nomine VVolfharium cum uxore ſua Atane, cum oba ſua, & cum omnia quo veſtitus eſt,* h. e. inveſtitus ſeu beneficiariis. Unde *manu veſtita,* eſt pacto vel conditione beneficiaria an feudali Hirmgus Lector Charta LVIII. quæ eſt de traditione Pietæ Comitiſſæ, ſcripta ſub Hilderico Rege, illo, cui Pipinus Caroli M. pater in regno ſucceſſit, A. D. 745. *Poſt meum verò diſceſſum ipſas res ad monaſterium S. Galloni admelioratas revertant, &c. manu veſtita partib. meis vel heredum meorum cum Dei gratia & noſtram ſucceſſionem poſſedeant.* Hinc deſcendit nomen *Veſtitura,* cujus exempla habes in Chartis tempore Caroli M. & Ludovici Pii, ejus filii, ſcriptis, puta Etchonis Archipresbyteri XXVII. Anonymorum XCV. & XCVII. quas ut adeas conſultum, cur tibi non ſim auctor? Rimidingus Presbyter Charta LXXVII. ſub Ludovico Pio ſcripta de Abbate S. Galli: *Cum manu Advocati mei Tagaberti poſt veſtituram & conſeſſum eaſdem res illis in beneficium & in cenſum conceſſimus, &c.* Inde illa ſunt *Inveſtire* & *Inveſtitura,* quorum exempla proponit Charta XXVII. Atqui, inquies, illa eſt ſub Carolo Craſſo ſcripta, cujus ætate & *Feudi* vox primùm cœpit inoleſcere, ut ex ejus Conſtit. *de Expedit. Roman.* clarâ conjecturâ colligitur. Sed dic mihi, amabo, Baroni, quî potiùs defugerit illa ætas *inveſtiendi* verbum quàm *reveſtiendi*? Atqui hoc in uſu ante Caroli M. regnum Hamedeus Clericus Nibalgavenſis Chart. LXXVII. quam ſcripſit anno Pipini Regis decimoquintu, h. e. A D. 766. *Genitor noſter Marulfus omnem hereditatem & ſubſtantiam ſuam tradidit ad monaſterium S. Gallonis, & nos poſthac exuti de omni re paterna noſtra reveſtivimus VVolframmum Monachum & Miſſum ipſorum Monachorum per tribus diebus & per tribus noctibus, & per beneficium ipſorum Monachorum reintravimus.* Quid jam, Baroni? num exemplis vinco? Et demus tibi, *inveſtituræ* nomen tempore Caroli M. non inveniri: dabis & tu nobis, inveniri *veſtituræ.* Quid ſi poſteriores commutarunt? Quid ſi reponendum & hîc & in Leonis VIII. Bulla, *veſtituras* pro illo tuo intempeſtivo *inveſtituras*? At nec occellum eſt, & me moror, dum duas nugas blatro, qui audes mero meridie negare lucem.

Unde tamen abolita ſit veterum ſcientia, moreſque in poſterum, quatenus nemo, &c.) Locus corruptus, atque (quomodo mihi perſuadeo) debilis. Forteaſſe legendum: *Unde tamen cùm abolita ſit veterum ſcientia, moreſque, moneas in poſterum, &c.* Hoc videtur velle, cum hactenus laudabilis ille veterum mos, apud quos promotiones Eccleſiaſticorum ſcientia literarum & doctrinarum ſtudiis, non cognatione, nec amicitia vel ambitu æſtimarentur, obſoleverit, ut in poſterum proviſio ſit utrius Imperatoris, qui in electorum dignitatem jubeat inquiri, quò vel confirmentur idonei, vel removeantur inidonei.

Sed ſoli Regi Romanorum hujuſmodi reverentia tribuatur facultas.) Vel inſtituendi, ubi electionis non eſt privilegium; vel confirmandi ac inveſtiendi ritè juſteque electos. In hunc lapidem pleroſque omnes video impingere. Quibus tempus eſt ut porrigam manum, ſolutoſque parietine palpatione deducam in viam rectam. Hoc Hadriani Decretum non eſt generale, ut vulgus ſcriptorum hallucinatur, ſed ſpeciale, nec regnum Italiæ, ſuper quo primùm acquiſito factum id decreti, transgreditur. Et ridiculè ineptiunt Canoniſtæ ad d. c. *Hadrianus,* diſputantes, en Imperator jus eligendi, confirmandi, inveſtiendi, habeat in Hiſpaniis, Galliis, Græcia, &c. Cur non etiam in Turcia & Perſia, India & Æthiopia? Tam neceſſaria quæſtio, quàm illa ab Accurſio propoſita, an, ſi nunc reviviſcat Adamus protoplaſtus, ducere poſſit uxorem, quoniam matrimonium inter parentes & liberos prohibeatur in infinitum. Triçæ hæc ſunt & apinæ nec jucundæ nec utiles. At, inquiunt, textus eſt manifeſtus in illis verbis, *per ſingulas provincias.* Italiæ ſcilicet, ô boni, de qua agebatur. Eleganter Celſus ait; *Prior atque potentior eſt, quàm vox, mens dicentis,* l. *Labeo,* 7. §. ult. D. *de ſupellect. leg.* Et Philoſophorum eſt acroama: *Verba accipienda ſunt non in eo ſenſu, quem faciunt, ſed in quo fiunt.* Nec Populus Romanus aut Pontifex dare potuit, quod non habuit. *Nemo enim plus in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet,* ut eſt in jure conſtitutum. Non habuiſſe Gallias & Hiſpanias, rerum geſtarum monumenta loquuntur. Præpereà quî Carolo in Galliis, hoc eſt, Francia & Germania dare potuit, quod jam anteà habuit? quum definita juris ſit ratio, *quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poſſe.* Non, inquam, à Populo Romano nec à Pontifice jus illud in regnis patriis accepit, ſed ab anteceſſoribus legitima ſucceſſione hæreditavit: non etiam in regnis à ſe devictis, puta Aquitania, Waſconia, Hiſpania, quæ victoris lege non jure donationis adminiſtravit, patriiſque regnis adjunxit. Vel ſexcenta exemple ſunt, quibus vero vincam, ſi ſit opus. De Italia quid multis? etenim uno ſat eſt.

Notkerus Balbulus de Geſtis Caroli M. lib. 2. cap. 27. *Exin ad ulteriora progreſſus venit religioſiſſimus*

ſiſſimus Karolus ad urbem Foriolanam, quam Forum Julienſe vocant. Contigit autem ut eodem tempore Epiſcopus civitatis illius, aut Patriarcha, occaſus vitæ propinquaret. Ad quem cùm religioſiſſimus Karolus viſitandi gratia properaret, ut ſucceſſorem ſuum ex nomine deſignare deberet, ille religiosè admodum eximis præcordiis ſuſpiria trahens: Domine, inquit, Epiſcopatum iſtum diu ſine aliqua utilitate vel profectu ſpirituali retentum, judicio divino & veſtra diſpoſitioni relinquo, ne ad cumulum peccatorum, quem vivens exaggeravi, etiam mortuus aliquid ſuperinjicere apud inevitabilem & incorrumpendum judicem deprehendar. Quod ſapientiſſimus Karolus ita cepit, ut eum antiquis Patribus non immeritò coæquandum judicaverit. Cum autem in eadem regione aliquantiſper demoratus fuiſſet, donec Epiſcopo decedente dignum ei ſucceſſorem ſubſtitueret, &c. Viden' Epiſcopum Italum oon potuiſſe ſibi ſucceſſorem ſuopte deſignare, quàm à Rege, ad quem ejus ſanctimonia vitæ & morum probitas penetraverat, peteretur? Viden' Regem properaſſe, ut ab eo peteret idoneum, qui multorum vitam haberet perſpectam? Viden' Regi jus electionis refutatum, ut ſuum ſibi ac proprium, non Clericis aut populo? Regi, inquam, Laugobardorum ſeu Italiæ in ipſa Italia. Sed de his jam ſatis.

Pag. 2.

CAROLI MAGNI CONSTITUTIO CONTRA HÆRESIN ELIPANDINAM ET FELICIANAM.

Auctoritates. CONCILIUM Franconofortenſe excuſum Baſileæ ab Henrico Petri, item in Concilior. tom. 3. Baronius Annalium tom. 9. Anno 794. §. 15.

Teſtimonia. Hujus concilii ſive Synodi meminêre omnes omnium exinde temporum Hiſtorici, quorum teſtimoniis cumulandis immorari putidum foret. Unum non mihi tempero, quin ad amuſſim veritatis exigam. Is eſt F. Bernardus Lutzenburgus Dominicanus Monachus, in Catalogo Hæreticorum ſcribens: *Feliciana Hæreſis, à quodam Felice autore, quæ condemnatur anno 784. ſub Conſtantino VI. & Adriano I. Hæc hæreſis dixit, Chriſtum eſſe filium Dei adoptivum. Iſta hæreſis nitebatur ab Eccleſia auferre Sanctorum imagines, & in Concilio Francfordenſi in Mogono fuit damnata; in quo Concilio Legati Sedis Apoſtolicæ præſidentes fuerunt, Theophylactus & Stephanus Epiſcopi.* Os impudens & effrons!

Lyſis. Mitto ἀνεξαρίθμους annorum numeros: ed compendium pono inſcitam Concilii Reganeſpurgenſis, in quo damnatus Felix Urgelitanus Anno Domini 792. cum iſtoc Franconofurtenſi confuſionem: illud de Legatorum Pontificis præſidentia quàm perfidè & (ut Patrum verbo utar) ſacrilegè impoſuit falſarius, *præſentes*, quod in Annalibus legerat in *præſidentes* commutando? Conjice in aures tuas, ô bone, hujus conſtitutionis verba §. 11. Orabat atque obſecrabat Carolum M. Elipandus Epiſcopus, *ut per ſeipſum arbiter ſedeat.* Reſpondet Rex Carolus: *Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor & arbiter adſedi. Diſcernimus* (leg. *decernimus*,) *& Deo donante decrevimus, quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum, &c.* At interfuere, inquis, Legati Pontificis Romani. Quid ſi Patriarchæ Conſtantinopolitani? Quid ſi Presbyteri Joannis?

* Furius Bibaculus.

* *En cor Zenodoti! en jecur Cratetis!*

Sed heus! Eamus per omnes hujus & ſuperioris ævi Synodos in Francia frequentatas, ſcrutemur ſingulas earum paginas; meam Bibliothecam in tuum Breviarium pignus do, ſi vel apicem de præſidentia Romani Pontificis, vel in fidei negotiis, ſed ſolius Principis. Venio ad quartum Lutzemburgi ψεῦδος: qui quot lineas, totidem poſuit mendacia. Ita amat, ut, qui ſemel verecundiæ fines tranſgreſſus eſt, eum oporteat eſſe graviter & inſignitè impudentem. Errorem adorationis imaginum, quem erravit Nicænum Concilium Secundum, idemque dictum, Septima Synodus Oecumenica, imperitius dicam an falſius Felici & Epilando adſcribit, quem illi procul habuerunt. Ite nunc fæculenti libelli, & proporrò oliſate (volitate volui dicere) per ora virum, quibus accidit ſuavius, repertis frugibus, adhuc βαλανοφαγῶν.

Ergo in hoc Concilio Franconofurtenſi non Feliciana tantùm & Elipandina Hæreſis de adoptione filii Dei, ſed & Nicæna II. Synodus, Irene Imperatrice cum Conſtantino filio præſidente celebrata, de imaginum adoratione, fuit pariter condemnata. Quibus verò Concilii actis, hautſcio quorum fraude, caremus usque. Superant ex illis duo capitula, quæ nobis ab interitu vindicavit Joannes Tilius Meldorum Epiſcopus, vir eruditiſſimus, an alicubi Bibliothecarum in Galliis exſtent, eorum quæſtioni relinquo, quibus eſt facultas. Is autem eſt Tilius, Baroni, ut quod fateris ignorare, de ea re ex me certior fias, qui quatuor libros Caroli Magni contra Nicænam illam Synodum in hoc ipſo Concilio Francofordiæ perſcriptos, princeps vulgavit, teſtaturque Romæ in Lateranenſi Bibliotheca idem exemplar vetuſtis Langobardicis literis deſcriptum exſtare, cui Auguſtinus Steuchus, ejus Bibliothecæ præfectus, publico ſuo ſcripto adſtipulatur. Adducit item Caroli nomine Joannes

Eccius

Digitized by Google

Eccius in Enchiridio, ſi me non fallit memoria. Quod ſi his, ut poſterioribus, Baroni, non acquieſcis, producam tibi teſtem omni exceptione majorem. Audi Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum, qui in Aulico Caroli M. pædagogio doctus ſimul & eductus, in epiſt. ad Hincmarum Landunenſ. c. 20. *Septima apud Græcos* (inquit) *vocata univerſalis Pſeudoſynodus, de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra vero pars intellectu ſano diffiniens ſine auctoritate Apoſtolicæ Sedis, non longè ante noſtra tempora Nicææ eſt à quàm plurimis Epiſcopis habita, & Romam miſſa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Unde tempore Caroli Magni Imperatoris, juſſione Apoſtolicæ Sedis, generalis Synodus in Francia* (Orientali ſcilicet vel Theutonica, cujus tum Francofordia caput) *convocante præfato Imperatore, celebrata, & ſecundum Scripturarum tramitem, traditionemque majorum, ipſa Græcorum Pſeudoſynodus deſtructa, & penitus abdicata. De cujus deſtructione non modicum volumen, quod in Palatio adoleſcentulus legi, ab eodem Imperatore Romam eſt per quoſdam Epiſcopos miſſum. In cujus voluminis quarto libro, hæc de Univerſali nomine ſcripta ſunt: Univerſitas ab uno cognominatur, &c.* Epiſcopi, per quos ait librum illum Romam miſſum, qui fuerint, necdum habeo compertum. Engelbertum ſive Angilbertum Abbatem S. Ricarii à Carolo ad ſe cum libro illo miſſum, teſtatur ipſe Hadrianus Papa epiſt. ad Carol. cap. 26. Reſponſ. his verbis: *Præterea directum à veſtra clementiſſima præcelſa Regali potentia ſuſcepimus fidelem familiarem veſtrum, videlicet Engelbertum Abbatem & miniſtrum Capellæ, qui penè ab ipſis infantiæ rudimentis in Palatio veſtro enutritus eſt, & in omnibus conſiliis veſtris receptus, ut ideò ſicut à vobis in omni familiaritate recipitur, ita & à nobis reciperetur & condecenter honoraretur, &c.* Et paulò pòſt: *Inter quæ edidit nobis & Capitulare adverſus Synodum, quæ pro ſacrarum imaginum erectione in Nicæa acta eſt, &c.* Non negat Baronius Capitulare illud Romam à Carolo miſſum: negat verò auctorem ejus eſſe, quod ab Epiſcopis in Concilio congregatis collatum fuerit ac perſcriptum. Subſcribo tibi, mi Baroni, dum tu memineris, quam regulam Bonifacius VIII. Pontifex in Jure Canonico poſuit, *quod quis per alium facit, per ſe ipſum feciſſe videri.* Alioquin una eademque opera negabis Caroli Magni eſſe Capitularia ejus nomine proſcripta, quorum toties laudas auctoritatem. Et ne longiùs abeam, negabis hanc ipſam epiſtolam ad Elipandum miſſam eſſe Caroli, quæ alienam manum reſipiat. Ab auctoritate, Baroni, non à ſcriptura pendent conſtitutiones, quas illa ætas dixit Capitularia. Sed tandem ad illa.

Sacrilegum Elipandi errorem nemo nos luculentiùs, quàm ipſi Patres Concilii, nobis exponere poterunt: quorum hæc ſunt verba ex ipſius Elipandi Confeſſione ad ſe tranſmiſſa: *Invenimus in libelli veſtri principio ſcriptum, quo vos poſuiſtis: Confitemur & credimus, Deum Dei Filium ante omnia tempora, ſine initio ex patre genitum coæternum & conſubſtantialem, non adoptione ſed genere. Item poſt pauca in eodem loco legebatur: Confitemur & credimus eum factum ex muliere, factum ſub lege, non genere eſſe Filium Dei, ſed adoptione, ſed gratia.* Ex quibus verbis ſatis eluceſcit, quæ fuerit Felicis & Elipandi Hæreſis, ea nimirum, quam Neſtorii manes videntur ab inferis excitaſſe, duos nobis Chriſtos Dei Filios conſtituens, quæ duas in eo confingat hypoſtaſes, ut ait Thomas Aquinas part. 3. quæſt. 23. art. 4. Quamobrem Jure Patres Concilii: *Nonne olim* (reſcribunt) *hæreſis veſtra in Neſtorio ab univerſali ſancta Eccleſia refutata eſt etiam & damnata? Quapropter fortè illum anathematizare noluiſtis, dum alios, Bonoſum ſcilicet, Arium, & Sabellium, Manichæumque, qui prava de Filio Dei ſenſerunt, in epiſtola anathematizaſtis?* Videatur l. *cognoſcere* 7. in fine princip. *C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol.* ubi expungenda eſt nota nuperi Gloſſatoris, quæ in Felicianum errorem infelicem eſt ut perducat imperitam ſimul & incautam juventutem. Verba Marii Victorini Afri adverſus Arium lib. 1. quibus nititur, hæc ſunt: *Ipſe Salvator dicit: Ego ſum reſurrectio: quoniam ipſe vita. Quis autem iſte, Martha dicit: Quoniam tu es Chriſtus Filius Dei qui in mundum veniſti. Quod non ſic filius, quemadmodum nos. Nos enim adoptione filii, ille natura. Etiam quadam adoptione filius & Chriſtus, ſed ſecundum carnem. Ego hodie genui te. Si enim iſtud ſolum hominem filium habet. Sed ante Adam ego ſum, dicens, quòd natura filius erat, primùm declaravit. Non igitur Photinianum dogma verum. Deinde nos non gentes ſolùm, ſed & qui diſperſi ſunt filii. Dei ergo filius Chriſtus, filii & nos; ſed nos per adoptionem, nos per Jeſum Chriſtum, nos ut filii diſperſi, num & Chriſtus ſic filius? Natura igitur Jeſus filius, nos adoptione filii:* & quæ ſequuntur. Quæ ſi in eo ſenſu accipias, quem videntur facere, haud procul aberis ab impietate Felicis. Verùm, ut ait Tertullianus de Reſurrect. carnis: *Ex materia dicti dirigendus eſt ſenſus.* Et D. Hilarius Pictavienſis Epiſcopus: *Intelligentia dictorum ex cauſa ſumenda eſt dicentis.* Commoda interpretatione leniamus ejus ſenſum. Diſputat contra Arianos & Photinianos, qui Deum filium infrà eſſentiam Patris ponebant. Quibus reſpondens diſtinguit dicta Scripturæ, quæ de Filii deitate, ab illis, quæ ſuper ejuſdem humanitate proferuntur. Et Chriſtum concedit ſecundùm humanitatem, reſpectu Divinitatis, dici quodammodo poſſe Dei Filium adoptivum, qui de Virgine Maria in ſæculo aſſumptus, ita verò ut idem Deus & homo ex unione perſonali prodierit ſimul & natus ſit verus & naturâ Dei Patris Filius. Hanc puto optimi Patris non incommodam eſſe interpretationem. Cæteroqui omnis intellectus erroneus eſt & hæreticus. Et profectò non probioris notæ interpres viſus ipſis Patribus. Nam Gennadius Maſſilienſis Presbyter, ejus propemodum æqualis, in Appendice Exegeſis.

b

ad

ad Illuſtres D. Hieronymi ſcribit, eum edidiſſe libros, *Chriſtiano quidem & pio ſenſu, ſed ut hominem ſeculari literatura occupatum, & nullius magiſterio in divinis ſcripturis exercitatum, levioris ponderis ſententias figuraviſſe.* Et Ado Viennenſis in Chronic. ait eum fuiſſe *in divinis ſcripturis non plenè exercitatum.* Fuêre autem plures ſive Victores, ſeu Victorii, an Victorini. Et hic, quo de ſermocinamur, eſt Cl. Marius Victor ſive (ut in quibuſdam Monaſterii S. Galli, & privatis Barth. Schobingerii JC. piæ memoriæ libris vetuſtis MSS. obſervavi) Victorius, Rhetor Maſſilienſis, diverſus à M. Fabio Victorino, qui D. Hieronymi præceptor extitit. Cujus rei ignoratio Joannem Sichardum, editorem principem, fruſtrata eſt. Miſſo itaque Victorio, quem uti in medio producerem, ille, quem dixi, Gloſſator adegit, ſaniores nunc ſententias videamus. B. Ambroſius de Incarnat. *Adoptivum filium non dicimus filium eſſe natura, ſed eum dicimus natura eſſe filium, qui verè eſt filius.* Sed Chriſtus verus & naturalis Dei eſt filius, Matth. 16. & 1. Joan. ult. Hildephonſus Archiepiſcopus Toletanus, quem in ſuſpicionem erroris pertrahere falſo crimine Elipandus allaborabat, lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 11. *At per hoc talis partus non eſt communis lege naturæ, ſed ſicut mirabiliter conceptus, ita mirabiliter Deus & homo natus. Ergo non illum, ut cæteros ſibi Dei, adoptio fecit filium, ſed divinitatis natura illum in proprium Dei filium exaltavit, donavit & illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut eſſet totus Dei filius Homo & Verbum; quia nunquam non fuit Dei Filius ſempiternus, permanet unici Genitoris unigenitus.* Et in lib. De perpetua Virginit. S. Mariæ, & ejus parturit. ex Gregorii I. Papæ auctoritate; *Quoniam, ſicut ipſe ait in eiſdem Moralibus, aliud eſt natos homines gratiam adoptionis per eam accipere; aliud eſt ſingulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipſo conceptu prodiiſſe.* Et eodem in libro: *Chriſtus non adoptivus, ſed proprius Dei Filius in plenitudine temporum venit, miſſus à Patre, natus ex muliere, factus ſub lege, qui ſolus non eguit regenerationis ſacramento, neque renaſci, quoniam proprius Dei Filius, qui nobis per adoptionis gratiam ſua dignitatus eſt benignitate per lavacrum regenerationis largiri fraternitatis conſortium. Unde Joannes: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, quam ſanè poteſtatem a Patre genitus ipſe ex ſua natura in ſe habuit, & non aliunde, ut proprius eſſet Dei Filius, & daret quibus vellet adoptionis gratiam.* Hæc Hildephonſus dictis libris, quorum principem editionem Feuardentio attribuit Baronius: quum apud me extent ipſis ſexaginta annis Feuardentio nato priores.

Pag. 3. §. 3. *Sanctorum Patrum & ſanctorum Doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus: diſcamus, quæ ſcripſerunt; credamus, quæ docuerunt, &c.*) Moſes Deuteron. 32. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.*

§. 7. *Paulino Forojulianenſi vel Aquileienſi Patriarcha*) Cujus extat libellus in hoc Concilio ſcriptus pariter & oblatus, cui indicem fecit *Libellum Sacroſyllabum*, in quo ſolidis rationibus Hæreticorum argumenta confutat.

Pag. 4. §. 10. *Quatenus in præſentia noſtra libelli veſtri legeretur textus, &c.*) Quæ de re in dicto Sacroſyllabo Paulinus: *Quibus recitatis ſtatim ſurgens venerabilis Princeps de ſella Regia, ſtetit ſuper gradum ſuum, & locutus eſt de cauſa fidei prolixo ſermone, & adjecit: Quid vobis videtur? Ab anno prorſus præterito, ex quo cœpit hujus peſtis inſania tumeſcente, perfidia ulcus diffuſiùs ebulliiſſe, non parvus in his regionibus, licet in extremis finibus regni noſtri, error inolevit, quem cenſura fidei neceſſe eſt modis omnibus reſecari. Cumque imprecata & conceſſa eſt moroſa dilatio per dies aliquot; placuit ejus manſuetudini ut unusquisque quicquid ingenii captu rectiùs ſentire potuiſſet, per ſacras ſyllabas, die ſtatuto, ejus clementiæ oblatum ſui pectoris fidei munus ſtyli ferculo mentis vivacitate deferret.*

Pag. 6.

CAROLI MAGNI EDICTUM DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA, &c.

Auctoritates. MATTHIAS Flacius Illyricus in Catalogo teſtium Veritatis, Concilior. tomus III. Baronius Annalium tom. 9. An. Dom. 801. §. 15.

Lyſis. Hæc conſtitutio aliàs inſcribitur, *Capitulare legum Eccleſiaſticarum.* Continet enim centum ſexaginta octo capitula, Caroli juſſu collecta ex ſacroſanctis Conciliis atque Decretis Summorum Pontificum, quorum inſtitutione in Eccleſia vigerent pax, ordo, fidei ſynceritas, & recta diſciplina. Eſt autem & hinc videre, quis jura Epiſcopis & Eccleſiarum miniſtris præſcripſerit, Papane an Imperator ſive Rex, in Imperio & Regno. Nam de excuſatione Caroli §. 1. ver. *ne aliquis*, non

hanc

hanc habet rationem, quam prætendit Baronius, ne ex hoc videri poſſet præſcribere ipſe leges Epiſcopis, ſed ut verborum iſto lenocinio ac dulcedine præfractarios animos ducat potiùs quàm cogat, quorum nonnulli perſuadebantur, tem iſtam ad totum Concilium quàm ad unum Imperatorem ſpectare.

§. 5. *Sepultus, & tertia die reſurrexit, &c.*) Sæpè me ſubiit mirari, quî in Confeſſionibus veteris Eccleſiæ quàm plurimis. Germaniæ autem pleriſque omnibus, omittatur articulus de *Deſcenſu Chriſti ad inferos*, ſic hodiè decantatus. Et ſollicitè mihi indaganti haut facile denique videtur divinatu, quo primùm tempore Symbolis inſertus. Nec enim agnoſcunt Symbola Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Calcedonenſe, Romanum, & alia Orientalia: non illud Juſtiniani Imperatoris in l. *cum recta*, 5. §. 1. *C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* non Rufini Aquilegienſis Apoſtolici Symboli interpretatio, in D. Cypriani operibus poſita. Veteris Germanicæ Eccleſiæ non unam vidi, nec temerè deprehendas tamen, vel in illo poſterioris ſæculi, quod tomo II. Alamannicar. antiquitat. eſt editum. Nec obſtat ſuperioris conſtitutionis §. 11. quæ verba non ſunt Caroli Regis Germani Catholici, ſed Elipandi Epiſcopi Hiſpani Hæretici, quæ ille refert μιμητικῶς, non θετικῶς, non συμφοράτως, nedum πιστικῶς. Exſtat verò in tralatione Notkeri Labeonis Monachi S. Galli, qui Otthone III. Imperatore vixit.

§. 8. *Anno incarnationis DCCLXXXVIX.*) Numerus manifeſtò corruptus, integer erit, ſi literæ tranſpoſitæ reponantur in ſuum quæque ordinem, hoc modo: DCCLXXXXVI. Baronius refert ad Annum DCCCI. quem vel ipſa inſcriptio falſitatis arguit, ubi Carolus vocatur tantum Rex Francorum, non Auguſtus, non Imperator, ſolemnibus hujus anni titulis. Pag. 7.

CAROLI MAGNI EPISTOLA AD PIPINUM REGEM. Pag. 9.

CAROLUS Sigonius de Regno Italiæ lib. 4. Anno 802. Baronius Annalium tom. 9. Anno 801. §. 18. Auctoritates.

Hæſi aliquandiu in hac epiſtola, in dubiis nécne reponerem. Ecquàm inepta ſunt illa verba Criſis. §. 3. *Tu valde noſti, quomodo vel qualiter tecum locuti ſumus de ipſis Capitulis?* quàm à communi ſtylo fori Carolini aliena? Quàm tota compoſitio nihil reſipit Imperatorium, nihil Regium? ut ne digna quidem mihi videatur Regio Scribâ. Evicit tamen magni Sigonii auctoritas, ut ei locum hunc conceſſerim, relicto interim ſuo cuique lectori judicio. Vin' dicam, quod ſentio? Videtur mihi nec vera nec genuina, ſed impoſtoris hominis ineptum figmentum. vetus tamen, & tempore aut præter propter (quomodo mihi perſuadeo) Othonis I. commentum ad hiſtoriam Caroli Magni.

§. 1. *Manſionaticos & par…accipiunt*) Supple; *& paratas acc.* Sic in Caroli Magni Diplomate Securitatis, factæ Fortunato Patriarchæ Gradenſi apud Baronium: *Manſiones aut paratas faciendas, &c. exactare audeat. Parata* videntur fuiſſe operarum exactiones, fortè parangariæ, Frondienſt. *Manſionatici* ſive *manſiones* ſunt loca, in quæ quis jus habet divertendi & hoſpitandi, idque vel ex proprietate: vel contractu aliquo, aut antiqua conſuetudine, cujus non exſtet apud homines interruptæ memoria. Cujuſmodi manſiones in prædiis, fundis, monaſteriis, &c. conſtitutas hodieque retinemus: vulgò dicuntur Außſpann. Ariſtoteles in Politic. loca quieti præſtituta iter agentibus vocat ἀλλαγάς Euſtathius in Homer. Iliad. *αἱ δὲ ἱστορίαι, σταθμοὺς οἴδασι λέγειν καὶ τὰς ὡρισμένας εἴτ' οὖν τεταγμένας ἐνοδίους ἀναπαύλας τοῖς εἴτε ἱππεύουσιν εἴτε πεζοδρόμοις· ἃς καὶ ἀλλαγὰς ἔλεγον· τινὲς ἔτι γὰρ τοιοίδε σταθμοὶ ἐνταῦθα λέγονται πρός τισιν καὶ τοιοῦτο σταθμὸς εἶναι, ἀπὸ τοῦ δὲ τινὸς τόπου εἰς ἄλλον φαμέν.* Alamannic. rer. tom. 2. Charta XC. *Folchartus dixit, quòd vidiſſet Pettonem Monachum manſionaticum facere Vuolfleozo Epiſcopo, quando Romam pergebat.* Cujacius comment in Feudor. conſuet. lib. 1. tit. 1. Exegeſes.

Carnaticum & vinum) Eadem forma *Carnaticum* pro carne, qua dixit *manſionaticum* pro manſione.

§. 3. *Audivimus etiam quod quadam capitula*) Ita illa ætas leges ſuas vocat. Etiam pro ipſo judicio *Capitulum* dixere, quam vocem in eo ſenſu Monachi noſtri etiamnum uſurpant. *Capitulare*, codex legum.

Qua in Lege ſcribi juſſimus) Langobardica ſcilicet, ad quam fecit Additionem. Eam Mutinæ aſſervari, ſcribit Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 4. cujus hanc adducit præfationem: *Carolus divino nutu coronatus Romanum regens Imperium, ſereniſſimus Auguſtus, omnibus Comitibus, Caſtaldis, ſeu cunctis Reipub. per Provinciam Italiæ à noſtra manſuetudine præpoſitis, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCI. indictione IX. anno Regni noſtri in Francia* XXXIII. *in Italia* XXVIII. *Conſulatus autem noſtri prima. Cùm in Italiam propter utilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ ac provinciarum diſponendarum veniſſemus: multa atque diverſa per urbes ſingulas ante conſpectum noſtrum quæſtiones venerunt, tam de Eccleſiaſti-*

cis quàm de publicis & privatis rebus, per ea, quæ ſtatim recitata, ex Romana ſeu Longobarda lege competenti ſententia terminata ſunt, quorum judicialis ſententia à Legiſlatoribus aut penitus omiſſa eſt, aut à poſteris oblivioni tradita. Quocirca nos conſiderantes utilitatem noſtram & populi à Deo nobis conceſſi, ea quæ ab anteceſſoribus noſtris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipſis edita prætermiſſa ſunt, juxta rerum ac temporum conſiderationem addere curavimus, ſoliciti, ut neceſſaria, quæ legi defuerunt, ſupplerentur, ut in rebus dubiis non quorumlibet arbitrium, ſed noſtra legis auctoritas prævaleret.

Pag. 10.

CAROLI MAGNI CONSTITUTIO
DE PACE CONSTITUENDA, &c.

Auctoritates. HULDRICHUS Mutius Chronic. lib. 8. ex quo Petrus Pithœus in Annalium & hiſtoriæ Francorum Collectione, Baronius Annalium tom. 9. Anno 806. §. 18. & ante omnes Jacobus Wympfelingus Epitom. rer. German. cap. 10.

Teſtimonia. Strabo Fuldenſis in Annalibus: *Partitio regni Francorum ab Imperatore facta in villa Theodonis inter filios ſuos, ut ſciret unusquisque eorum, quam partem tueri & regere debuiſſet, ſi pater eum ſuperſtitem reliquiſſet. De hac partitione teſtamentum conſcriptum, & ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Leonis Apoſtolici ſubſcriptione roboratum eſt.* Aldhelmus in Annalib. Francorum; *Conventum habuit Imperator cum Primoribus & Optimatibus Francorum de pace conſtituenda & obſervanda inter filios ſuos, & diviſione facienda in tres partes, ut ſciret unusquisque illorum, quam partem regere deberet, ſi patre mortuo ſuperſtitem eſſe contingeret. De hac partitione & teſtamentum factum, & jurejurando ab Optimatibus Francorum confirmatum, & conſtitutiones pacis conſervandæ cauſa factæ: atq; hæc omnia literis mandata ſunt, & Leoni Papæ, ut ipſe ſua manu ſubſcriberet per Einhardum miſſa.* Videatur tota Hiſtoricorum cohors.

Exegeſes. *De pace conſtituenda*) Vel, *de pace in Theodone* vel *Theodonis villa.* Qui locus hodieque priſtinum nomen obtinet, vocaturque vulgò Didenhöfen/ ad Moſellam fluvium.

§. 3. Et de ipſo flumine Danubii currente limite) Apud Mutium legitur; *& de ipſo fonte Danubii*, veriſſimè. Non enim loquitur de continente Danubii fluminis, quo decurrit, ſed vero ea regione, quæ à fonte, id eſt origine, Danubii, qui locus hodie Donäſchingen dicitur, Rhenum uſque ſeſe porrigit. Et eſt is tractus, ut loquuntur, quem vulgus Alamannorum Die Baar indigetat, nunc Landgraviatus, Comitum Sulcenſium poſſeſſio, pariter & *Cletgouvi*, cujus hîc mentio, qui & ipſe Landgraviatus.

Unà cum Ducatu Curienſi & pago Burgoma) Omnino ex Mutio eſt reſtituendum, *& pago Durgovve.* Hic enim confinis eſt Ducatui Curienſi. Ambo in Alamannia, ambo conjunctos, ambo ſub Pipino Rege fuiſſe, fidem faciunt Chartæ, quas Alamannic. rer. tom. 2. vulgavimus.

Pag. 11. §. 15. *Judicio Crucis, Dei voluntas & rerum veritas exquiratur*) De *judicio Crucis* exſtat & in Lege Langobard. l. 26. & 33. Sed quid? nónne id prohibuit ipſe Carolus Capitular. lib. 1. c. 108. ubi legitur: *Sancitum eſt, ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præſumat, ne Chriſti paſſio quæ eſt glorificatio cujuslibet, temeritate contemptui habeatur?* Curiam, quod ipſe prohibuit, facere jubet? Diſtinguit Baronius *Judicium Crucis* ab ejusdem *examine*: quorum illud licitum, hocce fuerit vetitum. Babæ, quàm bellè! Quis Stoicus, Baroni, te ita docuit διχοτομεῖν? Hoc unum ingenui pudoris ſeminium reliquiſti, qui, quod iſtuc examen aut judicium fuerit, tibi eſſe incompertum fatearis apertè. Nam nec ipſe quidem Cujacius, ſexcentis Baronius ἰσοσκώτερος, quale eſſet, potuit annotare, Feudor. lib. 1. tit. 1. §. *ſimiliter.* Ego didici, *judicium* & *examen*, in hac loquendi forma, non minus pariare, quàm *purgationem* & *probationem.* Synonyma hæc ſunt; Baroni, & in hoc uſuali ſermone æquivalent. Vis pudendam tuam inſcitiam ſexcenis exemplis erudiam? At non eſt opus; & cui bono? Ipſæ benedictionum formulæ, quibus ut ignis, aqua, ferrum, ita & Crux ſine dubio ſacrata, te debebant edocere. At me moror. Exempla alia cum aliis conrende, quæ à Cujacio d. l. & Delrio in Diſquiſit. Magic. adducta, quæ, quod tu neſcis, facient porrò ut ſcias, ignis, aquæ frigidæ, ferri candentis, *judicium* & *examen*, *purgationem* & *probationem*, nomine tantum non re divertere, & Caroli Magni illam Langobardicam Legem in Francia & Alamannia non obtinuiſſe.

Lyſis. Hucuſque, inquit Baronius, Caroli de diviſione regni decretum ſive teſtamentum, ſub Papæ diſpoſitione de Imperio decernendum reliquiſſe viſus eſt, ut, cui vellet, ille daret. Quo argumento? Quia nullam de eo in teſtamento mentionem habere voluit, de quo ante omnia fuiſſet ipſi teſtandum, ſi hæreditarium exiſtimaſſet, & non potius Romani Pontificis arbitrio electivum. Fac Syllogiſmum Baroni, & puer meus reſpondebit tibi ad formam. Ah, enecas me cum tua iſta ἀναισθησίᾳ. Falleris & fallis παρὰ τὸ ἑπόμενον. Papa teſtis rogatus à Carolo ſubſcripſit ejus teſtamento.

to. Quid inde? Carolus non diſpoſuit de Imperio in hoc teſtamento. Quid jam? ταῦτο λέγεις; Ecquod mihi δίδακτρον? ecquod minerval dabis, Baroni, cum re cano iſto capite reduco ad ſapientiam? Auſculta ſis. Carolus Magnus quatuor fecit Teſtamenta: in ſcriptis tria, quartum ἄγραφον.

Primum hoc eſt, in quo de Regnis: alterius breviarium exſtat apud Einhardum in vita Caroli, quo ſuper theſauris & re familiari: tertium reliquit, in quo de filiarum & ex concubina liberorum legatis diſpoſuit, quæ duo poſſent primi illius fortaſſe dici codicilli. Quartum eſt nuncúpativum, quo Imperatorem nuncupavit Ludovvicum filium.

Mihi quoque aſſunt teſtes, qui illud, quod ego dico, aſſentiant. Audi vera dicentes, ac falſo cave. Einhardus ipſius Caroli Cancellarius d. libro: *Extremo vitæ tempore cùm jam & morbo & ſenectute premeretur, evocatum ad ſe Hludovvicum Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolemniter de toto regno Francorum Primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius regni & Imperialis nominis hæredem conſtituit, impoſitoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtum juſſit appellari. Susceptum eſt hoc conſilium ejus ab omnibus, qui aderant, magno cum favore; nam divinitùs ei propter regni utilitatem videbatur inſpiratum: auxitque Majeſtatem ejus hoc factum, & exteris nationibus non minimum terroris incuſſit.* Aldhelmus Benedictinus in Annalibus Francorum, An. Dom. DCCCXIII. *Habito generali conventu, evocatum ad ſe apud Aquaſgrani filium ſuum Hludovvicum Aquitaniæ Regem excipiens, coronam illi impoſuit, & Imperialis nominis ſibi conſortem fecit: Bernhardumque nepotem ſuum ex Pepino filio, Italiæ præfecit, & Regem appellari juſſit.* Strabo Fuldenſis in Annalibus Francorum An. Dom. DCCCXIII. *Hludovvicum filium ſuum coronavit, & ſibi conſortem Imperii fecit. Bernhardum quoque nepotem ſuum, filium Pipini filii ſui, Italiæ præfecit, & Regem appellari juſſit.* Eadem Egoliſmenſis Monachus in Vita Caroli Magni, & Ado Viennenſis in Chronic. Theganus Chorepiſcopus Trevirenſis de Geſtis Ludevvici Imp. c. 6. *Imperator cum jam intellexiſſet appropinquare ſibi diem obitus ſui (ſenuerat enim valde) vocavit filium ſuum Ludevvicum ad ſe cum omni exercitu, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco poſitis, habuit grande colloquium cum eis Aquiſgrani Palatio, pacificè & honeſtè ammonens, ut fidem erga filium ſuum oſtenderent, interrogans omnes à maximo uſque ad minimum, ſi eis placuiſſet, ut nomen ſuum, id eſt, Imperatoris, filio ſuo Ludevvico tradidiſſet. Illi omnes reſponderunt, Dei eſſe admonitionem illius rei. Quo facto in proxima die Dominica ornavit ſe cultu Regio & coronam capiti ſuo impoſuit, incedebatq; clarè veſtitus & ornatus, ſicut eum decuerat. Perrexit ad Eccleſiam quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, perveniſque ante altare in eminentiori loco conſtructum cæteris altaribus, & conſecratum in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſuper quod coronam auream aliam, quam ipſe geſtabat in capite ſuo, juſſit poni. Poſtquam diu oraverunt ipſe & filius ejus, locutus eſt ad filium ſuum coram omni multitudine Pontificum & Optimatum ſuorum, ammonens eum, &c. Poſtquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio ſuo oſtenderat, interrogavit, ſi obediens voluiſſet eſſe præceptis ſuis. At ille reſpondit: Libenter obedire, & cum Dei adjutorio omnia præcepta, quæ mandaverat ei pater, cuſtodire. Tunc juſſit eum pater, ut propriis manibus coronam, quæ erat ſuper altare, elevaret, & capiti ſuo imponeret ob recordationem omnium præceptorum, quæ mandaverat ei pater. At ille juſſionem patris implevit. Quo facto audientes miſſarum ſolemnia ibant ad Palatium. Suſtinuit enim filius patrem eundo & redeundo, quamdiu cum eo fuerat filius. Non poſt multos dies magnificis donis honoravit eum pater ſuus, & dimiſit eum ire in Aquitaniam. Antequam diviſi eſſent, amplexantes ſe & oſculantes propter gaudium amoris flere cœperunt. Ille perrexit in Aquitaniam, & Dominus Imperator tenuit regnum & nomen ſuum honorificè, ſicut dignum erat.* Anonymus, ſed coætaneus Scriptor, in Vita Ludevvici Pii cap. 36 *Intereà Imperator Carolus conſiderans ſuum in ſenectutem acclinem devexum, & verens ne forte ſubtractus rebus humanis, confuſum relinqueret regnum, quod erat, donante Deo, nobiliter ordinatum: ſcilicet ne aut externis quateretur procellis, aut inteſtinis vexaretur ſciſſionibus, miſit ad filium eumque ab Aquitania evocavit. Quem venientem clementer ſuſcepit; tota æſtate ſecum tenuit, de his, quibus eum indigere putavit, inſtruxit, qualiter videlicet ſibi vivendum, regnandum, regnum ordinandum, & ordinatum tenendum foret, monuit, & tandem Imperiali eum diademate coronavit, & rerum ſummam penes eum futuram eſſe Chriſto favente innotuit, & hoc peracto negotio reditum ad propria conceſſit.* Philippus Schurgius, Canonicus Francofurtenſis lib. 1. Collectaneor. de Urbe Francofurtenſi: *Anno Domini DCCCXIII. die XVIII. Kalen. Septemb. Ludovicus Pius à Carolo Magno Imperatore, patre ſuo, deſignatus eſt & ipſe Imperator, Francorum in Gallia & Germania Rex, accepta corona, & aliis Regiis ornamentis Aquiſgrani, prout habet Annalium antiquus libellus in Franciſcanorum Cœnobio Pictavienſi.* Paderbornenſis Monachus in Vita Caroli Mag. lib. 4.

Jam gravis Auguſto morbus ſimul atq; ſenectus,
Corpore, ſuſtulerant ſolitum, marcente, vigorem.
Curarumque, quibus Reſpublica tanta gerenda
Ac ſervanda fuit, non ſe ſufferre valere

Immodicum pondus, placida ſed ſola quietis
Otia, ſupremo labentis tempore vitæ
Vidit amanda ſibi, quo procurare migranti
Hinc animæ requiem propria veniamque ſtuderet.
Unde Duces ac Primores ſolemniter omnes,
Atque Magiſtratus, ad Conſilium generale
Undique collegit, natoque ſuo Hludovico
Cunctorum cum conſilio jus omne regendi
Tradidit Imperii, ſucceſſoremque paterni,
Impoſito deſignavit diademate, regni,
Conſortemque ſui factum totius honoris
Auguſtum pariter vocitari juſſerat ipſum.
Quod cum magnifico ſatis accepere favore
Conſilium cuncti, cùm prorſus id utile regno
Multimodis intelligerent. Hinc aucta refulſit
Majeſtas Caroli, concordia ſacta futuris
Hinc eſt temporibus, cum tot caput extitit unum,
Unanimi populis monſtratum mente ſequendum.

Et quæ ſequuntur; quibus tandem ſubjicit:

--------Nam res ex ordine geſta
Et ratione pia, multis cùm jure placeret, &c.

Habes, Baroni, omnes Carolinæ ætatis ſcriptores quàm religioſiſſimè adſcriptos, vel etiam præter religionem ſuperſtitioſè cumulatos. Eò me adegit impudentia tua, qui vera falſis commutas, & audes negare eſſe, quod in ſenſus incurrit. En tibi ſuper Imperio Romano diſpoſitionem! en conſortem Imperii Ludovicum! en Regem Romanum Bernhardum! Inſtitue omnium & ſingulorum ſcriptorum, quos in medium adduxi, collationem, unde tandem mihi evinces jus illud Imperii Pontificium electivum? Oſtende ſis vel veſtigiolum, & perſequar feram. Quæ partes hoc loco Pontificis? quod munus? quæ confirmatio? quæ tandem mentio? Hibernus canis es, Baroni, dictitare didiciſti non odorari. Et væ capiti Annalium tuorum, ubi, quæ in Majeſtatem ejus peccas, reſcierit ſacratiſſimus noſter Imperator: ne cogantur malum ex Imperio referre pedem, quem ex Hiſpania receſſim dare ſunt compulſi. Abſoluto jure, ſibi & in ſe non à ſolo Papa ſed univerſo Populo Romano, cujus Papa membrum, collato uſus Imperator, Auguſtiſſimosque Principes æmulatus, conſortem pariter hæredemque Imperii conſtituit, Regemque Romanum, quem priſci illi Cæſarem dixêre, eadem poteſtate ordinavit. Atque hoc tibi facilius erit negare quàm confutare. At, inquies fortaſſe, deſignatum quidem à Carolo Imperatorem, ſed ad adminiſtrationem Imperii non admiſſum, quàm à Papa confirmaretur. Argumentis puta, Baroni. Si verum hoc eſt, inquit ille apud Æſopum, ἰδοὺ ἡ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα. Abſque hoc, δεῖ σοι μαρτύρων. Videamus. Nithardus ipſius Caroli M. nepos Hiſtor. lib. 1. *Heros tantæ ſublimitatis Lodhuuicus filiorum ejus juſto matrimonio ſuſceptis noviſſimus, cæteris decedentibus ſucceſſit, qui ut pro certo patrem obiiſſe comperit, aquis ab Aquitania protinus venit, quæ undique ad ſe venientem populum, abſque quolibet impedimento ſuæ ditioni addixit, de cæteris qui ſibi creduli videbantur, deliberatis.* Nunc, Baroni, & perge nobis producere Annalium:

Catullus in Annales Voluſii.

* *Scripta tardipedi Deo daturi*
Infelicibus uſtulanda lignis

Imperator Auguſtus & Rex Catholicus.

Pag. 12.

HLUDOVVICI PII EPISTOLA
Ad ARNONEM, &c.

Auctoritas. Exegeſes.

MATTHIAS Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis.

Ludovicus, eo nomine Primus, Caroli M. filius, animadverſis Clericorum diſſolutis vitæ profligatiſque moribus, & perditam Eccleſiaſticæ diſciplinæ negligentiam, ſtatuit ei malo ire obviam. Quare convocavit Aquaſgrani frequentiſſimum Concilium cunctorum totius Galliæ ac Germaniæ Optimatium, quà Eccleſiaſticorum quà Politicorum. Ille tum mos Conciliorum fuit, ut Ordini utrique darentur partes. In eo curavit edendos multos canones & regulas, quorum præceptis & Spiritualium (quos vocant) mores, & ipſum Eccleſiæ regimen reformarentur, ac in melius proveherentur. Platina, Pontificius ſcriba, deplorans ſui temporis perditiſſimam Pontificum & Sacerdotum vitam, ſic ἐπιφωνεῖ; *O Ludovice, utinam nunc viveres!*

§. 1. Sic

§. 1. *Sacrum & memorabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquisgrani Palatio nuper aggregatum*) *Noſtro*, inquit, non Pontificio; *divino nutu*, noo Papali juſſione. Videlicet Ludovicum abſoluta poteſtate indixiſſe illam ac convocaſſe Synodum, eademque opera reformationem Eccleſiarum & Sacerdotum ſui regni inſtituiſſe. Quod Carolo Quinto fuit agitare facilius quàm impetrare.

Formulas Canonicæ Inſtitutionis ab eodem ſacro conventu ex ſacrorum Patrum ſparſim digeſtis ſententiis collectas, atque in unum congeſtas.) Quænam hæc fuerit Inſtitutio, controvertunt noſtri Scriptores. Flaccius putat eſſe eam, quæ ſub hoc titulo eſt in ſecundo Conciliorum tomo edita. Baronius eam, quæ capitulis 80. diſtincta in Additione prima poſt ſeptimum lib. Capitularium Francorum legitur. Uterque annorum errore fruſtratus. Nam nec veriſimile fit, circa annum DCCC. vivente ac valente Patre, ab filio Ludovico eſſe tanti momenti rem inſtitutam, ut Flaccius opinatur; nec Baronius non ſuatim facit, multisque modis imponit ac fallit. Ego notavi hoc in Ludovici Pii more atque inſtituto poſitum fuiſſe, ut quotannis Conventum de reb. publicis, cùm Eccleſiaſticis tum politicis, celebrare conſueſceret, pro re nata cujusque provinciæ & regionis. Et frequentantur tria ejus Concilia Aquisgranenſia: quorum primum ſub Leone III. Papa, qui An. Dom. 816. hanc vitam reliquit, fertur inſtitutum; alterum & item tertium ſub Eugenio II. Papa; atque hic ad Pontificatum venit An. Dom. 824. eundemque morte reliquit Anno 827. Hæc ita in illis, quæ Gregorius XIII. Juri Canonico præfigenda curavit. Quod ſi rationes temporum contendas, ſub neutro Pontifice noſtrum iſtud Concilium comperies celebratum. Quæramus. Solemnem ejus, de quo dixi, morem clarè ingerit Aldhelmus Benedictinus, coætaneus ſcriptor, An. Dom. DCCCXVII. his verbis; *Unde reverſus generalem populi ſui Conventum Aquisgrani more ſolito habuit.* Vide ejus Annales. Conventus autem nunc generales, neceſſitate exigente, nunc particulares habuiſſe, idem optimæ fidei ſcriptor An. DCCCXXIII. confirmat, ſcribens; *Menſe Majo Conventus ibidem habitus eſt, in quo non univerſæ Franciæ Primores, ſed de Orientali Francia, Bajoaria, Alemannia, atque Alemanniæ conterminis Burgundia, & regionibus Rheno adjacentibus adeſſe juſſi ſunt.* Et de Synodis Ado Viennenſis in Chron. Anno 815. *Epiſcopales etiam Synodos propter reintegranda Sanctorum Patrum ſtatuta, & Chriſtianarum regularum obſervationem ubique fieri decrevit.* Nec Epiſcopales tantùm, ſed & Abbatiales, hoc eſt, in ſuo quasque genere de rebus ad id ſolum attinentibus. Cujusmodi Synodus Abbatum illa fuit, quam Baronius contendit eſſe has Formulas Canonicæ Inſtitutionis. Qua in re pudenda inſcitiæ ſuæ revelat. Ipſa præfatio Capitulorum, quæ ſuprà memoravi, erroris commonere debuerat cor tuum, Baroni, ſi quod eſt tibi cor. *Anno Incarnationis* (habet illa) *Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo decimo ſeptimo; Imperii verò glorioſiſſimi Principis Ludovici quarto, ſexto Idus Julii: Cùm in domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quamplurimis unà ſuis reſediſſent Monachis, quæ ſubſequuntur Capitula communi conſilio ac pari voluntate inviolabiliter à Regularibus conſervari decreverunt.* Ecce tibi μεταμόρφωσιν tuam, qui tam ſcitè tamque calè noſti unius Monaſtici Ordinis Synodum particularem commutare in omnium Ordinum Imperii Conventum & Concilium generale. Cujusmodi Conventus fuit hic noſter, cujus gratia ſermonem hunc inſtituimus. Aldhelmus Benedictinus, qui videtur ipſi Conventui fuiſſe, Anno DCCCXIX. *Conventus Aquisgrani poſt Natalem Domini habitus, in quo multa de ſtatu Eccleſiarum & Monaſteriorum tractata atque ordinata ſunt: Legibus etiam Capitula quædam neceſſaria, quia deerant, conſcripta atque addita ſunt.* Eadem conceptis verbis repetivit Strabo Fuldenſis eodem Anno DCCCXIX. Et domeſticus ac familiaris teſtis, Auctor vitæ Ludevvici Pii: *Imperator generalem habuit Conventum Aquisgrani, in quo quantum fervoris circa divinum cultum in arca pectoris geſtaret, tanto adniſu declaravit. Congregatis enim Epiſcopis, nobiliſſimoque ſanctæ Eccleſiæ Clero, fecit componi ordinarique librum Canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius Ordinis perfectio continetur, ſicut Reclusus* (i. Monachus) *ipſe fatetur. In quo etiam inſeri juſſit cibi potusque atque omnium neceſſariorum ſummam, ut omnes tam viri quàm ſanctimoniales, ſub hoc Ordine Chriſto ſervientes, nullis prepediti neceſſitatibus, libera ſervitute Domino omnium militare meminiſſent. Quem librum per omnes civitates & Monaſteria Canonici Ordinis ſui Imperii miſit per manus Miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupradictis locis transſcribi facerent, debitaque atque conſcripta exigerent ſtipendia miniſtrari, &c.* Vides, Baroni, quàm omnia iſta conveniant cum hac Ludovici epiſtola, quàm congruant concorditer? Et quæ tandem, dices, illæ Canonicæ Formulæ, ſi non ſunt illa, quæ mea fert opinio, Capitula? Attende, jam audies. Illa perpetuò vocantur *Capitula*; hæ perpetuò *Formulæ*: illa Anno XVII. ab Abbatib. compoſita; hæ à Concilii Patribus Imperatori oblatæ, & biennio poſt illa promulgatæ. Hæ ſunt, quarum infrà in Pragmatica Sanct. Maximilianus I. Imp. meminit; quas An. Dom. 1549. Gerhardus Lorichius Hadamarius Coloniæ Princeps, publicavit, cum hac inſcriptione; *Reformationis Abuſuum Cleri Formulæ per Ludovicum cognomento Pium, Romanorum Imperii Imperatorem optimum, Caroli M. filium ex ſanctorum Patrum ſententiis corraſa, &c.* Præfationis verba: *Cum in nomine S. & individuæ Trinitatis Chriſtianiſſ. & glorioſiſſ. Ludovicus ſuperno munere Victor Auguſtus, an. incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXIII. indictione decima, anno ſiquidem Imperii ſui tertio, Aquisgrani Palatio generalem ſanctumque convocaſſet Conventum, &c.* Numerus anni pariter & indictionis non ſanus. Nam Carolus Magnus obiit (ut Einhardus auctor eſt & Epitaphium fuadet) Anno Domini DCCCXIV. indictione VII. Error natus ex diſtractione unius con-

junctæ literæ V. quem facilè animadvertet, qui ductum ejus in libris ſcriptis noverit, hac facie, U. quæ conſtat ex II. duplici inferiùs conjunctis per inflexam caudulam. Primus annus Imperii Ludovici fuit idem, qui mortis Caroli. Hoc me docuit Theganus in ejus Geſtis ſcribens: *Suſcepit omnia regna, quæ Deus tradidit patri ſuo, ſine ulla contradictione, qui eſt annus Incarnationis Domini octingenteſimus decimusquartus, qui eſt primus annus Regni ejus.* anno conlottii ſcilicet non connumerato. Hinc, qui non planè ſtipes eſt, confeſtim mendum perſpiciat: legendum ſcilicet & reſcribendum eſſe, *anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXVIIII. indictione duodecima, anno ſui quidem Imperii ſexto,* Pronus lapſus & acclivis ex *ſui quidem* in *ſiquidem*, ex *ſexeſto* barbaræ ſcripturæ, in *ſui tertio.* Hæc quidem ita ſunt: at quibus obſtare videtur Leopoldus Bebenburgius Epiſcop. Babæbergenſis lib. De zelo veter. Princip. German. cap. 11. ubi ſcribit; *Imperator Ludovicus filius ejusdem Caroli, conſenſu Stephani Papæ Tertii, Aquisgrani ſub anno Domini 816. magnam Epiſcoporum Synodum congregavit, in qua liber Canonicorum regulam continens ex dictis Auguſtini, Gregorii, & aliorum ſanctorum Patrum excerptus, ejusque ordinatione compoſitus, obſervari mandatur, ut in* (Vincentii Belvacenſis) *Speculo Hiſtoriali lib. 25. cap. 26. & in Hiſtoria Francorum plenius continetur. Et hic liber, qui Regula Canonicorum dicitur, in Eccleſia Herbipolenſi habetur, ipſumque puto in cæteris Eccleſiis Cathedralibus Germaniæ reperiri. Ipſius denique tempore ab Epiſcopis & Clericis (ut in libro & capitulo prædictis legitur) baltea gemmis culta, & cinguli auro texti, ac exquiſita veſtes, & alia ornamenta ſecularia deponi cœperunt. Tempore etiam ejusdem Ludovici, ſub anno Domini 819. Conventus Epiſcoporum Aquisgrani habitus eſt, in quo multa de Eccleſiarum ſtatu tractata ſunt, conſtitutionibus inſuper priùs factis, capitula quædam neceſſaria præſertim, & uſui Monachorum Regularium ſunt adjecta, prout in Hiſtoria Francorum, & in Speculo Hiſtoriali libro & capitulo prædictis pleniùs continetur.* Sed revera hæc ipſa ſunt, quibus meam confirmem conjecturam. Vincentius confundit adventum Stephani Quinti, quem ipſe Tertium, alii Quartum faciunt, in Franciam ad Ludovicum Imperatorem, cum Synodo Aquisgranenſi, quæ illum anno ſequente inſecuta. Et ex Hiſtoriis conſtat, Ludovicum Imp. anno DCCCXVI. Aquasgrani non reverſum, æſtatem belli, cætera in hibernis Compendianis tranſegiſſe. Dein inſuper Bebenburgius confundit Capitulare Abbatum cum Formula Canonicæ Inſtitutionis, quorum utriusque annos ad calculum poſuimus. Quibus temporibus ita diſtinctis, nullum negotium erit porrò cæteros hac ſuper re Scriptores conciliare.

Quapropter volumus atque decernimus, ut juxta &c. noſtræque auctoritatis ſanctionem) Vide, ut Imperator ſimpliciter ſua auctoritate, nullâ Archiepiſcopo Reformatione, mandet, nulla penitus Papæ mentione facta, ut Concilii decreta ſuis Clericis proponat, omniaque diligenter & obſervet ipſe, & alios tenere cogat. Minatur & pœnas ei, qui ſervare noluerit. Unde patêre arbitror, Pontificem Romanum illa ætate ne ſpiritualem quidem gladium, nedum temporalem, in Germaniæ Epiſcopos habuiſſe, quin æquè ut Laici, *legitimis poteſtatibus*, ut Petrus Apoſtolus loquitur, id eſt, politicis magiſtratibus, ſubjectos ſeſe eſſe tum agnoſcerent & faterentur. Quamquam quid opus conjecturâ, quum Hiſtoriarum omnium monumenta teſtentur, in poteſtate Imperatoris tunc fuiſſe, non Epiſcopos ſolummodò & Prælatos, ſed ipſum Romanum Papam conſtituendi, ut & ſuprà dictum, & porrò demonſtrabitur.

Memoratas Inſtitutionis formulas perlegi jubeas) Ita ipſa Inſtitutionis præfatio: *Aliquam ex eisdem ſacris Canonibus & ſanctorum Patrum dictis Inſtitutionis formam pari voto, parique conſenſu excerperent.* Et poſt ibi: *Canonica authoritate & ſanctorum Patrum dictis veluti ex diverſis pratis quosdam floſculos carpentes, hanc Inſtitutionis formam excerperent, & Canonicis obſervandam conferrent, &c.* Ibidem: *Cùm igitur hujus Inſtitutionis formam coram memorato glorioſo Principe prolatam ſacer Conventus laudibus extuliſſet, & Eccleſiaſtica authoritate fulcitam, laudeque dignam, ac ſanctæ Eccleſiæ utiliſſimam atque proficuam conſona voce prædicaret, &c.* Eſt verò libellus bipartitus: quorum prior formulam continet reformandæ vitæ: alter inſtituendæ profeſſionis Canonicæ.

Pag. 13. *Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere jubebimus, quis injunctum ſibi officium ſtrenuè peregerit, &c.)* Jure ergo atque merito Amalarius Fortunatus præfat. in lib. de Offic. Eccleſiaſt. ad Ludovicum Imperat. *Præſertim cùm ſciamus vos rectorem eſſe totius Chriſtianæ religionis, quantum ad homines pertinet.*

Summam præterea actorum hujus Concilii non prætereundo hoc breviario complexus eſt Auctor anonymus in Geſtis Ludewici Pii: *Conſiderans etiam idem piiſſimus Imperator non debere Chriſti miniſtros obnoxios eſſe humanæ ſervituti; ſed multorum avaritiam abuti miniſterio Eccleſiaſtico ad proprium quæſtum: ſtatuit, ut quicunque ex ſervili conditione conciliante ſcientia, & morum probitate, ad miniſterium altaris adſciſcerentur, primùm manumitterentur à propriis Dominis, vel privatis vel Eccleſiaſticis, & tunc demum gradibus altaris induantur. Volens etiam unamquamque Eccleſiam habere proprios ſumptus, ne per ejusmodi inopiam divini cultus negligerentur, inſeruit prædicto edicto, ut per ſingulas Eccleſias manſus tribueretur unus cum penſatione legitima, & ſervo & ancilla.* Et pòſt paulò: *Denique tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis & Clericis cingula baltheis aureis, & gemmeis cultris*

oneratas,

onerata, exquiſitaque veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebatur, ſi Eccleſiaſtica familia deputatus conaretur aſpirare ad ſecularis gloriæ ornamenta.

LOTHARII I. IMPERAT. CONSTITUTIO DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS, &c.

LEx Langobardorum lib. II. tit. 57. Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 4. An. 825. Gregorius XIII. P. R. Notis ad Decretum Gratiani diſt. 10. c. 3. Baronius Annalium tomo 9. Anno 824. §. 14. & ſeqq. item tom. 10. Anno 847. §. 11. Auctoritates.

Teſtimonium præter Sigonianum non arbitror ullius Scriptoris extare, quo illa quæſtio, quæ prima ab Dialecticis ponitur, An Lotharii ſit, queat comprobari. De cæteris non ambigitur; at prima paragraphus unde eſt petita? cujus in lege Langobard. ubi illi legitima eſſe ſedes, cum ſequentibus debuit, nec vola nec veſtigium conſpicitur. Eſſe igitur argumentum impoſtoris hominis neceſſum eſt. Teſtimonium.

Verùm demus tibi, Baroni, genuinam eſſe, quibus verbis id, quod tu infers, evincis? id te Lyſes, quæſo. Illis (inquis) quibus electio Pontificis Romani ut fiat ex præſcripto ſacrorum Canonum, decernit. Eatenus, Baroni, ne unus aliquis è populo temerarius ac ſeditioſus homo, tumultu excitato, interturbet, quo de ſacris Canonibus cautum eſt non in Pontificis tantùm Romani, ſed omnium Epiſcoporum electionibus. Et jam ſuprà tibi oſtendi, quàm ineptum ſit & παραπολογικὸν tuum argumentum à permiſſa electione ad confirmationem. *Exceptis illis*, addit, *quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum*, &c. Ecquæ iſtæ ſunt Conſtitutiones, Baroni? Vis tibi narrem? Nimirum illæ, quibus Conſtitutio (ea hîc κατ' ἐξοχὴν numero unitatis intelligitur) ſancti Patris Hadriani Pontificis Romani à ſucceſſoribus eſt confirmata & ratificata. Tuæ illæ ubi! an ibi, ubi cervi abjiciunt cornua? Objectas Auctorem vitæ Ludovici Pii patris, hæc ejus verba: *Lotharius verò juxta Patris præceptum Romam profectus ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm injuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani jamdudum quorundam Præſulum perverſitate depravatum memorati Pontificis benevola aſſenſione ita correxit, ut omnes, qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius adventum provenerat, magnificè eſſent conſolati.* Hinc concludis, Pontificem Romæ omnimodam habuiſſe poteſtatem. Quare? quia Imperator ſine ejus aſſenſione nihil geſſerit, egerit. * Θεὸς ἢ Αρειόνυ. Quod Cicero libro de Legib. 2. dixit, illud vitioſum Athenis, quòd Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Creтenſi ſuadente fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ (quandoquidem virtutes non vitia conſecrare decet) hoc Romæ Baronio rogante pulchrum & præclarum erit. Verba mihi conſidera. Cives Romani à perverſis Præſulibus (i. Pontificibus vel Papis) poſſeſſionibus ſuis ſpoliati, Imperatoris auxilium imploraverunt. Mittit Ludovicus conſortem Imperii filium Lotharium, qui omnem rem componat. Quo Papa perculſus, & honorificè Imperatorem excepit, nec contradixit ſuis civibus poſſeſſiones vindicanti & addicenti. Ergo fuit, ut Græci loquuntur, ἐπιχειροῦμενος δίκη, εἰς ἦν, ὁ Πάπας ἀντίδικος ὢν ἦλθεν, ut Suidæ verbis utar. Adeò Papa non eſt auſus hiſcere contra præſentem Imperatorem. Spolia ſibi, quæ injuſtè occupaverat, auferentem. Intelligis, Baroni, quàm expreſsè auctor hæc affirmet? Sed oppeſſulatam geſtat frontem; nequis obtueri. Eâdem oberras chordâ in §. 2. hujus Conſtit. cujus ſuperiora illa verba vicem eſſe interpretamenti debent. Ais, *in his, quæ ad politicum Urbis ſtatum pertinent, Imperatorem primas deferre Pontifici, cùm primo loco nominet, cui ſit parendum, Conſtitutionem Pontificis.* Quot verba, tot ψεύδη. In Lege Langobardorum, lib. II. tit. 57. hoc habet lemma, *ut interrogetur populus Romanus, qua lege vult vivere*, & ſequitur iſta conſtitutio; *Volumus, ut cunctus pop.* &c. quam claudunt verba, ſeciùs atque in tuo exemplari concepta: *eidem legi, qua profitentur vivere per diſpenſationem Pontificis, & noſtra ſubjacebunt.* Quam lectionem pro rectâ & genuinâ agnovit Gregorius XIII. P. R. in Notis, ad ea, *veſtram*, 13. diſt. 10. cui nos veritas ſubigit, ut ſubſcribamus.

* Diogenianus in Proverb.

§. 5. *Noviſſime admonemus, ut omnes homines*, &c.) Romani ſc. Etenim *verba accipienda ſunt ſecundum ſubjectam materiam*, ut ajunt Scholaſtici. Loquitur autem tota hæc conſtitutio de Romanis tantùm. Quod ſi hæc paragraphus non eſt ſpuria, indubitato eſſe poſſet argumento, Papam Eugenium Romæ ab Lothario Imperii Vicarium conſtitutum. Subindicare videntur illa, *huic Pontifici*, τῷ ΠΑΠΑ τῷ τούτῳ. Qui articulus oſtendit, eum non de quovis Papa loqui, ſed δεικτικῶς, de certa perſona. Nos Germanicâ lingua, quæ articulus habet, hoc melius exprimimus, dem Bapſt/ quum certam perſonam demonſtramus, ἀντὶ τοῦ dieſem. Quamobrem non eſt ut Pontifices hac conſtitutione magnoperè gaudeant, quum ſit jure conſtitutum, ne privilegia perſonam transgrediantur. Verum enimverò Pag 14.

——* *Credis hoc Priſce?*
Voce ut loquatur pſittacus coturnicis?

Martialis.

CONSTI-

CONSTITUTIO DE PACE CONFLUENTANA.

Auctoritates. STRABO Fuldenſis in Annalibus Francorum Anno DCCCLX. Baronius Annalium tomo 10. Anno 860. §. 13. & ſeqq.

Teſtimonia. Strabo d. loco: *Ludovicus Rex & Karlus frater ejus, nepoſque eorum Lutharius, cum Primatibus ſuis in Confluente caſtello convenientes, pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli juramento firmaverunt, cujus ſacramenti ſeries hujuſmodi fuit,* &c. Hermannus Contractus Chronic. Anno 860. *Ludovicus & Carolus Lothariusque Reges in Confluente caſtro convenientes, pacificantur, mutuum ſacramento pactum confirmantes.*

Exegeſes. Sancita hæc pax & mutua concordia inter quatuor Francorum Reges, Carolum Calvum & Ludovicum Germanicum fratres, Ludovici Pii filios, nepoteſque ipſorum Ludovicum Imperatorem, & Lotharium Lotharingiæ Reges fratres, Lotharii Imperatoris filios. Quos inter diſcordiam ſeminaverat Provinciæ atque Burgundiæ regnum, ceu Eridis quoddam malum, quod Caroli Regis morte fratribus Ludovico Imp. & Lothario Regi videbatur accreviſſe, contra jus vindicante ſibi Carolo Calvo. Hoc ſcribit præter alios numeroſos Regino Prumienſis in Chronic. Anno DCCCLVIII. *Carolus Rex, filius Lotharii Imperatoris, moritur, qui Provinciam regebat: & ex regno, quod tenuerat, facta eſt non modica controverſia inter Lotharium Regem, & avunculum ejus Carolum.* Qui eadem imperitia *avunculum* pro patruo dixit, qua tu, Baroni, hanc pacem dictitas factam inter quinque Reges, Carolum & Ludovicum, nepoteſque ipſorum Lotharium, Ludovicum & Carolum, controverſiæ hujus ſcilicet æquè cum ignariſſimis ſciens. Vide tuam *ἀνιστορησίαν*, & rerum adeò omnium imperitiam. Sed me comprimo.

§ 1. *In Confluentia caſtello)* Sive, ut alii habent, *Confluente*, quod ſitum eſt eo loci, ubi Moſella Rheno miſcetur, vulgò detortâ voce *Coblentz*. Nos hanc conſtitutionem vocaremus, Reichs-Abſchied zu Coblentz.

Neque in regno illorum eos forconſiliabo) Infrà §. 3. MS. alter, *forſconſiliabo.* Quod idem eſt: nam Franci *s.* literam ſequente conſonante ſcribere conſueverunt non enuntiare. Eſt verò verbum hibridum, ex Germanico & Romano conflatum, *forſconſilier*, verrathen. Ad quam imaginem illa, *forbannire*, verbannen / formannire, vermannen / *forſchaffer*, verjagen / & id genus ſimilia.

§. 6. *Tunc ſecundum leges Eccleſiaſticas medicinali ſeparatione communionis ſegregetur)* Ita cenſuerunt Principes utriuſque ordinis, Laici, & Eccleſiaſtici, qui his Comitiis interfuerunt, quòd multi eſſent Epiſcopi ad excommunicandum potiùs, quàm ad peccatorum correctionem procurandam proclives.

Pag. 16. §. 15. *Mundeburdem)* advocatiam, defenſionem, tuitionem. Vox eſt Germanica, Mundbar / quod ſignificat freyen Schutz und Schirm.

§. 16. *Salvamentum in regnis noſtris habeatis)* Romana Francorum vox, *ſauvement*, quod hodie *ſauve conduict*, Frey Geleit. Italis in eadem notione eſt *Salvamento*, id eſt, ſecuramento.

De ſuo ficuvarintas, & de domo ſua moveat) An legendum, ficuvarintat? Zigar / vetus Alamannorum nomen, notat variarum ſpecierum compoſitionem. An eſt à *guarent?* unde & *guarenter*. Ut ut ſit, certum eſt hîc pro rerum proprietate, ſeu propria re familiari & ſubſtantia poni. Vult enim expeditiones & commeatus, Reißgeld / de propriis patrimoniis inſtituendas.

§. 20. *Alodes de hereditate, & de conquiſima.)* Propriè, nam *alodis* eſt propria rei poſſeſſio, quæ nulli beneficio debeat, ſive hæreditata, ſive acquiſita. *De conquiſima*, eſt, de conquiſitione, *de la conqueſte.* Hinc *Conquaſtores* cognominati nonnulli Anglorum Reges.

Retornabunt) revertentur, redibunt. Vetus Lexicon Franco-Latin. *Retorner, reverti, regredi.* Italis *ritornare.*

Pag. 17.

LUDOVICI IUNIORIS RESCRIPTUM AD BASILIUM IMP. CONSTANTINOP.

Auctoritates. EREMPERTUS, qui & Erchempertus, interim Rencpertus, in Hiſtoria Langobardorum ſive Beneventanorum Principum MS. Baronius Annalium tomo 10. Anno 871. §. 50. & ſeqq.

Exegeſes. Poſteaquam Ludovicus Romæ Imperii coronam accepit, & inde rurſum recedens, ad Beneventa-

Digitized by Google

neventanos rediit, Baſilius Imperator Conſtantinopolitanus ad eum Joannem Patricium miſit Legatum unà pariter cum literis, quibus eum increpabat, quòd nomen uſurparet Imperatoris. Jam enim ante annum è litteris Hadriani Pontificis Romani per Legatos allatis Conſtantinopolim, nomen Imperatoris Ludovico uſurpatum abradi juſſerat Baſilius, reclamantibus licet Pontificis Legatis. A qua inde tempeſtate ejuſdem nominis cauſa conflatum Baſilii odium adverſus Ludovicum, quod eò invidiæ proceſſit, ut dictam miſerit legationem, litteris inſtructam minacibus, ni abſtineret à *Baſilei* nomine. Quibus acceptis Ludovicus ad eundem Baſilium ablegat Autprandum Legatum, iſta gravi ſatis acrique adornatum epiſtola Apologitica, hoc eſt (ut JCti loquuntur) Reſcripto.

Imperatori Novæ Romæ) i. Conſtantinopolis.

§. 8. *Principem Arabum Protoſymbolum dici*) Et ego tecum pariter, Ludovice Imperator, quum ei rei operam darem, ut ſciens fierem, indagare uſque potui. Pag. 18.

Modò Archíton, modo Regem) ἀρχηγὸν barbaralexi ἀντὶ τοῦ ἄρχοντα, ut & ῥῆγα ἀντὶ τοῦ βασιλέα.

Chaganum verò non Prælatum Avarum) Avarum, qui & Hunni (nunc conjunctim Hungari) Principes olim non Reges ſed *Chaganos* dictos plurimis ad Einhardum explanavimus. Manet ejus appellationis veſtigium apud Tartaros etiamnum, quorum Summus Princeps ſive Imperator appellatur *Magam Cham*, à noſtratibus Tartar Han.

§. 17. *Quoniam nos ſuper hoc pulſaſti*) id eſt, accuſaſti. De quo verbo ad S. Valerianum diximus. Pap. 19.

Demorante ſtolo) στόλῳ, id eſt πλῷ, ſive ναυτικῷ, claſſe, Italis & Francis *armada*.

Ammiredas) fort. Amiradas, ab *Amirai*, *adis*, Arabica voce, quæ ſummum Præfectum & Eparchum apud Græcos poſteriores notat. Exempla apud Zonaram, Cedrenum, Nicetam, Codinum, alios obvia ſunt. Cedreni elegans locus, in Fl. Heraclio, qui Phocæ ſucceſſit; *Deceſſerat jam tum Moamedes, conſtitutis quatuor Ameradis, qui Arabibus Chriſtianam religionem amplectentibus bellum facerent. Hi adverſus Theodorum Cubicularium profecti, cum eo ſunt congreſſi prœlio: ſed eo in prælio tres Amerades* (tot, quot & h. §. nominantur) *magnaque cum his multitudo occubuerant. Exivit etiam reliquus Amerai Chalebus nomine, qui gladius Dei appellabatur*, &c. Ergò Saracenorum Principes, quorum lingua eſt Arabica origine, *Amiradæ* dicti. Pag. 20.

§. 22. *Adeò ut Epiſcopum proprium ex urbe projicerent*) S. Athanaſium ſcilicet Neapolitanum Epiſcopum; qui perſecutione Sergii Tyranni pulſus eſt civitate, quòd arguere ſolitus ſit ejus in Saracenos pronum animum, cujus culpâ, quæ hic facinora memorantur, non omnium civium, perpetrata fuiſſe, hoc unum luculenter docet Baronius.

§. 23. *Nam iſte Strategus Georgius*) Στρατηγὸς, id eſt, Magiſter militum, πολέμου ἡγεμὼν, Dux exercitus, Oberſter. Pag. 21.

Chalendina, Quid ſi legendum, *Clabendina*? Et ſi eſt, an *Clabendinum* fuit navigii genus celer & agile, cujuſmodi apud Latinos *celox*, δρομεὺς ſive (ut apud Iſidorum legitur) *dromon* apud Græcos? Nonne alludere videtur vox Francia & Italica, *caravella*, quamvis corrupta? Et quantum abit *clabula*, ſive *clavula*, celox vehiculi genus? unde *clabularis curſus* in l. 21. C. *de curſu publ. angar. & paraagar.* lib. 12. ubi videndus Cujacius & Franc. Junius Notis in Curopalatem.

Sagenis) id eſt, navibus: καταχρηστικῶς, quum *ſagena* propriè ſit naſſa. Unde Francis eadem figura pro navigio dicitur *naſſelle*.

§. 24. *Agarenarum Claſſium*) quas paulò antè vocavit *Sarracenas*. Dixi in Gloſſis ad Hepidannum tom. 1. Alamann. rer.

CAROLI CALVI RESCRIPTUM
AD HADRIANUM II. PAPAM.

MATTHIAS Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis, Anonymus in libello de Jure Regum Regnique Francorum, Baronius Annalium tomo 10. Anno 871. §. 92. & ſeq. Auctoritates.

In Catalogo Teſtium præfigitur hoc argumentum: *Carolus Rex Galliæ, Magni ex Ludovico filio nepos, acriter reſtitit tyrannidi Hadriani Pontificis Romani, qui tunc conabatur ſupremam juriſdictionem ſupra omnes Epiſcopatus uſurpare, cujus rei evidens argumentum ex epiſtolâ ſeq. apparebit. Nec verò ille tantùm ſolus id ſenſit ac egit, ſed & totum ejus regnum ac omnes Epiſcopi, ut clarè Synodus apud Duziacum, & narratio ac epiſtola Hincmari Remorum Epiſcopi teſtatur. Reprehendit vero prædictus Rex & multa alia in Papis, at quòd ſententias ferant non ex æquitate Petri, in eoque ejus privilegium meritò amittant. Item quòd majorum ſacrorum decreta & canones non ſervent, nec priſtinis ſuis juribus ſint contenti. Reſpondet quoque ſatis animosè & auſterè, minaturq; ſe in poſterum etiam acerbiùs reſponſurum, niſi Pontifex ab inſtituto, maloque tyrannidis ſuæ propoſito receſſerit.* Hæc ibi Synodi & Epiſtolæ, quarum mentio fit, in eodem Catalogo exſtant: quas adire & conſulere Lector, operæ pretium erit. Dici non poteſt, quantam tibi lucem accenſuræ ſint eunti ad hoc Reſcriptum. Si Argumentum. Scriptor Reſcripti.

ſanè

ſanè ſagio, & ſincerè utilitatem oculorum animi obtineo, ipſe Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus hujus Reſcripti pater atque auctor fuit, ci muneri à Carolo Rege allegatus. Ovum ovo nec lac lacti magis ſimile dices, quàm hoc Reſcriptum, ipſius ad eundem Papam epiſtolæ.

Lyſes. Hic rurſum Baronius Regiam Majeſtatem non veretur fœdis impuriſſimi oris verbis inceſſere. Horreſco ire per ſingula, & longum foret. Vocat hanc epiſtolam, *rugitum leonis.* Quine rudentem hunc aſinum, & latrantem canem, meritiſſimo exemplo, ſi viveret, diſcerpat? Leoni mortuo etiam timidius inſultat. Sed heus, Baroni, hujus leonis Catulos adhuc alit Francia atque Germania. Incuſas inſuper Regem impietatis in patrem, qui ſe à filiatione Papæ Romani diſcidecit. Non legiſti, quod à Theologis, Juriconſultis, Philoſophis ſcriptum, dicto patris contra bonos mores præcipientis filium non decere eſſe audientem. Arguis Regem fatuitatis, *qui iſta dicens, nec capillum habuerit in capite rationis.* Audi, Baroni, audi, quid tibi minetur Rex Regum & Pontifex Pontificum apud Matthæ. cap. 5. *Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehenna ignis.* Sed quid tecum rationibus ſacræ ſcripturæ pugno, cujus apud te non nimis magna eſt auctoritas. Ipſe, ipſe Rex meam vicem reſpondebit §. 3. Cætera porrò videamus.

Pag 22. §. 3. *Ac Nabuha prodit hiſteria*) *Nabuha* quid nominis ſit, non memini in Scriptura legere. An

Exegeſes. legendum, *Nabala*, quo de 1. Reg. 25.? Adde & 2. Reg. 16. & 3. Reg. 2.

§. 4. *Ideo quis nobis pulcher videatur, qui à nomine Bellus vocatur*) Alludere videtur epigramma Martialis, quod exſtat lib. 3. epig. 63. in Cotilum, cujus principium;

Cotile, bellus homo es: dicunt hoc, Cotile, multi.
Audio: ſed quid ſit, dic mihi, bellus homo? &c.

Conſimili argutia ludit lib. 12. epigr. 39. in Sabellum, & lib. 1. epigr. 10. in Cottam. Lectum à viris doctis & Epiſcopis illa ætate Martialem, patet vel ea unius Lupi Abbatis Ferrarienſis epiſtolis.

§. 5. *Cùm omnis, qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida ſit*) L. 6. §. *qui ſe vulneravit*, *D. de Re militar.* l. fin. §. *ſi quis autem*, *D. de Bon. eor.* &c. Bald in l. 1. C. *de Bon. eor.* &c. Cynus in l. 1. C. *Qui teſtam.* &c. Jaſo in l. 1. C. *de Serv. fugit.* nu. 3.

Pap. 18. §. 10. *Licet contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum invenerimus*) Hic mendacii Carolum arceſſit Baronius, ipſe mendaciorum architecton & omnis perjurii caput. Ipſe proximus (inquit) prædeceſſor Hadriani Nicolaus ad ipſummet Carolum ſcribens, inter alia, his in pari cauſa uſus verbis invenitur: *Tanquam devoto filio præcipiendo, fidenter mandamus, ut dictum Rothaldum veſtro adjutum ſolatio ad nos uſque miſericorditer dirigatis*, &c. epiſt. 30. tomo 3. Epiſtol. Roman. Pontificum. *Vides igitur*, exclamat fruſtulum Cardinalis, *quam Rex iſta dicendo, ſuarum rerum immemor deliraris, dum furens dixit iſta*, &c. Et ne quidquam conviciorum quaſi non commentus prætermittat, aut Cardinalitiam in Imperatores ac Reges obſervantiam terrarum orbe clàm habuiſſe dici debeat, corollarii vicem addit; *Ad quid ad iſta deliramenta?* Ite nunc Imperator, Reges, Principes, & Majeſtatis veſtræ Salutem Cardinalibus porrò concredite, ſi eodem pariter modo omnes ſunt ingeniati atque affecti. Sed compertum habeo, optimos Cardinalitii Senatus Proceres criminationum tuarum, Baroni, & contumeliarum neque conſcios extitiſſe neque participes. Atque horum erit, ſi ſapiunt, præclaram ſuam, quam apud Imperatorem, Reges, Principes, obtinebant, exiſtimationem ab hac nota in te vindicare inurendam. Ego, quod occœpi, perſequar. Te volo, Baroni. Si ad Pontificem Maximum Paulum V. literas dem præcipiendo, fidenter mandans, ut Epiſcopatum mihi in Germania miſericorditer concedat, quid, putas, facturus erit? Ridebit, opinor, & contemnet. Idem fecit Carolus Rex, literis Nicolai Papæ acceptis, cujus ſucceſſor Hadrianus, vir videri volens, acriùs inſiſtendum putavit, nec eadem levitate, qua Nicolaus anteceſſor, cedendum. Hinc Carolus una eademque fidelia utrumque dealbat parietem. *Deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum*, inquit ea loquendi conſuetudine, qua nos *majorum noſtrorum*; quâ profectò virum te dicam, Baroni, ſi patrem proximè anteceſſum intelligi potes evincere. Rex (inquam ego) non loquitur de heri & hodie antecedente, ſed verò illis, qui præceſſerunt. Atque ita ſi *anteceſſorem* diſtinguas à *deceſſoribus* ac *prædeceſſoribus*, feceris ad mentem Regis. Quanquam ſi auctores legas, hæc diſtinctio à pleriſque ſuper habetur. Et iterum tibi inculco, quod ex Platone Simplius Philoſophus, res debere intelligi κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τοῖς πράγμασι νόησιν. *Nec in rebus conſiderandum eſt* (*ſicut dicit beatiſſimus Auguſtinus*) *quid vel ſinat vel non ſinat dies uſus ſermonis noſtri, ſed quis rerum ipſarum intellectus eluceat*, ait oppido quàm convenienter Maxentius Joannes in libello Fidei, cap. 1. Objectas denique Caroli Magni verba, quæ leguntur ca. 3. diſt. 19. *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, ut qua nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſtica magiſtra rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas; ut licet vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.* Hæc, inquis, Magnus ille toto orbe conſpicuus, ore omnium laudatiſſimus, celeberrimus Carolus, &c. Et hæc quidem vera ſunt: unde autem illa noſti, Caroli Magni eſſe verba? Ex Joonis, dices, & Gratiani Decretis, in quibus legitur; *Item ex Capitulis Caroli Imperatoris.* Atqui hodie, Dei ſummo beneficio exſtant omnia Caroli Magni Capitula, in quibus horum verborum ne apex quidem. Non in ipſis viginti tribus Legum Capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes ſuas provincias miſit, ut perperàm exiſtimavit Joannes Nauclerus Præpoſitus Tubingenſis, Chronic. volum. 2. generat. 28. Burchardus Epiſcopus

Digitized by Google

ſcopus Wormatienſis, Ivone & Gratiano ut ætate ita fide prior antiquiorque, in ſui Decreti lib. 1. ca. 220. adducit ex Concilio Triburienſi, ubi etiam exſtat ca. 30. Atqui hoc Concilium nullo Carolorum ne vivente quidem, ne dum præſidente habitum, ſed Arnulpho Imperatore, tempore Bonifacii VI. Papæ Romani, præſente. Clarum ex Strabonis Fuldenſis Annalib. Anno DCCCXCVII. *Curte verò Triburia, habito generali Conventu, Fuldenſe Cœnobium cauſa orationis petiit.* Scilicet, Arnolſus Imperator. In quo Conventu quid ſtatutum, ex his Reginonis Prumienſis verbis diſce: *Anno Domini DCCCXCV. Synodus magna celebrata eſt apud Triburias contra pleroſque Seculares, qui authoritatem Epiſcopalem imminuere tentabant: ubi viginti ſex Epiſcopi cum Abbatibus Monaſteriorum reſidentes, plurima decreta ſuper ſtatum ſanctæ Eccleſiæ ſcripto roboraverunt.* Eſt verò falſiſſima, quam tu novam huic canoni ſententiam affingis, quæ Patribus Concilii in mentem nec per ſomnum quidem veniſſe arbitror; qui, quod tu de politico & ſæculari onere interpretaris, de Eccleſiaſtico & ſpirituali decreverunt, quæ duo quàm diverſa ſint, an, qui eſt ingenui tui ſtupor non capis? Quorum onerum alterum ſi ab Imperatore imponatur, ferendum: alterum, ſi a Summo Pontifice. Hæc Patrum mens fuit.

Umbroſum ſeculi typum inducere in Eccleſ. ſuam, quæ lucem ſimplicitatis) Alius cod. habet, *typhum*, pro *typum*: non paulò rectiùs. τύφον, id eſt, καπνὸν, fumum. Commodiſſimo ſenſu.

De eodem tamen conamine manarunt, de quo & anteriores fluxerunt) Quæ exſtant apud Baronium tomo 10. Anno 871. §. 87. & ſeq. Pag. 24.

§. 19. *Et tunc Valens, Gratianus, & Valentinianus conſtituerunt*) Quomodo Gratianus, cujus velut jam defuncti memoria hìc laudatur? In Codicibus Theodoſiano & Juſtiniano ARCADIUS ET HONORIUS præferuntur, l. 14. C. *de Epiſcop. & Cleric.* l. 36. C. Theod. lib. 12. tit. 2. Unde hæc conſtitutio huc eſt translata. Videtur Hincmarus, quem Regis nomine hanc epiſtolam dictaſſe ſuprà diximus, vitioſo Codicis Theodoſiani exemplari uſus. Cujus Codicillis illo ævo magnam in Judiciis Francorum & Alemannorum fuiſſe auctoritatem docuit Joachim. Vadianus Antiquitat. lib. 2. & Savaro JC. Notis in Sidonium lib. 2. epiſt. 1. Videatur Caroli Magni Capitular. lib. 6. cap. 281. Sed & ipſius Juſtiniani Imperatoris Codicem Novellasque non inuſurpatas fuiſſe, ex §. ſeq. & §. 26. & Concil. Ticinenſi tempore Ludovici, unde tranſcriptum eſt ca. 6. quæſt. 3. cauſ. 23. non obſcura conjectura colligitur. Pag. 25.

§. 20. *Juxta legem Juſtiniani Imperatoris, qui in libro Conſtitutionum*) Novellarum ſcilicet. Et exſtat locus in Novell. 123. c. 11. relatus ab Irnerio in auth. *ſi quis Epiſcop.* C. *de Epiſcop. & Cleric.* Videtur autem Hincmarus uſus Juliani Anteceſſoris Latina editione, quam beneficio Petri Pithœi, V. CL. debemus. Porrò in præcedentibus verbis legendum eſt, *Joannis Primæ Juſtinianæ Epiſcopi*, non ut à librario depravatum, *Joannis Primi.* Pag. 26.

CAROLI CRASSI CONSTITUTIO DE EXPEDITIONE ROMANA. Pag. 28.

CONRADUS Rittershuſius JC. in fine Notarum ad Guntheri Ligurinum, Marquardus Freherus Conſiliarius Palatinus cum Feudalibus Ant. Contii & Guil. Fornerii Juriſconſultorum. Auctoritates.

Freheri mellitiſſimus in hanc Conſtitutionem Commentarius ea me liberat moleſtia, ut in hoc anguſtiſſimo temporis ſpatio operam meam abuti in ſequentes poſſim ſolutiùs. Itaque ad eum te, Lector, remitto. *Expeditio Romana eſt*, quam nos vulgò dicimus Römerzug. Hinc exſtant, & nos infrà exhibemus, *Matricula Imperii* vom Römerzug / vom Türckenzug / &c.

ACTA CONCILII ROMANI SUB OTTHONE I. Pag. 30.

LUITPRANDUS Ticinenſis Diaconus Hiſtoriar. lib. 6. cap. 6. & ſeqq. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis, Baronius Annalium tom. 10. Anno 963. § 12. & ſeq. Auctoritates.

Regino Prumienſis Chronic. lib. 2. Anno DCCCCLXIII. *Tunc Roma in plura diviſa, partim Imperatori faventes (multi enim prædicto Papæ injuriis ſe opprimi conquerebantur) partim Apoſtolico blandientes, licet diverſa ſentirent, Imperatorem tamen cum honore debito urbem intromittunt, ſeque per omnia, datis obſidibus, illius ditioni ſubjungunt. Imperator verò plurimorum Epiſcoporum collecta multitudine Synodum coadunavit, & conſilio eorum miſſa legatione, canonica authoritate, profugum Apoſtolicum ad Sedem Apoſtolicam revocavit. Illo tamen hoc omnibus modis renuente plebs Romana Leonem Protoſcriniarium,* Teſtimonia.

virum ſtrenuum & induſtrium, communi conſenſu in locum ejus elegit & ordinavit. *Cui Synodo interfuerunt omnes propè Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi; Angelfredus etiam Aquileienſis Patriarcha, qui tunc temporis etiam ibidem obiit. Sed & de noſtratibus interfuerant, Adaldagus & Heinrichus Archiepiſcopi, Landuuardus & Otgerus Epiſcopi:* Frodoardus Rhemenſis Chronic. Anno DCCCCLXV. *Qui* (Otho Imperator) *Romæ Octaviano Papa, à quo fuerat ſuſceptus & ad Imperii regenda gubernacula benedictus, ab Urbe digreſſo, & ſæpe illum revocante Imperatore, à quo quia de inreligioſitate ſua corripiebatur, reverti nolente, congregata Synodo, Johannem illuſtrem quendam ejuſdem Eccleſiæ Clericum per electionem Romanorum, Papam ordinari fecit. Sed eo Papiam ingrediente, Octavianus à Romanis recipitur: nec multò poſt vita deceſſit. Johanne verò cum Imperatore demorante Papiæ, Romani quendam Benedictum ipſius Eccleſiæ Scriniarium eligunt, atque Pontificem ſibi ordinari faciunt, qui in Johannis electione conſenſerat, & eidem ſubditus extiterat. Imperator Otho Romam reverſus convocata magna Synodo, Johanne in Sede ſua reſtituto, Benedictum Epiſcoporum totius Synodi judicio depoſitum ſecum abduxit, & in Saxoniam direxit.* Hallucinatur in nominibus. Octavianus ante adeptum Papatum, poſt Johannes XII. dictus, unus eſt idemque Pontifex, in hac Synodo depoſitus. Et quem is Johannem vocat, is eſt Leo VIII. in hac eadem Synodo electus. Benedictus Pſeudopapa detruſus & in Saxoniam relegatus eſt. Verba dederunt Frodoardo variantes illius temporis Scriptores: quorum nonnulli, qui eum ut intruſum non agnoſcerent legitimum Pontificem, non niſi conſueto nomine Octavianum appellitabant, alii blandiùs Johannem. Sed errorem nominis, dum de re conſtet, non officere JCti reſponderunt. Hermannus Contractus Chronic. Anno 963. *Otto Imperator ipſo anno cùm propter alia, tum maximè propter Joannis ſcelera, quæ magis magiſque infamari audiebat, dijudicanda Romam venit. Quo comperto idem Papa fugiens, Campaniam petiit, ibique in ſylvis & montibus latitavit, in cujus locum à Romanis & Imperatore electus vir venerabilis Leo VIII. Papa ordinatus eſt.* Lambertus Aſchaffenburgenſis Chronic. German. Anno 963. *Magna Synodus facta eſt Romæ, cui Otto Imperator præſidebat cum multitudine magna Epiſcoporum, Abbatum, Sacerdotum, Clericorum, ac Monachorum, ibique dejectus eſt Benedictus à Sede Apoſtolica.* Confundit Synodum iſtam, in qua dejectus Johannes, cum ſequente, in qua Benedictus. Sigebertus Gemblacenſis Chronograph. Anno 963. Collecto à tota Italia Epiſcoporum Concilio, *Johannes Papa de nefariis cauſis infamatur. Qui tertiò evocatus, dum ſe excuſatum venire cunctatur, poſt multa tandem eo à cunctis præjudicato, Leo adhuc laicus electione omnium & conſenſu Imperatoris Papa ſubſtituitur.* Adamus Bremenſis Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 5. *In Italiam deſcenderunt. Ubi Rex Epiſcoporum habito Concilio Johannem Papam, cui Octavianus nomen erat, accuſatum criminibus fecit deponi, quamvis abſentem: (nam fuga judicium ſubterfugerat) & in locum ejus promptum Leonem ordinari præcepit.* Sed, miſſis reliquis teſtibus (enim his ſatis eſt) pergamus.

Lyſer. Primùm omnium Luitprandusne Ticinenſis, an alius ejus temporis ſcriptor hæc litterarum monumentis conſignaverit, non magnoperè cum Baronio contenderim. Illud quidem in confeſſo eſt, nihil attinere commentarios præcedentes. Quod & ipſum noluit nos latere is, qui Principem edidit, cum quinto capiti hæc ſubſcriberet: *Finis de rebus viſis in Græcia, quibus quia & alius ſuperaddere propoſuerat, novum de rebus Othonis Auguſti exorſus eſt librum; quem tamen ob brevitatem ſuperiori addidimus.* Quiſquis tandem fuit, rebus geſtis interfuiſſe ne ipſe quidem Baronius negat.

Quæ hanc Synodum præceſſerint, quæve per cives Romanos, quæ ab Imperatore geſta ſint, pluribus Auctor exſequitur. Nos proxima videamus, & quæ noſtri ſunt inſtituti. *Juxta Urbem* (inquit) *Imperator caſtrametatus eſt. Româ Papa ſimul atque Adelbertus aufugiunt. Cives verò ſanctum Imperatorem cum ſuis omnibus in Urbem ſuſcipiunt fidelitatemque promittunt: hæc addentes, & firmiter jurantes, nunquam ſe Papam electuros aut ordinaturos præter conſenſum atque electionem Domini Imperatoris Othonis Cæſaris Auguſti, filiique ipſius Regis Othonis. Poſt triduum* &c. Nec cives modò, ſed & quoſdam è Cardinalibus juraviſſe, in iiſque Benedictum Archidiaconum, quæ porrò ab Auctore dicuntur, ſignificant. Regino hujus juramenti pauciſſimis verbis iſtis meminit: *Imperatorem cum honore debito Urbem intromiſerunt, ſeque per omnia, datis obſidibus, illius ditioni ſubjungunt.* Sigebertus Gemblacenſis paulò fuſioribus: *Romani contra juramentum, quod Imperatori fecerant, ſe nunquam electuros Papam ſine ejus & filii ejus Ottonis conſenſu, Benedictum ſibi Papam ſtatuunt.* Cauſam, quamobrem id juramentum à Romanis exigeret Imperator, dederunt Papæ Johannis ſcelera, qui non probatus ab Imperatore nec confirmatus Sedi fuit Romanæ contra jus & fas, contraque morem & inſtitutum majorum intruſus. Itaque jura Imperii antiqua, moremque veterem revocavit ſimul Otto & vindicavit, ſi quorundam ignavia labefactavit. Nec opus fuit (tibi dico, Baroni) ut ſucceſſoribus juraretur id, quod ipſo jure & ex decretis Pontificum pro ſe quiſque

ſolent

ſolent exigere, certè debent. Qua de re ſuprà dictum eſt. At (inſtas) cujus ponderis eſſe potuit iſta promiſſio ſive à Romanis laicis, ſive à Cardinalibus facta abſque conſenſu tum exiſtentis Romani Pontificis? Quémne illegitimum, violentum, & intruſum ipſe vocas? Quine perfidus, paciſtagus, maleficus, adulter, Sodomita, Sortilegus, Hæreticus? Digniſſimus profectò Baronio Pontifex, cujus cauſam ſuſcipiat, eujúſve, ſi reviviſcat, aſſeclam ſeſe ſponte profiteatur. Cujus eſt Pontificem Romanum eligere? núnne Cardinalium & Populi Romani? Cujus eſt approbare & confirmare? nónne Imperatoris? Quid hîc ipſius Pontificis conſenſu opus? A quibus quidque obligatum eſt, ab iiſdem ſolvi poteſt. Audi ſententiam Moguntini Epiſcopi juſſu Romani Pontificis prolatam adverſus Henricum IV. Imp. *Quouſque trepidamus? Nonne officii noſtri eſt, Regem conſecrare, conſecratum inveſtire? Numquid ergo Principum decreto impendere licet, eorundem authoritate tollere non liceat? Quem meritum inveſtivimus, quare immeritum non deveſtiamus*? apud Helmoldum in Chronic. Sclavor. Tuum animum quæſo, Baroni (ſcio enim te præter animi mentem ſcribere, annon erubeſcas? Dic ſodes, ſi Pontifex Principibus Electoribus fortè perſuadeat, juramento ſeſe uti obligent, nullum ejus inconſultu Imperatorem eligere; aut fortè patiſcatur præſentem deponere, quod in Heinrico IV. Heinrico V. Friderico I. Friderico II. Philippo II. Ludovico IV. factitatum hiſtoriis proditum eſt; an ajas, hujuſmodi Electorum promiſſionem ſive à Principibus Imperii, ſive ab Electoribus factam nullius eſſe ponderis? Nam

Sirempſem legem juſſit eſſe Jupiter Titin atque Sejo. Vide bellam tuam ἀνυλογιςίαν.

In more hoc poſitum inſtitutoque Imperatorum Romanorum, ut quotiens Romam conſtituendæ Reipub. adirent, Concilia convocarent. Cujus conſuetudinis paſſim exempla in rerum geſtarum monumentis obvia ſunt. De quibus quàm breviſſimè potero paucis exſequar. Anno DCCLXXIV. Carolus Magnus Francorum Rex, debellata Italia, Romam veniens convocavit Concilium Epiſcoporum & Abbatum CLIII. ut ſuprà à nobis eſt abundè demonſtratum. Anno DCCXCIX. Idem Carolus Magnus remiſſo Romam Leone III. ab Romanis ejecto, ipſe anno ſequente inſecutus, collecto Concilio, cauſâve Pontificis cognita, abſolutum Sedi Pontificiæ reſtituit. Anno DCCCLXXVIII. Carolus Calvus Romam contendens accipiendæ Coronæ Imperialis gratiâ, congregata Synodo, eam ab Papa, Clero & Populo obtinuit. Anno DCCCLXXXVIII. Arnulphus Imperator à Formoſo Papa in auxilium vocatus Romam veniens, concitâ Synodo, cauſâve Papæ cognita, eundem in Sede Pontificia confirmavit, à quo & ipſe viciſſim unctionem Imperialem impetravit. Poſt Ottonem hunc, quo de inſtitutus ſermo eſt, Otto III. ejus nepos Anno DCCCCLXXXIIII. poſteaquam intellexit, Gregorium V. quem ipſe Pontificem conſtituerat, & à quo coronatus, ab Romanis eſſe dignitate pulſum, eique Placentinum quendam ſuffectum, Romam pertendens, Simoniacum Papam vi cepit, & convocato ab ſe Concilio, cauſa cognita, oculos erui juſſit Gregoriumque Sedi ſuæ reſtitui. De Henrico III. Imperatore, Conradi Salici filio, ita ſcribit Crantzius, diligentiſſimæ fidei auctor, Metropol. Saxon. lib. 4. cap. 20. *Agebat tum in Imperio Tertius Henricus Conradi filius: cujus initio regni, de ſummo Pontificatu ſumma erat trium contentio: Tædebat Romanum populum ea de ſumma religionis controverſia: vocatus Imperator aderat, in utramque rem armatus. Nam & exercitum duxit copioſum, ſi conſligendum eſſet: & magnum nihilominus Epiſcoporum ac Prælatorum numerum, ſi diſputandum. Ubi Romam venerat, vocatur ex more à Patribus Concilium: aderant frequentes. Ibi tres illi Summi Pontifices ceſſere Papatui: fit nova locus electioni. Ibi omnium ſuffragiis deligitur Sindgerus Bambergenſis Epiſcopus, appellaturque in Sede Petri Clemens II. qui Imperatorem cum conjuge Imperiali donat diademate. Nec tamen diu ſupererat Clemens: vix enim implevit annum in Pontificatu, vel per aeris Romani novitatem, vel ob inſueti tibi novam coctionem (venenum ſubindicat) quam Italici magiſtri ſingulari norunt ingenio temperare. Miſitque rogatus Imperator in locum demortui, Popponem Brixinenſem Epiſcopum: qui nec ipſe ſupervixit in Pontificatu annum unum, locumque fecit ſucceſſori. De quo circumſpiciens Imperator, non invenit in Epiſcopis Germaniæ, qui ad certam mortem, hoc eſt, ad Papatum, properaret. Gallia habuit, qui ſe pateretur ad hanc rem mitti, Bruno Tullenſis Epiſcopus, vir natu nobilis, ſed animo ſimplex. Erat enim Regii ſanguinis, propinquus Imperatori. Quem Hildebrandus Monachus repertum cum inſignibus Pontificii, inſtruxit ut poneret, donec in Urbe per legitimam viam acciperet.* Hæc ille. Ut nunc ad compendium ponam Imperatores Henricum IV. Henricum V. Lotharium III. Fridericum I. Fridericum II. Ludovicum Bavarum, quorum Baronio ſuſpecta ſit auctoritas, quamvis præter majorum inſtituta ipſi nihil conſtituerint. De Maximiliano I. Chriſtianiſſimo Imperatore quid dices? qui, quid ſuper hoc jure ſuo in convocando Concilio Papáve judicando conſtituerit, eſt ut legas in ejus ad Communitatem Gailhuſanam epiſtola, quam Anno Chriſti 1511. in hac Collectione damus. Quo jure Synodum hanc convocaverit Ottho Imperator, jam ſatis (opinor) inſtructus es. Nec exemplis tantùm, ſed & legibus, id eſt rationibus agere poſſim, ſi & tempus ferat, & ſit opus. Ex illis enim, quæ dicta ſunt, omnia liqueſcunt. Nunc ad ipſa Concilii Acta, quæ tantoperè oculis dolent Baronio.

De convocando Concilio contra Papam abſque ipſius conſenſu & de ſeptuaginta duobus teſtibus, quæ adducis, ejuſmodi ſunt, ut eadem facilitate refutentur, qua ab illis conſtituta ſunt. Nec enim exiſtimavit Imperator æquum eſſe, ut patiatur ſibi ab illis præſcribi, quibus ipſe habeat imperare. De trina citatione eò fallis, quia imperitus es non hiſtoriarum tantùm, ſed etiam juris communis. Turpe tibi eſt, Baroni, jus ignorare ejus fori, in quo Senatur civis. Umquamné fando audiviſti quidquam de communi formula peremptoriæ citationis? In roganda ſententia rectè atque ordine proceſſit Synodus, ut Imperatori tanquam Præſidi ſententiam condemnationis committerent. Deus bone, tam ſtupidum eſſe te, ut non videas, aut lippum, qui nolis videre, Præſidis eſſe ſententiam ferre ac pronuntiare, non aſſeſſorum! In ſententiæ verò prolatione manifeſtariò mendax es. Vide ſis, veritatis ſtudioſe Lector, §. 13. & indignare. Excommunicatio Pontificis ipſo jure nulla fuit, non ritè, non juſtè, non conſuetis formulis ac ſolemnibus peracta, ex merâ peſſimi exempli petulantia & libidine peſtilentiſſimâ profecta. Oſtende mihi, Baroni, Apoſtolicam & legitimam excommunicationem, & oſtendam tibi ego ejuſdem vim ac efficaciam. De Caroli Magni exemplo in Synodo Romana ſuper Leonis III. causſâ, te nequicquam agere intelligis. Poſtulas enim tibi concedi ut indubitatum, quod initio probandum erat. Quis te magiſter tam ſcitè, tam catè docuit [illegible]? Ab Ariſtotele, optimo dicendi diſputandique præceptore, didiciſſe oportuit, quid ſit τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι. An hoc factum fuerit, Baroni, in quæſtione eſt. Super hæreſi, quam Patribus hujus Concilii, quorum nonnulli inter Cœlites coluntur, affingis, non ego tecum manus conſeram, qui jura Imperii abs te vindicatum venio, non religionem, nec meum os in cœlum ponam, ut Juris noſtri Interpretes loquuntur. Atque hinc probè intelligis, Lector, & ex teſtimoniis ſuprà relatis eluceſcit, Leonem VIII. Pontificem Romanum, ritè atque ordine eſſe electum, condemnationem Joannis optimo jure ſubſtitiſſe, nec Catalogum Pontificum eſſe immutandum, quàm ab eo, qui Joanni & Baronio ſimilis, id eſt, perverſus, impoſtor, & falſidicus ſit. *Hoc habe*, Baroni, qui cum tuis verboſis columnis tam leviculis ictibus jaces tam citò. Quæ reſtant, porrò perſequamur.

Adeltac Archiepiſcopus) Bremenſis Archiepiſcopus. Baronius ex Reginone: *Fuit Adaldagus Archiepiſcopus Hamaburgenſis, Henricus Trevirenſis, Landoardus Mindenſis, & Otgerus Spirenſis.* Quæ verba in meo exemplari non comparent, & videtur ex margine in textum irrepſiſſe. Cæterum idem eſt *Hamaburgenſis*, qui *Bremenſis* Archiepiſcopus. Eſt de hoc Archiepiſcopo locus notatu dignus apud Adamum Bremenſem Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 5. ubi de hac Othonis Imp. expeditione: *His diebus annisque totidem noſter Archiepiſcopus, apud quem ſumma Conciliorum pendebat, in regno Italiæ converſatus eſt: Non ſponte, inquam, ſed quòd a Regum latere divelli non poterat; unde magnum Eccleſiæ ſuæ lucrum paravit.* Præterquam hîc legendum ſit, *Conſiliorum*, ἀντὶ τοῦ, *Conciliorum*; quod magis videtur. Nam Epiſcopos tum temporis præcipuas conſiliorum in Aula Imperatoria habuiſſe, rerum monumenta ſignificant. Et abſque his, ſatis loqueretur Archiepiſcoporum Electorum munus, & Fuldenſis Abbatis officium.

Landohardus Epiſcopus Numedenſis) Ex Reginone & vetuſta Luitprandi editione omninò legendum, *Mindenſis*.

Buptus Barmenſis) Alii habent *Bremenſis*. Sed, meo quidem animo, nihilo ſaniùs. Repoſuerim, *Paderbornenſis*. Et ita prorſus ſcribendum ajo.

Pag. 31. *Benedictus Subdiaconus & Subplamentarius*) Onuphrius Panvinius interpretat. vocum obſcur. Eccleſiaſt. *Quid ejuſmodi voce veteres ſignificare voluerint, haud certò ſcio, niſi Subpulmentarius fuerit, qui pauperibus ea eleemoſynarum genera à Palatio Pontificis diſtribuebat, quæ vel menſa ſuperfuerant, vel ad cibum pertinebant. Quod munere videtur Bibliothecarius in vita Hadriani Papæ, Iguiano Puracellarius dicitur.*

Benedictus cum Bulgamino &c.) Hæc à librario confuſa hoc modo ſunt reſtituenda: *Benedictus cum Bulgamino filio ſuo.*

Ex Plebe;

Petrus, qui & Imperiola dictus, aſtitit cum omni Romanorum militia.

Pag. 32. §. 2. *Tunc Romani Pontifices* [*Epiſcopi ſc. Suffraganei*] *& Cardinales Presbyteri*) Signis incluſa abſunt à vetuſtis editionibus. Et profectò debent abeſſe, quæ malo exemplo ex margine in textum irrepſerint. Et rideat Baronius, dum ſibi rumpantur ilia, novitatem ac inſolitudinem hujus vocis, qua Suffraganeos vocant *Pontifices*. Legis, Lector, & non cachinnaris tam ſcurrilem hujus Cardinalis inficetum riſum? *Summos Pontifices* dictos non Romanos tantùm, ſed Metropolitanos quoque, ſed Diœceſanos, notius eſt, quàm mea indigeat notatione. Sic & *Epiſcopos* non eos tantùm dictos, quos hodie appellamus, ſed minoris ordinis antiſtites ſive ſacerdotes, notatum Savaroni in Sidonium lib. 4. epiſt. 11. & 25. & lib. 7. epiſt. 6. Quem ſis vide, Baroni, ut extremam tuam inſcitiam pudefaciat. Auguſtinus in quæſt. 10. ex utroque mixt. *Quid eſt Epiſcopus, niſi primus Presbyter, hoc eſt, Summus Sacerdos.* *Pontifices* quoque dictos non Suffraganeos non tantum, ſed omnis ordinis ſacerdotes, ſi neſcis, Anſegiſum conſule Loblenſem Abbatem lib. 4. in præfat. Caroli in Additionibus. Et Trebonianus §. 8. Inſtit. *de rer. diviſ. Sacra res ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo conſecrata ſunt.* Ubi

Theo-

Theophilus reddit, *διὰ τῶν ἱερῶν*. Et ipſe Accurſ. in l. 1. D. *ne quid in loc. ſacro*, videtur Suffraganeos ſeu Vicarios accepiſſe.

Miramur ſanctiſſ. prudentiam veſtram) Etiam hoc cordolium premit Baronium, quod Imperator appelletur *Sanctiſſimus*, Rom. v. Pontifex, *Magnus*. Magnus vocatur iſte, Baroni, quia necdum depoſitus dignitate magnificentiam obtinebat: Sanctum nemo quivis, qui ſinceré utilitatem mentis obtineat, cum dixerit, qui omni vitiorum genere coopertus, humani generis ſcandalo ſuæque vitæ malitate rem unà cum nomine perdidit. Verum enimverò audi quid de hac appellatione ſcribat Lubecenſis Canonicus, Crantzius Metropol. lib. 5. cap. 37. ubi agit de Synodo Romana: *Tum ſurgens quidam* (inquit) *ex Epiſcopis, libera voce proteſtatur; Dominus noſter Papa ex omni orbe Chriſtiano Epiſcopos ac Primates evocavit*, &c. *Dignetur adaperire Dominus noſter, quod in animo habet*, &c. *Ex hac verborum formula intelligant, qui noverunt, quid ſequentia ſecula addiderint blandimentorum, ut Sanctiſſimus Dominus noſter appelletur Papa, qui tum ſimpliciter Dominus noſter eſt vocatus. Idem perpendes apud Principes ſeculares.* Frequentata hæc Synodus anno Domini circiter 1115, annis ferè ſeſquicentum ab Ottone Primo. At verò Imperator jure atque merito eſt ac dici debet *Sanctiſſimus*, quia juris civilis conditor atque conſervator. *Eſt* verò *res ſanctiſſima, civilis ſapientia*, ait Ulpianus l. 1. §. 5. D. *de vari. & extraord. cognit.* Unde & Juriſconſulti *Sacerdotes* dicti, ab eodem Ulpiano l. 1. §. 1. D. *de juſt. & jure.* Hinc & Imperatoris conſtitutiones appellatæ, *ſacra oracula*, l. 5. C. *Si contra jus vel utilitat. public.* &c. item *ſacri affatus*, l. 6. C. *de diverſ. reſcript.* Et Imperatoris comitatus, *ſacrarium*, l. ult. §. 12. D. *de muneribus*, & judicium Majeſtatis Imperatoriæ, à Græcis dicitur *ἔγκλημα τῆς καθοσιώσεως*.

§. 7. *Dum filios veſtros, Romanos ſcilicet Epiſcopos, Cardinales*) Legendum, *filios veſtros Epiſcopos, Card.* exſpretis illis verbis, *Romanos ſcilicet*, quæ gloſſema ſapiunt.

§. 10. *Non habeatis licentiam nullum ordinare*, &c. *immò credimus, duo negativa unum facere dedicativum*) Hic ferulas Epiſcopis minatur Baronius, ilicò ex Cardinali Baronio ludimagiſter Orbilius factus. Ego verò Baroni, virgas in mundo ſciebam mihi, ſi tam minutas ſyllabas puerulus peccaviſſem. Scias, cùm hoc loco, tum §. 8. perperàm hactenus legi *ullum* pro *nullum*, quod nos rectè atque ordine emendaſſe, ſententia exigente, certum eſt. *Non nullum*, duo ſunt negativa, pro quibus dicere volebat Johannes Papa, *non habeatis ullum*, quod idem eſſet, ac ſi dixiſſet, *nullum habeatis*. Vide, Baroni, quo animo in te ſim affectus, qui te ſic familiariter condefaciam, aut ſaltem in memoriam revocem, quæ ætate tibi exciderunt. Vix enim veriſimile ſit, te elementa Grammatices unquam deguſtaſſe. Pag. 31.

§. 13. *Suffraganei ſcilicet Epiſcopi*) Neque hæc agnoſcit vetus codex, & quidem tenentur manifeſtarii interpretamenti.

§. 15. *Ad ſummi Sacerdotii gradum*) Sic reſtitui, quum in omnibus editionibus eſſet, *ſummum Sacerdotii gradum*. *Summum Sacerdotium* eſt ſummus Pontificatus. Sic *Summus Sacerdos* eſt Pontifex. Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. 6. *Summis Sacerdotibus ipſorum morte truncatis.* Euſebius Papa epiſt. ad Epiſcopos Tuſciæ & Campaniæ, ſub fin. *Manus impoſitionis Sacramentum, magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus*, &c. *qui tenent gradum Summi Pontificis Aaron.* Ditmarus Merſeburgenſis Chronic. lib. 6. *Ab omnibus Sacerdotibus Summis adventus Regis admodum deſideratur, ſed diverſorum reluctatione hoſtium diu tardatur*, id eſt, ab Romanis Pontificibus. Sic *Summum Sacerdotium* apud B. Hieronymum epiſtol. 99. ad Aſellum, & in Concilii Agathenſis can. 6. Pag. 30.

LEONIS VIII. PAPÆ
BULLA I.

AUCTOR Pannomiæ lib. 8. ca. 136. Gratianus Decreti diſt. 63. c. 23. Theodoricus à Niem de Schiſmate lib. 1. Albertus Crantzius Metropol. Saxoniæ lib. 4. cap. 10. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis. Centuriatores Magdeburgenſes centur. 10. cap. 16. Baronius Annalium tomo 10. Anno 964. §. 22. Auctoritas.

Walchramus Naumburgenſis Epiſcopus de inveſtit. Epiſcoporum: *Papa Leo Primo Otthoni, aliiq; plures Pontifices Romani idem confirmaverunt ſub anathemate Regibus & Imperatoribus.* (ſc. inveſtituram Pontificis & Epiſcoporum.) *Unde mirum eſt, imò periculoſum in ſalutem animarum, quòd ea, quæ ſancti anteceſſores ex magna neceſſitate, & patenti ratione ſub anathemate confirmaverunt, à tempore Gregorii, qui & Hiltiprandus, ſub abſolutione immutantur.* Et paulò pòſt: *Si Romana judicia non ſunt retractanda, non videtur puſillis Chriſti canonicum & ſalubre, ut à tempore Gregorii, qui & Hildeprandus, ea ſolvantur, quæ ſub anathemate confirmaverunt Sylveſter, Leo, Adrianus, Primus Gregorius, Leo, Benedictus, erga Reges & Imperatores, de inveſtiendis Epiſcopis per illos: à quibus fundi & alia mobilia Eccleſiis omni in orbe terrarum provenerunt, ſibiq; tutelas & defenſiones rerum Eccleſiaſticarum retinuerunt contra tyrannos & raptores.*

Martinus Polonus in Chronic. *Joannes XII. de regione violata, ex patre Alberico Principe.* Teſtimonia.

Hic Albericus cùm eſſent potens in urbe, vocatis Nobilibus rogavit eos & induxit juramento conſtringendo, ut mortuo Agapito Papa promoverent filium ſuum Octavianum in Papam: quod & factum eſt, vocatusque eſt Johannes. Hic erat venator & totus lubricus, adeò quòd publicè fœminas tenebat. Propter quod quidam Cardinalium & Romanorum ſcripſerunt occultè Ottoni Principi Saxonum, ut ſcandalo Eccleſiæ compatiens ſine mora Romam properaret. Hoc Papa percipiens Johanni Diacono Cardinali tanquam hujus facti Conſiliario naſum, & alteri Johanni Subdiacono, qui literas ſcripſerat, manum amputari fecit. Hic cum frequenter per Imperatorem & Clericum de ſua correctione fuiſſet monitus, nec correctus præſente Imperatore de Papatu deſtitutus, communi voto Leo Papa eligitur, &c. Hic propter malitiam Romanorum, qui ſuos intrudebant, ſtatuit ut nullus Papa fieret, niſi conceſſu Imperatorum. Concinit Johannes Semeca, Præpoſitus Halberſtatenſis, Decreti Gloſſator, in c. 23. diſtinct. 63. Marſilius Patavinus De Translatione Imperii cap. 10, ex Landulphi de Columna Romani Satrapæ Chronicis: Poſtmodum verò Romam pergens, Concilium Cardinalium congregavit, & de ipſorum conſilio Papam noſcens incorrigibilem, monuit, ut Papatui renunciaret. Quem induratum in caſtro S. Angeli violenter incluſit, & Papatui ipſum renunciare coegit. Et factus eſt tunc Romanæ Eccleſiæ paſtor Leo Octavus: qui illectus beneficio Romanæ Eccleſiæ per prædictum Othonem collato, tam de Berengario, qui vexabat eandem, quàm de reformatione Eccleſiæ facta per ipſum, eaſdem dignitates Othoni conceſſit, quas Carolo contulerat Adrianus: factaque Synodo, & Clero & Populo congregato, ipſum Othonem Imperatorem conſtituerant, nulla electione præcedente, quæ poſt annos XL. fuit inſtituta. Leopoldus Bebenburgius De zelo veter. Princip. Germ. cap. 8. Item ſimile privilegium de Sede Apoſtolica ordinanda à Leone Papa VIII. cum Clero & Populo Romano conceſſum habuit Otho primus, & ſui ſucceſſores, ut patet 63. diſt. c. in Synodo: quod privilegium prædictus Leo eidem Othoni conceſſit propter malitiam Romanorum, qui ſuos Sedi Apoſtolicæ intrudebant. Marſilius Patavinus in Defenſor. pacis, part. 2. cap. 25. Non prava neque illaudabilis conſuetudo fuit per Imperatores Eccleſiæ Romanæ paſtores inſtitui. Hanc enim auctoritatem & ampliori modo jam dicto legimus (& concedunt qui tecum, Martine, veritati huic adverſari utuntur) per omnem Romanum populum, ut per Epiſcopum, Clerum, & alias ſeculares perſonas Carolo Magno, & Otthoni Primo Regi Theutonicorum & Romanorum Imperatori poſtmodum, fuiſſe conceſſam. Unde in approbatis legitur Hiſtoriis (& verum eſt) edictum hoc emanaſſe de Populi Romani conſenſu communi; Leo Papa in Synodo congregata Romæ in Eccleſia ſancti Salvatoris ad exemplum beati Adriani Apoſtolicæ Sedis Epiſcopi, qui Domino Carolo victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & inveſtituram conceſſit. Ego quoque Leo &c. Hoc ſiquidem edictum confirmavit Stephanus Papa, prædicti Leonis ſucceſſor, & Stephani ſucceſſor quidam Nicolaus, ipſumque ſub terribilis anathematis pœna ſervari præcipiens; Ut videlicet ejus violatores ſeu transgreſſores cum impiis, qui non reſurgent, debeant computari. Ex hoc autem edicto ſingulariter notandum eſt, quòd auctoritas hæc, quam de inveſtituris Romanus Epiſcopus cum univerſo populo in Imperatorem tranſtulit, quantum erat ex parte Papæ, fuit renunciatio quædam. Quoniam auctoritas hujus prima fuit & eſt Principis ſive Legulatoris humani, qui hanc auctoritatem inveſtiendi ſc. Epiſcopos & Archiepiſcopos, jam Papæ conceſſerat, eò quòd omnia temporalia per quemcunque tranſlata fuerint in quamvis Eccleſiam, quantum ad hoc, ſubjecta fuerant & ſunt Legiſlatori humano, provinciæ in qua ſita ſunt. Signatur autem hoc ex edicto prædicto, ubi dicitur; exceptis his, quos Imperator Pontifici & Archiepiſcopis conceſſit. Sic etiam Sedis Apoſtolicæ Pontificem inſtituere, pertinet ad Romani Principis & populi poteſtatem. A quo ſiquidem Populus non excluditur ſed includitur Clerus, cùm pars ſit illius. Quam quidem poteſtatem ſeu auctoritatem, ſi transferre voluerunt in Principem, aut ſimpliciter, aut cum determinatione legati, eam Princeps Romanus licitè ſumpſit, nec ab ipſo per decretalem ſive legem cujuſquam Romani, abſque decreto populi potuit licitè revocari. Non n. Romano Populo, vel ſibi cum Clero tantummodò in communitate fidelium convenit leges aut decretales aliquas condere, quemquam obligantes ad pœnam, &c. Theodoricus à Niem d. lib. 1. Hic infra reſtituuntur Romano Imperio omnia temporalia, quæ per Romanos Imperatores Eccleſiæ Romanæ per priùs collata fuerant. Et hæc reſtitutio facta fuit ſolenniſſimè, etiam per Papam & Cardinales, & generale Concilium, nec non per totum Populum Romanum; & omnibus illis conſentientibus & volentibus cum abjuratione. Ad idem ſequitur aliud privilegium dicti Leonis Papæ conceſſum eidem Othoni Primo Magno Auguſto, & omnibus ſuis ſucceſſoribus Romanis Imperatoribus & Regibus in perpetuum. Henricus Token, Canonicus Magdeburgenſis, in Repulario: Theodoricus à Niem tempore Joannis XIII. Florentiæ invenit in quodam antiquiſſimo libro de inveſtitura Epiſcopatuum. Dicit enim, ſecundum quod habetur 63. diſt. in Synodo, quòd Succeſſoribus Othonis, Regibus Italiæ, in perpetuum conceſſit poteſtatem eligendi Summum Pontificem. Et dicit: Solum Regi, &c. Et ponit, quòd hoc Concilium ſub pœna excommunicationis univerſalis Eccleſiæ lata ſententia ſervari debeat. Hoc privilegium ſervatur Florentiæ pro Imperatoria dignitate. Item idem Papa Leo Othoni &

ſuis

ſuis ſucceſſoribus, Romanis Imperatoribus & Regibus in perpetuum reſtituit omnia bona Romanæ Eccleſiæ, per prius ab Imperatore collata: & fuit factum per Papam, Cardinales, & populum Romanum, & univerſale Concilium, cujus copia ſic incipit: Leo ſervus ſervorum Dei, &c. Et nominantur omnia dominia, & caſtra nominatim, & ſubſcriptiones nominatim, & precedunt Epiſcopi in ſubſcriptione Cardinales, &c. Ba. Platina de Viris Pontificum in Leone VIIJ. *Leo Octavus Protoſcriniarius, à Clero Populoque Romano, pulſo Joanne, Pontifex creatur. Nam cùm Joannes flagitioſè nimirùm & intemperanter viveret, inſtarentque Romani apud Imperatorem, ut alterum Pontificem abrogato Joanne crearet, reſpondit, electionem ad Populum & Clerum pertinere: eligerent, quem maximè idoneum putarent; ſe eum ſtatim approbaturum. Unde cum Leonem elegiſſent; quem ipſe confirmaverat, deinde mutata ſententia, abrogato eodem, Benedictum ſuffeciſſent, iratus Otho, eos vi & armis compulit, dedito etiam Benedicto Leonem ſuſcipere; qui ſtatim Romanorum inconſtantiam pertæſus, auctoritatem omnem eligendi Pontificis à Clero Populoque Romano ad Imperatorem tranſtulit.* Georgius Alt. Secretarius Norimbergenſ. in Chronic. Leo der Acht ward vor Benedicto zu Bapſt erkorn/ und von Keyſer Otten zu dem Bäpſtlichen Stuhl beſtättigt / und doch von den Römern ausgetrieben. Aber Keyſer Otto zwunge ſie mit Gewalt und Waffen Leonem wieder aufzunehmen. Der hat alsbald zu Straff der Römer Unbeſtändigkeit allen Gewalt einen Bapſt zu wählen von dem Römiſchen Volck und Pfaffheit an den Keyſer gewend. Auctor Chronicæ Colonienſis in Leone VIII. Diſſen Pays/ as vueß is/ ſatzte Keyſer Otto nae dem als he Pays Johan aue geſatzt hadde. Diſſe Pays ſach der Romer boisheit/ als ſy Payſſe keyſen soulden. Daerum ſatte he dat man geynen Pays keyſen soulde buyſſen dem Keyſer off ſynen willen: Ind dat eyn Keyſer Buſchoue ind Prelaten ſetzen moechte as vurtzyts / ij. diſt. c. in ſynodo congregata, as ouch Pays Adriaons dem groiſſen Karll gegeuen hadde. Item der Pays gaff dem Keyſer widder Italien/ Lombaedien / ind me ander Lande / die die vurß Keyſer der Kyrchen gegeuen hatten mit der Cardinaill ind Romer wille. Joan. Bæmler. in Chronic. Pontificum: Leo der Acht wz Babſt/ ꝛc. Diſſer Leo ſahe wol daß die Römer vaſt groß Boßheit treiben/ ſo ſy die Päbſt ſatzten und erwölten. Darumb ſetzet er auf / dz man keinen Pabſt ſölt ſetzen noch erwölen / dann mit eines Keyſers Willen und Gunſt. Wernerus Rolevvinck, Monachus Carthuſianus, in Faſciculo temporum: *Iſte Leo communi voto eligitur, depoſita Joanne. Hic ſtatuit, ut nullus Papa fieret ſine conſenſu Imperatoris, propter malitiam Romanorum, qui ſuos intrudebant. Hic omnes donationes factas Eccleſiæ à Juſtiniano, & Carolo, & aliis, Othoni conceſſit, & ſuis ſucceſſorib. ut Italiam ab invaſorib. defenderet.* Gregor. XIII. Pontifex Maximus Notis ad c. 23. diſt. 63. *Initium hujus capitis videtur eſſe iſtud: Ad exemplum, &c. Verba autem, quæ antecedunt, ipſa quoque pertinere ad titulum, ut integer titulus ita habeat: Leo Papa in Synodo congregata Romæ in Eccleſia ſancti Salvatoris. Eſt autem Leo Octavus, de quo multa ſcribit Luitprandus in fine libri ſexti, & S. Antonius par. 2. tit. 16. c. 16.*

Ipſe Baronius, *oblitus veteris proverbii*, ut eſt à D. Hieronymo relatum, *mendaces memores eſſe oportere*, hanc conſtitutionem pro vera, genuina, nativa, legitima, atque authentica, inſciens atque imprudens, (ut amat veritas extorquere) tanquam Saulus inter Prophetas, aut Cajaphas inter Vates, conceptis verbis & κατηγορικῶς, agnoſcit atque exhibet, quæ leguntur eodem tom. 10. An. 996. §. 41. ubi: *Cùm vero ante collatam* (inquit) *à Romano Pontifice conceſſionem eligendi Imperatorem Electorib. ipſis, eo jure carerent & Imperatores, ut ſucceſſorem ſibi deligerent: Magni Ottoni id primùm à Romano Pontifice reperitur eſſe conceſſum. Extat de his Leonis Papæ Octavi decretum ad Ottonem Primum Imperatorem datum, quod & recitant ipſi Novatores, cum inter alia ipſe Pontifex, quo pertrahat ipſum Imperatorem ad liberandam Romanam Eccleſiam à Tyrannis oppreſſam, concedit ipſi facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem. Sunt hæc verba ab iiſdem pariter recitata: Nos quoque Leo ſervus ſervorum Dei, Epiſcopus ſimiliter cum cuncto Clero, &c. ſucceſſorem eligendi, &c. Idque factum, ut auctoritate diplomatis hujus ipſe ſibi filium elegerit ſucceſſorem in Regnum primò, inde in Imperium promovendum. Ex præſcripto igitur Romani Pontificis factum videmus, ut non Rex eligeretur ab Electorib. ſed ipſi Imperatores Primus & Secundus Otto ſucceſſores Regni in Imperium promovendos filios nominaverint.* Tibi gratia, Baroni, quòd honorem Deo & veritati vel præter animi tui mentem habueris. Tamen nec verum loqueris, ab Leone primùm hanc poteſtatem Imperatorib. conceſſam, quam habuerant longè ante eum priùs, & cauſa, quam huic diplomati aſſignas, eſt falſiſſima. A quibus n. Tyrannis opprimebatur tum Eccleſia, in quorum vindictam perduceretur Imperator? Berengario, inquies, & Adelberto Regulis Longobardis. At illi jam victi, capti, & in exilium deportati erant. Vide ſive incogitantiam tuam, ſive fœdam ἀνεγνωσίαν. Veram cauſam conſignarunt illi, quos ſuprà appoſuimus, Hiſtorici. Jus autem eligendi ſucceſſorem à Populo Romano obtinuiſſe Imperatores Germanos, ipſe Leo ſic manifeſtis & expreſſis verbis indicat, ut tuam impudentiam ſatis admirari nec queam nec poſſim. Nam de ſuperioribus admonere poridum ſit, Baroni, quod lippis & tonſoribus notum. Repetam paulò altiùs rem geſtam, faciamque uti fiat ipſa luce meridiana clarior. Populus Romanus, ope auxilio Imperatorum Conſtantinopolitanorum deſtitutus, quum Lyſin.

hinc ſeditionibus inteſtinis ac civilibus, illinc finitimorum populationibus atque injuriis premeretur, Imperatorum ignavia deſidiaque, interim etiam hæreſi, permoti, primò Exarchorum, Vicariatum Imperialem, dum denique ipſa Imperatorum jura, in quos Lege Regia contulerat, tamquam commiſſa ſibi aſſeruit & vindicavit, in Germanosque eadem Lege Regia contulit. Notavit hoc integerrimus ævo ſuo antiquitatis perſcrutator Albertus Argentinenſis in Chronic. ubi de Caroli M. electione: *Romani* (inquiens) *potentiſſimum Romanum Imperium, imò & Papæ electionem ſibi præſcripſerunt.* Hinc tria obſervo Populi Romani decreta, ſive malis Senatuſconſulta appellare, quum Senatus vicem Concilium ſive Synodus ageret. Primum in Concilio ſub Hadriano I. in quo Carolo Magno conſtituta Exarchatus poteſtas. Alterum in Concilio ſub Leone III. in quo eidem conceſſa ipſa Imperii ſacra Majeſtas. Tertium ſub hoc Leone VIII. in quo memorata decreta confirmantur & renovantur. Hæc videas à vulgo Hiſtoricorum confundi, quum ſint quàm diligentiſſimè porrò diſcriminanda. Nam rectè cognita afferent magnam antiquitati lucem, & hoc tamquam Alexandrino gladio diſſolves omnes Gordios nodos. Ipſemet iſte Leo videtur decretum Hadriani I. quod eſt de Exarchatu, confundere cum Decreto Leonis III. quod eſt de Imperio; vel quòd illa ætate non ampliùs exſtaret, vel quòd in Regiſtris reperiſſet utrumque ab imperito regiſtratore conjectum in idem ſummarium, in quo Leonis nomen abſorbuerit Hadrianus. Verùm enim quo dicta factis exſequar, unus in examen veniat Theodoricus à Niem, indubitatæ fidei ſcriptor, & aliquot Pontificum intimus Secretarius, cujusque æterno beneficio hæc debemus diplomata. Is hunc errorem videtur ex ipſis, quæ dixi, regiſtris hauſiſſe. Sic enim ſcribit lib. I. de Schiſmate: *Carolus verò Rex ingreſſus Italiam, Papiam obſedit: & relinquens ibi exercitum, Romam tetendit ad diem ſolennem Reſurrectionis ſanctæ: ibique honorificè ſuſceptus eſt à beato Adriano Papa, & à cunctis etiam Ordinibus Romanis, in laudibus etiam ei acclamantibus*: CAROLO PERPETUO SEMPER AUGUSTA A DEO VITAM ET VICTORIAM. *Poſt diem verò Reſurrectionis reverſus Papiam cepit Deſiderium Regem, & duxit in captivitatem. Poſt hæc reverſus eſt ad Romam, ubi conſtituta eſt ſancta Synodus a Papa Adriano in Patriarchio Lateranenſi*, &c. Sequitur dein ipſum Hadriani ſive potiùs totius Synodi, hoc eſt, Populi Romani, decretum, ita nimirum ut ab regiſtratore imperito fuit in Regiſtra relatum, Hadriani res geſtas turpiter cum Leonis III. confundente. In fine Decreti apud Niemium legitur; *Item de eadem re Leonis, & item Leo.* Priora illa verba, *Item de eadem re Leonis*, planiſſimè Regiſtratoris fuiſſe, neminem tam hebeti ingenio reperiri autumo, qui non illicò intelligat. Videlicet eundem utriusque Decreti tenorem, Imperatoria tantum dignitate excepta, quæ in Leonino acceſſerat, Regiſtratorem ſubegiſſe, ut ſolo titulo indicaſſe ſatishaberet. Et quamquam Leonini decreti nusquam expreſſa mentio, factum tamen fuiſſe & ratio dictat, & ille, quem dixi, Albertus Argentinenſis in Chronic. his verbis fidem facit: *Itaque cum tanti tamque famoſi viri per totum orbem terrarum fides probitatisve fama volavit, Romani potentiſſimum Romanum Imperium, imò & Papæ electionem ſibi* (barbarè, pro, *illi*, Scil. Carolo) *præſcripſerunt. Igitur precibus beati Leonis Papæ & Principum Regni, omniumque Primatum admonitus, tam Dei quam hominum voluntati conſentiens, cum magno univerſalis Cleri Plebisque tripudio, in die Natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno Incarnationis ejus DCCC. primo, ante altare B. Petri Apoſtoli, Romæ à Leone Papa conſecratus & unctus eſt Carolus Imperator, ipſo Papa coronam auream capiti ejus imponente, in jubilo cordis & oris Romano Clero & Populo acclamante*: CAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO, ET PACIFICO IMPERATORI, VITA ET VICTORIA. *Præſcripſerunt*, inquit, decreto ſcilicet ea de re facto. Atque ita liquet Baronii impoſtura, ad Leonem VIII. referentis, quod eſt ſub III. cognomine conſtitutum, Imperatoresque jus eligendi ſucceſſorem unà pariter cum ipſo Imperio à Populo Romano accepiſſe, hoc tandem decreto innovatum. Quod tempus eſt ut perſequamur.

Exegeſes. Pag. 34. *Hæreſi & altercatione ac omni errore expulſo (quoniam his temporibus error ex hoc accreſcere cernitur) diſcernatur tam de Romano Imperio, quam de Apoſtolica Sede, &c.)* Walthramus Naumburgenſis Epiſcopus lib. De Inveſtitura Epiſcopum: *Notandum eſt autem, Pontificibus Romanis & eorum civibus, quando orta fuerat diviſio in electione Pontificum, & in communione civium, non eſt pax reſtituta, niſi per Græcos Imperatores, quandiu Imperium ibi fuit: & per Francos Imperatores, ex quo Imperium Romanorum datum eſt eis. Et quidam Græci Imperatores Chriſtiani, quoſdam Romanos Pontifices, viros ſanctiſſimos, usque ad exilium & mortem immiſericorditer tractaverunt; ſicut legitur de Agapito, & de Joanne: Imperatores autem ex Francis, honeſtè & piè deduxerunt, ſicut legitur de Stephano, & de Leone excæcato. De diviſione Cleri & Populi in electione Romani Pontificis, comprehenſa per Honorium Auguſtum, ex Græcis ita legitur: Bonifacius XL. Romana præſedit Eccleſia. Contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio, & per hoc diſſidente Eccleſia, ambo juſſa Honorii Auguſti, Urbe egrediuntur, & ſic reprobato Eulalio, juſſu Auguſti, Bonifacius, quia prior ordinatus fuerat, Sedi Apoſtolicæ reſtituitur. De diviſione Romanorum civium in electione Pontificum per Imperatores ex Francis adnihilata, ita legitur: Otto Primus Joannem, quem Adalbertus Papam conſtituerat, judicio Canonico deponi fecit, & Leonem ordinari fecit. Et iſte Joannes ſe cum uxore cujusdam oblectans, a Diabolo percuſſus eſt, ac ſine viatico mortuus. Poſt reditum Ottonis, Romani ex ambitione quendam Benedictum ſuperpoſuerunt. Imperator rediens, obſeſſa Roma, Romanos cade & fame adeo afflixit, ut Leonem Papam ſe recepturos promitterent, & jurarent. Benedictus reje-*

ctus

Ctus non ſolùm Papatu, ſed etiam Sacerdotio, à Leone exordinatur. Item Benedictus Symoniacè Papatu Romano invaſo, cùm eſſet rudis literarum, alterum ad vices Eccleſiaſtici officii exequendas ſecum Papam conſecrari fecit. Quod cùm multis non placeret, tertius ſuperducitur, qui vices duorum expleret Romæ. Uno itaque contra duos, & duobus contra unum de Papatu altercantibus, Rex Henricus, filius Chonradi, contra eos Romam vadit: & eis Canonica & Imperiali cenſura depoſitis, Suniggerus Babenbergenſis Epiſcopus, qui & Clemens, Romanæ Eccleſiæ præſedit: & ab eo Rex Henricus ad Imperatorem benedictus eſt, jurantibus Romanis, ſe ſine ejus conſenſu ejusque ſucceſſorum, numquam Papam electuros. Igitur hæc ſcandala gravia Paſtores animarum cavere debent coram Deo, in vera ſimplicitate, propter puſillos.

§. 2. *Igitur nos Leo &c.*) apud Centuriatores Magdenburgenſes ita hæc leguntur: *Nos quoque Leo S. S. Dei, ad idem exemplum beati Adriani, Epiſcopi ſimiliter cum cuncto Clero & un. p. Romano, omnibus Ordinibus hujus al. Urbis (ſicut in ipſis conſcriptis apparet) conſtituimus, &c.* Quæ ab Baronio truncatim, ſollemni ſuo imposturæ modo, tranſcribuntur. Quid eſt enim, Baroni, aut quid ſibi volunt illa verba, *ſicut in ipſis conſcriptis apparet?* Quò referuntur? aut quæ ſunt illa conſcripta, niſi Hadriani I. & Leonis III. Decreta? En prudentiam tuam in corrumpendis ſcriptoribus. Quæ una res nobis argumento eſſe debet, quâ fide nobis exhibueris eos ſcriptores, quorum fragmenta in teſtimonium citas ἐκ τῶν ἀνεκδότων βιβλίων.

Othoni Primo Teutonico, Regi doctiſſimo, ſpirituali) Aliàs legitur, *Regi Teutonicorum, ſpirituali &c.* delecto τῷ *doctiſſimo*, pro quo Centuriatores & Baronius habent, *dilectiſſimo*, quod & verum eſt.

Ad quem Ludovicus tunc Imperator & Rex Francorum) ἀνεγνώριζε Nietnius. Nam Conrado Salico tribuunt uno conſenſu Hiſtorici. Videndus cum primis Ekkehardus de Caſib. Monaſterii S. Galli, cap. 5. Pag. 30

§. 4. *Eroget, utpote Rex, & Patricius Romanus.*) Quidam codices habent, *Et roget, utpote Rex & Patriciatus Romanus.* Alii cum Gratiano, *Et ut ipſe ſit Patricius & Rex.* Quæ lectio calumniandi anſam Baronio præbuit. *Annon cum Imperio*, inquit, *& dignitas Patriciatus conceſſa fuit, & magis eſt dici Rex quàm Imperator?* Atqui *Otto à Joanne Papa (quod omnes teſtantur) conſecratus eſt Imperator.* Primùm perverſa niteris ſcriptura, Baroni, quæ repugnat vetuſtis editionibus. Deinde illud eſt falſiſſimum atque mendaciſſimum (patere quæſo tuas tibi reddi voces, quibus in optimos auctores uſus) quod ais, omnes teſtari, Ottonem ab Joanne coronatum. Sexcentos mitto qui contra tuum ſtant mendacium; unus mihi Platina, Apoſtolicus Abbreviator, te convincat. *Quæ autem ſcribit Platina* (inquit Hieronym. Balbus Epiſcopus Gurcenſis, & Carolo V. Imperatori à conſiliis intimis) *in eo libro, quem de Vita & moribus Pontificum edidit, velut ſacroſancta & Sybillinis foliis veriora ſunt exiſtimanda: quippe quum ea ex publicis tabulis & diplomatibus, aliisque legitimis documentis depromſerit, in quibus res geſta Pontificum eorumque ſucceſſus & progreſſiones, ut quisque domi foriſque ſe habuerit, &c. hiſtorica fide continetur.* Is, inquam, Platina, quem hoc præclaro encomio ornavit Gurcenſis Epiſcopus, isque Imperatoris Conſiliarius, in Joanne XIII. ſcribit: *Hanc ob rem Otho in Italiam movens primò quidem Berengarium & Albertum filium in poteſtatem ſuam redigit, alterumque Conſtantinopolim, alterum in Auſtriam relegat. Mox Urbem ingrediens, ab ipſo Johanne honorificentiſſimè ſuſcipitur, coronaturque (ut quidam tradunt) accepto Germaniæ Pannoniæque titulo, quod reliqui Imperatores deinceps obſervarunt, translato tùm primùm ad Germanos Imperio. Alii verò à Leone Octavo hoc factum exiſtimant: quorum opinionem Gratianus in Decreto ſecutus eſt. Priorem ſententiam Richardus & Cuſentinus non improbant: Lateranenſis autem Bibliothecarius Othonem Joannis tempore Romam veniſſe ſcribens, de coronatione ejus nullam mentionem facit; adeò confuſa ſunt & perturbata hæc tempora, ſcriptorum negligentia & incuria.* Quibus unis verbis, Baroni, χλεύας μὲν ſine ἐπανορθώσεως, quâ Imperatori ac Domino tuo, exemplo nefario auſus es illudere, §. 18. Anni 963. vafrè eſt ut eludatur.

§. 5. *Habeat facultatem, ſed ſoli Regi*) Alii codices; *habeat facultatem abſque conſenſu ipſius Imperatoris, quod tamen abſque omni pecunia diſponat.* Apud Marſilium legitur; *qui tamen fiat abſque omni pecunia, & ut ipſe ſit Patricius & Rex.*

§. 4. *Irrevocabili exilio prematur*) Gloſſa in ca. 23. diſt. 63. *Nota Eccleſiam poſſe aliquem mittere in exilium, ut iij. quaſt. 4. hi qui.*

Vel ultimis ſuppliciis feriatur) *Quàm iſtud abhorret*, infert Baronius, *à Rom. Pontificum conſtitutionibus, ut violatoribus pœna mortis etiam irrogetur? Ut ex his planè impoſtura noſcatur, ſed ab inſipiente fictore ineptè compoſita. Sed cujus roboris (etiamſi vera eſſet Leonis ipſius hæc conſtitutio) eſſe potuit, quæ ab eo edita eſt, qui nec eſt dignus, qui Pontifex nominetur, ſed intruſus & occupator ſit potiùs nominandus?* Hæc ille: qui inſuper

§.58.

§.38. Anni 963. hac ratione fretus audet omnia illa invalida reddere ac penitus nulla, quæ ab Leone iſto ordinata ſunt. Tuo te jugulo gladio, perjurii caput. Si Pontifex fuit non legitimus, ſi acta ejus reſciſſa atque irrita, cur ergò hujus unius Pontificis ſanctione, & quidem hoc ipſiſſimo decreto nixus, jus Pontificium in ordinando Imperio tam ſuperbè oſtentas, tam glorioſè jactitas, tam triumphanter adducis? Numquámne in Jure ſcriptum legiſti; *Quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ut ipſe eodem jure utatur?* Et illud inde conſequum, ut teſtis, quem pro te adducis, etiam contra te audias teſtantem. En cor Baronianum. Incordatus es, Baroni, & jus vel ignoras vel calumniaris. Eadem vel improbiſſima calumnia, vel ſtultiſſima ignorantia illudis ſacratiſſimi Imperatoris capiti dictâ §.18. Anni 963. ubi agnoſcere verba tua: *Et enim ſi fuiſſet Joannis electio oſtenſa nulla: atque Ottonis Imperium, quod acceperat à Joanne, fuiſſet illegitimum declaratum, utpote collatum ab eo, qui Pontifex non fuiſſet. Sic igitur abſtinuit ab his Otto, ne ſui abrogationem Imperii, ejus damnatione, procuraret.* Non poſſum quin cum Plauto exclamem:

Euge pol Thalem talento non emam Mileſium!
Nam ad ſapientiam hujus ille nimius nugator fuit.
Ut facetè orationem ad abrogatum contulit!

Hic eſt Cardinalitii Senatus aſſeſſor, qui totum terrarum Orbem dijudicat: hic eſt ille

Egregiè cordatus homo catu' Aeliu' Sextus,

hic ille, ex cujus ſcrinio pectoris Summus Pontifex jura atque canones condit. Ite nunc Imperator, Reges, Principes, & cauſas veſtras de ſummis rerum tam perito judici committite. Demus tibi hoc, Baroni, utrumque Pontificem, Leonem dico & Joannem, illegitimos fuiſſe, quid tum poſteà? aut quo ex jure hauſiſti, ea, quæ egerunt, quæ decreverunt, nullius fore pariter momenti? Ego didici, *& verum puto, nihil eorum reprobari.* Quæ verba, ſi non legiſti umquam, ſunt Ulpiani JC. in l. *Barbarius Philippus*, D. *de offic. Prætor.* Quem librum, ſi tibi non eſt in mundo, pete alicunde ab aliquo JCto commodatum; eadem opera ejus ſimul interpretationem conſules. Porrò quis non videat ſtolidam tuam rationem ab unctione ductam ad electionem? Quam tuam ſuppoſitionem audi ut jam pridem olim exploterit Marſilius Patavinus in Defenſor. pacis, part. 2. cap. 26. *Voluerunt Romanorum Principes quidam citra tempora Conſtantini, electionem de ſe factam amicabiliter ſignificare Romanis Pontificibus, ut in eorum perſona Chriſto ſingularem reverentiam exhibentes, ab eo per Pontificam interceſſionem, ampliorem benedictionem & gratiam ad ſuum gubernandum Imperium obtinerent. Eodemque aut conſimili quaſi modo, propter ſuæ inthronizationis ſolennitatem & ſignum, & ampliorem Dei gratiam obtinendam, Romanorum quidem Imperatores, diadema Regium imponi ſibi fecerunt per Romanos Pontifices, quam ſiquidem impoſitionem Pontifici Romano plus auctoritatis tribuere ſuper Romanum Principem, quàm Remenſi Archiepiſcopo ſuper Regem Francorum, quis dicet? Non enim conferunt hujuſmodi ſolennitates auctoritatem, ſed habitam vel collatam ſignificant.* Audin' Baroni, ac vera loquentem? Qui vis eſſe ſal terræ, audi pariter quid de te tuique ſimilibus prædixerit Dei Filius Jeſus Chriſtus apud Evangeliſtas his verbis: *Quod ſi ſal infatuatum fuerit, in quo condietur? neque in terram neque in ſterquilinium, utile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.* Lucæ cap. 14. Igitur illa de extremâ tuâ inſipientiâ dicam ac imprudentiâ, qua te univerſo terrarum orbi deridendum propinaſti: nunc ad ſupplicii ſanctionem redeamus. Imperatorum eſt, inquis, ſupplicium mortis, non Pontificum decretis ſancire. Pontifex ergo, prout verba loqueris, non Imperator fuit auctor Donationis, quæ falſo Conſtantini nomine proſcribitur. Nulla enim in illâ ſupplicii temporalis mentio, ſed gehennalis (ut ita loquar) tantummodò, Pontificium prorſus ad mentem. Ecce verba apud Gratianum diſt. 96. ca. 14. *Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubjaceat innodatus: & ſanctos Dei Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti & in futura vita ſentiat contrarios: atque in inferno inferiori concrematus, cum Diabolo & omnibus deficiat impiis.* Ad quæ verba Laurentius Valla, Patricius Romanus, & Canonicus; *Hic terror* (inquit) *atque hæc comminatio non Cæſaris aut ſecularis Principis ſolet eſſe, ſed priſcorum Sacerdotum ac Flaminum, & nunc Eccleſiaſticorum. Itaque non eſt Conſtantini oratio hæc, ſed alicujus Clericuli ſtolidi, nec quid dicat aut quomodo ſentientis, ſaginati, & craſſi, ac inter crapulam interque fervorem vini has ſententias & hæc verba ructantis. Quæ non in alium tranſeunt, ſed in ipſum convertuntur auctorem. Primùm ait (æternis condemnationibus ſubjaceat:) deinde, quaſi plus addi queat, alia addere vult; & poſt æternitatem pœnarum, adjungit pœnas vitæ præſentis: & cùm Dei condemnatione nos terreat, adhuc quaſi majus quiddam ſit, terret nos odio Petri: cui Paulum cur adjungat, aut cur ſolum, neſcio. Iterum ſolito lethargo ad pœnas æternas redit, veluti non hoc antè dixiſſet. Quòd ſi minæ hæ execrationeſque Conſtantini forent, invicem execrarer, ut Tyrannum & profligatorem Reipublicæ meæ, & illi me Romano ingenio minarer ultorem. Nunc quis exiſtimat execrationem avariſſimi hominis, & ritu hiſtrionum verba ſimulantis, ac ſub perſona Conſtantini alios deterrentis, hoc eſt propriè hypocritarum*

rum eſſe, ſi Græcam vocem exquirimus, ſub aliena perſona abſcondere tuam. Quid tibi videtur, Baroni, ſuper iſta inſtantia? Quæ quando indirecta eſt, ut Dialectici loquuntur, ab omni ſolutione excludit, age reperiamus aliam aliquam timam. Videamus autem ipſam bellam tuam ratiocinationem. Hoc modo colligis, ſi rectè ſentio & ſapio?

> Nulla decreta à Pontificibus Romanis facta pœnam mortis ſanciunt.
> Atqui hoc decretum pœnam mortis ſancit.
> Ergo hoc decretum non eſt à Pontifice Romano factum.

Concedo totum argumentum. Vide, quanta vis inſit ſermoni tuo, qui cogas tam citò aſſentiri adverſarium, & in ſententiam tuam ire. Decreta Pontificum, quæ ſunt de dogmatibus Eccleſiaſticis aut cerimoniis, non ſanciunt pœnam mortis temporalis tranſgreſſoribus, quia hoc non eſt illorum officii, ſed verò Imperatorum, hoc eſt, Magiſtratus politici. Atqui hoc decretum non eſt ejusmodi, non eſt merè & abſolutè Eccleſiaſticum, non à Pontifice factum tamquam Pontifice, verùm ab univerſis Ordinibus Reip. Romanæ, cujus tum Pontifex membrum primarium, ceu noſtris moribus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus, verbi gratia, membrum eſt Reipubl. Germanæ. Id genus decreta, quia locum occupaverunt priſcorum (uti ſuprà dictum) Senatuſconſultorum, in eorundem jura pariter ac leges ſucceſſerunt. Diſtingue igitur tempora, Baroni, & conciliabis ſcripturas. Dicam clariùs, quando nequis capere. Decreta ab Pontificib. [illegible] & [illegible] facta purè ſunt aut eſſe debent Eccleſiaſtica, quorum ſua ſibi ac propria poteſtas ex Excommunicatio; Decreta ab Ordinibus facta, in quibus velut lumen quoddam Pontifex elucet, ſunt mixti imperii, id eſt Eccleſiaſtici ſimul ac Politici; quoniam ex utroque magiſtratu conſtant Ordines. Ea propter rectè atque ordine utriusque juriſdictionis ſanctiones complectuntur, excommunicationem ſcil. & ſupplicium. Hujus generis legimus Hadriani I. Leonis III. & hæc Leonis VIII. Decreta; in quibus primum illa verba; *ſciat ſe in iram ſancti Petri Principis Apoſtolorum, & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & ſub anathematis vinculo incurſurum, ac per hoc excommunicationi univerſalis Eccleſiæ omniumque populi Chriſtiani eum ſubjacere decernimus*; agnoſcis eſſe juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & poteſtatis Pontificiæ: illa autem verò, *ſciat ſe in iram noſtri Domini Othonis, ejusque ſucceſſorum incurſurum; inſuper, niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis ſuppliciis feriatur*; agnoſcis eſſe juriſdictionis Politicæ, id eſt Senatus Populique Romani. Quibus cognitis, ſupereſt ut nunc memineris Delphici illius Oraculi, γνῶθι σεαυτόν, & ingenua fronte agnoſcas [illegible] tuam. Si me audis, Baroni, neque perges niſi [illegible] in Annalib. tuis pertexendis; & illa etiam quoque, quæ nec rectè abs te dicta ſunt aut ſcripta, ſine morâ revoces. Qua in re & dignitati tuæ & famæ pariter conſules: præterquam malis omnium hominum fabula atque dicterium fieri, nec cavere malo præſentiſſimo. Cogita quàm inquiter tibi capetiverit prima illa in Regem Catholicum teclina. Nonne jam facti tui pœnitet? nonne dictorum piget? quæ tibi, cùm ad ſummum Sacerdotii gradum, hoc eſt, ad Pontificatum aſpirares, duo illa vota, quibus ſuperatus nunc in mœrore & ſqualore jaces, ademêre. Et non dubitas adhuc ſacratiſſimum Imperii caput inceſſere? non vel Ipſum Pontificem, cui utramque gladii poteſtatem negas contra decretales ejus aſſertiones. Audi quid ſcribat vir Catholicus, Bermondus Choveronius JC. & Cathedralis Eccleſiæ Vivarienſis Canonicus, in Comment. ad tit. De public. concubinar. ſuper verbo *Statuimus* nu. 10. *Unde Papa ſtatuendo*, inquit, *poſſet imponere pœnam mortis, ſed non exequendo: quia ſi hominem propriis manibus occideret, incurreret irregularitatem, ſecundum Bald. & Felyn. in c. ſi quis, De majorit. & obedient. Imò fortè, ſi poſſibile eſſet, quòd Angelus malè aliquid de fide ſentiret, poſſet à Papa judicari & excommunicari*: etiam morte multari, ſi haberet corpus ſcilicet. Sed hæc ut non facio diſputationis meæ, ita non queo quin ſtatuam in examen, quæ aliorum erant ſuper hac controverſia opiniones. Et primùm communiter Doctores Canonici ad ca. *Hadrianus*, diſt. 63. conſentiunt, argumentum hinc eſſe, *Judicem Eccleſiaſticum cauſam ſanguinis alii committere poſſe*. Quod quidem ut verum eſt, ita quomodo hinc elici poſſit, nullus diſpicio. Nec enim poteſt tantùm, ſed debet, *ut quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleret per diſciplinæ terrorem*, ſcribit eleganter Iſidorus Hiſpalenſis Sententiar. de Summo bono, lib. 3. cap. 53. Joannes Theutonicus, omnium primus Gloſſator, in verbo *publicari*, annotat. *hic docere Eccleſiam, quid fieri debeat, ſicut 24. quæſt. 3. de illicita, & 5. quæſt. ult. delatori.* Et hæc quoque procul collimant ad ſcopum. Nam quod in fine d. ca. *de illicita* ex Concilio Pariſienſi legitur, *ſed etiam propter inobedientiæ culpam, durius ſcilicet, ut in contumacem, rogat ex Concilio ferre judicium*, eſt ex epiſtola Gregorii Magni ad Maximum Salonitanum Epiſcopum, in qua duriorem pœnam non minatur corporalem, ſed Eccleſiaſticam, quæcumque tandem exaſperanda ſit aut irroganda de Concilii ſententia. Illud verò ca. *delatori*, adducitur ex Decreto Hadriani Papæ, cujus hæc ſunt verba: *Delatori autem lingua capuletur, aut convicto capùt amputetur.* Quæ extant in Capitulis ſive Capitulari Hadriani cap. 49. Sed veriſſimè obſervatum à Notatore Gregorii XIII. capitulum illud allatum eſſe ex legibus ſæcularibus, puta ex Capitular. Caroli Magni lib. 7. ca. 360. quod petitum videtur ex l. 2. C. Theod. *De petition. & ultrò dat. & delatorib.* Solet à quibusdam allegari & ca. 1. Extra *de furtis*, quod ita habet: *Qui furatur hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur.* Verum ipſa inſcriptio ſatis oſtendit, tranſumptum eſſe ex c. 21. Exodi. Oldendorpius in

Collatio-

Collatione Juris Civilis & Canonici, tit. *Magiſtratus*, nu. 2. conatur commodâ interpretatione lenire, modum ad iſtum; *id ſi referas ad civilem magiſtratum accipitur propriè: ſin autem ad Eccleſiaſticum ordinem, tunc laxiùs interpretari oportet (moriatur) pro excommunicetur.* Frater mentem (quomodo mihi perſuadeo) & Raymundi Collectoris, & Gregorii IX. editoris. Ego docendi cauſa exiſtimo decreta commodè diſtingi poſſe in relativa & definitiva. Relativa voco, quæ ad politicum magiſtratum, unde petita ſunt, referantur, ad eumque in foro Eccleſiaſtico remittantur; nec jubeant judices, quid judicare debeant, ſed potiùs inſtruant cavere, ne ſuæ juriſdictionis faciant, quod in ſpecie ad illam pertinere videretur, quale eſt furtum & delatio. Definitiva nomino, quæ ἁπλῶς decernant, ſecundum quæ Judices Eccleſiaſtici procedere ac judicare debeant. Ita quidem mea fert opinio: de qua tamen nolim cum quoquam pertinaciter contendere. Nam & modò mihi ſub pennâ nata, & præmeditatus aliquando vel firmabo, ſi vera; aut mutabo, ſi ſequior. Nunc in extemporali hoc ſcripto feſtinandum mihi eſt, non properandum.

Pag. 36. §. 5. *anno *** & dicti Domini Otthonis ſecundo*) In ſequenti Bulla legitur, *anno Sedis noſtræ ſecundo, & dicti, &c.* In vetuſta editione, *anno ejus ſecundo, & dicti, &c.* Priorem lectionem & veram judico, nec Hiſtoricis repugnare. Nam Platina auctor eſt, Leonem hunc regnaſſe annum unum & menſes quatuor incluſivè. Fuit autem Leo coronatus, ut nonnulli Hiſtorici tradunt, menſe Decembri Anni DCCCCLXIII. ut alii, Calendis Januariis anni ſequentis, probè conſtabit ratio, ſi hæc Decreta probemus facta Anno DCCCCLXV. menſe Aprili, hoc eſt anno & Pontificatus & Imperii ſecundo currente, menſe tertio. Quo nihil verius. Atque ita habes, Baroni, teſtimonium omni exceptione majus de coronatione Otthonis I. ab utro Pontifice facta ſit, Johanne an Leone.

LEONIS VIII. PAPÆ
BULLA II.

Auctoritates. THEODORICUS à Niem de Schiſmate lib. 1. Albertus Crantzius Metropol. Saxoniæ lib. 4. cap. 10. Caſpar Hedion Eccleſ. hiſt. lib. 8. cap. 19. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis, Centuriatores Magdeburgenſes Centur. 10. cap. 16. Baronius Annalium tomo 10. Anno 964. §. 25.

Teſtimonia. Albertus Crantzius, Canonicus Lubecenſis, Metropol. lib. 3. cap. 33. *Cœpit tum ea res frequentari apud Imperatores, ut darent inveſtituras Epiſcopis & regalia, poſtquam Leo VIII. omne patrimonium Imperii per Italiam reſtituit Imperio in perſona dicti Ottonis Primi. Ea tum volentibus & capientibus ſummis Pontificibus per Imperatores gerebantur. Secuta ſunt tempora, quibus per orbem Chriſtianum maxima fuere mala diuturnis temporibus, dum Imperatores, quod diu tenuerant, dimittere noluerunt: & ſummi Pontifices non paterentur Epiſcopos de manu Laica ſuorum Epiſcopatuum inveſtituram ſuſcipere. Inde duo Henrici Imperatores IV. & V. duo Friderici I. & II. Quartus Otto longa certamina habuere cum contemporaneis ſuis Summis Pontificibus, &c.* Idem lib. 4. c. 10. *Mirum eſt cernere in literis Leonis Papæ, quam gratitudinem rependerit Ottoni & ſucceſſoribus, quum redderet Imperio, quæ vel Conſtantinus donavit, aut Karolus ex Longobardis accepta dedit, aut ante illum Juſtinianus confirmaverit, vel Arithpertus Longobardorum Rex tribuerit, &c.* Et cap. ſequenti: *Adverſus ea antiquitatis teſtimonia conſurgent, qui affirmabunt præmiſſas non eſſe Papales, ſed adulterinas literas, quæ ſtilum Romanæ Curiæ non præſerunt: quaſi unus ab initio fuerit ſcribendi Pontificibus character, & non ſæpè demutatus, donec ad eum, qui nunc ſervatur, deveniretur. Fateor & ipſe nonnulla eſſe in hac formula, quæ ineptias præferunt. Sed quæſo te, num meliora ſunt, quæ in Corpore Decreti ſub nomine Conſtantini præferunt illam immenſam donationem Silveſtro factam, in longa illa palea, Conſtantinus? Quam donationem nulla eſt ſequuta traditio. Nam Imperatores proximorum temporum omnia illa poſſederunt, quæ ibi S. Petro donata memorantur. Habet majorem longè veriſimilitudinem apud habentem temporum rationem hæc Leonis reſtitutio Ottoni facta, quam illa Conſtantini donatio. Nam Otto Imperator jam tunc depulſo Berengario & Alberto, tenuit omnia in poteſtate, quæ antè fuiſſent ſolo nomine Romanæ Eccleſiæ, nullis uſibus nullis obſequiis obnoxia. Facile potuit reddere, quod non tenebat: jura reſignavit rerum, quas tueri non poterat. Eas quippe & iſte Otto, & filii, & nepos poſſederunt. Habuiſſe hic Pontifex cum Ottone ſimilia commercia putabitur illis, quæ Pipinus Karoli pater cum ſui temporis Pontificibus, à quibus donatus Franciæ corona, nihil magnum fecit, ſi capta à Longobardis Eccleſiæ reſtituit. Et Leo horum temporum Pontifex, ab Ottone in Pontificatu defenſus, grati animi indicia fecit, reddens quæ ſolo nomine poſſideret, ut haberet Imperator, quod Pontifex tueri non poterat.*

Lyſes. Baronius omnimodis ſatagit hujus conſtitutionis auctoritatem evertere, quam ait plures errores continere quàm verba. Et primò quidem argumentatur à ſtyli diverſitate, quo temporibus his Romana Eccleſia uti conſueverit. Ad quam argumentationem & Crantzius rectè reſpondit, neque etiam Baronius oſtendit, quibus in verbis ſita ſit illa ſtyli diſconvenientia. Quo vel uno tacita quadam ratione non diffiteri videtur ſuum calumniandi animum.

Alterum

Alterum argumentum ducit ex temporum diſcrepantia, negans Ottonem unà cum Leone Papa Urbem ingreſſum ante novum Kalend. Julii, auctoritate Reginonis Abbatis. Hujus autem diplomatis datam haberi tertio Kalend. Maji. At, ô bone, quæ geſta menſibus divertunt, ipſis etiam quoque annis divertere neceſſum eſt. Igitur quum ingreſſus ille in Urbem contigerit anno DCCCCLXIV. patet, & ipſa ſupputatio dictat, diploma hoc conſtitutum fuiſſe ſequenti anno DCCCCLXV. qui eſt annus Leonis Papæ in Pontificatu Secundus, & Ottonis Imperatoris pariter in Imperio Romano Secundus, qui ab unctione non electione computatur aut ſucceſſione.

Quod ad tertium argumentum ex diverſis Epiſcoporum & Cardinalium nominibus hujus & anteacti Concilii ſumptum, nonnullius id foret momenti, abſque his eſſet, quæ me diverſum trahunt. Primùm dum certù conſtat, Cardinales & Epiſcopos, qui contra datam fidem, Leone expulſo, Benedictum elegerunt, fuiſſe depoſitos. Et quia Georgius ac Benedictus Cardinales utrimque nominantur, eos ſolos in fide perſtitiſſe non vana conjectura colligitur. Deinde plurimos peſte abſumptos, quæ tum inaudita ſtrage in Italia graſſabatur, teſtis eſt ejus temporis ſcriptor Regino Abbas, cujus hæc ſunt verba: *Tanta exercitum peſtis & mortalitas invaſit, ut vix vel ſanus quis à mane uſque ad veſperam, vel à veſpera uſque mane ſe victurum ſperaverit. Ex qua peſtilentia obierunt Henricus Archiepiſcopus Treverenſis, & Gerricus Abbas Wirtzeburgenſis, & Godefridus Dux Lotharienſis, aliorumque innumera multitudo, tam nobilium quàm ignobilium.* Hac peſte veriſimile fit & Luitprandum Cremonenſem Epiſcopum ſublatum, quum hoc anno DCCCCLXV. electioni Pontificis interfuiſſe *Linzo Cremonenſis Epiſcopus*, Legatus Imperatoris ab eodem Reginone memoretur. At inſtat Baronius, Joannes Narnienſis Epiſcopus, qui interfuit, Concilio anni ſuperioris, non potuit diem obiiſſe, & ſuffici Martinus, qui huic anni hujus Concilio interfuit, nam ſupervixit Joannes ipſe Narnienſis Epiſcopus, qui poſteà ex Epiſcopo Narnienſi creatus eſt Romanus Pontifex, & dictus Joannes XIII. Verùm, mi Baroni, contentio atque exemplarium variorum collatio, ſi eam, ut alias, ita hîc quoque inſtituiſſes, te docere debuit, nomina partim corrupta eſſe, alia tranſpoſita, nonnulla omiſſa, quædam confuſa. Hoc dico, perperam hîc ſcriptum eſſe, *Martinus Narnienſis Epiſcopus*, quum vera lectio fuerit, *Marinus Sutrienſis Epiſcopus*, niſi ſi duo Epiſcopatus in unum coaluerunt confuſi, quod & in ſuperiori Synodo peccatum à librariis annotavimus, reſcribendumque, *Joannes Narnienſis Epiſcopus, Marinus Sutrienſis Epiſcopus, &c.* Hujus meminit Regino hiſce verbis: *Eodem etiam anno Dominus Leo Papa obiit. Tunc Legati Romanorum, Azo videlicet Protoſcriniarius, & Marinus Sutrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, pro inſtituendo, quem vellet, Romano Pontifice in Saxoniam adeuntes, &c.* Ex quibus verbis ſatis ſuperque fit perſpicuum, quod jus Imperator Otto obtinuerit, & quis tum vigor fuerit hujus diplomatis.

Quod ad Henrici Primi & hujus Ottonis Primi conſtitutiones attinet ab Gratiano relatas, infrà ſuo loco examine inſtituto, reſpondebitur.

§. 1. *Sive per inſtrumenta ſcripta fuerunt per Etherium Notarium*) Quorum Anaſtaſius Bibliothecarius meminit in Adriano I. his verbis: *Prænominatus Pontifex cum ſuis Judicibus tam Cleri quàm militiæ, in Eccleſia B. Petri Apoſtoli pariter cum eodem Rege ad colloquendum ſe conjungens, conſtanter eum deprecatus eſt, atque admonuit, & paterno affectu adhortari ſtuduit, ut promiſſionem illam, quam ejus ſanctæ memoriæ genitor Pipinus Rex, & ipſe præcellentiſſimus Carolus cum ſuo germano Carolomanno unà cum omnibus Judicibus Francorum fecerat B. Petro & ejus Vicario ſanctæ memoriæ Domino Stephano Juniori Papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diverſis civitatibus ac territoriis iſtius Italiæ Provinciæ, & contradendis B. Petro ei & omnibus Vicariis in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus. Cumque ipſam promiſſionem, quæ in Francia in loco, qui vocatur Cariſiacus, facta eſt, idem excellentiſſimus Rex Carolus ſibi legi feciſſet: complacuit illi & ejus Judicibus omnia, quæ ibi erant adnexa, confirmare. Et propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promiſſionem ad inſtar anterioris ipſe antedictus excellentiſſimus & revera Chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex conſcribi juſſit per Etherium religioſum ac prudentiſſimum Capellanum & Notarium ſuum, ubi conceſſit eaſdem civitates & territoria B. Petro atque præfato Pontifici, atque ſpopondit per deſignationem confinium, id eſt, à Luna cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua & monte Silicis, ſimulque univerſum Exarchatum Ravennatium ſicut antiquitùs erat, atque Provincias Venetiarum & Iſtria, necnon cunctum Ducatum Spoletinum & Beneventanum, factaque eadem donatione, eam propria ſua manu ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Judices etiam & Graphiones in ea ſubſcribere fecit. Quam priùs ſuper altare B. Petri & poſtmodum intus in ſancta ejus Confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, quàm ejus Judices B. Petro & ejus Vicario ſanctiſſimo Hadriano Papæ, ſub terribili ſacramento ſe omnia conſervaturos, quæ in eadem donatione continerentur, promittentes, tradiderunt; apparem ipſius donationis per eundem Etherium deſcribi faciens ipſe Chriſtianiſſimus Rex Francorum, intus ſuper corpus B. Petri ſubtus Evangelia, quæ ibidem ſunt, eſt oſculatus, pro firmiſſima cautela, & æterna nominis ſui ac Regni Francorum memoria, propriis ſuis manibus poſuit: aliaque ejuſdem donationis exempla per Scriniarium hujus ſanctæ noſtræ memoratæ Eccleſiæ deſcripta, ejus excellentia ſecum deportavit.* Exegeſis.

A Juſtiniano Imperatore) Alii codices habent, *à Juſtiniano Rege.* At quis reperire potuit, inquit Baronius, Juſtinianum unam tantùm terræ glebam Eccleſiæ Romanæ donaſſe, ſemper in ipſam Eccleſiam parùm æquum? Quibus verbis imprudenter informat non hoc magis intentum, atque illud ipſius Juſtiniani in *l. inter claras.* 8. §. *reddentes*, C. *de Summa Trinit. & fid. Cathol.* quo Romana Eccleſia conſtituitur caput omnium Eccleſiarum. Vide, Baroni, quò te perduxerit calumni-

andi potiùs, quàm veritatis indagandæ ſtudium. Ego puto, nec animi fallor, aut pro *Juſtinianum*, qui à bono quodam Juriſperito fuerit intruſus, auctoritate (ſi Deo placet) dictæ l. 8. reſcribendum eſſe *Conſtantinum:* aut illa ætate Juſtiniani Donationem eâdem impoſturâ venditatam fuiſſe, qua illico temporum Conſtantini Magni, priorem tamen opinionem magis eſſe, conſtitutio Otthonis III. quæ ſequitur, fidem poteſt facere. Utro modo legamus, parum referre arbitror: quum tibi hoc totum largiamur, Baroni, Juſtinianum Imperatorem nihil dominiorum Romanæ Eccleſiæ donaviſſe. Beneficia contuliſſe in Romanos, ſcribit Paulus Diaconus, ad Eutropium Appen. lib. 18. *Cum Roma*, inquit, *temporib. Benedicti Papa, vaſtantib. omnia per circuitum Langbardis, famis penuria laboraret, multa frumenti milia navibus ab Ægypto dirigens, eam ſub ſtudio miſericordia relevavit.* Quid ſi hic intuitur Juſtinianus II. qui an. Do. DCCVII. Imperio redditus, unde auctore Gallicino Patriarcha Conſtantinopolitano pulſus erat, eundem Patriarcham, erutis oculis, Romam in exilium miſit, pro eoque Conſtantinopolim evocavit Conſtantinum Papam Romanum? Martinus Polonus Pœnitentiarius Apoſtolicus in Chron. *Juſtinianus II. poſt reſumptionem Imperii fidem Catholicam amplexus, Conſtantinum Papam ad ſe Conſtantinopolim invitat, eumque venientem & redeuntem Apoſtolica dignitatis gloria honorat.* Sed omnem ſcrupulum tollit Innocentius III. Papa, qui videtur aut ipſum Juſtiniani inſtrumentum vidiſſe, aut fide hujus Leonini diplomatis fretus, Juſtinianum Flavium cum primis Eccleſiæ Romanæ benefactorib. ponit. Sic n. ſcribit Balbus Gurcenſis Epiſcopus in lib. de coronat. c. 22. *Tradit Innocentius, æquiſſimus in aſſerenda Pontificis Imperatoriſque poteſtate vindex, qui velut in Critolai trutina utriuſque copias & facultates expendit: Tres Imperio Romano præfuiſſe, qui de Sede Apoſtolica quàm optimè meriti ſunt: Conſtantinum, de quo in c. Conſtantinus, XCVI. diſt. deinde Juſtinianum ſanctiſſimarum legum promulgatorem: poſtremo Carolum Magnum, de quo in c. Adrianus, LXIII. diſt.*

Ariperto Rege) ſc. Langobardorum. Apud Crantzium legitur, *& Ariperto*; apud Hedionem, *& Arithberto:* apud Niemium, *& à Ruperto.*

Atheida conjugi tua) alii, *Adelaida:* alii, *Atheida.*

Videlicet de Cruce Domini, & de caligis pedum ſuorum) Hæc incluſa videntur ſpuria, & à quodam, qui geſtis interfuit, lectore obiter in margine annotata, ab exſcriptore deinceps recepta in orationis contextum.

Pag. 37. §. 4. *Legi Julia reus Regia Majeſtatis & Reipublica, &c. anima amiſſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur)* l. eorum, 9. & l. ult. D. *ad leg. Jul. Majeſt.* l. *quiſquis*, 5. in fine principii, C. eod. tit. quarum auctores Secutus Carolus IV. Imp. in Aur. Bulla c. 24. §. 2. & Carolus V. Imp. Conſtit. Criminal. artic. 124. Videatur Gomez. Variar. reſolut. tom. 3. c. 2. n. 11. Weſemb. in Parat. D. *ad Leg. Jul. Majeſt.* n. 11. Gigas in tract. *De Crimin. leſ. Majeſt.* rubr. *de pœn. commiſ. crim. leſ. Majeſt.* quæſt. 1. nu. 7. & ult.

§. 5. *Archiepiſcopus Calaritanus. Ciconatus Epiſcopus.)* Crantzius eumque ſecutus & Baronius duos iſtos Epiſcopos conjungunt, deleto puncto; quaſi Citonatus ſive Ciconatus nomen proprium fuerit illius Archiepiſcopi.

Cardinalis de Praſepe ſancta Maria) Negat Baronius inter Titulares Cardinales nominatos reperiri Presbyterum tituli *Lateranenſis*, & tituli *S. Petri*, necnon & Presbyterum tituli *S. Maria & Praſepe.* Quare? quia ipſe eorum mentionem non repererit. Strenuè quidem, ut ſolet. Ut multa novantur, Baroni, in Curia Romana, ita non pauciora antiqua obſoleverunt. Da mihi omnes ſub hoc Leone Cardinales titulos, & dabo tibi ego quoque tres iſtos. Sed en tibi *Cardinalem Lateranenſem.* Is fuit, qui in Palatio, & Baſilica Lateranenſi Papæ miniſtrabat: unde & *Palatinus* vel *Baſilicarius* dictus, quo de Onuphrius Panuinus in Interpretat. vocum obſcur. Eccleſiaſt. verbo *Diaconus.* En tibi etiam titulum Sancti Petri, de quo Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita Simplicii Papæ, ubi loquitur de Presbyteris Pœnitentiariis: *regionem tertiam ad Sanctum Laurentium, primam ad Sanctum Paulum, & ſextam vel ſeptimam ad Sanctum Petrum.* Fauſtinus, inquam, iſte fuit Presbyter Pœnitentiarius Cardinalis ad Sanctum Petrum, eo ſcilicet munere functus, quo hodie *Major Pœnitentiarius*, quod nomen illo ævo needum erat auditum.

Omnes ſchola Romana) quas ſuperiori diplomate nominatim exprimit. Videtur autem ſic vocare Collegia. De *ſchola Cantorum* conſulantur, quæ ſcribit idem Panuinus verbo *Primicerius ſchola Cantorum.*

Deinde Poſcrinarii, Satellarii) Fortè legendum, *Protoſcrinarii, Sacellarii. Protoſcrinarii* erant, qui Scriniariis præerant. Scriniarii porrò à ſcriniis dicti, quæ ſunt arcæ, quibus ſervantur pretioſiora & ſecretiora, ut ſcripturæ, &c. Videatur Panuinus. *Sacellarii*, qui & *Saccularii*, à ſacello pecuniarum, quas erogabant, dicti. Hi militibus ſtipendia, operariis & familiaribus Pontificis ſalaria diſtribuebant, & ſabbato ſcrutiniorum eleemoſynam dabant: Romano quoque Clero & populo presbyteria largiebantur. Ibidem Panuinus. Erat quum pro *Poſcrinarii*, legendum putarem, *Apocriſarii.* Qua voce uſus & Juſtinianus Imperator, & loca collegit Albericus de Roſate in Diction. quamvis, qui eſſent *Apocriſarii*, non quibus ſit intelligere. Propius vero Oldendorpius, qui Locumtenentes exponit. Sunt enim actuarii & ſecretarii, ut docuimus in Gloſſis ad Conradi Fabarienſ. Chronicon, tom. 1. Alaman. rer. & annotavit Cujacius ad Novell. 79. Iſidorus Gloſſ. *Apochryſarius, miniſter Romana Eccleſia à ſecretis, Legatus a Secretis.* Ergo Canoniſtarum natio non rectè ab Oldendorpio & Spiegelio reprehenditur, quod Papæ Nuncios interpretentur. Aimonius lib. 5. ca. 32. *Venerunt Legati Domini Apoſtolici, Leo Epiſcopus & Apocriſarius ac nepos Apoſtolici.*

OTTO-

OTTONIS I. IMPER. EPISTOLA
AD DUCES GERMANIÆ.
Pag. 39

WITICHINDUS Corbeienſis Monachus de rebus geſtis Saxonum lib. 3. in fin. Baronius Annalium tomo 10. Anno 968. §. 1. & ſeq. Auctoritates.

Otto Imperator, coronato filio Ottone Juniore, in Campaniam profectus, apud Capuam Legatos Nicephori Imperator Conſtantinopolitani audivit. Hæc iſtis, quæ cum illis tranſegit, literis in Germaniam miſſis ſignificat Imperator. Exegeſis.

§. 2. *Apuliam & Calabriam Provincias, &c.*) De rebus ab Ottone geſtis adverſus Græcos Apuliam & Calabriam occupantes, antiquus auctor, qui res Longobardorum Principum eſt proſequutus, Rencpertus ſive Erchempertus nomine, pluribus narrat, ut auctor eſt Baronius. Qui ſcriptor utinam bono publico non longius invideretur. Fortaſſis an haberemus verum ac idoneum Ottonis I. vindicem.

OTTONIS III. IMP. CONSTITUTIO
DE PATRIMONIO
S. PETRI.
Pag. 40.

HANC Conſtitutionem nactus ſum à Nobili & CL. V. Marquardo Frehero à Keſſingen, Conſiliario Palatino, qui eandem eleganti commentario illuſtravit. Cui quando ea quoque inſeruit, &c. & *δὶς κράμβη* fiat θάνατος, eò lectorem remitto.

HENRICI II. IMP. CONSTITUTIO
DE REGALIBUS B. PETRO
CONCESSIS.
Pag. 42.

CÆSAR Baronius Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſt. tomo. 11. Anno 1014. §. 7. & ſeqq. qui ait contuliſſe hoc privilegium cum quatuor diverſis manuſcriptis, Codice Gencii Camerarii, Volumine Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ, Autographo Molis Hadriani, & ſuo Manuſcripto, cujus initium hoc ſit: *Exemplum privilegii Henrici Imperatoris de Regalibus beato Petro conceſſit.* Auctoritas.

Clemens V. Pontifex in ca. *Romani*, ver. *eidem*, Clement. lib. 2. ti. 9. *de jurejurando*: ubi de Henrico VII. Imp. *Eidem etiam adjiciens juramento, quòd manuteneret ſemper atque ſervaret privilegia omnia per prædeceſſores ſuos Reges ac Imperatores Romanos, præfatæ Romanæ, & aliis quibuslibet Eccleſiis quocunque conceſſa tempore, & continentiæ cujuſcunque: ipſaque omnia & ſpecialiter, ac præcipuè per claræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, prædeceſſores ipſius, ſuper conceſſione, recognitione, advocatione, annotatione, quittatione, & libera dimiſſione terrarum & provinciarum Romæ Eccleſiæ ubilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit, &c.* Leopoldus à Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis de zelo veter. Princip. German. c. 5. *Item Imperator Henricus Secundus, Benedicto Papa X. in civitate Babenberg cœnam Dominicam & feſtum Paſchale ſub anno Domini 1020. decenti miniſterio excolenti, multiplicem opum copiam donavit, ut in prædicta Hiſtoria Francorum continetur.* Baronius dicto loco, §. 6. *ad principium etiam Henrici Imperii referendum arbitramur privilegium, quo patrimonia Romanæ Eccleſiæ ab anteceſſoribus piis Imperatoribus quondam collata, Benedicto Pontifici gratitudinis ergo, & pietatis in principem Apoſtolorum amore confirmavit. Quod etſi nec diem, nec annum, quo confectum ſit, adſcriptum habeat; nihilominus tamen ex conſuetudine prædeceſſorum Imperatorum, qui ſimilia privilegia ſtatim poſt Imperialem à Pontifice ſuſceptam coronam eidem tradiderunt; facilè poſſumus colligere, hiſce iiſdem diebus, quibus Romæ degebat, illud ab eo factum, ſubſcriptum, & roboratum eſſe.* Teſtimonia.

Hoc privilegium ſi verum ac germanum eſt, iſte Imperator primus extitit, qui nimiò credulus perſuaderi ſibi paſſus eſt, ut ementitum Ottonis Magni privilegium confirmaret & ratum eſſe juberet. De quo quidem paucis antè annis nihil dum Romanis Pontificibus conſtitiſſe, atque adeò necdum in rerum natura fuiſſe, ſuperior Ottonis Nepotis conſtitutio fidem facit. Et vellem ut velles, Baroni, atque tandem aliquando nobis bonâ fide ac publicâ exhiberes Codicem illum Cencii Camerarii, quò conſtaret nobis de illis, quæ memoras, anteceſſorum Imperatorum privilegiis, poſt Imperialem à Pontifice ſuſceptam coronam Eccleſiæ Romanæ traditis. Interim quem tu enes, qui tibi credat? Oportet digito monſtrare, & dicere; hæc ſunt, ita venient in eandem diſquiſitionem cum Conſtantini, Juſtiniani, Ludovici Pii, & Ottonis Primi conſtitutionibus Lapis Lydius eſt, Lyſis.

hiſtoriarum veritas: ad quem niſi examinentur ac probentur, fruſtrà es, Baroni, ſi ſperes illis fidem invenire. Nam, ut ad inſtitutum redeamus, age hanc ipſam probationi qua decet modeſtiâ ſubjiciamus. Neque enim par eſſe arbitror, eadem immoderatione in Pontificum privilegia inquirere, qua Baronius in Imperatorum. Primum illud leve eſt, quòd Benedictum hunc Baronius Octavum faciat, qui Leopoldo Bambergenſi Epiſcopo Decimus, quippe facilis ax numerorum compendiis lapſus eſt. Illud non poſſum concoquere, Baroni, quod in fine §.6. legitur, electum Pontificem Romanum non prius eſſe conſecrandum, quàm Legatis Imperatoris *faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, ac futura conſervatione, qualem Domnus & venerandus ſpiritualis pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.* Quis iſte Leo? loquitur enim de Romanis Pontificibus, Octavus eſſe nequit, qui jam quadraginta novem ante annos mortem obierat: non Leo Nonus, qui vigeſimo quinto poſt obitum Henrici demùm anno Pontiſex creatus, Damaſo II. ſuffectus ab Henrico III. Imperatore, Conradi Secundi filio. Quod ipſum videtur obſervaſſe jam olim Leopoldus Bambergenſis Epiſcopus, qui ea re permotus Clementinam, quam adduxi, ad Henricum non Secundum illum Bambergenſem, ſed verò Tertium iſtunc refert. Sic enim ait dicto lib. &c. *Præterea Henricus Tertius, Otho Quartus, Fridericus Secundus, Imperatores, & Rudolphus Rex Romanorum, qui omnes Germani erant, plures donationes Eccleſiæ Romanæ fecerunt: de quibus fit mentio extra de jurejuran. Romani, ver. eidem, in Clem.* Neque obſtant illa verba, quæ antecedunt, & à me in teſtimonii, dicis gratiâ, poſita ſunt. Etenim multiplex illa opum copia, qua Imperator dicitur Pontificem donaſſe, nullo pacto quibuſdam videatur de his privilegiis accipienda, ſed verò muneribus ſingulariis in Pontificem munificè collatis ab liberaliſſimo Imperatore. Certè liberalitatis ejus non pauca exſtant monumenta. Sigefridus Gemblacenſ. in Chronograph. Anno 1023. ſcribit: *Henricus Imperator & Robertus Rex Francorum ſuper Carum fluvium apud Evaſium conveniunt, de ſtatu Eccleſiæ Regni & Imperii tractaturi, & condicto, ut ſuper his confirmandis etiam Papam Romanum ſimul ambo Papiæ opportunè convenirent. Imperator & Regem, & ſuos multos etiam, qui tantùm ad demirandam Imperatoriam Majeſtatem convenerant, tanta liberalitate donavit, ut opibus Regum Perſarum aut Arabum poſſet comparari Imperatoris munificentia.* Verumtamen quando variant inter ſe ſcriptores, ordine ſingulorum opiniones conſideremus. Anſelmus in Collectione Canonum lib. 4. ca. 37. & lib. 6. ca. 7. Ivo Carnotenſis Decret. par. 5. ca. 52. Gratianus diſt. 63. ca. 32. referre videntur hoc privilegium ad Henricum Primum Aucupem, propterea quòd Ottoni Primo eum anteponunt. Sic enim legitur: *Conſtitutio Primi Henrici & Primi Otthonis cum Romanis Pontificibus.* Quæ verba exſtare in omnibus vetuſtis exemplaribus, in quibus etiam paleæ eſſe non ſoleant, locupletiſſimus teſtis eſt Gregorius XIII. Papa Rom. in Notis. Nam hîc quoque ſui oblitus Baronius, ſicut ferè ſolet pugnantia hinc & inde ponere, tom. 10. Anno 964. §. 29. titulum iſtum ibi errore poſitum eſſe convincere conatur hoc argumento, quod nuſquam in Henrici, ſed Ottonis Primi conſtitutionibus illa ab Gratiano recitata legantur. Atqui, Baroni, verbatim accepta ex hac Henrici conſtitutione, §§. 7. & 8. te docebunt. Sed condonandum tibi cenſeo hoc ἁμάρτημα μνημονικὸν in tam operoſa & omni varia ſcriptione. Illud non æquo animo feret homo Germanus, quòd ais, ex illis verbis vanè collegiſſe Nauclerum, Henricum æquè dictum fuiſſe Primum ejus nominis Imperatorem. Quo pacto, amabo Baroni? quia repugnant diplomata Henricorum Imperatorum, quòd in eis non Secundus aut Tertius ab hoc, ſed Primus & Secundus reperiuntur eſſe nominati, ab iiſdem ipſis in ſuis eorum ſcriptis. At tibi, Baroni, repugnat bona fide Paul. Langius Monachus in Chron. Citizenſ. ſcribens: *Henricus iſte Primus appellatur ab Hiſtoricis Italicis. Ipſe tamen ſemet Secundum aſſerit, ut ſyngrapha ſua, quæ Babenbergæ extat, clarè indicat. Primus equidem Henricus fuit pater Ottonis Magni. Hic quia Romæ coronatus non fuit, ab Italis non numeratur; & ita cum Conradis & Lothariis faciunt. Noſtrates autem Hiſtoriographi Henricum memoratum Ottonis Magni patrem primum ponunt, quia in Germania ſtrenuè & optimè imperavit. Et ita de aliis. Plures equidem venirent rejiciendi, ſi ſolùm Imperii corona inſigniti poni deberent, etiam fortiſſimi & laudatiſſimi Cæſares ſive Romanorum Reges. Quod quàm abſurdum foret & indignum, nemo ſapiens perpendere nequit, &c.* Interim non diffiteor, erroneam eſſe illam inſcriptionem. Nam ipſum capitulum transſumptum eſt ex Legibus Longobard. lib. 5. tit. *de Pontific.* l. 3. Quod ubi in Henrici quoque & Ottonis conſtitutionibus unus quiſpiam lector compertum margini adſcripſiſſet, ab librariis poſteà in textum eſt receptum. Henricum verò Aucupem Longobardis an Romanis leges dediſſe, quum Italiam numquam acceſſerit, non fit veriſimile. Henricus verò Claudus non acceſſit tantùm, ſed & vi expugnavit, ſubjugavit, & Romano Imperio iterum ſubjecit: quod & ante eum Otto Primus legitur feciſſe. Quare, meo judicio, apud Decretiſtas inſcriptio ſic erit concipienda: *Conſtitutio Primi Othonis, & Primi Henrici cum Romanis Pontificibus.* Ut Primus ab illis vocetur ſuo more, Sanctus Henricus Claudus, quem nos appellamus Secundum, & quidem ipſius Imperatoris voluntate verius. Atque ita parere arbitror, hanc conſtitutionem non poſſe Henrico Aucupi rectè tribui. An ergo Tertii erit, cujus Leopoldus meminit? Neque hujus eſſe, temporum rationes evincunt, & Epiſcoporum Catalogus: quorum magna pars, Henrico III. imperante, jam erant apud plures. An Henrici Secundi Italiæ domitoris? Huic adſcribit Baronius Anno 1014. Cui & ipſi repugnat Epiſcoporum nomenclatura. Nam eo anno Trevirorum Archiepiſcopus non *Bobo*, ſed *Egingandus* fuit; Conſtantiæ non *Ricodardus*, ſed *Lambertus*:

tus: Argentorati *Wernberus*, ſive *Werinbarius*, non *Wicelius:* Witceburgenſis non *Mazelinus*, ſed *Meginhardus:* &c. Memoria inſuper lapſus Baronius, qui Anno 1020. ſcribit Benedictum Papam ab Imperatore evocatum ad confirmandum Epiſcopatum Bambergenſem: hoc autem Anno 1014. adducit ipſum Epiſcopum Bambergenſem necdum pru illius verbis confirmatum, totius Pontificatus jura ac privilegia confirmare. Quo mihi nihil videtur eſſe magis ridiculum. Ubi mihi exemeris, Baroni, ſcrupulum illum, quem Leo Papa injecit, igitur te docebo, diploma hoc conſtitutum non Romæ in Italia poſt acceptam coronam, ſad Bambergæ in Germania poſt dedicationem Eccleſiarum Anno Domini MXX. cui ſunt qui affirment interfuiſſe ſeptuaginta duos Epiſcopos. Luthtenſis Monachus in Compilat. Chronolog. *Iſte Papa Benedictus venit ab eodem Imperatore invitatus Babenberg, & ibi eum Imperator ſolenniſſime ſuſcepit hoſpitio. Ibi in ſancta nocte Paſcha matutinali officio ſolenni, primam legit lectionem Patriarcha Aquileienſis, ſecundam lectionem Archiepiſcopus Ravennenſis, tertiam Papa. Ibi tunc præfatus Papa præſentibus LXXII. Epiſcopis & Principibus aliis, ſicut prædeceſſores ſui, Joannes & Sergius Apoſtolici, ita & ipſe dedit privilegium libertatis Eccleſiæ in Babenberg. Poſt eum Joannes Papa etiam privilegium de libertate & rebus Eccleſiæ Babenbergenſi dedit.* Concinit Paulus Langius Monachus in Chronic. Citizenſi. Marianus Scotus tantum habet quadraginta ſex, niſi fallit numerus. At hac ratione evaneſcet commentum tuum, Baroni, de conſuetudine Imperatorum, quos ais privilegia ſtatim poſt Imperialem à Pontifice ſuſceptam coronam eidem tradidiſſe. Tibi, non liquet: & ad ipſum inſtrumentum, quæ reſtant, conſideremus.

De civitate autem Neapolitana cum caſtellis & territoriis, &c.) Quæ Henricus II. Imperator reciperavit in altera ſua expeditione in Italiam, Anno 1022. Herimannus Contractus in Chronic. *Henricus Imperator Campaniam petens Beneventum intravit, Trojam oppugnavit, & cepit; Neapolim, Capuam, Salernum, aliaſq; eo locorum civitates in deditionem omnes accepit; & Nordmannis quibuſdam, qui tempore ejus illo confluxerant, quoddam, ut fertur, illis in partibus territorium conceſſit; ſicq; per urbem tranſiens Romanam, victor rediit in Germaniam.*

§. 2. *Pro quibus ſæpedicta Eccleſia S. Petri tranſcribimus, concedimus, & confirmamus omnem illam terram, quæ inter Narniam Teramnem, vel Spoletum ex regni noſtri parte habuimus*) Martinus Polonus, Pœnitentiarius Apoſtolicus, aſſerit non has villas, ſed ipſam civitatem Bambergenſem cum Pontifice permutatam. Ejus verba ſunt in Chronic. de Henrico ſancto Imp. *Hic etiam Babenbergenſem civitatem, quæ fuit Sancti Petri, pro Normanſi apud Papam commutavit.* Sine dubio, perperam. Dic bona fide, Baroni; quo jure fieri potuerit, ut cum Papa contraheret de ea re, quæ jam ipſius erat? aut qua ratione amplius Papæ fieri potuerit, quum jure conſtitutum ſit, quod meum eſt, amplius meum fieri non poſſe? Nonne omnis ager Narnienſis, Interamnenſis, Spoletinus, cum omnibus confiniis à Ludovico Pio & Ottone Primo iu illis, quas venditas, conſtitutionibus datus atque conceſſus fuit? Refugies ſcilicet ad reſtitutionem Leonis VIII. quam tanto opere iviſti oppugnatum. Et abſque illo eſſet, Ottonis donationem in omnibus ac ſingulis idem iſte Henricus in hac conſtitutione confirmat ac ratificat. An dicemus, ſummos orbis Principes luſiſſe inter ſe ſimulatum contractum? An verò compoſitorem hujus conſtitutionis malè conſutis dolis adveniſſe? Quid item de Capua dicemus, & aliis Campaniæ atque Apuliæ Urbibus, quas hæc conſtitutio aſſerit Pontifici Romano reſtitutas ab Henrico Imperatore: Quas certum eſt conſtatque inter Hiſtoricos, eundem Imperatorem poſt id temporum pro libidine ſua amminiſtraſſe, Capuæ Ducem, cæteris Urbibus Comites ex ſuis veteranis præfeciſſe, ſine ullo Pontificis conſenſu, nedum auctoritate aut confirmatione. Scribit Leo Oſtienſis Chronic. Caſinenſ. lib. 2. cap. 42. *Poſt paucos dies Trojanis ſeſe ſponte dedentibus, & ad Imperatoris veſtigia unanimiter omnibus procumbentibus Imperialis clementia veniam tribuit, &c. Veniens igitur Capuam, Pandulpho Tianenſi Comiti tradidit Principatum: Stephano autem Melo & Petro, memorati Meli nepotibus, quoniam propria illis recuperare non potuit, Comitatus honorem conceſſit. Quibus etiam in auxilium de Northmannis Giſelbertum, Goſmannum, Stigandum, Torſtanum, Baltum, Geralterium de Canoſa, & Hugonem cum aliis decem & octo reliquit.* Factum id anno 1022. ut ſuprà ex Contracto relatum.

§. 3. *Sub tuitione S. Petri, & veſtra veſtrorumq; ſucceſſorum Epiſcopium Babembergenſe offerimus, &c.*) Leo Oſtienſis Chronic. Caſſin. lib. 2. cap. 47. *Hic idem Auguſtus ex ſui patrimonii ſumptibus conſtruxit Eccleſiam ad honorem S. Georgii, quam advocato Benedicto Papa, conſecrari fecit; Epiſcopalemque in ea Sedem conſtituens, beato Petro ex integro obtulit, ſtatuto per annos ſingulos cenſu, equo uno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris ſuis, centumque marchis argenti. Poſtmodum Leo Nonus Papa Vicariatus gratia, Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum Bambergenſe Epiſcopium ſub ejus ditione remiſit, equo tantùm, quem prædiximus, ſibi ſervato.* Idem ca. 85. *Tunc inter ipſum Apoſtolicum & Imperatorem facta eſt commutatio de Benevento, & Bambergenſi Epiſcopio, &c.* Et Ba. Platina io Leone IX. *Interim Drogone Normannorum Comite in Apulia mortuo, Giſulphus frater regnum adeptus, Beneventum urbem Romano Pontifici deditam* (i. e. traditam & ſubjectam) *per vim occupat. Nam cùm Henricus Imperator in honorem beati Georgii templum Bamberga condidiſſet, cuperetque id in Cathedralem Eccleſiam conſecrari, annuente Benedicto Octavo, quotannis cenſus nomine daturam Eccleſiam ipſam Romano Pontifici, centum argenti marcas cum equo albo ac falerato. Leo Nonus dono Beneventum ab Imperatore accipiens, Bambergenſis Eccleſiæ tributum remiſit.* Quid audio? Annon Beneventum eodem jure Papa poſſidebat, quo tributum Eccleſiæ

Bambergenſis, juxta tenorem hujus conſtitutionis ? Deus bone, tam immemorem fuiſſe hunc ſcribam! Eadem Calabriæ utriusque conditio: quam hic auctor fingit Imperatorem confirmare Pontifici ab anteceſſoribus Ottonibus conceſſam, quum ex hiſtoriarum monumentis palàm ſit, utramque Calabriam Imperio ſemper fuiſſe tributariam. Et ſub Ottone II. ſcribit Dithmarus Merſeburgenſis Epiſcp. Chronic. lib. 3. *Duabus navibus, quæ juſſu Baſilii Calabriam petierunt, colligendi gratia tributi, quæ licet Romano ſpecialiter ſerviat Imperio, tamen ne aliquam à Græcis patiantur moleſtiam, auri debitum quotannis voluntariè perſolvit Conſtantinopolitanis.* De tributo quoque Bambergenſis Eccleſiæ quî factum, quòd nullus Germanorum ſcriptorum, quantum legere memini, (legi autem plerosque omnes) mentionem faciat? Non Dithmarus, qui interfuit: non Leopoldus, ejus Sedis Epiſcopus, diligentiſſimusque harum antiquitatum obſervator, cujus tamen id exigebat inſtitutum, quippe qui in id ſtudium unicè incubuerit, ut Imperatorum Germanorum, quum maximè hujus Heinrici, beneficia in Romanam Sedem commemoraret. Nimirum non notaſſe ſibi quidquam in archivis ſui Epiſcoptaus, quod ei rei faceret fidem. Non denique Herimannus Contractus, cujus hæc ſunt verba in Chronic. Anno 1053. *Imperator cum Domino Papa, multisque Epiſcopis & Principibus, Natalem Domini VVormatiæ egit; ubi cùm Papa, ſicut dudum cœperat, Fuldenſem Abbatiam, aliaque nonnulla loca & cœnobia, quæ ſancto Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet, demùm Imperator pleraque in Ultraromanis partibus ad ſuum jus pertinentia, pro Ciſalpinis illi per concambium tradidit.* Nec de nihilo eſt, quòd tanto ſtudio Hiſtorici Germani privilegia libertatis Eccleſiæ Bambergenſis oggerunt, videntur nimirum ſuboluiſſe hujus diplomatis impoſitionem.

Pag. 13. §. 6. *Salva in omnibus poteſtate noſtra, &c.*) Sequentia omnia de verbo ad verbum libata ſunt ex Conſtitutione Ottonis Primi.

Qualem Dominus & venerandus ſpiritualis pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur) Hic eſt Leo VIII. qui hoc ſacramentum præſtitit Ottoni Primo. Sed dic amabo, quomodò hæc verba conveniant Henrico II.? aut quî minùs Eugenius appelletur ab eo Dominus & venerandus ſpiritualiter pater ſuus, atque Leo? Adeò perſtat ſententia, hæc non eſſe à forma Imperatoriæ ſtilo vel conſtituentia vel confirmantis, ſed inconſiderati hominis ſuppoſitivum nomen, ad inſtar Ottonianæ illius confictum.

§. 7. *Videlicet ut in electione Pontificum, &c.*) in Leg. Longobard. lib. 5. tit. *de Pontifit.* l. 3. in Conſtit. Ottonis §. 11. Gratian. diſt. 63. ca. 32.

§. 8. *Ut nullus Miſſorum noſtrorum*) dictis locis, ſed in Conſtit. Ottonis §. 12.

§. 14. *Ego Ricodardus Conſtantienſis*) Lege, *Ruodardus*, ex Stumpfio.

Ego Zadalricus Curienſis) antiqua & vera ſcriptura fuit, *Sadalricus.* videatur Bruſchius & Stumpfius.

Pag. 44.

HENRICI IV. IMP. EPISTOLA AD ABBATEM LAURESHAIMENSEM.

Auctoritas. AUCTOR Chronici Laurishaimenſis in Udalrico Abbate XXV. pag. 78. editionis Freheriæ.

Exegeſis. Verba Monachi Laurishaimenſis, quæ hanc epiſtolam præcedunt: *Hæc ubi per fautores Epiſcopi Regi inſonuere, literis, directis jubet Abbatem tanquam nova molientem loco excedere, ita intermenans, &c.* Deinde ſubjungit: *Alia quoque litera fratribus miſſa, ab obedientia Abbati ullatenus vel ulterius exhibenda eos deterrebant in hunc modum:*

HEINRICUS DEI GRATIA REX, FRATRIBUS LAURISHAIMENSIBUS GRATIAM SUAM.

Sicut de veſtra ſemper obedientia accepimus, ſic & modò probare volumus. Præcipimus quidem Udalricum quondam dictum Abbatem veſtrum, quem nos propter inobedientiam & malum exemplum temerum judicavimus, nihil vobis debere jubere, nec vos ultra ei obedire debere. Ergo ſi noſtræ voluntati obſecundatis, in nullo ſibi ampliùs obediatis.

Porrò Epiſcoporum, Abbatum, Præpoſitorum ut confirmationem de pietate, fidelitate & morum præſtantia, ita abdicationem de impietate, felonia, & vitæ diſſolutione, Imperatores exercuiſſe, ex Hadriani I. & Leonis VIII. Bullis diſcimus: & exempla tibi ſuppeditant Scriptores rerum Alamannicarum, Ratpertus, Ekkehardus, & Burckhardus, S. Galli Monachi, quos operæ pretium eſt non neglexiſſe.

GREGO-

GREGORII VII. PAPÆ EPISTOLA
DE POENITENTIA ET ABSOLUTIONE
HENRICI IV. IMP.

GREGORIUS VII. Papa Epiſtolarum lib. 4. epiſt. 12. Baronius Annalium Eccleſiaſt. tom. 11. Anno 1077. §. 17. & ſeqq. Auctoritates.

De hac Pontificis & Imperatoris controverſia nemo hiſtoricorum non meminit, ita fuit memorabilis, in iis primas agunt Anonymus Auctor Vitæ Henrici IV. Lambertus Schaffaburgenſis in Chronic. Benno Cardinalis in Vita Hildebrandi, Bruno in Bello Saxonico, Venericus Vercellenſis ſive is fuit Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopus in Apologia pro Henrico IV. Imp. Helmodus in Chronic. Sclavorum, Paulus Langius in Chronic. Citizenſi, alii.

HENRICI IV. IMP.
JURAMENTUM.

Pag. 43.

IN Gregorii Epiſtolari, dictæ epiſtolæ 12. ſubjicitur hæc promiſſio, quam ille vocat ſecuritatem, præmiſſo hoc titulo: *Juſjurandum Henrici Regis Theutonicorum.* Ba. Platina de Vita Pontificum, in Gregorio VII. Baronius d. anno, §. 19. in fine, & §. ſeq. Auctoritates.

Benno Cardinalis in Vita & Geſtis Hildebrandi: *Hildebrandus inſtabat Imperatori, ut ejiceret Epiſcopos Simoniacos. Imperator credens, quaſi ex zelo legis, quaſi à throno Dei procedere hæc mandata, ſine mora obediebat, ſine mora, ſine diſcuſſione, ſine judiciario ordine Epiſcopos ejiciebat, dum adhuc verſutias Hildebrandi minùs intelligebat. Hildebrandus verò expulſos à Rege Simoniacos recipiebat, & quos Regi infeſtos reddiderat, eos ſibi familiari amicitia reconciliabat, & muneribus & magnis juramentis ſibi fidos & obnoxios efficiens, præ aliis exaltabat. Et modico tempore his artibus Regia domo perturbatâ, & penè amicis deſtitutâ, ſibi verò amicitia majorum Principum comparata, ex improviſo ſine legitima accuſatione, ſine canonica vocatione, ſine judiciario ordine, obedientem ſibi Imperatorem excommunicavit, & Regni Principes ab eo ſeparavit. Et cùm Apoſtolus præcipiat, ne quis in negotio circumveniat fratrem ſuum, quantum in eo fuit, mortificavit potius quàm caſtigavit. Sicut autem Imperator multimodè circumventus, præter canonicum ordinem excommunicatus, & conſenſu Hildebrandi & conſilio, magna ex parte Imperii honore expoliatus, & bellis & cædibus immenſis fidelium ſuorum prægravatus, fruſtrà canonicam audientiam imploravit, & extortam confeſſionem invitus ac coactus apud Canuſium in præſentia Hildebrandi protulit. Dicite, quæſo, qui juſtitiam diligitis, qui ad dextram vel ſiniſtram favore alicujus perſonæ declinare non noſtis; dicite, quæſo, ſi confeſſio tanto tempore extorta cuilibet pauperi, nedum Cæſari, præjudicare debuit: ſi ex confeſſione extorta potiùs non exiitit reus canonum hic qui extorſit, quàm qui perversè judicatus perverſorum judicio injuriam & violentiam patienter & publicè, & cum lachrymabili afflictione, nudis pedibus, in laneis veſtibus, hyeme præter ſolitum aſpera, apud Canuſium, ſpectaculum Angelorum factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium, triduo pertulit? Dicite, quæſo ſi quiſquam ſanctorum Pontificum quemquam plebejum, niſi aut ſponte confeſſum, aut in Synodo convictum, nec in eadem provincia, ſed in longinquis terrarum partibus ſemotum, tam præcipiti judicio damnare præſumpſit? Si quis tam audacter abuſus eſt poteſtate ligandi & ſolvendi? Equidem Ambroſius Theodoſium ligavit, ſed præſentem ſponte confeſſum, &c.* Teſtimonium.

Hic, Deus bone! quibus non conviciis inſultat Cardinalis Baronius huic ſuo collegæ Bennoni Cardinali. Sed conviciis convincere, Baroni, nemini umquam viſa præclara laus eſt. Et quod tu aſſumis, ſcriptoribus omnib. reclamantibus portentoſi mendacii redargui Bennonem, faciliùs abs te dicitur quàm exemplis veratur. Offendit te promiſſio ab Rege extorta iniquiſſimè, ecquis aliter umquam ſcripſit? Domnizo, inquis, Presbyter in vita Mathildis. Quem ne fando quidem accepit quiſquam, nedum legendo? Cur non operam das, ut integrum ejus ſcriptum producatur in dias (cum Lucretio loquor) luminis oras, quò ex filo ac toto orationis ductu mens auctoris perſpiciatur. Quàm captatoria ſint id genus fragmenta, Baroni, animum tuum roga, qui rerum experimentis edoctus. Verùm audiamus licet bellum tuum Poetam: Lyſis.

Cumque dies per tres ſtarent prò pace loquentes,
Et pax non eſſet; Rex atque recedere vellet;
Cappellam ſancti petit idem Rex Nicolai,
In qua paſtorem lacrymans oravit Hugonem
Ut pro pace ſua fidejuſſor ſibi fiat.
Non licet hoc Abbas Regi reſpondit, & aſtans
Illic Mathildis rogitavit eum. Sed & ipſi
Hoc faciet nemo, reſpondit, tu niſi. Credo,
Poplitibus flexis dicit Rex atque Mathildi;
Tu niſi me multum juvtris modò ——

Audivimus (tua hæc verba ſunt, Baroni) impudentem concinnatorem mendaciorum. Quine Imperator ad potentiſſimum Francorum Regem, cujus ab Imperatore ſecunda Majeſtas, ſcribens ita orditur: *Si per Majeſtatem Imperii liceret, Regiis genibus advolverer, fidem tuam implorans adverſus filium, &c.* eum ſcilicet credibile eſt ſubditæ ſuæ Comitiſſæ congenulaſſe, ac potius poplitibus deprecatricem petiiſſe, nec pari quidem in calamitate? Occupaſti quidem, Baroni, ſed nos didicimus —— *Pictoribus atque Poetis*, licere quidvis ementiri, effingere quidvis? Non queo ſatis admirari propriam ac perpetuam in te *ἀπαιδευσίαν*. Minimè poſtrema lex eſt hiſtoricæ veritatis, in quam toti Annales tui peccant. Si quis porrò tibi hiſtoriarum liber offertur, Baroni, principiò dum conſiderationem injice in ipſum auctorem, à quo perſcriptus: tum in eum, pro quo conſcriptus: deinde in rem, quæ deſcripta. Hæc legendo contendes ſimul ac perpendes, ſi aliquando in ſcribundis Annalibus ſtudes ſapere. Legiſti Domnizonem, nec animadvertiſti pleraque exemplo adulatorio in Pontificis ſimul & Comitiſſæ ſuæ gratiam, excogitata? Hanc debet ſincerus hiſtoriarum arbiter procul habere. Nos neque omnia, quæ ab adulatoribus Pontificis memoriæ prodita ſunt, accipimus: neque tamen nulla non falſa judicamus, quæ ab fautoribus Imperatoris. Verùm utroſque comparando ſimul & ſingulatim, igitur demum ad veritatem pertendimus; ſin, collimamus. Sed feſtinamus.

Exegeſis. *Actum Canuſii, quinto Kal. Februarii, indictione XV.*) Domnizo Presbyter in Vita Mathildis, abſolutionem Regis factam ſcribit vigeſima quinta Januarii, verſibus iſtis:

Ante dies ſeptem, quàm finem Janus haberet,
Ante ſuam faciem conceſſit Papa venire
Regem eum plantis nudis à frigore captis
In cruce ſe jactans Papa, ſæpiſſimè clamans:
Parce beate Pater ——

Erat dies ille Converſioni ſancti Pauli Apoſtoli conſecratus. Errorem temporis putat Baronius ex epiſtola Gregorii Papæ illapſum in juſjurandum.

ACTA COMITIORUM WORMATIENSIUM, IN CAUSA HENRICI IV. IMP. ET GREGORII PAPÆ.

Correctio. HÆC Acta ſunt tranſpoſita ab operis typographicis, reponenda ante Gregorii Papæ epiſtolam ſub Anno 776. qui error numerum quoque corrupit, quum pro anno LXXVII reſtituendus ſit LXXVI. ad quem rectiſſimè contulit Baronius tom. 10. § 8. & ſeqq.

Auctoritates. Conradus à Liechtenaw Abbas Urſpergenſis in Chronic. Anonymus Auctor Chronici Thuringorum Germanici, quod apud me exſtat MS. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis.

Teſtimonia. Lambertus Schaffnaburgenſis in Chronic. Anno 1076. *Aderant Hildebrandi Papæ Legati, denunciantes Regi, ut ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima ad Synodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ objicerentur, cauſam dicturus: alioquin ſciret, ſe abſque omni procraſtinatione eodem die de corpore ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolico anathemate abſcidendum eſſe. Quæ legatio Regem vehementer permovit, ſtatimque abjectis cum gravi contumelia Legatis, omnes, qui in Regno ſuo eſſent, Epiſcopos & Abbates, VVormatiæ Dominica Septuageſima convenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem, ſi qua ſibi via, ſi qua ratio pateret: in hoc cardine totam verti ratus ſalutem ſuam & Regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus. Rex ſtatuta die venit VVormatiam: venerunt etiam Epiſcopi & Abbates ampliſſimo numero. Commodè quoque conficiendis tantis rebus intervenit quidam ex Cardinalibus Romanis,* * *Hugo cognomento Blancus, quem ante paucos dies propter ineptiam ejus & mores inconditos Papa de ſtatione ſua amoverat, deferens ſecum de vita & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimilem tragœdiam: ſcilicet unde oriundus, qualiter ab ineunte ætate converſatus, quàm perverſo ordine Sedem Apoſtolicam occupaverit, quæ ante Epiſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum, memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit. Hujus authoritatem tanquam divinitùs ſibi deſtinatam gratiſſimè amplexati, & promptiſſimè ſecuti, ſententiam promulgarunt, quòd Papa eſſe non poſſit, nec ullum, juxta privilegium Romanæ Sedis, ligandi aut ſolvendi poteſtatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commaculaverit. Cumque cæteri omnes damnationi ejus nihil haſitantes ſubſcriberent, Adelberto VVirtzeburgenſis Epiſcopus, & Herimannus Metenſis Epiſcopus aliquandiu reſtiterunt, dicentes; incongruum valde & contra Canonum ſcita eſſe, ut Epiſcopus*

* titulo ſancti Clementis.

ſcopus aliquis abſens, absque generali Concilio, ſine legitimis & idoneis accuſatoribus & teſtibus, necdum probatis criminibus, quæ objicerentur, condemnaretur, nedum Romanus Pontifex, adverſus quem nec Epiſcopi nec Archiepiſcopi cujuſquam recipienda ſit accuſatio. Sed VVilhelmus Trajectenſis Epiſcopus, qui cauſam Regis pertinaciùs tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut Regi, cui ſub jurejurando fidem ſpoſpondiſſent, protinus renunciarent. Is eo tempore Regi admodum carus acceptusque erat, eique Rex omnium, quæ privatim vel publicè agenda erant, poſt ſe ordinationem delegaverat, vir ſecularibus literis apprimè eruditus, ſed faſtu nimio inflatus vix ſe ipſe ferebat. Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, Epiſcoporum & Abbatum, plena contumeliarum literæ Romam deſtinantur, quibus denuncietur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges uſurpaſſet, ſeſe abdicet, ſciatque poſt eam diem quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi. Legati, ut juſſum fuerat, ſummo conatu iter accelerantes, pridie quàm Synodus indicta celebraretur, Romam ingreſſi literas tradunt: tunc cæteram legationem, ſicut in mandatis habebant, verbò non minùs contumelioſo quàm ſcripto exequuntur. Papa nihil permotus atrocitate nuntii, poſtera die, cùm Clerus & Populus ad Synodum frequens confluxiſſet, in auribus omnium literas recitari fecit, & ſic cunctis, qui convenerant, Epiſcopis id fieri decernentibus, Regem excommunicat, & cum eo Archiepiſcopum Maguntinum Sigifridum, Epiſcopum Trajectenſem VVilhelmum, Epiſcopum Babenbergenſem Rubertum: cæteris, qui conſpirationis hujus participes extiterant, diem ſtatuit, qua niſi Romæ præſentati cauſam dicerent, nova hujus & inuſitata contra Sedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur. Porrò Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopum, & Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum, & Burchardum Loſanenſem Epiſcopum, Eberhardum Comitem, Udalricum, & alios nonnullos, quibus Rex potiſſimùm Conſiliariis utebatur, jampridem excommunicaverat.
Bertoldus Conſtantienſis Appendice ad Contractum: *Papa ad ultimum mandavit Regi, quòd in Romana Synodo proxima eum excommunicaturus eſſet, niſi reſipiſceret. Quæ legatio in octavo Nativitatis Domini ad Regem pervenit. Unde Rex in Septuageſima apud VVormatiam colloquio facto, & alio in Lombardia apud Placentiam, omnesque, quot potuit, obedientiam prædicto Papæ exhibendam abjurare fecit: & miſſa legatione ad Romanam Synodum, quæ in proxima Quadrageſima celebrata eſt, ipſum Apoſtolicum ab Apoſtolica Sede contumaciter juſſit deſcendere.* Marianus Scotus Chronic. lib. 3. ætat. 6. *In Concilio XXIV. Epiſcoporum, Abbatum, multorumque Clericorum, VVormatiæ menſe Martio facto, præſente Henrico Rege, decretum eſt, ut bannum Hildebrandi Papæ nullus curaret, nec Papa eſſet.* Ubi in numero ſine dubio mendum ineſt. Domnizo Presbyter in Vita Mathildis Comitiſſæ lib. 1. apud Baronium;

Acrius ad Regem ſcripſit Papa ſacer, & ſe
Ulterius clamat non poſſe pati mala tanta.
Rex mox hac illac diſcurrere cœpit, ad iſta
Plures perverſos coadunans tempore certo,
Cum quibus adverſum patrem loquitur reverendum.
Maguntinus ibi fuit Archiepiſcopus, ipſi
Judicium totum tribuit Rex flagitioſus.
Huc Hugo tunc falſus venit, qui dicitur Albus,
Officit hic multis Romanæ Presbyter Urbis:
Ter damnatus erat, pretia qui reſtituebat
Emptores Chriſti templorum, junctus & ipſis
Adverſus Papam fingens mala, lætificabat
Corda malignorum, Regis ſimul & ſociorum.
Audax Antiſtes Moguntinus nimis ille,
Non Chriſtum timuit, Papam quando maledixit.
Cuncti ſubſcribunt: magis ipſi ſe maledicunt.
O blaſphemia non unquam hic neque poſt abolenda!
Hoc anathema quidem mandavit mox procul idem
Ad Allobroges ſimoniacos nimis altos:
Qui læti facti, in Papam denique raptim
Omnes concurrunt, Regis faciunt quoque juſſum;
Jurant, ſubſcribunt contra Dominumque Magiſtrum,
Mittendos apices Romam Rex edidit ipſe,
Qui de Sede ſacra dicebant ſurgere Papam

Injuſtè ſtantem, Papatum depopulantem:
Quos Synodo coram ſtatuerunt mittere Romam.
*Quidam * Rolandus Parmenſis Clericus aptus*
Eligitur, quarum gerulus tunc litterarum.

* In Vita Anſelmi Lucenſis Epiſcopi: *Hujus legationis lator fuit quidam Eberardus nomine, Teutonicus natione, &c.*

Advertis, Lector, hoſticum in Germanos Epiſcopos animum, ſed qui te doceat, univerſum Ciſalpinum Imperium ab Imperatore contra Papam ſteriſſe. Objicit Baronius Albertum Stadenſem, qui tradat, Saxonicos Epiſcopos nequaquam aſſenſum præbuiſſe huic Pontificis depoſitioni. Qui auctor quum non ſit ad manum, nequeo decernere. Verùm niſi vehementer animi fallor, non de facto loquitur (interfuerunt enim huic Concilio) ſed eorum in Imperatorem animo, quem continua cum illis bella alienaverant. Id uti credam, perſuadet Bruno, Saxonicus & ipſe Scriptor, ac parùm volente in Imperatorem Dominumque ſuum animo, in Hiſtoria Saxonici belli ſcribens: *Hoc initio confirmatoque conſilio fecit omnes ſuos Epiſcopos convenire, & coegit eos Hildebrando, qui Romanus Pontifex vocaretur, & non eſſet, ſubjectionem & obedientiam interdicere, & hoc ut poſtea nullus eorum poſſet negare, fecit unumquemque eorum nomine ſuo prænotato manu propria abnegationem Hildebrando cartis ſingulis inſcribere hoc modo:* EGO N. CIVITATIS N. EPISCOPUS, HILDEBRANDO SUBJECTIONEM ET OBEDIENTIAM EX HAC HORA ET DEINCEPS INTERDICO, ET EUM POSTHAC APOSTOLICAM NEC HABEBO NEC VOCABO. *Quod quidem pauci fecerunt ex animo, qui & auctores ipſi fuere conſilii: plures verò literas quidem abrenunciationis mortis timore ſcripſerunt, ſed invitos ſe feciſſe per hoc oſtenderunt, quòd quum primùm data eſt opportunitas, Apoſtolico ſupplices confeſſionis literas dirigunt, & ſe reos ei agnoſcunt, ſed expurgationem neceſſitatis obtendunt. Itaque noſtrates* (Saxonici) *Epiſcopi ſolummodò ſcripto illi* (Hildebrando) *renunciabant, non juramento.* Hæc ille de Saxonicis Epiſcopis, de quibus ſolis accipiendum eſt, quod legitur in Hiſtoria S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi: *Dic altera ab Epiſcopis Ultramontanis littera ad Pontificem ſunt allata, in quibus confitebantur ſe erraſſe, & nimium deliquiſſe, qui poſtulabant quoque veniam; & omnem de cætero ſibi obedientiam obſervaturi firmiter ſpopponderunt.* Quippe hi ſoli infeſto erant in Imperatorem animo & privato odio, eoque ipſum maluiſſent Imperio motum quàm Pontificem Sede: quum & anno ſuperiori terras eorum eſſet populatus, Saxoneſque magnis præliis attriviſſet. Quapropter numquam faciet Bruno, quin perfidi dicantur illi, qui fidei ac Sacramentorum obliti clandeſtinas ad Papam literas contra Imperatorem miſerant. Nam quòd ait ille, renunciaſſe ſcripto non ſacramento, tantundem eſt, ac ſi cum Plautino illo dixiſſet:

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

Luſus & Exegeſes.

HENRICUS *Dei gratia, Rex, &c.*) Hæc eſt forma litterarum ab Rege miſſarum ad omnes Epiſcopos in toto Imperio undiquaque diffuſos, quibus eos ad Concilium invitat. In Epiſtolari ipſius Regis principem locum obtinet, Annoni Colonienſi inſcripta, hoc modo: *Henricus Dei gratia Rex Annoni Colonienſi Archiepiſcopo gratiam, ſalutem, dilectionem. In maximis negotiis &c.* In quibus verbis ſine pudore ϭυκεφαντῶς, Baroni, & inſigniter injurius es in optimum Reineccium, virum de re literaria præclariſſimè meritum. Lege, Lector, convicia, lege mendacia, quibus hominem aſpergit, non Cardinali tantum Chriſtianitatis columnâ, ſed vel minimo ſervulorum Chriſti indigniſſima. Quid? Raineius Reineccius hiſtoriam de vita Gregorii VII. ex Bennone primus edidit cuſam Francofurti anno 1581? Quæ nè ipſis triginta antè annis per ora hominum volitavit, excuſa primùm Baſileæ apud Oporinum in octava forma, tum Argentinæ in folio (ut loquuntur) minori, iteratò Baſileæ apud Henricum Petri, & denique Genevæ Allobrogum? Vide nunc ſis mihi os tuum, Baroni. Idem de Vita Henrici IV. ejuſdemque epiſtolis narro: quas ais ab ipſo commentas eſſe ſtylo mendaci καὶ τῦτο μὲν ψεῦδός ἐςί. quippe quæ ipſiſſimis quinquaginta annis majores cuſæ ſint. Rem audi. *VVitichindi Saxonis rerum ab Henrico & Ottone I. Impp. geſtarum Libri III. una cum aliis quibuſdam raris & antehac non lectis diverſorum autorum hiſtoriis, ab anno Salutis DCCC. uſque ad præſentem ætatem: quorum catalogus proxima patebit pagina. Baſilea apud Jo. Hervagium, menſe Martio, anno M. D. XXXII.* Deinde in averſæ paginæ catalogo: *VVitichindi Saxonis hiſtoriarum libri tres, unà cum adnotationibus in eundem per Martinum Frechtum ſcriptis. Vita Henrici quarti Imp. à quodam ejus temporis conſcripta. Epiſtola aliquot Henrici quarti Imp. Aug. ad Pont. & alios Principes, &c.* I nunc, Baroni, & porrò tibi vindica omnium annorum hiſtoriarum cognitionem, quam tu ſolus in ſcrinio pectoris tui reconditam geras. Thales, unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, fertur noctu, ambulando dum aſtra contemplaretur, in foveam incidiſſe: idque conſpicata anus & ad Philoſophum converſa dixiſſe: *Tu quidem Thales, quæ ante tuos pedes ſunt, videre nequis: quomodo ergo, quæ in cælo ſunt, poſſe agnoſcere?* Tibi dictum puta, Baroni, qui res vetuſtiſſimis temporibus anteactas audes venditare, quum eas, quæ ante pedes tuos ſunt, necdum pervideris. At, inquis, ſi non eſt commentus, tunc ſummæ oſcitantiæ, obtuſi ingenii redarguendus idem homo eſt, qui adeò manifeſtam falſitatem, ſui planè magnitudine portentoſam non cognovit. Quamobrem autem? quia Anno Colonienſis Archiepiſcopus, ad quem fingitur iſta epiſtola perſcripta, anno ſuperiori erat defunctus, quàm hoc Concilium Wormatiam convocaretur. Totum hoc tibi, Baroni: an ideo tot conviciis tibi proſcindendus erat innocentiſſimus Reineccius? an inde

porrò

porrò concludes hanc epiſtolam eſſe fictitiam? Detraham tibi larvam, Baroni, ſub cujus velo debaccharis. Ertor nominis partim ab librario eſt, partim ab editore. Erat hoc in more poſitum conſuetudineque librariorum, ut nomina propria compendii faciendi numquam integrarent, ſed initiali tantùm litera notarent. Id ita eſſe uti prædico, ſciunt illi, qui libros veteres & ſcriptos terunt, quorum penes me non infeſtiva copia. Editor, ſive is Martinus Frechtus fuerit, ſeu alius quispiam, quum in ſuo exemplari notam hanc H. reperiſſet, parùm felici auſpicio conjecit eſſe Hannonem illum, quem in Aula Imperatoris ſecundas tenuiſſe apud Hiſtoricos legerat. Scripſiſſe veteres æquè potiùs *Hanno* atque *Anno*, ſcriptura indifferenti, non eſt quòd te doceam!: omnium hiſtoriarum monumenta loquuntur. Itaque meo periculo integram tibi lectionem fuiſſe hanc præſtabo: HENRICUS *Dei gratia Rex*, *Hidolpho Colonienſi Archiepiſcopo gratiam*, *&c.* Hic enim Hannoni ab ipſo Imperatore ſubſtitutus, Lamberto teſte. Et Abbas Urſpergenſis in Chronic. *Anno Colonienſis Epiſcopus, plenus ſanctitatis meritis defunctus eſt: cui Hidolfus ſucceſſit.* Et quidem huic ipſi Concilio interfuiſſe, minimè obſcura conjectura ex Lamberti verbis colligitur. Vide nunc Italici ingenii acumen. Sycophanta es, Baroni, qui Germanos pro fungis habes, quorum capitibus adeò petulanter illudas. Relege §. XI. Anni hujus 1076. & tuas tibi blaſphemias, tua maledicta, quibus Imperatorem, ejusve clientes exemplo contumelioſiſſimo injuriatus es, in ſinum tuum tuorumque affectarum regere. Niſi παλινῳδίαν cecineris, Baroni, pœnas dabis idoneo vindici. Nunc quando occœpi, perſeverabo contentionem utriusque editionis.

Cui bene cupiant conſulere) Illi; *cupiant, bene conſulere & velint, &c.*

Si bene te novimus) Illi addunt; *ſi fidem tuam diligenter notavimus, in noſtram &c. ut. tibi exuberat.*

Ne ſpei noſtra deſit fides tua) Illi; *ne ſpes noſtra major ſit fide tua.*

Principum fidelitate) Illi; *Principum vel Epiſcoporum fidelitate, quàm de tua, &c.*

Verum etiam omnium Coepiſcoperum fratrum tuorum) Illi; *verùm & omnium Epiſcoporum, fratrumque tuorum, imò totius oppreſſæ Eccleſiæ exoptat neceſſitas.* *Non etiam hanc opp. ig. tantum vide ac oppreſſa Eccleſia ſubi.*

Quo utroque ſicut Eccleſia eſt exaltata &c.) Illi; *ſicut hactenus Ec. eſt exal. ita nunc hen humiliatur viduata.* Pag. 48.

Monachum quidem dictum Ap.) Illi; *Monacham quidem habitu, dictum Ap.*

Spiritualem & materialem gladiam) Illi; *& carnalem glad.*

Fore amputandum) Illi; *foret amp.*

Regali verò ad expugnandos, &c.) Illi; *Regali verò gladio ad expellendos Chriſti inimicos exterius, & ad obedientiam Sacerdotii interiùs, omnem hominem docens fore caſtigandum; & ita de alia in aliam charitate tenderetur.*

Si ſcire noviſti, vel voluiſti) Illi; *ſi ſcire voluiſti.* Quibus verbis illicò ſubjungunt, quæ in noſtro exemplari deſiderantur, ipſa verò ſententia volente jubente ſunt in lacunas noſtras reducenda: *Nam nullum ejus judicio licet eſſe Sacerdotem, niſi qui hoc à faſtu ſuo emendicaverit. Me quoque quem Deus in Regnum, non autem illum vocavit ad Sacerdotium, quia me de Deo, & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe me Regem non conſtituit, regno privare ſtuduit, minitans regnum animamque mihi ſe tollere, quorum neutrum conceſſit.*

Hac & iis ſimilia quum ſæpiùs in noſtram, ut ipſe noſti, contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, qui de die in diem nova & exquiſita confuſionis genera nobis ingerit, ut in noſtris Nunciis noviter argumentum dedit. Nam charta exponere non ſufficit, qualiter eosdem noſtros Nuncios tractaverit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, & carceratos nuditate, frigore, fame, ſiti ac plagis contriverit, ſicque demum ad exemplum per medium civitatis circumductos omnibus ſpectaculum præbere juſſerit, ita ut eundem cum Decio tyranno inſanire, & Sanctos aſſare credas & dicas. Unde ne pigeat, Chariſſime, communi noſtrûm, ſcilicet mea & Coepiſcoporum tuorum, petitioni ſatisfacere, ut in Pentecoſten VVormatiam venias, &c. quæ in noſtro exemplari ſequuntur. Et hic inſcitiam ſuam prodit Baronius, παραλογίζων ex pravata ſcriptura. Non, inquam, *Pentecoſten* hic legendum eſt, Baroni, ſed *Heptecoſten.* Illa eſt *Quinquageſima*, hæc *Septuageſima*, ad eandem imaginem formata utraque. Et facilis fuit unius in alteram migratio, operâ imperiti librarii, qui quid eſſet Heptacoſte, æquè cum Baronio ſciebat. Prodis inſuper ἀνιστορησίαν tuam, Baroni, qui negas violationem Legatorum, ab Hildebrando contra jus gentium perpetraram, ante natum Reineccium ſcriptis fuiſſe prodiram. Legiſtine Joan. Aventinum in Annalibus ſcribentem? *Extant præterea in bibliothecis noſtris epiſtola, diplomata, edicta, reſcripta, Henrici & Hildebrandi altrò citroque miſſa.* Et poſt ibi: *Nuncios Cæſoris objecta crimina à Saxonibus confutaturos, conatibusque ejus obſtituros, in vincula conjicit, frigore, fame, ſiti excruciat, per Urbem circumductos Roma pellit.* *Hac Cæſar refert in epiſtola,*

quam

quam ad Archimyſtam Agrippinenſem dedit. Idque facinus pleriſque Myſtis, Senatui Populoque Romano diſplicuit.

Cum ceteris Principibus audias) Illi; *cum ceteris audias Principibus.* Quod & verum eſt.

Moratus per utilitatem Eccleſiæ) Illi; *motitus per Eccleſiæ utilitat.* Quod & ipſum rectius.

Pag. 47. SENTENTIA EPISCOPORUM GERMANICORUM DAMNANS HILDEBRANDUM) Hoc inauditum ſcelus, ne graviora ejus dicam (ſi quid gravius dici poteſt) vocat Baronius. Qua auctoritate? Primum Presbyteri Lucenſis, in Hiſtoria S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, ſcribentis; *Inaudita audacia & admirabili ſuperbia ſui facinoris compotes, nec dicendos colligit Epiſcopos in civitatem VVormatiam, habitoque Conciliabulo, proſcripſerunt primæ Sedis Epiſcopum: quod a ſeculis non eſt auditum.* Tum deinde ipſius Pontificis Gregorii VII. in epiſt. Synodali, cujus principium; *Audiſtis, Fratres, novam & inauditam præſumptionem: audiſtis ſceleratam Schiſmaticorum, & nomen Domini in B. Petro blaſphemantium, garrulitatem & audaciam: audiſtis ſuperbiam ad injuriam & contumeliam ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis elatam, qualem veſtri patres, nec audierunt unquam, nec ſcripturarum ſeries aliquando à Paganis vel Hæreticis docet emerſam. Cujus mali etſi aliquod unquam poſt fundatam & propagatam fidem Chriſti præceſſiſſet exemplum, &c.* Ariſtoteles vocat ὑπόληψιν φαινομένης ἀληθείας, quum quis ſumit ex loco neceſſario apodictico, medium reapſe falſum. Cujusmodi hoc tuum eſt ψευδοσχῆμα, Baroni, quo conatis hiſtoriarum expertes ἀπατᾷ. Mitto Imperatores & Synodos, a quibus ante Caroli Magni inaugurationem Pontifices Romani judicati: non repeto, quos ſuprà enumeravi, Imperatores, Arnulphum, Ottonem I. Ottonem III. Henricum II. Henricum III. qui congregatis Epiſcoporum Synodis Pontifices Romanos judicatos ac condemnatos depoſuerunt; quoniam hæc Romæ in ipsâ Italiâ excipies geſta: audi germinam germanam Synodalem ſententiam Epiſcoporum Franciæ, hoc eſt, Galliæ & Germaniæ, quam circiter annum Domini CCCCXCVII. præter propter, ſub Litanico Magno ſeu Clodoværo Rege Francorum, in Anaſtaſium Papam & Epiſcopos Italiæ pronunciaverunt. Ejus id repertum fragmentum in ſchedis Joannis Aventini.

An. Christi 497.

EPISCOPORUM GALLIÆ ET GERMANIÆ

EPISTOLA

AD

ANASTASIUM II. PONTIFICEM ROMANUM

*Ex Concilio ***

Qua Papam & Italicos Epiſcopos monent, ut ſeſe miſſos faciant, nec deinceps ſuper eos tyrannidem exercere pergant.

. . . .

LONGE *aliud ſunt Pontificales ſedes, & aliud præſidentes. Proinde honor & dignitas cujusque ſedis venerabiliter obſervanda ſunt: præſidentes autem, ſi deviaverint, per devia ſequendi non ſunt. Hinc eſt, quod botros carpere, & ſpinas cavere, oportet. Non putativè ſed veraciter adfirmant Epiſcopi, ex multis auctoritatibus dicentes, majorem eſſe auctoritatem Conciliorum, quàm unius Papæ Anaſtaſii. Paulus Apoſtolus, qui clamat; Imitatores eſtote mei, in faciem reſtitit Apoſtolorum Principi Petro, quia reprehenſibilis erat, eò quod Gentiles in quibusdam judaizare cogeret. Scandali enim ſeminarium eſt, dum Epiſcopi ſuper Epiſcopos procellas excitant in ſancta Eccleſia, ubi ſumma pax eſſe debet, ſurda aure cordis audientes Scripturam dicentem; Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Nec imitantur humilitatem boni paſtoris, qui animam ſuam poſuit pro ovibus, qui non ſecundum auditum aurium, nec ſecundum viſum oculorum judicat, ſed ſecundum id quod eſt ſcrutator cordium. Audiant igitur vel Apoſtolum clamantem; Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam, quam adquiſivit ſanguine ſuo. Igitur non ſubito cum temeritate proferenda ſunt ſententia Epiſcoporum contra Epiſcopos, volentium irritas facere poteſtates aliorum Epiſcoporum. Anacletus Papa dicit; Accuſatores autem & teſtes eſſe non poterunt, qui ante heſternum*

&

Google

& nudius tertius diem inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, & ne læſi judicium convertant in ſuam ultionem. Hinc Xiſtus Papa dicit; Accuſatoribus ſuſpectis, vel de domo inimicorum prodeuntibus, non eſt credendum. Papa Teleſphorus dicit; Juſtitiæ palmam non obtinebimus apud eos, qui teſtes idem ſunt qui & judices, & inſuper accuſatores. Nullius ſententia opponatur, ut ſcripturarum veritas annulletur.

Præterea juxta literam intellectus noſter refugit novitatem compaſſionis, qua utuntur erga infirmitatem Franciæ Medici Italiæ. Continuis febribus agitamur, qui curare noſtros Epiſcopos volunt: cæci ſunt, qui lumen eis promittunt: gibberoſos & obtortos noſtros eſſe putant, qui habentes ſtrumam avaritiæ anguſtam portam non intrant. Oves ſuas errare permittunt, & paſtores noſtros ad viam veritatis revocant, cum ſpiritualium morborum medicinam, hoc eſt, abſolutionem animarum, Romæ eſſe adſerunt, ſed ire ad ipſam coram inter arma, quæ ſunt intra fines per viam, noſtros compellunt. An in tota Italia nullus eſt, qui ægrotet? Si in noſtris ſolis exercere vires ſui judicii volunt, audiant Paulum ſapientem dicentem; Nolite judicare ante tempus, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordis, & tunc erit laus unicuique à Deo. Ac ſic audacter eos in auribus vulgi reprehendere ceſſaremus, ſi & poſt noſtros per gratiam Dei ſanos cauterium non inferrent. Quod ſi cauterium ſuum adhuc adverſus noſtros movere diſponunt, Gallicam in ſeſe veritatem ſentient, quam ſine cauſa in ſe provocant. Non enim putandus eſt ille medicus ſani capitis eſſe, qui antea vult ægrotos inflammare & ferro ſecare, quàm qualitates ægritudinis cognoſcere. Si autem ampliùs affirmaverint, Epiſcopos Galliæ ſpiritualiter ægrotare; ſciant igitur Dominicum præceptum juxta illud; Infirmum viſitate. Non enim currere debet ægrotus ad Medicum, ſed Medicus ad ægrotum. Quod ſi renuunt, ſciant nos habere perfectum & optimum & Evangelicum antidotum filii Dei, quo à nobis penitus repelluntur ſpiritales moleſtiæ. Monendi ſunt Epiſcopi, ut damnent occultas conſcientias noſtrorum Epiſcoporum, & ne prætendant illis quaſi per zelum nimiæ juſtitiæ inſidias Regii judicii, ne compellantur evangelicè reſpondere; Qui ſine peccato eſt de Epiſcopis Italiæ, primus lapidem mittat. Hoc ideo dicimus, ne per duritiam ſuæ mentis auctoritatem, quam ſuam eſſe putant, in Epiſcopis noſtris feriant; quia non eſt impoſſibile, ictum præjudicii ſui in eos reſilire, maximè cum noſtri numquam didicere plus, quàm neceſſe eſt, formidare. Fateamur hodie tamen ante Chriſtum, qui liberavit ſocrum Petri de febribus, quia conſolatores oneroſi ſunt Epiſcopi Italiæ, quos Joannes a Patmo inſula revera à numero electorum vidit abſtractos, dum inter cætera dicit; Miſit draconem, & traxit tertiam partem ſtellarum. Hi dum nituntur abſtrahere à noſtris paſtoribus lumen laudis, involvuntur glaucomate ſui erroris. Quos ita faciemus, ut qui viderint, non videant. Fama enim, hoc eſt, odor mala fama, exit in fines orbis terræ eorum, qui habitant ultra montem Jovis, ſagittans ultra lapidem ſalutis, quòd non ſint plantati in domo Domini ſecundum ordinem Melchiſedech, quibus expedit, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eorum, quòd conati ſunt ſua temeritate paſtores noſtros ſcandalizare. Sed ſi valuerunt quantum ad illam copiam, quam habent, nihil nocere, quos patet in die & in nocte obvolutos eſſe umbra ſui ſomnii, ita ſi æſtimant in Gallia defeciſſe hæc tria, verbum, ferrum, ingenium. Ne ergo fumum ſuæ voluntatis in vanum ſpargant; diſcant & taceant, ut diſcendo & tacendo pulchriores fiant. Etiamſi inclinata eſſet arca teſtamenti noſtri, calcitrantibus tauris Galliæ, noſtrorum Epiſcoporum eſſet, & non illorum, inclinatam relevare. Quod ſi in arcam Eccleſiæ noſtræ ſolicitè lingua crimen intendant, ruinam interiùs cum Oza Levita habere poterunt. Fatemur autem, quoniam ſi vitulos cogitationum noſtrarum agnoſcere poſſent, ſuum ſummum bonum eſſe dicerent, ſi noti non fuiſſent: & dialecticum hunc ſyllogiſmum vigilanter intelligant; Si omnibus Epiſcopis una ineſt poteſtas, eſt & uni. Eſt autem omnibus una poteſtas. Igitur & uni.

Vides, Baroni, Epiſcopos Franciæ, ſexcentis quaſi annis ante natum Imp. Henricum IV. Pontifici Romano ejusque Provinciali Synodo renunciaſſe? Deponere autem ſine ſacra auctoritate Imperatoris, qui tum Conſtantinopoli degebat, nec debuerunt illi neque etiam (ſi voluiſſent) potuerunt. Neque tamen hoc facto aut unitatem Eccleſiæ ſciſſam, aut fidem Catholicam legimus labefactatam, quin utriuſque gentis, Franciæ dico & Italicæ, una eademque perſeveraverit. Hæc quidem Franci ante translationem Imperii. Quid poſtea ſub ipſis Imperatoribus auſi ſint, Baroni, aures tibi vellunt Annales tui tomo 10. Anno 863. §. 27. & ſeqq. ubi ex Pithœi Annalibus recitas epiſtolam Synodalem Epiſcoporum Germaniæ adverſus Nicolaum Papam. Cui Synodo præſidebant Guntharius Archiepiſcopus Colonienſi & Theutgaudus Archiepiſcopus Treverenſis. Eadem exſtat in Annalibus Fuldenſibus M. Freheri; ut, quoniam in promptu libri ſunt, morer me, ſi tempus adſcribendo terram. Qua cum tamen ſtudeo ex te ſcire, Baroni, quomodo conveniat illa, quæ in Catalogo Teſtium veritatis vulgata legitur. Nam in eadem Synodo ab iiſdem Patribus edita ſimul & tranſmiſſa dicitur. Univerſam accurato lectoris judicio examinandam propono.

Ann. Chriſti 863.

EPISCOPORUM GERMANIÆ ET BELGII

EPISTOLA

AD NICOLAUM I. PONTIFICEM ROMANUM

Ex Synodo Colonienſi

SUB LUDOVVICO JUNIORE IMPERATORE.

NICOLAO PONTIFICI GUNTHERUS ET THEODOGUTHO.

PATRES *Epiſcopi, & fratres Coepiſcopi noſtri nos ad te miſere. Ipſi quoque ſponte Romam venimus, acta tibi obtulimus; ut ſi quid in his peccatum erratúmve videretur, tanquam parens pientiſſimus benignè & modeſtè, ut præceptorem decet, commonefaceres. Tu verò accepto libello noſtro, viginti ampliùs diebus nullum omnino vel per internuncios reſponſum reddidiſti, tantum abfuit, ut in conſpectum tuum admitteres. Nos otioſi ſedimus Romæ. Poſt demùm menſem ferè nos accerſitos, ubi abſque cunctatione advolavimus, & nihil mali ſuſpicantes, quaſi more latronum oppreſſiſti. Nam ſtatim ubi in ædes recepti ſumus, peſſula foribus obdito, circumdatos turba Paganorum, expoliatos itaque omni ſpe humana, & comites noſtros ſacris profaniſque excluſiſti. Ibi contra fas, contra decreta, moremque majorum, ſine cœtu Eccleſiaſtico, cùm circumſtetiſſet nemo Archiepiſcopus, nemo Pontificum & Symmiſtarum acceſſit, neque tu aut de errore noſtro quicquam diſſeruiſti, aut ratione aliqua, teſtimonio, ſcripto, aut argumentis errorem per te arguiſti, nec quicquam penitùs tu deſeruiſti, ſed ſubitò & de improviſo, cùm lateri tuo hæreret Anaſtaſius Monachus ambitus condemnatus, ſententiam contra nos injuſtam, temerariam, & nefariam, & Chriſtianæ religioni repugnantem, de chartula effudiſti, & ſatis protervè tuis fratribus atque conſervis verbis illuſiſti.*

*Immortalis Imperator Auguſtam & ſponſam ſuam clara æternaque ſupellectile inſtruxit, dote fragili ac caduca condecoravit, ſed perpetuo diademate ac ſceptro provexit. Fecit eidem poteſtatem atque copiam, ut Divos conſecraret, cœlo adſereret, agros curaret, mortuos immortalitate donaret. Quæ beneficia tu veluti latro intercipis, templo Dei præripis, in te q; transfers, atque lupus factus es ovibus, vivos occidis, fortes ſuperis detrahis, vulneribus ad inferos extrudis, gladium melle litum condis, mortuos ** quibus per te reviviſcere non licet. Tu Pontificis quidem perſonam præ te fers, at tyrannum agitas: ſub cultu & habitu paſtoris lupum ſentimus. Titulus parentem mentitur, tu te factis Jovem oſtentas: cùm ſit ſervus ſervorum, Dominus Dominantium eſſe contendis. Atqui juxta diſciplinam Chriſti Servatoris noſtri, infimus es omnium miniſtrorum templi Dei. Tu verò libidine dominandi in præceps abis: quicquid tibi libet, licet, fucus q; factus es Chriſtianus. His de cauſis nos cum fratribus noſtris & Collegis, neque edictis tuis ſtamus, neque vocem tuam agnoſcimus, neque tuas Bullas conitrusque tua timemus. Tu eos, qui Senatusconſultis non parent, impietatis condemnas, eiſdem ſacrificiis interdicis. Nos tuo te enſe jugulamus, qui edictum Domini Dei q; noſtri conſpuis, concordiam Collegii diſcindis, pacem, immortalem cœleſtis Principis teſſeram, violas. Spiritus ſanctus author eſt omnium Eccleſiarum, quà longiſſimè & latiſſimè terrarum orbis porrigitur. Civitas Dei noſtri, cujus municipes ſumus, ad univerſos cœli cardines pertinet, majorque eſt Urbe, quæ Babylonia à ſacris Vatibus appellatur, ut quæ divinitatem uſurpet, cœlo ſe æquet, ſe æternam fore jactitet: perinde ac ſi eſſet Deus, immortaliſque ſapiens; neque unquam ſe erraſſe, aut errare poſſe mendaciter gloriatur.*

Hæc epiſtola ſi vetus eſt & vera (neque enim temerè aſſeveraverim, dum ipſum manuſcriptum exemplar inſpiciundi facultas ſit, nec meum eſt hujuſmodi aſſertionibus alio more quàm Sceptico aſſentiri, quod utinam Baronius ab eodem Pyrrhone didiciſſet ἐπέχειν?) ſi (inquam) vera & genuina eſt, videtur ab ipſis Archiepiſcopis Gunthario & Theutgaudo concepta, & ab Synodo, an placetet?

tet? rogata. Quæ quum præter æquum durior atque acerbior videretur, de Synodi ſententia mutari, & illa, quæ apud Pithœum, Baronium, & Freherum legitur juſſa eſt dictari: lecta dein ac omnium conſenſu probata, ad Pontificem demum tramiſſa. Quicquid ejus eſt, Baroni, illa ipſa, quam recepiſti, ſatis ſuperque te convincere debet, nihil novi, nihil miri, nihil inauditi, nihil iouſurpati Patres Concilii hujus Wormatienſis in Pontificem Romanum ſibi arrogaviſſe. Habes facti rationes: de jure neque inſtituti mei eſt diſputare, oeque ipſe exquiris.

Cum primùm Eccleſia gubernaculum invaſiſſes &c.) Joannes Aventinus in Annalibus: *Hugo Flamen Romanus, cum literis in Germaniam mittitur. Is ubi eò venit, voluntate Cæſaris, & Sigefridi Moguntini Pontificis, in Vangionum Urbe Quinquagenalibus* (ſcilicet & Aventinum corruptu Pentecoſtes nomine deceptum) *Concilium cogit. Interfuere omnes Epiſcopi Galliæ, Germaniæ, præter Saxonas. Lectæ ſunt frequenti Senatu epiſtolæ Flaminum primorum Populi Romani, in quibus Hildebrandum ambitus & perjuriis accerſunt, eundem pleraque avarè, ſuperbè facere conqueruntur: hocq; rejecto, alium paſtorem poſtulant. Fit Patrum conſultum hujuſcemodi: Hildebrandus, qui ſe Gregorium nuncupat, primus ſine conſenſu noſtro adverſus Imperatoris Romani, veri Domini à Deo conſtituti, voluntatem, contra morem majorum, contra leges, contra auſpicia, Pontificatum maximum, quem pridem ambivit, & judicio convictus perpetuò abjuravit, invaſit; Monachus deſertor eſt, novis dogmatibus ſacroſanctam philoſophiam adulterat; divinas literas falſo interpretando ſuæ cauſæ ſervire cogit; concordiam Collegii ſcindit; ſacra prophana, divina humana, commiſcet; utrumque juxta polluit; Diabolis, hoc eſt, acerbiſſimorum hoſtium ſpurciſſimis criminationibus, iniquorum maledictis aurem commodat & credit: Teſtis, judex, accuſator, inimicus, idem eſt; maritos ab uxoribus ſeparat: ſcorta pudicis conjugibus, ſtupra, inceſtus, adulteria caſto præfert connubio: populares adverſus Sacerdotes, vulgum adverſus Epiſcopos concitat. Neminem initiatum ritè eſſe decet, niſi qui ab eo ſacerdotium emendicaverit, atque ab ejus auri ſugis mercatus fuerit: vili plebeculæ gratificari ſtudet, vulgi imperiti auram captat, ſimulata religione decipit, defraudat, circumvenit: in ſenatulo mulierculaꝝ de ſacratiſſimis religionis myſteriis pertractat, ſupremi numinis legem, qua ſe idem quoque ligavit, ſolvit: utrumque, & Imperium, & Pontificatum, ſicut Decii & falſorum Deorum cultores factitare conſueverunt, uſurpat. Haſce ob cauſas ſanctiſſimus Imperator, Pontifices, Senatus, Populuſque Chriſtianus, illum Hildebrandum abdicandum, ſibi eundem non placere, utque oves lupo committendas cenſent. Huicque non ſolùm Germania Galliaque, ſed Italiæ quoque Epiſcopi, Conventu Ticini acto, ſubſcripſere: juraruntque, ſe nunquam Pontificem Maximum iſtoc nomine recepturos.*

Quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis initiatus eſt, &c.) Conradus à Liechtenavv Abbas Urſpergenſis in Chronic. *Anno Domini MLXXVI. habitum eſt Concilium apud Wormatiam, ubi præſente Rege Henrico, univerſi penè Teutonici Epiſcopi, præter Saxonicos, Hildebrandum Papam abdicarunt, mittentes ad illum epiſtolam, poſt multas culpationes in illum injectas, ita concluſam: Quia ergo & introitus tuus* &c. Vetus Chronicon Thuringorum MS. quo me donavit V. CL. Henricus Petreus JC. & Illuſtriſſ. Ducis Brunſuicenſis Conſiliarius Wolufbytelianus: illud (inquio) Chronicon hujus ſententiæ ita meminit, translatis verbis poſtremis: Da ward ein groß Concilium zu Wormis von alle den Biſchoffen/ die mit dem Kônge Heinriche waren. Der Kong was da ſelbir: Da entſanten dy Biſchofe awe dem Babiſte Gregotio ihr Gehorſam/ und enboten ôme in ôren Briſen: Von dynem Muthwillen/ den du haſt herhabin/ die heilige Chriſtenheit ſere beſchweret iſt. Darumme entſey wir dy Gehorſam. Und du haſt geſprochin/ daß wir nummir werden dyne Biſchoffe: du werdiſt auch nummir unſe Babiſt. Pag. 48.

Et vitam & converſationem tuam &c.) Apud Abbatem Urſpergenſem legitur: *& vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtaſti.* Quæ mihi lectio præſtabilior videtur.

HENRICI IV. IMPERATORIS ET RUDOLPHI REGIS JURAMENTA.

CÆSAR Baronios Cardinalis Annalium Ecclesiaſticorum tomo 11. Anno 1079. §. 8. & ſeqq. ex Actis Concilii Romani apud Gregorium VII. Papam. epiſt. lib. 6. poſt epiſt. 17. Auctoritates.

JURAMENTUM NUNTIORUM HENRICI REGIS) In Bulla excommunicationis apud Gregorium VII. Papam lib. 7. poſt epiſt. 14. *Interea Henricus cœpit me precari, ut illum contra prædictum Rudolphum adjuvarem. Cui reſpondi, me libenter facere, audita utriuſque partis ratione, ut ſcirem, cui juſtitia magis faveret. Ille verò putans ſuis viribus eum poſſe devincere, meam contempſit reſponſionem. Poſtquam autem præſenſit, ſe non poſſe, ſicut ſperavit, agere; duo Epiſcopi, Virdunenſis videlicet & Oſneburgenſis de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me, ut ei juſtitiam facerem, rogaverunt; quod & Nuntii Rudolphi fieri rogaverunt*, &c. Exegeſis.

De qua Excommunicatione optimus & dexterrimi judicii ſcriptor Otto Friſingenſis Epiſcopus Chronic. lib. 6. cap. 35. *Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquam eorum ante hunc a Romano Pontifice excommunicatum, vel regno privatum: niſi fortè quis pro anathemate habendum ducat, quòd Philippus ad breve tempus à Romano Epiſcopo inter pœnitentes collocatus,* NB.

locatus, & Theodoſius à B. Ambroſio propter cruentam cædem à liminibus Eccleſiæ ſequeſtratus ſit. Suprà quoque Archiepiſcopus Trevirenſis minas ſaltim Excommunicationis vocat, *ſtupendam abuſionem novitatis & inauditi decreti.*

Exceptis legitimus ſomius) In ſeq. Juramento, *impedimento legitimo.* An ergo legendum, *ſomius?* quæ vox pura puta eſt Germanica, Somniß / ut nos Alamanni hodieque pronunciamus, nam cæteri Germani, *o* in *au* commutato, dicunt Saumniß.

Pag. 49.

FRAGMENTUM COMITIORUM BRIXIÆ NORICÆ CELEBRATORUM.

Auctoritates.

CONRADUS à Liechtenaw Abbas Urſpergenſis in Chronic. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis, Baronius Annalium tomo 11. Anno 1080. §. 19.

Teſtimonia.

Meminit horum Comitiorum illius temporis ſcriptor Deus dedit Presbyter Cardinalis in libb. De privilegiis Romanæ Eccleſiæ, laudante Baronio §. 30. & ſeq. Presbyter Lucenſis in Hiſtoria Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, Guillelmus Bibliothecarius in Gregorio VII. Bertholdus Conſtantienſis in appendice ad Contractum. Qui quando odio pariter atque amore ducti in diverſum abſtrahuntur, & his πάθεσι indulgentes nullo judicio res geſtas perſcripſerunt, velut ſuſpecti teſtes rejiciantur. Fuerunt autem bina Comitia celebrata ab Imperatore: priora Maguntiæ, altera Brixiæ, ſive Brixinæ aut (ut quidam malunt) Brixonæ. Marianus Scotus Chronic. lib. 3. ætat. 6. *Apud Brixiam Noricam triginta Epiſcoporum magnaque partis Optimatum Regni Conventus contra Hildebrandum Papam habetur.* Sigebertus Gemblacenſis in Chronograph. *Henricus Imperator in Pentecoſte Conventu habito Moguntiæ, decrevit Hildebrandum à Papatu eſſe deponendum, & Longobardiam petens, Gubertum Ravennæ Epiſcopum pro Hildebrando Papam deſignat.* Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim Canonicus Auguſtenſis in Chronic. Auguſtenſi: *Colloquium Regis in Brixina urbe. Gregorius VII. ab Epiſcopis Tranſalpinis & Ciſalpinis excommunicatur & deponitur: & Wicpertus Ravennatis Epiſcopus non bene præmeditatus conſenſu Epiſcoporum ſubſtituitur.* In Ortvvini Gratii Faſciculo rerum ſciendarum hæc leguntur: *Cùm ſub Imperatore Henrico, qui inter Reges Quartus, inter Imperatores Tertius hujus nominis invenitur, Imperium graviſſimè ſciſſum fuiſſet, parteq; maxima Optimatum Principi ſuo rebellante, tota penè Regni latitudo ferro flammaq; fœdaretur, Gregorius VII. qui tunc Urbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam à ſuis deſtitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cujus rei novitate eò vehementiùs indignatione motum ſuſcepit Imperium, quò nunquam ante hac tempora hujuſmodi ſententiam in Principem Romanorum promulgatam cognoverat. Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania, apud Baioariæ civitatem Brixinonam in ipſo Pirenæo, haud procul à Valle Tridentina ſitam, coadunatis Epiſcopis, Princeps Curiam magnam celebravit, ubi omnibus advenientibus injurias ſibi à Romana Eccleſia irrogatas affectuosè, conqueritur, quòd videlicet ipſo inconſulto, qui tanquam Rex & Patricius, primus in electione ſuæ Urbis Epiſcopi eſſe deberet, Romani ſibi Pontificem præfeciſſent, cùm à patre ſuo Imperatore plures ibidem quaſi ſine electione inthronizati fuerint. Hac querimonia omnium animi eo faciliùs contra Romanam Eccleſiam inclinari poterant, quo & Laici ſecularis honoris conſideratione accenſi, & Epiſcopi conſilio Clericorum ſuorum, quibus recenter connubia ab eodem Pontifice inhibita fuerant, inflammati, voluntati Principis accedebant. His igitur acclamantibus, præfata electio ab eis caſſanda judicatur, Gibertusque Ravennatenſium Archiepiſcopus, Clemens vocatus, aſſenſu Principis Urbis Epiſcopus creatur; Gregoriusque VII. ab ipſis Pſeudomonachus vel Necromanticus appellatus, exufflatur. Unde communi conſilio prænominato Pontifici ſcriptum conviciis & detractionibus plenum dirigere præſumpſerunt, inter cætera dicentes: Sicut hactenus ſolebas dicere, quòd nullus noſtrûm eſſet Epiſcopus; ita ſcias, quòd nullus noſtrum deinceps erit Apoſtolicus.* Confunduntur tempora pariter & Concilia. Chronicon Thuringorum, quòd ſuprà laudavi: In deme ſelben Jahre ward ein Concilium zu Britzx von drizſig Biſchoffen von Lamparten und von Dütſchen Landen: dy vorteylden alle den Babiſt Gregorium, unn ſeyten uf on / daß her zu unrechte weder den Kong were / unn daß her den Kong ztu unrechte gebannen hette / unn daß he beſchermete den jungen Rudolſe / und alle dy / dy beſtünden weder oren rechten Herren / unn von ſyme hoen Mute weren vorbrant Land unn Kerchen / unn wer bewegzt alle das Ryche. Dy koren da gemeynlich ztu Babiſte den Biſchoff Wyprechten von Ravenne. Dy andern Biſchoffe / dy da weder waren / dy ſchreben dem Babiſte Clementi: Der Babiſt Gregorius iſt rechte zu Babiſte gekorn: es en mac nicht anders geſyn. Wanne wer der ander Babiſt wel ſy / der iſt ein Wolff / unn en iſt nicht zu deme Tore ingegangen / ſundern her iſt hinden in das Hus gekrochen / alſo der Dyep. Quæ poſtremò verba ſunt Anſelmi Lucenſis Epiſcopi in Epiſt. apud Urſpergenſem, quem hic Chronographus auctorem habet. Cui nos opponimus virum ab omni odio & blandimento alieniſſimum, Lanfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum in epiſt. ad Hugonem Cardinalem, qui cogitabat in Angliam pro recipienda obedientia electo Pontifici Clementi, ubi inter cætera: *Non probo, quòd Papam Gregorium vituperas; quòd Hildebrandum eum vocas; quòd Legatos ejus Spinoſulos nominas; quòd Clementem tot & tantis præconiis tam properè* (Baronius præpoſterè mutat in *præpoſterè*, repugnante ipſa ſententia & auctoris mente) *exaltas. Scriptum eſt enim, non eſſe laudandum in vita ſua hominem, nec detrahendum proximo ſuo. Adhuc incognitum eſt humano generi, quales ſint, & quales futuri*

futuri ſint in conſpectu Dei. Credo tamen, quòdglorioſus Imperater ſine magna ratione tantam rem non eſt aggreſſus patrare, nec ſine magno auxilio Dei tantam potuit victoriam conſummare.

Quid nunc, Baroni? Num nam porrò videtur Decreti hujus confictor Abbas Urſpergenſis eſſe? num Confutor Benno Cardinalis? num Concinnator Hugo Cardinalis? I ad Patres Wormatienſes, & audies: Ad Annales cùm cæterorum tum Aventini, & dicent tibi: Πρὸς ταῦτα πανούργει καὶ συκοφάντει, εἴτι δύνασαι, ait ille apud Platonem.

HENRICI IV. IMP. EPISTOLA
AD CLERUM POPULUMQUE ROMANUM.

IN Epiſtolari Henrici IV. Imperatoris epiſt. 2. & 5. Bruno in Hiſtoria belli Saxonici, Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo teſtium Veritatis, Baronius Annalium Eccleſiaſt. tomo 11. An. 1080. §. 25. & ſeqq. Auctoritates.

Bruno de Bello Saxonico: *Ipſi quoque *Apoſtolico plenas contumeliis literas direxit, in quibus ut Apoſtolicum nomen & ſedem citò relinqueret, minaciter præcepit. Hoc autem exemplum eſt literarum.* Teſtimonia.
Aventinus in Annalibus: *Cæſar quoque Hildebrando & Sacerdotibus Populoq; Romano binas ſcribe literas, imperat ex conſilii decreto, ut ille ad privatam redeat vitam: hi deſerto Hildebrando, paſtorem more majorum ſibi deligant: atque manus quidem ab Hildebrando abſtineant, ſupremiq; Prætoris tribunali relinquant.*

HENRICI IV. IMP. EPIST. AD
HILDEBRANDUM PAPAM.

Pag. 50.

IN Epiſtolari Henrici IV. Imperatoris epiſt. 3. Bruno in Hiſtoria Belli Saxonici, Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo teſtium Veritatis, Baronius Annalium tom. 11. Anno 1080. §. 22. & ſeqq. Auctoritates.

Conradus Geſnerus in Bibliotheca: *Henrici IV. Cæſaris Auguſti epiſtolæ aliquot ad Pontificem Romanum & alios Principes, impreſſa cum deſcriptione Concilii Baſilienſis per Æneam Sylvium: & ſeparatim aliquando edita cum ejus Vita ab Aventino; pòſt etiam ei volumini inſerta, quod Wuechindum & alios Hiſtoricos continens Baſileæ Hervagius excudit.* * Perfrica frontem, Baroni, & dic te digniorem, qui Annales ſcriberes, quàm Varronem, * Vapula Papiri (ſi quis manibus ſenſus eſt) eruditis Reineccii manibus. Teſtimonia. * Calvi verba apud Quintilianum. * Proverbium Varronianum.

HENRICI IV. IMP. EPSIT. AD
REGEM FRANCORUM.

Pag. 51.

PAULUS Aemilius de rebus geſtis Francorum lib. 5. Caſpar Hedion Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 10. cap. 2. Bernardus Girardus du Haillan Hiſtor. Francor. lib. 7. Auctoritates.

Girardus ait: *Le Pape Paſchal faiſoit jouer au fils ce perſonnage contre Son pere, pour ſe venger de la haine, qu'il portoit au dit Empereur le pere, qui fut par ſon propre fils deſpouillé de la dignité Imperialle, puis conſtitué priſonnier, & de ſa priſon envoya lettres au Roy Philippes de France, requerant ſon ayde & confort, deſquelles la teneur s'enſuit.* Sed quid officit, quò minùs ipſum Imperatorem audiamus etiam Francicè loquentem? Equidem ipſa epiſtolæ majeſtas auctor eſt, Imperatorii animi index, quem nobis Ariſtoteles in Politicis deſcribit, conſtans infractæ virtutis exemplum vel in ſummis calamitatibus, ne nos ipſi infra nos ponamus, quod abjecto & ſordido Principi tribuit idem Philoſophus. Quin dignitatem cum morte potiùs quàm cum dedecore commutandam eſſe in Politic. contendit. Sed audiamus Laconicum Principem. Teſtimonia.

HENRY EMPEREUR ROMAIN
AU ROY DE FRANCE.

SI n' eſtoit pour l' honneur de l' Imperialle Majeſté, je ſerois maintenant à te pieds, te requerant humblement ſecours contre mon fils, qui ne faiſant cas ny de ſon ſerment, ny des loix de nature, ny des droits divins ou humains, m'a privé de tout honneur, & meſmes chaſſé le jour de la Nativite de noſtre Sauuer de la compagnie des fidelles, m' arrachant par force les ornemens Imperiaux, comme la Croix, la Lance, la Pomme, le Sceptre, & la Couronne.

In quæſtione eſt apud Doctores, Regnum Franciæ an ſubſit Romano Imperio? Digniſſima, quæ eventiletur; ſed non noſtri inſtituti. Crantzius Metropol. Saxon. lib. 2. c. 35. ſcribit: *Otto II. conſobrinis ſuis Lothario atque Carolo Franciæ Regibus bellum inferebat, quod Romano Imperio juſta non perſolverent, ſeque ſubducerent legitima dominationi, quòd Imperium a Chriſto Regum omnium Rege recognitum, ipſi viderentur poſthabere.* Et Hieronymus Balbus Epiſcop. Gutcenſis de Coronat. *Gloſſa in c. volumus, XI. q. 1. & ca. omnes, XXVIII. q. 1. tradit, Gallos & alios Tranſalpinos legibus Imperii teneri. Idem teſtatur Gloſſ. c. ſuper ſpecula. De privileg. & ca. per venerabilem: ubi valde cautè & periculatè ſcribitur, Regem Franciæ de facto non agnoſcere ſuperiorem: perinde ac ſi dicat, de jure tamen agnoſcere debet, quum de jure (ut eadem affirmat) Romano Imperio ſubſit.* Videatur Ludovici II. Reſcriptum ad Baſilium §. 9. Caroli Calvi Reſcriptum ad §. 30. Conradi III. Reſcriptum §. 4.

HEINRICI IV. IMP. PROTESTATIO
AD PRINCIPES IMPERII.

IN Epiſtolari Henrici IV. Imperatoris epiſt. penult. Conradus à Liechtenavv Abbas Urſpergenſis in Chronic. Joan. Wolphius lib. Lection. memorabil. & reconditar.

De hac depoſitione, quam ut inſtituerent, ſibi ab Pontifice Romano perſuaderi paſſi ſunt Germani Principes, quid probi & cordati homines illo ipſo ævo ſenſerint, quid vulgus Saxoniæ muſſitarit, quid homines religioſi in circulis dictitarint, cætera Imperatori utcumque inviſi, ex illorum monumentis cognoſcamus Helmoldus Presbyter in Chronic. Sclavor. *De hoc quoque Henrico IV. vulgariter & mythologicè dicitur in Chronicis Sclavorum, cap. XIX. quòd VVigberto Papa Henrici, qui & Clemens, mortuo, ſopita ſunt ſchiſmata, & Paſchalis nihilominùs excommunicavit Imperatorem: & eò uſque ſententia illa invaluit, ut collecta generali Curia Principes Teutoniæ Henrico diadema tollendum, & ad filium ejus æquivocum transferendum decernerent, quod jam dudum per patrem fuit in Principem deſignatus. Igitur Moguntinus, Colonienſis, VVormatienſis, à Principibus miſſi, venerunt ad Regem in Curti Regia * Hilgeeshem, dicentes: Fac nobis reddi Coronam, Annulum, & Purpuram, cæteraque ad inveſtituram Imperialem pertinentia, filio tuo deferenda. Imperator quærit cauſam. At illi: Quid quæris ea, quæ optimè noſti? ſcis de ſchiſmate longo: ſcis qualiter Epiſcopatus, Abbatias, & cætera omnia feceris venalia, & quomodo ſit electionis in rectoribus quibuscunque conſtituendis, ſed ſola pecuniæ ratio. Pro iis & ſimilibus ſanxit authoritas Apoſtolica, & fixit Principum unanimitas, te & regno & communione fidelium privandum. Quibus Imperator: Veſtra poteſtas eſt hæc mihi imponere, & crimen impingere. Dic tu Moguntino, adjuratus per nomen æterni Dei, quid exegimus vel recepimus à te, cùm te Moguntiæ præfecimus? Tu quoque Colonienſis ſimiliter? Illis autem fatentibus, nihil pecuniæ aut oblatum, aut requiſitum, aut acceptum hujuſce rei gratia, Rex ait; Gloria Deo. Similiter & de VVormatienſi. & iterum Rex; Dignam ergo pro beneficiis noſtris nobis rependitis gratiam. Nolite ergo illorum participes fieri, qui levarunt manus ſuas contra Dominum & Regem ſuum, & violaverunt fidem & juramentorum ſacramenta. Parum vobis ſupereſt ævi, ſenio & labore confectis: non ponatis maculam in gloria veſtra. Si verò ſententia veſtra fixa manet, ut cedamus, conſtituatur dies placiti. Et ſi Curia adjudicaverit filio noſtro coronam, manibus noſtris imponemus. Illis autem è contrario nitentibus Rex parumper avulſus ab eis, videns quòd veniſſent militia ſtipati, ipſeque omni militia & armis eſſet protunc deſtitutus, Principibus ipſis hoc verſutè procurantibus. Regalibus ergò indutus Rex, & in ſedem Regni receptus, dixit: Hunc Imperialem honorem præſtitit mihi Deus, & concors Principum electio: potens eſt autem mihi Deus conſervare, quod præſtitit. Hactenus actore Deo, belliſque vicimus impugnantes: hoc autem inteſtinum malum, ſed nec ſuſpectum habuimus, nec peccavimus. Quis*

* Fort Ingelheim.

enim

enim in orbe Chriſtiano tantum nefas conſurgere crederet, ut jurata Principi ſacramenta fidelitatis irritentur, ſuſcitetur filius contra patrem? poſtremò nulla beneficiis gratia, honeſti reverentia exhibeatur? Certè Majeſtas Imperialis in proſcribendis induciarum remedia conſuevit non negare, priùs præmuniens quàm feriens, priùs invitans ad gratiam quàm damnans per ſententiam: nobis autem audientia denegatur: ideoque privamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem à fidelibus amicis, & à Pontificibus maximè procedere poſſe conciperet? Quòd ſi nec Deum, nec honeſtatem noſtram revemini, ecce præſentes ſumus, violentiam explodere non poſſumus, militibus & armis deſtituti. Pontificibus ergò hæſitantibus, quid agerent (magnarum enim rerum ingreſſus difficilis eſt) dixit Moguntinus ad ſocios: Quò usque trepidamus? nonne officii noſtri eſt, Regem conſecrare, conſecratum inveſtire? Numquid ergo Principum decreto impendere licet, eorundem authoritate tollere non liceat? Quem meritum inveſtivimus, quare immeritum non deveſtiamus? Coronam ergo de capite ejus abrumpunt, deinde purpura & imperialibus omnibus exuerunt. Quibus Rex confuſione circumdatus, ait ad eos: VIDEAT DEUS, ET JUDICET. Ego quidem luo peccata adoleſcentiæ meæ, ſed vos immunes non eritis jurisjurandi prævaricatores, & portio veſtra cum Juda traditore eſt. Non conſurgatis. Illi verò obturantes aures ſuas, Imperialia deferunt ad Henricum Quintum filium ejus, firmantes eum in Regem. Filius ergo patrem expulit de Regno. Eadem conceptis verbis tepetit Henricus de Erfordia in Chronic. Quos duos Saxones incorruptæ fidei Hiſtoricos, ſexcentis tuis emptis, Baroni, & addictis paraſitis nimio potiores habere debemus, qui rectam inſiſtimus hiſtoriarum & veritatis viam. Et quid præmii tulit filius impius? aut quam pœnam dedit Deo ſuæ impietatis? Cæteras mitto multò plurimas: improbitatem aſſignat Auctor præſtantiſſimi Chronici Colonienſis, hiſce verbis: Diſſer Keyſer ving ſynen Vader/ ind lieff yn in der Gevenckniſſe ſterven. Datrum meynt men/ dat he aen lyffs erven ſturve.

§. 1. *Fiducialiter & deſideranter Moguntiam in præſentiam Legati Romani & Principum)* Quoniam ſuperiores illi duo rerum geſtarum circumſtantias nimis narrant curtè atque præcisè, viſum eſt occupare calumnias, & adſcribere totam hiſtoriam ex Abbate Urſpengenſi. *Anno Domini* (inquit) *MCVI. mediante Heinrico Juniore, tantus apud Moguntiam factus eſt in Natali Dominico totius Regni Teutonici Conventus, quantus per multa annorum curricula numquam eſt viſus. Referunt n. qui aderant, LII. ibi tunc Optimates vel eò ampliùs affuiſſe, adeò ut ſolus Dux Saxoniæ, Magnus nomine, quem jam gravior ætas impediebat, notaretur defuiſſe. Ibi ſupervenientes Apoſtolicæ Sedis Legati, Epiſcopus ſc. Albanus cum Conſtantienſi, ſententiam anathematis in Heinricum Seniorem, dictum Imperatorem, à tot ſibi ſuccedentib. Apoſtolicis ſæpiùs ſæpiusque promulgatam ſcriptis ſimul & dictis teſtificantes, univerſam multitudinem, imò totam toto orbe diffuſam Eccleſiam, ab ejus communione, Chriſti & B. Petri authoritate, multis jam omnis ſequeſtratam confirmabant. Qua de cauſa dum ipſe ſe de caſtello, quo manebat, Moguntiam exhibere tentaret, Principes propter cavendum tumultum vulgi, ſua potiùs quam filii parti favere ſolentis, ipſi Ingelheim occurrerunt: tandemque generali illum circumvenientes conſilio, usque ad reatus confeſſionem, ſatisfactionisque profeſſionem perducunt. Cui cum Legati communionem ſeu pœnitentiæ modum absque generalis Synodi, & Apoſtolicæ diſcuſſionis cenſura reddere ad præſens non poſſent, ipſe partis utriusque conſiliis annuens, Regalia vel Imperialia inſignia, Crucem ſc. & Lanceam, Sceptrum, Globum, atque Coronam filii poteſtati tradidit, proſpera illi imprecans illum Primatib. multo fletu commendans, & extunc juxta Summi Sacerdotis totiusque Eccleſiæ decreta, ſua conſulturum animæ promiſit. Hoc ordine Heinricus illius nominis Quintus, primùm à patre, deinde ab univerſis Germaniæ Principibus, in Regem jam ſecundò electus, ab Apoſtolicis quoque Legatis per manus impoſitionem Catholicè confirmatus, acceptis, tam ab Epiſcopis quàm Laicis, juxta morem patriæ ſacramentis, regnare cœpit.* Ex quibus verbis quis adeò talpina mente aut excæcato judicio, qui non penitùs pervideat, unde montium impetuoſus iſte depoſitionis torrens defluxerit, Tranſalpinorumvé an Ciſalpinorum.

Pag. 12.

PRINCIPUM IMPERII RESCRIPTUM
AD HENRICUM REGEM.

CONRADUS à Lichtenaw Abbas Urſpergenſis in Chronic. Anno Domini MCVI. ubi ſuperiori epiſtolæ hæc verba ſubjicit: *Poſt lectas eorum multitudine jam has, quam alias literas, paruum verbis, nihil autem ſenſu vel intentione prioribus diſſonantes, filio tamen perſona ſpecialiter directas, Rex Heinricus, ex Optimatum conſilio, legationem vicariam patri deſtinavit, quam tamen priùs publicè prædicari per Magdeburgenſem Archiepiſcopum Heinricum fecit, hocque facto ſuorum animos ſecum valde roboravit. Erat autem hujuſmodi, &c.*

§. 1. *Poſt inveteratum, id eſt per annos circiter quadragima.)* Magna hujus temporis calamitas, & major quidem, atque verbis ſatis dignis exprimi queat. Sed cur culpa omnis in unum Imperatorem confertur, cujus multò maxima pars Pontifex Romanus exſtitit? Hildebrandi, inquam, Papæ decretum, de abolendis Eccleſiaſticorum inveſtituris adæquè & conjugiis, omnium malorum atque ſceierum ſemen fuit. Sed præſtat teſtes audire. Marianus Scotus, illius temporis ſcriptor, ipſi Imperatori non admodum æquus, poſtquàm decretum illud in Germania dixiſſet promulgatum, ſubjicit: *Plures Clerici ſub ſententia interdicti Apoſtolici libentiùs eſſe voluerunt, quàm fœminis & uxoribus carere; ſed ut vel per alios caſtigarentur, decrevit Papa Synodica legatione etiam hoc anno, ut nullus Chriſtianus audiret miſſam conjugati Presbyteri.* Quæ verba compara cum iſtis Sigeberti Gemblacenſis in Chronograph. Anno 1074. *Gregorius Papa celebrata Synodo Simoniacos* (quo actionis prætextu ſibi ſoli vindicare intendebat Eccleſiaſticorum inveſtituras) *anathematizavit, uxoratos Sacerdotes à divino officio removit, & Laicis miſſam eorum audire interdixit, novo exemplo & (ut multis viſum eſt) inconſiderato præjudicio contra ſanctorum Patrum ſententiam, qui ſcripſerunt, quòd ſacramenta, quæ in Eccleſia fiunt, baptiſmus ſcilicet, chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, ſpiritu Sancto latenter operante eorundem ſacramentorum effectum, ſeu per bonos ſeu per malos intra Dei Eccleſiam diſpenſentur. Tamen quia ſpiritus Sanctus myſticè illa vivificat, nec meritis bonorum diſpenſatorum amplificantur, nec peccatis malorum attenuantur, unde eſt hic qui baptizat? Ex qua re tam grave oritur ſcandalum, ut nullius Hæreſis tempore Sancta Eccleſia graviori ſchiſmate ſciſſa ſit, his pro juſtitia, illis contra juſtitiam agentibus; aliis à Simonia non declinantibus, aliis notam avaritiæ honeſto nomine prætexentibus, dum hoc quod ſe gratis dare jactant, ſub charitatis nomine vendunt, ut de Montanis dicit Euſebius, ſub nomine oblationis artificioſiùs munera accipiunt. Porrò continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modò cauſa quæſtus ac jactantiæ ſimulantibus, multis incontinentiam perjurio aut multipliciori adulterio cumulantibus, ad hoc hac opportunitate laicis inſurgentibus contra ſacros ordines, & ſe ab omni Eccleſiaſtica ſubjectione excutientibus, laici ſacra myſteria temerant, & de his diſputant, infantes baptizant, ſordido humore aurium pro ſacro oleo & chriſmate utentes, in extremo vitæ viaticum Dominicum & uſitatum Eccleſiæ obſequium ſepulturæ à Presbyteris conjugatis accipere parvipendunt, decimas Presbyteris deputatas igni cremant & ut in uno cætera perpendas, laici corpus Domini à Presbyteris conjugatis conſecratum, ſæpe pedibus conculcaverunt, & ſanguinem Domini voluntariè effuderunt, & multa alia contra jus & fas geſta in Eccleſia ſunt, & hac occaſione multi Pſeudomagiſtri exurgentes in Eccleſia, prophanis novitatibus plebem ab Eccleſiaſtica diſciplina avertunt.* Hæc Sigebertus Monachus Heinrico coætaneus, quæ cum animo ſuo velim penſiculatiùs trutinet non corrupti judicii lector. Hæc verò ita à me propoſita ſint, ut, dum Papa accuſatur, interim non excuſetur Imperator: quem intelligo magnum hominem, ſed varium in omni genere vitæ fuiſſe. Nam ut virtutibus eluxit, ſic vitiis eſt obrutus. In Hildebrando natura & ars, quid efficere poſſint, videntur expertæ. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt, nihil illo fuiſſe excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. Ad res gerendas Imperatore aptior conſiliique plenior; ſed ſimulandi ac diſſimulandi peritiſſimus artifex. Et tamen viciſſet Imperator, ſibi ſi ab Saxonum injuria temperaſſet: quorum conſuetam libertatem (Nobilium dico & Clericorum) dum oppreſſum ivit inconſultò, ſe ipſe perdidit. Horum enim artibus Paſchalis Pontifex Germanorum tandem animos faſcinavit.

HEN-

…ed by Google

HENRICI IV. IMP. RESCRIPTUM, AD PRINCIPES.

IN Epiſtolari Henrici IV. Imperatoris epiſt. ult. Joannes Wolphius JC. lib. Lection. memorabil. & reconditarum.

Conradus Urſpergenſis Abbas in Chronic. *Quam legationem* (ſuperioris ſcilicet epiſtolæ) *probatæ ſingularis prudentiæ perſonæ, Abbatis videlicet ac Ribuini Presbyteri, unà cum quibusdam laicalis ſub habitu viris religioſis, tam à Rege quàm univerſis Principibus, imò toto exercitu ſuſceptam Eximperatori ſæpedicto, vix ejus præſentiam fandique licentiam conſecuti, cùm retuliſſent, horribile memoratu eſt, quàm ingenti vitæ ſuæ periculo per dies ſex, eò quòd nullo modo conventus malignantium communicare voluerint, indignè tractarentur: tandemque ab irruente ſibi in eadem, qua manebant, cuſtodia vulgo liberati, absque omni ducatus præſidio, caſtris circa Coloniam poſitis redderentur, id tamen præcipuum inter Senioris reſponſa referentes, quatenus ad præſens armis diſcederetur, & in futurum ſuper hujusmodi ſimultatibus Curiale colloquium indiceretur.* Teſtimonium.

HENRICI V. IMPERATORIS
CONSTITUTIO DE INVESTITURIS ECCLESIASTICORUM.

DODECHINUS Abbas in Monaſterio S. Dyſibodi in Appendice ad Mariani Scoti Chronicon. Auctoritas.

Sigebertus Gemblacenſis in Chronograph. Anno Dom. IV. *Henricus Rex Romam vadit, propter ſedandam diſcordiam, quæ erat inter Regnum & Sacerdotium, quæ cœpta à Papa Gregorio VII. qui & Hildebrandus nominatus eſt, & exagitata à ſucceſſoribus ejus, Victore & Urbano, & præ omnibus à Paſchali, magno ſcandalo erat toti mundo. Rex autem uti volens authoritate & conſuetudine, & authoralibus privilegiis Imperatorum, qui à Carolo Magno, qui poſt de Regibus Francorum imperavit Romanis, jamque per trecentos & eò amplius annos imperaverant ſub LXIII. Apoſtolicis, dabat licitè Epiſcopatus & Abbatias, & per annulum & per virgam. Contra hanc majorum authoritatem cenſebant Papæ Synodali judicio, non poſſe nec debere dari per virgam vel annulum Epiſcopatum aut aliquam Eccleſiaſticam inveſtituram à laicali manu. Et quicunque ita Epiſcopatum aut aliam Eccleſiaſtici juris inveſtituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc præcipuè cauſam Rex Romam tendebat, & ſi qui Longobardorum quoque modo ei reſiſtere volebant, potenter eos proterebat. In reconciliatione autem, quæ facta eſt inter Imperatorem & Papam, (nam ipſum Papam cum Epiſcopis & Cardinalib. ceperat) die Paſchæ Henrico in Imperatorem coronato poſt lectum Evangelium tradidit ei Papa ante altare Apoſtolorum Petri & Pauli in oculis omnium Principum privilegium de inveſtitura Epiſcopatuum vel Abbatiarum, tam per annulum quàm per virgam, ſc. ut Regni ejus Epiſcopis vel Abbatib. liberè præter violentiam & ſimoniam electis, inveſtituram virga & annulo conferat; poſt inveſtitionem verò canonicè conſecrationem accipiat ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Confirmatio pacis inter Apoſtolicum & Imperatorem, dum in celebratione Miſſæ traderet ei corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Domine Imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria Virgine, paſſum in cruce pro nobis (ſicut Sancta & Apoſtolica tenet Eccleſia) damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. Datum eſt Idibus Aprilis, indictione quarta.* Dodechinus Anno 1110. *Paſchalis Pontifex univerſalis collecto Concilio Romæ in baſilica B. Petri Apoſtoli, præſente Henrico Rege, pronunciavit decretum, ſeque illud complere velle cum juſtitia & authoritate confirmavit: ſcilicet ut Eccleſiæ decimis & oblationibus contentæ eſſent; Rex verò prædia & regalia, Ducatus ſcilicet, Marchionatus, Comitatus, & Advocatias, dudum à Carolo ejusque ſucceſſoribus, Chriſtianis Imperatoribus, Eccleſiæ collatas reciperet; ea conditione, ne Pontifices Regali manu, annulo, & virga inveſtirent, quæ Sancto Spiritui authoritatique ſanctorum canonum contraria viderentur. Sed qualiter hæc geſta ſint, ſcripta ipſius Imperatoris meliùs inſinuabunt.* Ecce eadem dicunt, ſed non eodem anno. Ita eſt: Imperator Anno Domini MCX. in Italiam proficiſcitur, rebellesque domat: anno demum ſequenti MCXI. ſubacto Pontifice, ab eodem coronatur, & hoc diploma accipit. Verior ergò Sigeberti numerus, qui hoc eodem anno vixit pariter & ſcripſit, cui adſtipulatur coævus Abbas Urſpergenſis: ex quo hæc paucula cape: *Sedatis inter ipſum & Apoſtolicum inter Regnum & Sacerdotium, diſſenſionib. inveteratis, poſt octavas Paſchæ cum nimio populi Romani, imò totius Eccleſiæ ac inæſtimabilis exercitus tripudio ante confeſſionem S. Petri, Auguſti nomen & Imperium, à Chriſto ipſe chriſmate ritè perunctus & ſacratus, & ſub auguſtiſſima pompa coronatus, ſuſcepit; dato ſibi in præſenti per manum Apoſtolici, ſub teſtimonio aſtantis Eccleſiæ, privilegio inveſtituræ Eccleſiaſticæ, juxta quòd utrisque prædeceſſoribus placuerat, & permanere conſueverat, cujus inconvulſibilem ſtabilitatem Dominus Papa mox ſub anathemate confirmabat. Sic demque ea die, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ut ita dicam, eſt recuperata, unde tam inveterata & catenus incorrigibilia de regno* Teſtimonia.

Chriſti ſchiſmatum ablata ſunt ſcandala. Gotfridus Viterbienſis Panthei part. 17. *Imperatore Romam tendente, Papa cum eo tali pactione convenerat, ut Imperator Epiſcoporum inveſtituras dimitteret; Papa autem è converſo Imperatori omnia Epiſcoporum regalia relaxaret. Hæc pactio ſacramentis & obſidibus inter Papam & Imperatorem aſſeritur firmata fuiſſe. Quam dum renitentibus Epiſcopis Papa adimplere non poſſet, quum per omnia innocens eſſet, tanquam reus cuſtodiæ eſt mancipatus. Hujus factionis conſiliator præcipuus dicitur fuiſſe Albertus, tunc temporis Cancellarius, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Moguntinus. Papa aliquandiu capto & detento, Imperator à civibus revocatur, & Epiſcoporum inveſtituras, id eſt, annulum & baculum à Papa recipiens, ipſum Papam & cives Romanos muneribus reconciliare curavit: & à Papa coronatus, favorem & nomen Imperiale ſortitur, anno ab Incarnatione Domini MCXI. anno verò regni ejus, ex quo pater regalia ſibi reſignaverat, ſexto.* Hæc ille; ex quorum verborum veſtigiis ſagaciter odorari poſſumus, hujus Conſtitutionis auctorem pariter atque dictatorem fuiſſe Albertum Imperatoris Cancellarium & poſtibi Archiepiſcopum Moguntinum.

Cæterùm rem ipſam acu tangit Gotefridus. Tertiæ enim conventiones inter Paſchalem & Henricum, quarum prima hæc eſt, quæ cum illis interceſſit, ubi Imperator ad Urbem venit. Altera cum captivo Pontifice pacta fuit: tertia poſt coronationem promulgata. Utramque iſtam, quæ noſtratium ſcriptorum oſcitantiam fugerunt, conſervavere nobis Angli, ſeduli illi antiquitatum (quos appellare ſoleo) gryphi atque tigrides. Quod utinam exſtaret Davidis Scoti Bancornenſis Epiſcopi Panegyricus ſuper hac controverſia inſtitutus! multis nos profectò illuſtraret, quæ nunc tenebris jacent obruta. Facite nobis hanc cunctam gratiam, Angli, & inquirite: memores dicetis beneficii, ubi exhibueritis. Ab illo, quem dixi, Davide conventionem ſimul & Decretum in hiſtorias ſuas tranſcripſit Willielmus Monachus Malmesburienſis, non ſine canino dente, & parum æquo in Imperatorem animo: cujusmodi amant eſſe Monachi, qui nihil aceti habent in pectore, nec cogitant, inter Thebaidem quid ſit & Memphim. Et audiamus tamen. Davidis ſanius ſapientis rationes ſtrictis verbis complectitur lib. 5. De reb. geſtis Anglor. *David Scottus* (inquiens) *Bancorenſis Epiſcopus expoſuit, magis in Regis gratiam, quàm Hiſtoricum deceret, acclinus. Denique & inauditam violentiam quod Apoſtolicum cepit, quamvis liberè cuſtodierit, laudi ducit ab exemplo, quod Jacob Angelum violenter tenens benedictionem ab eo extorſit. Præter hæc laborat aſſerere dictum Apoſtoli; Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, non adverſari cupiditatibus Pontificum per Laicos inveſtiturum, quia non ſeculare negotium, ſi Clericus Laico fecerit hominium.* Cætera mitto, quibus Conventiones ſubjicit ab eodem Davide relatas. Sunt verò iſtæ:

An. Chriſti 1112.

Paſchalis II. Pontificis Romani

&

HENRICI V. IMPERATORIS AUGUSTI

CONVENTIONES PACIS.

PASCHALIS PAPA.

Dominus Papa PASCHALIS *non inquietabit Dominum Regem, nec ejus Imperium vel Regnum de inveſtitura Epiſcopatuum, & Abbatiarum, neque de injuria ſibi illata, & ſuis in perſona & bonis, neque aliquod malum reddet ſibi, vel alicui perſonæ pro hac cauſa; & penitus in perſonam Regis HENRICI numquam anathema ponet, nec remanebit in Domino Papa, quin coronet eum, ſicut in Ordine continetur, & Regnum & Imperium officii ſui auxilio eum tenere adjuvabit pro poſſe ſuo, Et hoc adimplebit Dominus Papa ſine fraude, & malo ingenio.*

Hæc ſunt nomina illorum Epiſcoporum & Cardinalium, qui præcepto Domini Papæ Paſchalis privilegium & amicitiam Domino HENRICO Imperatori ſacramento confirmaverunt.

Petrus Portuenſis Epiſcopus.
Cenſius Sabinenſis Epiſcopus.
Robertus Cardinalis ſancti Euſebii.
Boniſacius Cardinalis ſancti Marci.

Ana-

Anoſtaſius Cardinalis ſancti Clementis.
Gregorius Cardinalis Apoſtolorum Petri & Pauli.
Item Gregorius Cardinalis ſancti Chryſogoni.
Johannes Cardinalis ſanctæ Potentianæ.
Riſus Cardinalis ſancti Laurentii.
Renerus Cardinalis ſanctorum Marcellini & Petri.
Vitalis Cardinalis ſanctæ Balbinæ.
Cuzo Cardinalis ſancti Marci.
Theobaldus Cardinalis Johannis & Pauli.
Johannes Decanus in Schola Græca.
Leo Decanus ſancti Vitalis.
Albo Decanus Sergii & Bachii.

HENRICUS REX.

EGO HENRICUS *Rex liberos dimittam, quarta vel quinta feria proxima, & Dominum Papam, & Epiſcopos, & Cardinales, & omnes captivos & obſides, qui pro eo vel cum eo capti ſunt, & ſecurè produci faciam intra portas Tranſtiberinæ civitatis: nec ulteriùs copiam, aut capi permitteam eos, qui in fidelitate Domini Paſchalis permanent: & Populo Romano & Tranſtiberinæ civitati pacem & ſecuritatem ſervabo, tam per me quàm per meos in perſonis, qui pacem mihi ſervaverint. Dominum Papam fideliter adjuvabo, ut Papatum ſuum quietè & ſecurè teneat.*

Patrimonia & poſſeſſiones Romanæ Eccleſiæ, quæ abſtuli, reſtituam; & cuncta, quæ habere debet more anteceſſorum ſuorum, recuperare & tenere adjuvabo bona fide, ſine fraude & malo ingenio: & Domino Papæ Paſchali obediam, ſalvo honore Regni & Imperii, ſicut Catholici Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis.

Et iſti ſunt juratores ex parte ipſius Regis:

Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus.
Godehardus Tridentinus Epiſcopus.
Bruno Spirenſis Epiſcopus.
Berengarius Comes.
Albertus Cancellarius.
Hermannus Comes.
Fridericus Comes Palatinus.
Bonifacius Marchio.
Albertus Comes de Blandriaco.
Fridericus Comes.
Godefridus Comes.
VVarnerius Marchio.

Hac Conventione utrimque accepta & confirmatâ, Papa ab Imperatore cuſtodiâ liberatur. Parantur dein Coronationis ſollemnia, quæ ab eodem Malmesburienſi deſcribuntur. Quæ peracta ſunt IV. Idus Aprilis, Dominica Quaſi modo geniti, *in qua poſt communionem ſuam & miniſtrorum altaris, Imperatori corpus & ſanguinem Domini dedit in hæc verba: Hoc Dominicum corpus &c. damus tibi, Fili chariſſime, in remiſſionem peccatorum tuorum, & in conſervationem confirmandæ pacis, & veræ amicitiæ inter me & te, & Regnum & Sacerdotium*, ut ſcribit David Bancornenſis in Panegyrico. Addit deinceps non longo intervallo: *Poſt impoſitam coronam Miſſa de reſurrectione Domini eſt celebrata, in qua ante communionem Dominus Papa privilegium Imperatori propria manu dedit, ut quo ſibi & Regno ſuo, quod hic ſcriptum eſt, conceſſit, & in eodem loco ſub anathemate confirmavit.* Privilegium, quod vocat, eſt Decretum Paſchalis Papæ de inveſtituris Eccleſiaſticorum, quod vel ignoravere hactenus noſtrates Hiſtorici, Juriſconſulti, & Politici, quos quidem videre contigit, aut temerè cum conventionibus confudêre.

Eſt verò iſtiusmodi:

Paſcha-

An. Chriſti 1112.

Paſchalis II. Pontificis Romani

DECRETUM

De inveſtituris Eccleſiaſticorum.

PASCHALIS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, per Dei omnipotentis gratiam Romanorum Imperatori Auguſto HENRICO ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. *Regnum veſtrum ſancta Romana Eccleſia cohærere divina diſpoſitio conſtituit. Prædeceſſores ſiquidem veſtri probitatis & prudentiæ amplioris gratia, Romanæ urbis coronam & Imperium conſecuti ſunt. Ad cujus videlicet coronæ & Imperii dignitatem, tuam quoque perſonam, Fili chariſſime HENRICE, per noſtri Sacerdotii miniſterium Majeſtas divina provexit. Illud igitur dignitatis privilegium, quod prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus Catholicis Imperatoribus conceſſerunt, & privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque tuæ dilectioni concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus, ut Regni tui Epiſcopis vel Abbatibus liberè præter violentiam vel Symoniam electis, inveſtituram virgæ & annuli conferas; poſt inveſtitionem verò canonicè conſecrationem accipiant ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit.*

2. *Si quis autem à Clero, vel Populo præter aſſenſum tuum electus fuerit, niſi à te inveſtiatur, à nemine conſecretur; exceptis nimirùm illis, qui vel in Archiepiſcoporum, vel in Romani Pontificis ſolent diſpoſitione conſiſtere.*

3. *Sanè Archiepiſcopi vel Epiſcopi libertatem habeant à te inveſtitos Epiſcopos vel Abbates canonicè conſecrandi.*

4. *Prædeceſſores enim veſtri Eccleſias Regni ſui tantis regalium ſuorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipſum maximè Epiſcoporum vel Abbatum præſidiis oporteat communiri, & populares diſſenſiones, quæ in electis omnibus ſæpè contingunt, Regali oporteat Majeſtate compeſci. Quamobrem prudentia tua & poteſtatis cura debet ſollicita imminere, ut Romanæ Eccleſiæ magnitudo, & cæterarum ſalus, Deo præſtante, beneficiis & ſervitiis conſervetur.*

5. *Si qua igitur Eccleſiaſtica vel Secularis perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens, contra eam temerario auſu venire tentaverit, anathematis vinculo, niſi reſipuerit, innodetur, honoriſque ac dignitatis ſuæ periculum patiatur. Obſervantes autem hoc miſericordia divina cuſtodiat, & perſonam, poteſtatemque tuam ad honorem ſuum & gloriam fœliciter imperare concedat.*

Hæc & alia de coronationis ritu Willielmus dicto libro 5. *verbo* (ut ipſe inquit) *de ſcriptis præfati David tranſtulit.* Meminit & alius Anglicanus ſcriptor, Mathæus Paris Monachus Albanenſis Hiſtoria Anglor. in Willielmo Primo, Anno Domini MCXII. ubi hæc leguntur: *Facta eſt contentio Romæ inter Papam Paſchalem & Henricum Imperatorem, hac de cauſa Imperator uti voluit privilegio anteceſſorum, habito annis trecentis ſub Romanis Pontificibus ſexaginta, qui licitè dederant Epiſcopatus & Abbatias per annulum & baculum paſtoralem. Econtrà cenſebant Romani Pontifices nec poſſe nec debere dari per virgam vel annulum, Epiſcopatum vel aliquam inſtitutionem Eccleſiaſticam à manu recipere Laicali. Facta eſt pax inter Imperatorem Henricum & Papam Paſchalem, ita ut Epiſcopi deinceps & Abbates inſtitutionem accipiant ab Imperatore & ſuis ſucceſſoribus per virgam & annulum, & priùs faciant Epiſcopo, ad quem pertinent, canonicam obedientiam, & conſecrationem accipiant conſuetam.*

Pag. 55.

Henrici V. Imp. Conſtitutio de Electione & inveſtitura.

Auctoritates. WILLIELMUS Monachus Malmesburienſis De rebus geſtis Anglorum libro quinto Conradus à Liechtenavv Abbas Urſpergenſis in Chronic. Dodechinus Abbas in Monaſterio S. Dyſibodi in Appendice ad Mariani Scoti Chronic. Albertus Crantzius Canonicus Lubeccenſis Metrapol. Saxon. lib. 5. cap. 42. Joâchimus Vadianus lib. 1. Antiquitatum de Colleg. & Monaſter. Germaniæ.

Urſper-

Urſpergenſis: *Facto univerſali Conventu apud Urbem VVangionum, quæ nunc VVormatia dicitur, ſicut longum, ita & incredibile memoratu eſt, quàm prudenti, quàm inſtanti, quamque per omnia ſollicitudo cunctorum Procerum conſilio, pro pace & concordia per unam vel ampliùs hebdomadam certatum ſit, donec ipſe, in cujus manu cor Regis eſt, omnem animoſitatem Auguſti ſub Apoſtolica reverentia obedientiam cauſa matris Eccleſiæ, etiam ultra ſpem plurimorum, inflexit. Mox tamen ab Apoſtolica Sedis Apocriſariis in communionem receptus, tam ipſe Imperator quàm univerſus ſibi ſubjectus exercitus, imò generali abſolutione cunctis hoc ſchiſmate pollutis, per authoritatem Apoſtolicam facta, qualiter Eccleſiaſticas inveſtituras, cæteraque ſpiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtraverant, quæque ipſe ne Regni diminueretur honor, nunquam vita comite ſe dimiſſurum propoſuerat, humiliatus pro Chriſto coram multitudine maxima abnegaverit, & in manus Domini Epiſcopi Oſtienſis, ac per ipſum Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſuaque in perpetuum jus Eccleſiæ dimiſerit, rurſumque qualia ſibi ob honorem Regni obſervandum authoritas Apoſtolica conceſſerit, utriusque partis meliùs edocebunt ſubter annotata ſcripta, &c. Hujuſmodi ſcripta atque reſcripta, propter infinita multitudinis conventum, loco campeſtri juxta Rhenum lecta ſunt, data & accepta, poſtquàm multimodas laudes rerum gubernatori redditas, celebratis à Domino Oſtienſi divinis ſacramentis, inter quæ Dominum Imperatorem cum pacis oſculo, ſanctaque communione, pleniſſimè reconciliavit, diſceſſum eſt ab omnibus cum lætitia infinita.* Robertus Abbas Montenſis Appendice ad Sigeberti Chronograph. Anno 1123. *Optimates Regni cum Epiſcopis Henricum Imperatorem convenientes, Deo ſibi propitio id elegerunt ſaluberrimo conſilio, ut inter ipſum & Apoſtolicum controverſia de inveſtituris Eccleſiarum tandem ſiniretur. Legantur inde Romam ex parte Imperatoris Bruno Spirenſis Epiſcopus & Arnulphus Abbas Fuldenſis. Domnus Papa, viſa & recepta Legatione Imperatoris, pertæſus & ipſe valde aſſonantia inter eos dimiſſa libenter aſſenſit. Et tam conſultu totius Romani Senatus, quam etiam Epiſcoporum Italicorum, mittuntur ex latere Apoſtolici unus Epiſcopus & duo Cardinales ad ordinandam rem tanti negocii. Menſe Septembri in Nativitate B. Mariæ, Henricus Imperator cum Epiſcopis & Optimatibus Regni venit VVormatiam, ubi occurrerunt ei Legati Sedis Apoſtolicæ. Diu (ut fit in tantorum negotiorum conſeſſu) eventilata ratione, tandem gratia antiqua charitatis reintegratur inter Imperatorem & Apoſtolicum Dei ordinatio. Concilium Romæ celebratur; pax inter Regnum & Sacerdotium reformatur, & jus inveſtiturarum Epiſcopalium ab Imperatore exfeſtucatur.* Malmesburienſis d. lib. 5. de Calixto Papa: *Quid quod illam inveteratam inveſtituræ controverſiam inter Regnum & Sacerdotium, quæ jam plus quàm quinquaginta annis turbas fecerat, adeò ut aliquo hæreſis fautore, morbo vel morte, ſuceiſo, illico quaſi hydræ capita plura pullularent, ipſe ſua induſtria abraſit, decidit, delevit, vel evellit, Teutonicæ animoſitatis colla vigore ſecuris Apoſtolicæ decutiens. Quod & ejus* (Imperatoris) *& Apoſtolici profeſſiones mundo his dictis oſtendent.*

Ottho Friſingenſis Epiſcopus Chronicor. lib. 7. cap. 16. *Romano Imperio multis modis in ſe attrito, Imperator propter anathema deficere à ſe Regnum videns, patrisque metuens exemplum, congregato juxta VVormaciam maximo Principum conventu, inveſtituram Epiſcoporum Legato Apoſtolicæ Sedis Lamperto, qui poſtmodùm Summus Pontifex factus Honorius eſt dictus, reſignavit, per eumque ab anathematis vinculo abſolutus eſt. Privilegium ergo de hoc Eccleſiæ ſcribitur, ac ipſi rurſum, ut electi tam Ciſalpini quàm Tranſalpini non priùs ordinentur Epiſcopi, quàm regalia de manu ejus per ſceptrum ſuſcipiant, ſcripto confirmatur. Hoc pro bono pacis ſibi ſoli, & non ſucceſſoribus datum dicunt Romani.* Eadem more ſuo ſolens præſcriptis verbis repetit Gotfridus Viterbienſis in Panth. part. 7. ubi & carmen adjicit, in quo Pontificis rationes contra Imperatorem allegatas pro inveſtitura exſequitur. Parilia & Otthoni conſimilia habet Guillelmus Tyrius de Bello ſacro lib. 1. cap. 13. Platina, quod miror, hujus rei nullam facit mentionem: ſed, quem laudat Panuinus, Pandulphus Piſanus in Vita Calliſti II.

Vetus Thuringorum Chronicon MS. Der Babiſt ſante zwene Cardinale in Dütſchelant/ dy maneten ſere den Keyſer/ das her Gotes gedechte. Der Keyſer machte da einen Hof zu Wormys: da hen quamen dy Forſten alle. Da vorzeich der Keyſir Heynrichs deß Schatzes an dem Biſchthumen. Her gelobete ouch weder zu lazene/ was he Sende Peters Gut hette genommen: und deß gab he Handtfeſten/ dy wart geleſen von den Cardinalen/ und vor den Forſten von dem Ryne vf dem Veylde dorch das michel volge. Der Babiſt gab ouch dem Keyſere eine Handtfeſten/ das her an der Köre der Biſchoffe und der Epte/ dy zu dem Riche gehörten/ ſölde ſy ane Symonie: und ab Strit an der Köre wörde/ das her den Strit ſcheyden ſcholde noch der Biſchoffe rate. Deſſe Handtfeſte wart ouch da geleſſen. Alſo wart der Keyſer vs dem Banne gelazen: da wart da gros Freude. Et paulò pòſt in eòdem Chronico de Lothario Imperatore inveſtituras repetente: Der Babiſt Innocentius quam da zu Dütſcheme lande/ un machte eyn Concilium zu Lüdicke/ und waren allda ſechs und drizſig Biſchöfe/ ꝛc. Der Konig Lüther wolde in dem ſelbe Concilio den Schatz von deme Biſchthume weder gewinnen. He enwolde nicht folge der Hantfeſten deß Keyſers Heynriches/ deß enmochte her nicht vollbringen. Marſilius Patavinus in

Teſtimonia.

Defenſor. pacis, part. 2. cap. 26. *Hinc plurimum & propter temporalium quorundam occupationem (quantum ex Chronicis ſive approbatis Hiſtoriis comprehendi poteſt) ſuſcitatæ ſunt lites inter Romanorum Imperatores & ipſorum Epiſcopos, quamvis contra Chriſti & Apoſtolorum conſilium hoc egerint, qui ſibi ſuccedere debent in Apoſtolatus ſive Sacerdotis officio, ſummam paupertatem & humilitatem ſervare debentes, qui quidem in aliam quandam & illi appoſitam divertentes viam ignorantia vel malitia vel utriuſque hanc inierunt adverſus jam dictos Principes immortalem contentionem & pugnam. Quam inter cæteros magis aggreſſus eſt Romanus Epiſcopus Romanus quidam, nomine Paſchalis, contra Henricum Quartum Teuthonicarum Regem, &c. Hujus verò ſucceſſori Calixto cuidam (narrat Martinus) Imperator, prædictus ad cor rediens (ut Martini verbis utamur) inveſtituram Epiſcoporum & aliorum Prælatorum per anulum & baculum liberè reſignavit, & conceſſit per omne Imperium in omnibus Eccleſiis Canonicam fieri electionem, poſſeſſiones & regalia B. Petri, quæ propter ſuam vel aliam cum Eccleſia diſcordiam alienata fuerant, Romanæ Eccleſiæ reſtituit, & alias poſſeſſiones tam Clericorum quàm Laicorum eiſdem occaſione guerræ ſublatas, reſtitui fideliter diſpoſuit. Has ſiquidem poſtmodum conceſſiones & privilegia ex cauſa fortaſſe legitima revocare valentes, aut revocantes ſimpliciter aut in parte, Ottho Quartus & Federicus Secundus Romanorum Imperatores, Epiſcoporum & Cleri Romani plurimas inſidias, perſecutiones, & impedimenta ſunt paſſi, & eorum prædeceſſores aliqui minus adjuti per populos ſubditos, propter ipſorum aut ſuorum Officialium & miniſtrorum regimen, quandoque fortaſſis tyrannidem ſapuiſſe.* Leopoldus à Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis de zelo veter. Princip. German. c. 8. *Has inveſtituras ſeu poteſtatem inveſtiendi Imperator Heinricus Quintus ſub anno Domini 1122. in manus Epiſcopi Hoſtienſis, Legati tunc Eccleſiæ Romanæ, vice ac nomine Calixti Papæ ac ejuſdem Eccleſiæ renunciationem recipientis, VVormatiæ reſignavit, ut in Hiſtoria Francorum plenius continetur. Licet autem in hoc, quod idem Imperator Heinricus ante prædictam reſignationem cum Paſchali Secundo, & prædicto Calixto Romanis Pontificibus ſuper inveſtituris hujuſmodi pluribus annis (ut prædicta Hiſtoria & aliæ etiam Coronicæ referunt) diſſenſiones multas habuit, culpabilis fuerit ex eo, quod Gregorius Papa Septimus, tempore Imperatoris Heinrici Quarti patris dicti Heinrici, & etiam prædictus Paſchalis tempore ſuo inveſtituras Epiſcopatuum, Abbatiarum per Laicos fieri prohibuerunt Canonicis inſtitutis, quæ habentur 16. q. 7. ſi quis deinceps, c. quoniam ſi quis Clericus, & c. conſtitutiones: puta tamen, quòd reſignatio hujuſmodi, præſertim quoad inveſtituras Archiepiſcoporum & Abbatum Monaſteriorum Germaniæ, ſit ejuſdem Heinrici Quinti devotioni, quam erga Romanam Eccleſiam habuit, aſcribenda ex eo maxime, quia omnes prædeceſſores ſui, Reges & Imperatores, non tam virtute dicti privilegii, quàm ex hoc, quod erant ut plurimum patroni ſeu dotatores Eccleſiarum Cathedralium, & majorum Monaſteriorum Germaniæ, inveſtituras Epiſcopatuum & Abbatiarum in ipſis Germaniæ partibus uſque ad tempora ejuſdem Heinrici (ut apparet in Hiſtoria Francorum, & ex aliis Chronicis) facere conſueverunt. Nec erat hoc novum apud ipſos tantum: nam & Reges Hungariæ uſque ad tempora prædicti Paſchalis (ut refert Chronica Martini) & Reges Burgundiæ, (ut refert Hiſtoria Francorum ſub geſtis Heinrici Secundi) ac etiam Reges Angliæ (prout Dominus Eduardus Rex Angliæ aſſerit in epiſtola ſua Domino Papæ Clementi Sexto, ſub anno Domini 1343. directa) id ipſum in ſuis Regnis facere conſueverunt. Reges quoque Hiſpaniæ, olim Epiſcopos Eccleſiarum Hiſpaniæ de Epiſcoporum conſilio eligebant, ut patet in can. 63. diſtin. cum longè Reges etiam Angliæ tempore vacationis Eccleſiarum Cathedralium & majorum Eccleſiarum Angliæ & Normanniæ, præbendas ipſarum in quibuſdam ex eis conferre ſolebant, quia Rex Angliæ eſt patronus earum, & habent ab eo magna feuda. Unde ratione juris patronatus, vel ratione feudorum ſeu regalium eas confert, ut notat Archidiaconus 10. diſtin. imperium. Ex quibus omnibus ſatis conjicitur, prædictum Heinricum Imperatorem inveſtituras hujuſmodi, ex religioſo mentis affectu, quo Romanam Zelatus Eccleſiam, ejuſdem inſtitutis circa prædictas inveſtituras factis obedire voluit, humiliter reſignaſſe.* Albertus Crantzius Canonicus Lubecenſis Metropol. Saxoniæ lib. 5. cap. 42. *Inſtantia Legatorum Sedis Apoſtolicæ, imò Dei miſeratio deſuper aſpiciens, effecit ut in Vangiano (quæ nunc Wormatia) Conventus alius indiceretur. Quo loco quia venerat tempus miſerendi Sion, cor Regis, quod in manu Dei eſt, ita inflexit Deus ipſe, ut ad communionem Eccleſiæ & ad pacis formam ſubſcriptam Rex (quod numquam facturus credebatur, quodque nemo de illo præſumere aut ſperare poterat) conſenſit. Erat autem ea, quæ nunc uſque ſervatur pacis inſtituta concordia.* Idem lib. 6. cap. 15. *Henricus* (Dux Saxoniæ) *graviter inſtitit Ucelino, ut ferulam paſtoralem, hoc eſt, inveſtituram temporalis domini, ab ipſo acciperet. Sed veteres Bremenſes, Regale munus aſſerentes, inveſtiri Epiſcopos ad formam inter Calixtum Papam & Henricum V. conſtitutam.* Idem lib. 2. cap. 29. de Ludovico Imperatore, Arnulphi filio, Wilhelmum Epiſcopum Mimigardevordenſem inveſtiente: *Ne mireris, Lector, ab Imperatore conſtitutum Epiſcopum. Ferebant hoc illa tempora, quando etiam Summorum Pontificum conſtituendorum deſtituendorumque habebant arbitrium: quod temporum neceſſitas ferebat. Non erat Capitulis (ut nunc) electio libera: non erat confirmatio Apoſtolica neceſſaria: quem Princeps delegerat, is erat Pontifex conſecrandus à vicinis Epiſcopis. Erat longa ſuper hoc jure concertatio inter*

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdotium & Regnum. Hoc duo Henrici, pater & filius; hoc item duo Frederici, avus & nepos, diu defendere ac tueri quærebant: ſed vicit gladius Eccleſiæ, pervicitq́, ut jus ſuum Eccleſiæ relinquerent Imperatores.

Ego HENRICUS Dei gratia) Conſtitutionem appoſui, ut à noſtratibus Hiſtoricis eſt relata. Quam nunc demum locupletiorem apud Willielmum Malmesburienſem comperio, ex quo lacunam noſtram in prima ſtatim conſtitutione ita eſt ut ſuppleas: Exegeſis.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Ego HENRICUS Dei gratia Rom. &c.

Sancta Catholica) Malmesbur. *ſanctæq; Catholicæ.*

Concedo in omnibus Eccleſiis fieri) Repone ex Malmesburienſi: *Eccleſiis, quæ in Regno vel Imperio meo ſunt, canonicam fieri el. &c.*

§. 3. *Et aliorum tam Clericorum*) Reſtitue ex eodem: *& omnium aliorum tam Laicorum quàm Clericorum, quæ in guerra iſta amiſſa ſunt, conſilio Pr. vel juſtitia, quas habeo, reddam; quas non habeo, fideliter ut reddantur juvabo.*

§. 4. *Domino Caliſto*) Malmesbur. *Dom. Papæ Calixto.*

Fideliter juvabo) Neque caput neque pedes habuit vulgaris noſtra conſtitutio. Quin ergo, capite reddito, pedes quoque refigamus. Quos ait fuiſſe Malmesburienſis: *fideliter juvabo; & de quibus mihi querimoniam fecerit, debitam ſibi faciam juſtitiam.*

5. *Hæc omnia acta ſunt conſenſu & conſilio Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt:*

Albertus Archiepiſcopus Moguntiæ.
Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus.
Ratibonenſis Epiſcopus.
Babenburgenſis Epiſcopus.
Bruno Spirenſis Epiſcopus.
Auguſtenſis Epiſcopus.
Trajectenſis Epiſcopus.
Conſtantienſis Epiſcopus.
Abbas Faldenſis.
Heremannus Dux.
Fredericus Dux.
Bonifacius Marchio.
Theobaldus Marchio.
Ernulfus Comes Palatinus.
Othbertus Comes Palatinus.
Berengarius Comes.

Atque ita Anglorum beneficio integram debemus Imperātoris noſtri conſtitutionem, quæ hodieque in univerſo Imperio Romano vigorem ſuum obtinet ac dominatur. Eandem operam cur non, quia bella occaſio eſt, Calixti decreto impendamus? Legitur vulgò:

Ego CALISTUS ſervus) Malmesbur. auctior; *CALIXTUS Epiſcopus ſervus ſ. Dei, tibi dil. fil. HENRICO.*

Et aliqua violentia) Malmesb. *& abſque ulla viol.*

Electus autem regalia per ſceptrum à te recipiat, exceptis omnibus) Hæc tranſpoſita ἐναλλάξ & mutato ordine ſic in locum ſuum, jubente Malmesburienſi, reſtituantur: *Electus autem regalia à te recipiat, & quæ ex his jure tibi debet, faciat; ex aliis verò partibus Imperii, conſecratus infra ſex menſes regalia à te per ſceptrum recipiat, & quæ ex his jure debet, faciat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur. De quibus verò mihi q. fec. & auxilium poſtulaveris, ſecund. off.*

Pag. 56.

Senatus Populique Romani Epiſtola ad Conradum III. Imp.

Auctoritates. OTTHO, Marchio Auſtriæ, Epiſcopus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperat. lib. 1. cap. 28. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis.

Exegeſis. Arnoldus Brixianus Monachus Romam veniens, cognitis Romani Pontificis ejuſque Cardinalium indecenti luxu, pompa, tyrannide, Senatum Populumque Romanum ad reciperandam priſtinam dignitatem frequenti concione fatigavit. Cujus dictis tandem audientes, litteras ad Imperatorem miſſis invitant ad Urbem ſuam conſtituendam, quam ei Pontifex extorſerit. Imperator civilibus in Germania bellis occupatus ſive (ut Viterbienſis ait) gravi Imperii neceſſitate præpeditus, non potuit, quod animo agitabat, imperratum efficere: ſed Romanis indignatus, quòd Senatum ſe inconſulto & præter fidem innovaſſent, eorum & Legatos ſimul & petita inſuperhabuit: ipſi Pontifici cùm cætera privilegia tum Urbis Præfecturam confirmavit. Hæc ſcribit Ottho ille Friſingenſis ab illa ætate ſcriptorum clariſſimus, abeſſet interdum inanis fucus dicam an ſuperſtitio, quâ nonnumquam tranſverſum agitur. Habuiſſe autem tum Pontifices Urbis Præfecturam ab Imperatore, clarè ingerit idem Ottho Chronicor. lib. 7. cap. 31. *Populus Romanus* (inquit) *nullas inſaniæ ſuæ metas ponere volens, Senatoribus, quos antè inſtituerant, Patricium adjiciunt, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petrileonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi ſubjiciuntur. Deinde Pontificem ſuum adeunt, ac omnia regalia ejus tam in Urbe quam extra poſita, ad jus Patricii ſui, repoſcunt; eumque more antiquorum Sacerdotum de decimis tantùm & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes, de die in diem animam juſti affligere non timuerunt.* Et paulò poſt: *Romanus Populus cum Patricio ſuo Jordane in furorem verſus, Præfectura dignitatem abolentes, omnes Principes ac Nobiles ex civibus ad ſubjectionem Patricii compellunt. Quos venerabilis Pontifex, percuſſo prius cum quibuſdam fautoribus ſuis anathematis gladio Jordane, adjuncta Tiburtinis Romanorum antiquis hoſtibus, militia coercuit, tandemque pacem petere coegit. Quam pacem eo tenore dedit; ut Patriciatus dignitatem exfeſtucarent, & Præfecturam* (ita lego, pro illo vulgato *præfatum*) *in priſtinam dignitatem reciperent: Senatores autem ex ejus auctoritate tenerent.*

Dicite nunc, qui ab invidia atque metu procul eſtis, uter gravius in Imperatorem deliquerit: Populusne Romanus, qui diu multumque Imperatoris auxilio fruſtrà imploraro, ipſi ſibi denique contra tyrannos ac libertatis oppreſſores Patricium conſtituerunt, qui Imperatori ſubeſſet tamen an Pontifex Romanus, qui univerſam Urbem ab Imperatoris obedientia alienavit, in ditionem ac poteſtatem ſuam vi redegit, leges atque magiſtratus dedit? At habuit Præfecturam, inquis. Rectè; ſit ergò oportet, à quo habuerit; & referatur ad eum, à quo fuerit Præfectus, Imperatorem ſcilicet, cujus nomine debebat cives in ordinem redigere, ſacramento adigere, jura legesque præſeribere, non ſuo ſibi ac proprio. Exempli gratia: Epiſcopi Loſannenſis ac Genevenſis urbium ſuarum habuêre Præfecturas, quas nomine Imperatoris adminiſtrabant in juredicendo. At iidem nullis argumentis nullisque rationibus umquam evincere poterunt earundem urbium proprietatem. Sciens loquor, qui acta legi Imperatorumque reſponſa. Eſt enim Præfectura Urbis officium, quod nos vocamus Reichs-Vogtey: & Præfectus, qui hodieque in quibuſdam liberis civitatibus, Vogt deß Heiligen Römiſchen Reichs. Nec eſt, quod quiſquam mihi objiciat, Præfecturas jam tum cœpiſſe fieri hæreditarias. Quippe id de Romana Præfectura falſum eſſe, dictat Hieronym. Balbus Epiſcopus Gurcenſis in lib. de Coronat. ad Carolum V. cap. 23. ſcribens: *Ex Pontificibus primus Bonifacius IX. anno Domini M.CCCC. Urbis Romæ dominatum ſibi vendicare tentavit, in cujus vita hæc ſcribit Platina: Bonifacius Urbem ingreſſus, munita mole Adriani mœnibus & turribus, dominatu Urbis ſenſim potitus eſt.* Hæc fuſiùs addere placuit, quo ſiniſtrum Otthonis de hac epiſtola judicium evaneſceret.

Pag. 57.

CONRADI III. IMPERAT. RESCRIPTUM AD IMP. CONſtantinopolitanum.

Auctoritas. OTTHO Marchio Auſtriæ, Epiſcopus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 23.

Exegeſis. Conradus Imperator Gertrudem Imperatricis ſororem ambienti Manueli Comneni Græcorum Imperatoris filio in matrimonium collocavit, id Comnenus pater literis ad Conradum miſſis confirmavit, quarum initium; *Nobiliſſime & dilecte amice Imperii mei Rex.* Finis: *Vale nobiliſſime amice*

amice Imperii mei Rex. Quam Græcam ſtoliditatem indignatus Imperator has ei remittit, quibus declarat, Romanorum Imperatores Græcis debere nihil: Græcorum autem Reges Imperio Romano ſubeſſe. Comneni epiſtola exſtat apud eundem Otthonem lib. 7. ca. 24. Eandem Græcorum vanitatem redarguit Ludovicus II. ſuprà pag. 17. & Fridericus I. infrà pag. 73.

§. 7. *Prætereà de Rutenis*) Comnenus: *De cauſa, quæ facta eſt in Ruſſia, ſicut Imperio meo ſcripſiſti, ſicut convenit Imperio meo facere in cauſa amici & propinqui ſui, ſic & feci.*

§. 8. *Militibus quoque Imperii noſtri*) Comnenus: *Sed de Caballariis Nobilitatis tuæ, quòd ſcripta tua nominatim comprehendebant, & magis de eo qui defecit in viventibus ex eis, ſic fecit Imperium meum, ut ſcripſiſti.* Vide, quos Comnenus *Caballarios*, eos Conradus vocat *Milites*, id eſt, equeſtris ordinis homines, Ritter.

HADRIANI IV. P. R. ET FRIDERICI I. IMP. LITTERÆ.

Pag. 58.

JOANNES Nauclerus Præpoſitus Tubingenſis in Chronic. Huldrichus Mutius Chronic. German. lib. 18. Jacobus Spiegelius JC. & Conſiliarius Caroli V. Imp. & Ferdinandi Regis Commentar. in Guntheri Ligorinum lib. 6. Joannes Baleus in Actis Romanorum Pontificum in Hadriano IV. item Scriptorum Britanniæ Centur. 2. pag. 179. Chriſtianus Urſtiſius in Collectione Germaniæ Hiſtoricorum illuſtrium pag. 562. Caſpar Hedion Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 10. cap. 8. Auctoritates.

Spiegelius: *Radevicum latuiſſe miror alteram ejuſdem Adriani ad Fridericum ſcriptam epiſtolam haud diſſimili argumento: quam unà cum Ænobarbi reſponſiva haud gravabor adſcribere, quod oſtendat, quam degenerarint Romani Epiſcopi ab humilitate lenitateque Apoſtolici ſpiritus.* Urſtiſius: *Epiſtola Adriani Papæ ad Fridericum, cujus etiam videtur mentio fieri apud Radevicum lib. 1. appendicis ad Ottonem: è Chronicis Jo. Naucleri, qui ſe eas in Hirſaugienſi Cœnobio, Spirenſis diœceſis, reperiſſe teſtatur.* Teſtimonia.

HADRIANI. §. 2. *Et filii Excelſi omnes, homagium requiris*) Omnes editiones hîc interſerunt: *omnes, Epiſcopis videlicet, homagium.* Quæ ab gloſſemate ſunt Johannis Naucleri, qui hoc veluti interpretamentum per parentheſin (ut fieri amat) interpoſuit. Exegeſes.

§. 3. *Quid dicam?*) Hæc verba parentheſi incluſa non agnoſcunt Nauclerus, Spiegelius, Mutius, Hedion, Urſtiſius, ſed ſolus Baleus.

FRIDERICI. §. 1. *A quibus & Regni dignitatem ſuſcepimus*) Pleræque editiones interjiciunt: *à quibus, videlicet progenitoribus noſtris, & regni, &c.* Pro quo Urſtiſius habet, *primogenitoribus,* omninò malè. Eſt verò & hoc à manu Naucleri exponentis verborum Friderici ἔλλειψιν.

Porrò quod in ſalutationis titulo legitur: *Imperator ſemper Auguſtus,* τὸ *ſemper* haut temerè reperias in hac nota ante hoc ævum, quo primùm *Auguſti* nomen ab augendo Stoici noſtri Juris Interpretes derivare cœperunt. Quam nominis definitionem, ſive potius reiipſius ἐτυμολογίαν, noſtros Interpretes exædificare Pontifices Romani docuêre Imperii incubatores. Unde Germanicum illud epitheton profluxit, quod ante id temporis incognitum; Allezeit Mehrer deß Reichs. Nam quod ſuprà in Caroli M. conſtitutione Theodonis villans legitur, *Imperator Cæſar Carolus, Pius, Felix, Victor ac Triumphator ſemper Auguſtus,* ſcias tota hæc verba tranſſumpta eſſe ex procœmio Inſtitutionum Juſtiniani Imperatoris, ubi τὸ *ſemper* non ſequenti verbo *Auguſtus*, ſed præcedentibus *Victor ac Triumphator* adjungitur atque cohæret, quorum & ipſum nomen *Auguſtus* quodammodò videtur eſſe adjectivum, ut Grammatici loquuntur. Hotomanni commentatio de Auguſtulo, ſubtilior eſſe videtur quàm verior, quem tamen eſt ut videas, qua ratione *Auguſti* nomen Carolo velit uſurpatum, in Comment. ad d. procem. Sine dubio æmulatione quadam ductus Carolus Juſtiniani titulos ſibi vindicavit, quòd is pulſis Langobardis Imperium Romanum reciperarit, ut Juſtinianus devictis Gotthis. Primus, quod ſciam, adverbium *ſemper* τῷ *Auguſtus* aſtrinxit Accurſius Gloſſator, cujus hæc ſunt verba: *Semper Auguſtus*) *quia hujus debet eſſe propoſites quilibet Imperator, ut augeat; licet hoc non ſemper faciat.* Quem plerique Doctores ſequuntur. Et Engelbertus Abbas Admontenſis de ortu & fine Rom. Imperii cap. 10. *Termini Romani Imperii priſtinis temporibus per aliquos Imperatores, vel ex decreto, vel ex pacto cum aliis gentibus ſunt quaſi licitè & utiliter limitati & anguſtati; qui tamen Imperatores (quod ad hoc) tunc non Auguſti ab augendo, ſed anguſti ab anguſtando fines Romani Imperii poterant appellari.*

Pag. 60.

FRIDERICI I. IMP. EPISTOLA
AD PRINCIPES IMPERII.

Auctoritates. RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 10. Gunther in Ligurini lib. 6. Mathias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis. Fuit verò hujus epiſtolæ compoſitor atque dictator Reinaldus Comes a Daſſel & Cancellarius Imperatoris, ut ex Radevico colligitur.

Teſtimonia. Exemplar literarum Adriani Papæ, cui Imperator reſpondet, extat apud eundem Radevicum d. lib. 1. c. 9. & Guntherum lib. 6. Ligurini: quem eſt ut videas. Videtur autem Adrianus accepto Imperatoris reſponſo per Legatos, alias literas ad Archiepiſcopos Germaniæ dediſſe, de quibus Joan. Aventinus in Annalib. *Hadrianus nodum in ſcirpo (quod ajunt) quærit. Imperium eſſe beneficium Romani Sacerdotis, Auguſtum precariò duntaxat regnare aſſerit. Extat ejus ad Hillinum Treverorum, Arnulphum Moguntinum, Fridericum Agrippinenſem Archimyſtam, epiſtola, ex qua verba ipſius Hadriani ſubtexere operæ pretium eſſe duximus.*

ADRIANUS PAPA, &c.

.... *ROmanum Imperium à Græcis translatum eſt ad Alamannos, ut Rex Teutonicorum non antè, quàm ab Apoſtolico conaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem Rex, poſt Imperator. Unde igitur habet Imperium, niſi à nobis? Ex electione Principum ſuorum habet nomen Regis; ex conſecratione noſtra habet nomen Imperatoris & Auguſti & Cæſaris. Ergo per nos imperat. Recolite antiqua. Zacharias promovit Carolum: fecit ei nomen grande, ut eſſet Imperator: & ut poſthac perpetuò Rex Teutonicus eſſet Imperator, & Advocatus Sedis Apoſtolicæ, ut Romano Epiſcopo Apulia per eum pacata, eſſet ſubjecta, quæ noſtra cum Urbe Romana eſt, non Imperatoris. Roma noſtra ſedes eſt; Imperatoris eſt Aquis in Arduenna, quæ eſt Sylva Galliæ. Imperator quod habet, totum habet à nobis. Sicut Zacharias tranſtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos, ita nos poſſumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in poteſtate noſtra eſt, ut demus illud, cui volumus. Propterea conſtituti ſumus à Deo ſuper gentes & regna, ut deſtruamus & evellamus, & ædificemus & plantemus, &c.* Sed hæc epiſtola poſterior eſt: cujus furori atque inſectationi irritationem dediſſe videntur Principes Imperii in Comitiis Biſuntinis. Quam rem ita narrat Radevicus d. c. 10. *Talibus literis lectis*, (quibus nimirum hîc reſpondet Imperator, relatis ab eodem Radevico c. 9. uti paulò antè memoravimus) *& per Reinaldum Cancellarium fida ſatis interpretatione diligenter expoſitis, magna Principes, qui aderant, indignatione commoti ſunt, quia tota literarum continentia non parum acedinis habere, & occaſionem futuri mali jamjam fronte ſua præferre videbatur. Præcipuè tamen univerſos accenderat, quòd in præmiſſis literis inter cætera dictum fuiſſe acceperant, dignitatis & honoris plenitudinem ſibi à Romano Pontificem collatam, & inſigne Imperialis coronæ de manu ejus Imperatorem ſuſcepiſſe: nec ipſum pœnitere, ſi majora beneficia de manu ejus ſuſcepiſſet, habita conſideratione, quanta Eccleſiæ Romanæ per ipſum poſſent incrementa & commoda provenire. Atque ad horum verborum ſtrictam expoſitionem, ac præfatæ interpretationis fidem auditores induxerat, quod à nonnullis Romanorum temerè affirmari noverant, Imperium Urbis & Regnum Italicum donatione Pontificum Reges noſtros hactenus poſſediſſe, idque non ſolùm dictis, ſed & ſcriptis atque picturis repræſentare, & ad poſteros tranſmittere. Unde de Imperatore Lothario in Palatio Lateranenſi ſuper hujuſmodi picturam ſcriptum eſt:*

Rex venit ante fores, jurans priùs Urbis honores,
Pòſt homo fit Papæ, *ſumit quo dante coronam.*

Talis pictura taliſque ſuperſcriptio Principi, quando alio anno circa Urbem fuerat, per fideles Imperii delata, cùm vehementer diſplicuiſſet, amica prius invectione præcedente, laudamentum a Papa Adriano accepiſſe memoratur ut & ſcriptura pariter atque pictura talis de medio tolleretur, ne tam vana res ſummis in orbe viris litigandi & diſcordandi præbere poſſet materiam. His omnibus in unum collatis, cùm ſtrepitus & turba inter Optimates Regni de tam inſolita legatione magis ac magis invaleſceret, quaſi gladium igni adderet, dixiſſe ferunt unum de Legatis: A quo ergo habet, ſi à Domino Papa non habet, Imperium? Ob hoc dictum eò proceſſit iracundia, ut unus eorum, videlicet Otto Palatinus Comes de Baioaria, ut dicebatur, propè exerto gladio cervici illius mortem intentaret. At Fridericus auctoritate præſentiæ ſuæ interpoſita, tumultum quidem compeſcuit: ipſos autem Legatos ſecuritate donatos, ad habitacula deduci, ac primo mane via ſua proficiſci præcepit: addens in mandatis, ne hac vel illac in territoriis Epiſcoporum ſeu Abbatum vagarentur, ſed recta via nec ad dextram nec ad ſiniſtram declinantes, reverterentur ad Urbem. Ipſis itaque ſine efficacia revertentibus, id quod factum fuerat ab Imperatore per univerſum Regni ambitum providè literis declaratur; quarum hic tenor ſuit &c. Hæc ſunt acta Comitiorum Imperialium, Biſantiæ Burgundionum, celebratorum, quorum quaſi

Receſ-

Google

Receſſus quidam eſt hæc epiſtola. Eadem acta pariter & ipſam integram epiſtolam elegantiſſimis verſibus exſecutus eſt Guntherus d. lib. 6. Ligurini; quem tibi auctor ſum ut conſulas. Eſt ut tibi ſit vicem interpretis omnium certiſſimi: quippe, qui ipſis rebus geſtis interfuit.

§. 2. *Porrò quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, &c*) Quod nefas, & Principi vetitum, nedum Papæ. Et fuit una ex cauſis non minima, quæ Wenceslao Imperium ademit. Vide Exautorationem §. 2.

HADRIANI PAPÆ EPISTOLA AD EPISCOPOS GERMANIÆ. Pag 51.

RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 15. Guntherus Ligurini lib. 6. Auctoritates.

Radevici verba: *Cùm hæc agerentur, Legati Sedis Apoſtolicæ Rolandus & Bernhardus reverſi, quantas injurias ſuſtinuerint, in quo periculo fuerint, exponunt, gravibus graviora adjicientes, ut in ultionem eorum, quæ ſe pertuliſſe dixerunt, Romana Urbis Epiſcopum provocarent. In hoc negotio Clerus Romanus ita inter ſe diviſus eſt, ut pars eorum partibus faveret Imperatoris, & eorum, qui miſſi fuerant, incuriam ſeu imperitiam cauſarentur; quædam verò pars votis ſui Pontificis adhæreret. Unde de hac tempeſtate dicturi, lectorem non noſtris verbis noti volumus, ſed ponentes epiſtolas hincinde directas, ex eis colligat quam partem tueatur, cuive ſidus velit permanere. Nobis autem indulgentiam petimus, qui potiùs utramque perſonam, Sacerdotalem ſcilicet & Regalem, reverentia debita veneramur, quàm temerè de altera judicare præſumamus. Exemplar itaque literarum à Summo Pontifice ad Archiepiſcopos & Epiſcopos ſuper his directarum tale fuit.* Eadem ipſiſſima Guntherus, ut alter ex altero ſublegiſſe videatur, exceptis his quatuor verſibus: Teſtimonia.

> *At Præſul ſubita, nimiùm quoque fervidus ira,*
> *Præſulibus noſtri tam ſæva piacula Regni,*
> *Contemptusque ſuos mæſtis deflere querelis*
> *Accelerans, tales ferri jubet undique chartas.*

Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis: *Eâ (ut putabant) injuria Cæſaris Papa commotus, facere ac Cæſarem inſectari cœpit. Tuncque (ut opinor) illas literas, quas ſuprà ex Aventino appoſuimus) ſcripſit. Radevicus alias itidem ad Epiſcopos ſcriptas recitat, in quibus accuſat Cæſarem, & jubet Epiſcopos eum cohibere.* Sed illæ priores erant ad tres tantùm Archiepiſcopos Rhenanos: quorum reſponſo ſine dubio commonefactus & inſtructus, has deinde longè mitigatiores & moderatiores ad univerſos Epiſcopos per Germaniam mittit.

Epiſcoporum Germaniæ Reſcriptum ad Adrianum Papam. Pag. 52.

RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 16. Guntherus Ligurini lib. 6. Auctoritates.

Radevici verba: *His literis, talique legatione percepta, Præſules Alemanniæ communicato in unum aſſenſu & conſilio, Sedi Apoſtolicæ in hæc verba reſcribunt.* Eadem Guntherus: apud quem Spiegelius Commentator: *Quæ ſatis indicant, tunc temporis Epiſcopos noſtros haud tam addictos fuiſſe Romanæ Sedi atque nunc ſunt.* Illyricus in Catalogo Teſtium: *Epiſcopi reſpondent humiliter quidem Papæ: ſed tamen ſimul & Cæſarem diligenter excuſant, & Papam accuſant, eumque ad ſcribendum alias molliores literas, mittendamque modeſtiorem Legationem hortatur: quod & fecit Papa, quandoquidem vidit ſe tunc haud facilè prævalere poſſe.* Teſtimonia.

A pictura cepit: ad ſcripturam pictura proceſſit) Ad horum intelligentiam vide quæ ſuprà ex Radevico ad Friderici hujus epiſtolam ad Principes Imperii annotavimus. Exegeſis.

ADRIANI PAPÆ EPISTOLA AD FRIDERICUM I. IMP.

RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris, Guntherus Ligurini lib. 7. Auctoritates.

Radevici verba: *Friderico caſtra in campeſtrib. Auguſtæ civitatis metato, ad ſuam eosdem Legatos admittit præſentiam, eisque clementer receptis, cauſam adventus exquirit. Illi reverenter ac* Teſtimonia.

demiſſo vultu, voce modeſta, tale ſua Legationis aſſumunt principium: Præſul ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, veſtræ Excellentiæ devotiſſimus in Chriſto pater ſalutat vos, ſicut chariſſimum & ſpecialem ſancti Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres noſtri, Clerici autem veſtri, univerſi Cardinales, tanquam Dominum & Imperatorem urbis & orbis. Quanta dilectione ſancta Romana Eccleſia amplitudinem & honorem Imperii veſtri amplectatur, quam ſine conſcientia peccati veſtram ſatis in vita ſuſtinuerit indignationem, & ſcripta præſentia, & in ore noſtro poſita viva vocis officium declarabunt. Poſt hæc verba literas efferunt, quæ venerabili Ottoni Friſingenſi Epiſcopo ad legendum ſimul & interpretandum data ſunt, viro utique, qui ſingularem habebat dolorem de controverſia inter Regnum & Sacerdotium. Videatur Guntherus.

Exegeſis. §. 2. *Contulimus tibi inſigne Imperialis Coronæ*) Pari eodemque conſenſu omnes Juris interpretes ſtatuunt, quæ ad Coronationem attinent, honoris & officii cauſa fieri, quàm magis neceſſariò, vel ut ex illa actione Imperatoribus quidquam accedat. Non ſolemnia (inquam) cujus generis ſunt confirmatio, inunctio, conſecratio, coronatio, de ſubſtantia Imperatoris ſunt, ut Dialectici loquuntur, hoc eſt, faciunt ut quis ſit Imperator, ſed una ſolaque Principum electio. Objicis: nonne uſus obtinuit, ut ante coronationem Romanam appelletur tantùm *Rex Romanorum?* Atqui maximus magiſter eſt populus, Cicerone teſte Tuſcul. quæſt. lib. 3. & opinio vulgi vix mutari poteſt, ut idem in Topicis auctor eſt. Eſto, quid jam? num proinde nequit uſurpare Imperii gubernacula? O vane, dic mihi qua ratione Rex eſſe queat, qui non regit? Mitto veteres, quibus *Regia Majeſtas* & *Imperatoria, Regium culmen* & *Imperatorium*, ſunt (ut Dialectici loquuntur) æquipollentes & ſynonymæ, ut in l. *bene a Zenone* &c. item l. 1. C. *Ut nemo privatus* &c. quod Interpretes obſervarunt, apud Tertullianum quoque & D. Hieronymum, quod Rhenanus: nónne res eſt deciſa in publicis Imperii Comitiis, lege promulgata ab Ludovico IV. Imperatore, ut ſimulac Germanorum ſuffragiis Rex eſt deſignatus, efficiatur & ſit verus ac legitimus Imperator? nónne ante eum ab Juſtiniano Imp. conſtitutum, ut inde ſtatim incipiant Imperii anni fluere, atque ut eodem temporis veſtigio poſſit quæcunque ſunt poteſtatis Imperialis implere, Novell. 47. c. 1. *Ut præponas. nom. Imp.* &c. ubi velim, Baroni, Baldum audias; cujus præceptis inſtructus Annalium tuorum numeros emendes. Illud alterum, quod objicitur, de Spiritus ſancti collatione per ſacram unctionem, ejuſmodi eſt, ut huic commento debere fateamur Pontificiam dominationem & juramenta poſteriorum Imperatorum, ignota Carolinis & ſequacibus proximè Imperatoribus, qui imprudentes ſerpentem, ut dicitur, in ſinu aluerunt. Hunc deprehendit Fridericus iſte, coegitque veneni ſui vomitum reſorbere, & pungentem linguam blandiùs ſibilare.

Pag. 64.

FORMULA SACRAMENTI FIDELIUM IMPERII.

Auctoritates. RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 19. Guntherus Ligurini lib. 7. initio.

Teſtimonia. Radevici verba: *Excepti* (Imperatoris Legati) *cum magna frequentia & honorificentia Epiſcopi civiumque Veronenſium, tam illic quàm in aliis civitatibus fidelitatem Imperatori & adminiculum expeditionis, tactis ſacroſanctis Evangeliis, promitti fecerunt, viamque venturo Imperatori præparantes, ejus adventus fidi & utiles præcurſores extitere. Sanè hæc eſt forma ſacramenti, in qua omnes juraverunt.* Guntherus:

Tunc Proceres, clarique viri, turbaque minoris
Ambitioſa manus, ſtudia devota fideli
Sacramenta dabant, cunctas ſervanda per urbes,
Principis Auſonii jus, famam, corpus, honorem,
Nec ſe læſuros, & ſi quis lædere tentet,
Uſque vel ad mortem tota virtute reniti:

FRIDERICI I. IMP. LEGES CASTRENSES SIVE MILITARES.

Auctoritates. RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 26 Guntherus Ligurini lib. 7. ubi conſulantur interpretes Jacobus Spiegelius & Conradus Rittershuſius JCti.

Teſtimonia. Radevici verba: *Reſidente Auguſto, & ex diverſis civitatibus Italiæ venientem militem præſtolante, conſilio inito, commodè & religiosè ſatis priùs de pacis quàm de belli tractat negotiis. Conventum ergo Principum cogens, leges pacis in exercitu conſervandas tales conſtituit.* Guntherus:

Uſque

Digitized by Google

Utque Ducis tota ſubierunt caſtra cohortes,
Ne quid inhumanum, linguis, ac moribus illa
Diſſona barbaries, caſtris impunè moveret,
Conſenſu Procerum tales à Cæſare Leges
Compoſitæ, ſtabili caſtrorum jure, feruntur.

Harnaſcha) Gunthero —— *caſtrorum tota ſuppellex.* Pura puta vox Germanica, Harniſch. Exegeſes.

§. 3. *Capitalem ſententiam ſubibit)* Si verò non occiderit, ſed vulneravit tantùm, dextram amittet. Intellige autem de temerario homicidio aut vulnere, de quibus idem Fridericus apud Guntherum lib. 2.

Sed quia caſtrenſis crebris aſſueta rapinis
Rixari, ferroque etiam pugnare juventus,
Duxerat in morem, pravæque libidinis uſum:
Providus hunc tali miteſcere lege furorem
Rex jubet: ut ſi quis caſtrorum examine quenquam
Pulſet, & injuſtis ſocium ferus appetat armis,
Aut caput, aut dextram tali pro crimine lictor
Amputet, & facinus feriat capitale ſecuris.

§. 4. *Palefrido)* Gunther. *equo curſore*, corruptum ex *paraveredo.* Lexicon Franco Latinum: *Palefres, mannus, palefridus.* Balbus Catholico: *Palefredus dicitur à paſſu & leni & freno & ducendo: quia leni paſſu per frenum ducatur, & eſt genus equi, qui alio nomine dicitur mannus & gradarius.* Videatur Pithœus in Gloſſar. Capitular. Caroli M.

Dextrario) Gunther. *bellator equus.* Idem Lexicon: *Deſtrer, aſtruco, nis.* Idem Balbus: *Dextrarius, equus, à dextra, quia per dexteram ducitur.* Et alibi: *Aſtruco, n. præcedente a. id eſt dextrarius.*

§. 6. *vel forum)* rerum venalium ſcilicet, Marck.

§. 6. *Prohibere debet)* quia, ut eleganter Auguſtinus & ex eo Caſſiodorus ajunt: *Cùm poſſis obviare perverſis, ſi deſinas adverſari: conſenſus erroris eſt.* Videantur Interpretes ad l. *culpa caret*, D. *De Reg. jur.* & ad l. *ſcientiam*, D. *Ad L. Aquil.* & Doctor meus Rittershuſius Not. ad Gunther. lib. 7. cap. 1. nu. 10.

§. 11. *Sed dicat Marſcalco)* Gunther. *Sed ſtabulatori noſtro denunciet)* Vox Germanica: quibus mar equum, Scalk miniſtrum notat, Marſchalck.

§. 16. *Quicunque foveam invenerit)* Quum *fovea* vindicatio ad Mareſcalci juriſdictionem pertinuerit, nondum exquirere potui, quid eſſet. Interea dum tecum ſentio, Rittershuſi, theſaurum defoſſum accipi, quem nos Germani dicimus Schatzgrub; minimè abludente vocabulo. Cæterоqui *foſſo* Italis eſt arrugia, donde ſi caua l'oro; & *foſſata* hoc ipſo Friderici ævo pro metalli fodina. In Concil. Lateranenſi ſub Alexandro III. cap. 19. *Sive quidem foſſatum, ſive expeditionem, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis Eccleſiarum & Clericorum & pauperum Chriſti uſibus deputatis, volunt verè cuncta compleri, ca. non minus.* 4. *Ext. de immunit. Eccleſiar.* &c. De theſauro quod dixi, obſtare videtur ipſius Friderici conſtitutio ca. un. Quæ ſint regal. lib. 2. Feudor. ubi theſauri in loco Cæſaris aut religioſo inventi non data opera, dimidium fiſco addicitur; non data opera, totum. Sed dicendum eſt, hoc paganis eſſe conſtitutum: illud militibus indultum.

§. 24. *Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit*, &c.) De hac re variarum eſt inter priſcos Juriſconſultos. Alii namque quorum Dux fuit Trebatius, putabant feram eſſe vulnerantis & tamdiu ejus manere, dum eam perſequitur. Quod ſi alius eam cepiſſet non reſtituendi animo ei, qui vulneravit, furti teneri, ut §. *fera.* Inſtit. *de rer. diviſ.* & l. 5. §. 1. D. *de acquir. rer. dom.* Et ratione nixus Trebatius; quòd æquum videretur ei feram cedi, qui vulnere cauſam dediſſet, quò faciliùs caperetur. quàm alteri, qui tanquam fucus alieno labore & induſtria frui geſtiret: tum quia, quod in facili & propinquo eſt, ut fiat, pro jam facto haberi ſoleat. Sed his non obſtantibus vicit aliorum ſententia exiſtimantium, feram capienti attribuendam non vulneranti; quam & Gajus JC. in d. l. 5. §. 1. veriorem eſſe dicit, & Imperator Juſtinianus confirmavit d. §. *fera.* Sed Fridericus Imperator, ſpreta Juſtiniani auctoritate, ad Trebatii ſententiam rediit: quam hodie noſtris moribus paſſim venatores ſequuntur.

§. 25. *Birſando)* jaculando, Birſten: unde Birſtbir.

FRIDE-

FRIDERICI I. IMP. CONSTITUTIO DE PACTIS MEDIOLANENSIBUS,

Auctoritas. RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 1. cap. 41.

Exegeſes. §. 1. *Fodro)* Vox Germanica, quæ cum Longobardis in Italiam transmigravit. Significat hoc loco exactionem militarem ſive extraordinariam collationem quæ ob ſuſtentandum exercitum aut tranſitum ejus imponitur, Kriegsſteur, Videatur Spiegelius ad lib. 9. Guntheri, & Hotomannus in Commentar. de verbis feudalib.

Viatico) Weggeld/ quod aliàs *plateaticum*, & *pedaticum*, id eſt vectigal ſive telonium, quod à tranſeuntibus ſolet exigi.

§. 2. *ab annis XIV.)* Cujac. ad lib. 5. Feudor. eumque ſecutus Gothofredus, legendum cenſent, XVIII. quos tacitis auctorum nominibus perſtringit noſter Freherus in Aſſertione propriæ gubernationis Sereniſſimi FRIDERICI IV. PALATINI ELECTORIS orat. 2. pag. 67. quem vide.

Pecuniam pro emendatione injuriarum) *emendatio*, Francis *emende*, Alamannis Buoß/ pœna ſive mulcta pecuniaria, quæ in Germanis legibus *VVerigeldus* dicitur, Geldſtraff.

Pag. 66. §. 5. *Populares)* cives minorum gentium, Francis *populaire*, Germanis detorta voce Pöſel: hoc eſt (nam Germanicè meliùs exprimitur) von der gemeinen Bürgerſchafft.

§. 9. *Pedaticum)* vectigal ſive telonium, quod terrâ proficiſcentes præſtant, ut jam dictum.

Portus) portoria, ut in ca. un. *Quæ ſint regal.* lib. 2. Feudor. ubi Cujacius.

Pag. 67.

FRIDERICI I. IMP. EPISTOLA AD EPISCOPOS TRANSMONTANOS.

Auctoritas. RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 2. cap. 56. quem vide, pariter Guntherum lib. 10. Ligurini, adhibito interprete Spiegelio.

Exegeſis. §. 3. *Coadunatis itaque in unum omnibus Epiſcopis, &c.)* Idem Imperator in Concilio Papienſi, *cùm reſediſſet*, *ait ad Epiſcopos: Quamvis noverim officio ac dignitate Imperii penes nos eſſe poteſtatem congregandorum Conciliorum, præſertim in tantis Eccleſiæ periculis: (hoc enim & Conſtantinus, & Theodoſius, necnon Juſtinianus, ſeu recentioris memoria Carolus Magnus, & Otto Imperatores feciſſe memorantur) auctoritatem tamen diffiniendi hujus maximi & ſummi negotii, veſtra prudentiæ veſtraque poteſtati committo:* apud eundem Radevicum d. lib. 2. cap. 64. Cui concors Ludovicus Junior apud Eutropium Longobardum in libello De ſtatu Romanorum, ubi legitur: *Erectus eſt denique Regum honor contra Apoſtolicam dignitatem, objiciens ei antiqua Patrum ſtatuta, non licere Prælato excommunicare Epiſcopum, inconſulto Synodali Concilio: & quia Synodus non à Papa, ſed ab Imperatore vocari deberet.* Iterum Fridericus apud Aventinum in Annalibus: *Imperator menſe Majo atque Quinquagenalibus apud VVirtzburgum, Conventum Epiſcoporum Senatuſque Imperii cogit. Cœtum frequentes Archimyſtæ, minores Pontifices, Præſides, Duces, Præfecti, Vidonem Pontificem Maximum legunt, Paſchalemque vocant. Fit Senatuſconſultum, nullum poſthac fore Pontificem Maximum, niſi qui more majorum conſenſu Imperatoris creetur, atque nuncius duntaxat Chriſti ſucceſſorque Petri, non etiam Cæſarea potentiæ pertinax æmulus eſſe velit. A ſingulis exactum juramentum, haud alium aut recepturos aut paſſuros Pontificem Maximum perpetuò, etiam mortuo Imperatore.* Albertus Crantzius Metropol. Saxoniæ lib. 6. cap. 18. *Sequutus eſt Imperator exempla majorum, quòd Henricus III. in non diſſimili caſu, Romana imploratus conſuluerit Eccleſia (quod ſuprà memoravimus) quum Leo IX. eligeretur: & ante illum Otto I. deſtituto Johanne Benedictoque, Leonem ſuum reſtituit aut conſecratum.* Jacob. Spiegelius, cujus infrà fit mentio in Pragmatica Sanctione, Maximiliani I. Imp. Secretarius, Caroli verò V. Imp. Conſiliarius in Comment. ad lib. 10. Guntheri: *Sed & Maximilianus invito Julio indixit Concilium, ut in temporibus ejus latiùs referemus.*

Frideri-

Friderici I. Imp. Epiſtola ad Antipapam.

RADEVICUS Canonicus Ftiſingenſis de Geſtis Friderici I. Imperatoris lib. 2. cap. 55. Ejus vetba cap. 54. *Fridericus ancipiti malo novi ſchiſmatis permotus, conſilio Principum decrevit dare operam, ne quid exinde ſeu ſtatus Eccleſiæ, ſeu Reſp. Imperii detrimenti caperet. Audiens itaque utrumque electum in Epiſcopatus ordinem conſecratum, alterum ab altero excommunicationis ſententia condemnatum, ſine judicio Eccleſiæ controverſiam terminari poſſe non putavit. Auctoritatem autem congregandi Concilii, exemplo antiquorum Imperatorum, verbi cauſa, Juſtiniani, Theodoſii, Caroli, ſibi congruere putans, litisque deciſionem legitimam eſſe non poſſe, niſi partibus hinc inde congregatis, conſiderans, ad citationem amborum venerabiles viros & prudentes, Danielem Pragenſem & Hermannum Verdenſem Epiſcopos dirigit cum literis, quarum exemplar hoc eſt.*

Reſcripta Imperatoris & Concilii ex Comitiis Papienſibus. Pag. 68.

RADEVICUS Canonicus Friſingenſis de Geſtis Fridetici I. Imperatorie lib. 2. cap. 71. & ſequentis. Auctoritas.

Ipſa Concilii acta habes apud eundem Radevicum cap. 67. lectu ſanè digniſſima, & tibi, quicumque es, minimè prætermittenda. Testimonium. Cap. 70. deſctibitur confirmatio Pontificis ab Imperatore petita his vetbis: *Confirmato & recepto taliter in Papatu Victore, defertur ad Principem Sacerdotalis Concilii ſententia. Quæ venerabiliter ſuſcepta & approbata, Victor ad Eccleſiam vocatur, & magna ſolemnitate & frequentia Cleri ac Populi ſuſcipitur, ipſique ut Summo Pontifici & univerſali Papæ acclamatur. Divus quoque Imperator conſuetam ei reverentiam, ſicut Conſtantinus beato Sylveſtro humiliter pro foribus Eccleſiæ exhibuit: & manu ejus accepta uſque ad ſedem deduxit, & intronizavit. De reliquis, quæ ibidem acta ſunt, exemplaria literarum ſubnotata conſule.*

Pactum Romanorum cum Imperatore. Pag 71.

GODEFREDUS Monachus S. Pantaleonis apud Coloniam Agrippinam in Annalibus Anno Domini MCLXVII. Auctoritas.

§. 2. *Faciet ſalva omnia juſta teſtamenta)* Imperitè dixit, pro, inſtrumenta, diplomata. Sic Conradus de Fabatia in Caſib. Monaſter. S. Galli cap. 14. Exegeſes. *Accepta ab Abbate pecunia marcarum pondo quingentarum data manu roboravit cum filiis inſtrumento facto Regalique teſtamento confirmato.* Ibidem: *A patre ipſius & matre tam in prædiis quam in militibus honeſtis & familia copioſa, in præſentia multorum teſtamenti cartam faciens conſcrib.* Et eodem libro, cap. 20. *Rex donavit Eccleſiæ curtem cum omnibus ſuis appendiciis, &c. faciens teſtamentum donationis ſigillo roboratum Imperiali.* Wato Diaconus in Chartar. Centur. quam tom. 2. Alamann. antiquitat. evulgavi, Charta VII. *Cui Romana per hoc autoritatis teſtamentum ſtatuo, &c.* id eſt, inſtrumentum ſive Chartam. Sequitur enim: *Et ut hac teſtamenti ac ingenuitatis autoritas inviolabilem inconvulſamque obtineat firmitatem, &c.* Pro, inſtrumenti de ingenuitate facto. Videatur Vadianus lib. 2. Antiquitatum, & Gloſſæ noſtræ in Alamao. rer. ſcriptores pag. 227.

Plateaticum) Weggeld / Weggoll / à *Platea*, ἀντὶ τῆ via, unde & *Viaticum* dici ſuprà annotavimus, itidemque *Pedaticum.*

Portaticum) portorium, portum, de quo & ipſo ſuprà diximus: & videtur propriè marinum eſſe.

Ripaticum) Portorium, quod ſolvitur à ripa transeuntibus, ut noſtris moribus in Rheno verbi gratia, Mœno, Moſella, &c. vide ca un. *Quæ ſint regalia* lib. 2. Feud.

Henrici VI. Imp. Epiſtola de indicenda militia ſacra.

GOdefridus Monachus S. Pantaleonis apud Coloniam Agrippinam in Annalibus, Anno Dominicæ incarnat. MCXCV. Auctoritas.

Ejus

Teſtimonium. Ejus verba ſunt : *Imperator, ut vir Deo plenus, recolens miſerias & captivitatem Chriſtianorum in terra promiſſionis, ad liberationem ejus animum intendit, ſcribens ab Apulia omnibus in Teutonica terra conſtitutis in hunc modum.*

Exegeſis. §. 1. *Milites, & totidem ſargantos*) *ſergentes, ſergens*, vox Italica & Francica, id eſt, miniſtros, ſervos. *Milites* autem accipe homines nobiles ex ordine equeſtri.

Pag.72.

PRINCIPUM IMPERII SCRIPTUM AD INNOCENTIUM III. PAP. DE ELECTIONE OTTONIS IV. IMPER.

Authoritas. CÆSAR Baronius Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſtic. tomo 10. Anno 996. §.57. & ſeqq.

Teſtimonium. Ejus verba : §. 56. *Nemo jure inficias ire poterit, poſt Tertii Ottonis obitum, ducentis & ampliùs annis, quotquot electi fuerunt Romanorum Reges Imperatores deſignati, eoſdem non ſeptem duntaxat Electorum, ſed omnium Principum Germanorum, qui ad Comitia conveniſſent, ſuffragiis fuiſſe ad Regium culmen electos: quod præterquam ſingulorum promotiones, perſpicuè ſatis edocent, ut dubitationi nullus poſſit locus eſſe relictus, quæ adhuc extant de ipſis promovendis litteræ diverſorum Pontificum Romanorum ad Germaniæ Principes data: & inter alias, quas Gregorius VII. ſcribit ad omnes Epiſcopos, Duces, atque Comites Teutonicos de novi Regis electione facienda, ſi Henricus in Synodo excommunicatus non reſipiſceret, oſtendens illorum omnium jus eſſe par in eligendo Rege in Imperium promovendo. Ita etiam perſeveraſſe tempore Innocentii Papæ III. anno Redemptoris MCC cùm mortuo Henrico VI. Imperatore, Principes Germaniæ ſciſſi ſint inter ſe, eligentibus aliis Ottonem IV. aliis verò Philippum, litteræ ambarum partium ad Innocentium Papam datæ ſignificant, quibus manifeſtè apparet, non penes ſeptem tantùm fuiſſe jus eligendi, ſed penes omnes tam Eccleſiaſticos quàm Laicos feudatarios Imperatoris in utraque Germania Principes. Extat ſcriptus tunc codex omnium illarum epiſtolarum, quæ in ea cauſa ultro citroque datæ fuere, aſſervaturque in archivo Apoſtolicæ Sedis in Caſtello S. Angeli in Urbe, nimirum litteræ Balduini Comitis Flandriæ unius ex Electoribus, alia Comitis Daburgenſis & Metenſis eodem munere perfungentis, Adolphi Archiepiſcopi Colonienſis & aliorum qui elegerunt Ottonem, &c.* Poſtea §. 60. *Hos legitimos fuiſſe Electores, ipſe Innocentius Papa ſuis eſt ſæpe litteris teſtatus, ad Germaniæ Epiſcopos & Principes datis, eodem codice comprehenſis. Si neque adverſarii ipſi negarunt, hos legitimos fuiſſe Imperii Electores, ſed tantùm fuiſſe numero pauciores objicere, eoſdemque auro corruptos ab Anglorum Rege eidem nepoti ſuo Ottoni favente.* Hæc ille

Lyſis. At verò, Baroni, ut hoc tibi demus omnium Principum Germaniæ conſenſum in calatis Comitiis requiſitum fuiſſe in eligendo Imperatore, ita negamus legitimam fuiſſe Ottonis illam, quam proponis electionem, quippe in qua leges & conſuetudines Imperii fuerunt violatæ. Quod autem contra leges fit, id ipſo jure nullum eſſe certum & indubitatum eſt. Principiò dum ſi omnes & ſingulos Principes tangebat electio, ab omnibus & ſingulis etiam approbari conveniebat, ex vulgatiſſima Juris regula. Sed hæc erat electionis lex & conſuetudo, ut omnes Imperii Principes convocarentur: à majore autem parte æquè tum, atque hodie, electus confirmaretur. Pluralitas, inquam, votorum ſuperior diſcedens Imperatorem conſtituebat. Tum deinde nónne primam in electione ſententiam Archiepiſcopus Moguntinus ferebat, dein cæteri in ordine Principes Eccleſiaſtici pariter & Laici: electi conſecratio ad Colonienſem ſpectabat Archiepiſcopum? Non ibi longiùs: audi Fridericum I. in Reſcripto ad Epiſcopos Germaniæ loquentem: *Liberam Imperii noſtri coronam divino tantùm beneficio aſcribimus: electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem Principibus, recognoſcimus: Regalem unctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici.* Vides antiquam electionis conſtitutionem & conſuetudinem jam ante Fridericum Primum? Cujus quid, quæſo, præter conſecrationem, in electione Ottonis obſervatum? Porrò cognoſcere licet totam controverſiam ex Godefrido Monacho S. Pantaleonis in Chronic. ſcribente Anno MCXCVIII. *Vuerra magna & diſſenſio nimis timenda oritur inter Principes Teutonicos de Imperio. Nam Colonienſis & Treverenſis Archiepiſcopi electionem Regis ſui juris eſſe firmantes, habito conſilio apud Andernacum cum Bernhardo Duce Saxoniæ, & aliis Epiſcopis, & Comitibus & Nobilibus plurimis, Curiam omnibus Principibus in Colonia habendam præfigunt in Dominica Oculi mei, evocantes eodem & Ducem de Zaringen Bertolfum, quem ipſi etiam deliberaverant Regem creare. Ad quam Curiam cùm pauci occurrerent, & ideo tale negocium ad effectum non poſſent perducere, nunciatur eis Orientales Marchiones cum Duce Saxoniæ Bernhardo, & Magaburgenſi Archiepiſcopo, & aliarum ſuperiorum partium Principibus ad electionem novi Regis Erpſord conveniſſe. Qui mox Heimannum Monaſterienſem Epiſcopum, & alios honoratos viros, ad eoſdem, qui convenerant, Principes miſerunt rogantes, ne abſentibus eis aliquam electionem celebrarent, ſed ad aliquem denominatum locum eis occurrerent, electuri cum eis idoneum & dignum Deo Im-*

peratorem

Google

peratorem & Advocatum Eccleſiarum. Dum ergo jam dicti Nuntii ad eandem Curiam veniſſent, cognoverunt illos Philippum Ducem Suevia, Imperatoris fratrem, concordaſſe, & eum in Regem elegiſſe. Unde mox redierunt, & prædictis Epiſcopis, quæ facta fuerant, retulerunt. Qui vehementer indignati, eò quòd nunquam aliquis Rex in Saxonica terra electus ab his Principibus fuiſſet, mox Duci Bertolfo de Zaringen fidem fecerunt, quòd ipſe repatrians exercitum ſecum duceret, & ſtatuto ſibi die Andernacum rediret, eum ibi remota omni dubitatione Regem crearent. Hoc & ipſe promiſit, & juravit, & inſuper obſides dedit. Deſignato igitur die cùm apud Andernacum ab Epiſcopis & omni multitudine cum apparatu & deſiderio maximo expectaretur, ecce rumor peſſimus, & ejus ignavia dignus intonuit, ipſum ſcil. cum Duce Suevia concordaſſe, & ut ipſe regno & electioni renuntiaret, xi. millia marcarum & Ducatum ab eo accepiſſe. Hic ergo rumor & inhoneſtus eventus Primores inferiorum partium graviter afflixit, eò quòd indignum ſibi & intolerabile videretur, ſi contra ſuam voluntatem Philippus Dux regnaſſet. Conſtat tamen, quod ipſe Nuntios ad Archiepiſcopum Colonienſem cum precibus tranſmiſit, multa offerens, ſed plura promittens, ſi ad ſuam electionem animum vellet inclinare. Sed Epiſcopus hoc ſibi tutum non credens vel honeſtum, hæc facere penitùs recuſavit: habitoque Conſilio Ottonem Comitem Pictaviæ, filium Heinrici quondam Ducis Saxonia in Regem eligit. Audis, Baroni, præfractum Colonienſis animum, & multò plurimorum Principum, imò plerorumque omnium, votis ſuperatum, & ſibi arrogantem eas partes electionis, quæ ſolius erant Moguntini Archiepiſcopi? Nec tu mihi objicies abſentiam Moguntini in expeditione Palæſtina: hoc docebis, eum vices ſuas Colonienſi potiùs quàm Magdeburgenſi aut Treverenſi delegaſſe. Verùm, Baroni, duorum laborum potuiſſes parcere; & mei hæc ſcribendi, & tui audiendi eadem, ſi Philippi Electorum diploma integrum æquè ut Ottonis produxiſſes. Sine dubio nos certos faceret de eo, quod præſagit animus Ottonis electionem (hanc iſtam primam innuo) partim per ambitum, partim per ſub & obreptionem, impetratam fuiſſe. Tamen videamus vel illud, quod producis, fragmentum.

Reverendo in Chriſto Patri Domino Innocentio Romanæ Eccleſiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates in Chriſto filii,

* *Magdeburgenſis Archiepiſcopus,*
* *Treverenſis Archiepiſcopus,*
* *Biſuntinæ Sedis Archiepiſcopus,*
* *Ratiſponenſis Epiſcopus,*
* *Friſingenſis Epiſcopus,*
* *Auguſtanus Epiſcopus,*
* *Conſtantienſis Epiſcopus,*
* *Eichſtetenſis Epiſcopus,*
* *VVormatienſis Epiſcopus,*
* *Spirenſis Epiſcopus,*
* *Brixinenſis Electus,*
* *Hyldesheymenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ Cancellarius,*
* *Abbas Fuldenſis,*
* *Abbas* a *Heſvvoldenſis,* — a leg. Herſveldenſ.
* *Abbas de* b *Tergente,* — b fort. Tegernſe.
* *Abbas* c *Ebvvacenſis.* *Item:* — c fort. Elvvangenſis, vel: Erbacenſis.
* *Rex Boemiæ,*
* *Dux Saxoniæ,*
* *Dux Bavariæ,*
* *Dux Auſtriæ,*
* *Dux Moraviæ,*
* *Marchio de Runeſperg, aliiq; Alemanniæ Nobiles.* Et infrà:

Magnitudini veſtræ duximus declarandum, quod mortuo inclyto Domino noſtro Henrico Romano Imperatore Auguſto collecta multitudine Principum, illuſtrem Dominum noſtrum PHILIPPUM in Imperatorem Romanum ſolis ritè & ſolemniter elegimus, &c. In fine autem numerantur & alii Principes abſentes, qui per litteras conſenſum præſtiterunt. Incipit epiſtola: *Exiſtimare non valet ratio,* &c.

Hæc apud Baronium d. anno, §. 61. & ſeq. ubi afferit, hanc eſſe epiſtolam, ad quam reſpondet Innocentius Papa in c. *Venerabilem*, de elect. & elect. poteſt. Eò magis produxiſſe oportuit, ut aliquando tandem apparerent τὰ ἐ Ἀρχείων φαινόμενα κ' τὰ αὐτογράμματα. Cur non, quum tanta controverſia ſit, audiatur & altera pars? Sed, Deus bone, quò invictos anteà Germanorum animos civilis contentionis abripuit funis! Nam aut vehementer hiſtoriarum fallor, aut hæc execranda diſcordia primam anſam præbuit Pontificiæ confirmationi, ante id temporis inauditæ. Ita fieri amat in ſeditionibus inteſtinis, ut rerum vices immutentur, & inferior erectis criſtis dominatum quærat, ſervus ſuæ ſe faciat ſpontis. Antea enim Pontifex conſecrari non poterat, quàm ab Imperatore

g prius

priùs confirmatus. Qua de re, quoniam pauciſſimorum in manibus eſt, non gravabor aſſcribere integrum locum ex Leopoldo de Bebenburg, Epiſcopo Bambergenſi, in lib. de zelo veter. Princip. German. cap. 7. *Principes Germaniæ* (inquit) *ad quos pertinet jus & poteſtas eligendi Regem Romanorum, recognoverunt Innocentio Papæ III. ut patet in Decre. ſua extr. de elect. venerabilem, §. verum, quòd jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem Romanorum, ad Imperium poſtmodùm promovendam, pertineat ad Eccleſiam Romanam. Item cùm idem Innocentius Papa in prædicta Decret. venerabilem. aſſerat jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum ab Eccleſia Romana ad certos Principes Germaniæ provenisse, nec id in Hiſtoriis ſeu Chronicis noſtris geſta Regum ſeu Imperatorum continentibus reperiatur expreſſum: ſatis poteſt dici, quòd prædictus Innocentius Papa hoc aſſerit, propter recognitionem per aliquem ex Regibus vel Imperatoribus Germanis, vel per Principes Electores ipſi Eccleſiæ Romanæ ſuper hoc factam. Recognitiones autem his ſimiles ante tempora prædicta translationis Imperii à Romanis Imperatoribus, vel à Principibus, qui fuerant eiſdem ſubjecti, vel etiam ab aliis Principibus ſeu Regibus Chriſtianis, qui tamen Imperatorem Romanum pro ſuo ſuperiore minimè recognoſcunt, Eccleſiæ Romanæ factas, non puto ab aliquibus Hiſtoriis ſeu Chronicis reperiri. De examinatione autem perſonæ Regis ad Imperium promovenda in prædicto tractatu* (ſcil. de Juribus Imperii) *c. 10. in prima oppoſitione, ac de perventione poteſtatis eligendi Regem Romanorum ab Eccleſia Romana ad Principes, in eodem tractatu c. 12. in tertia oppoſitione plura ſcripſi. Item Principes Germaniæ poteſtatem eligendi Regem Romanorum habentes, poſt electionem Regis per eos factam, Summis Pontificibus decretum hujuſmodi electionis (à tempore, cujus contrarium in memoria hominum non exiſtit uſque ad præſens tempus) tranſmittere conſueverunt. Sed olim quando Imperatores per electionem (ſicut & nunc fieri ſolet) ad Imperium aſſumebantur etiam tempore Chriſtianorum Imperatorum, id fieri non ſolebat. Nam ſive Imperatorum electio ab ipſis Imperatoribus, qui quandoque ad Imperium ſibi ſucceſſorem vel ſocium aſſumebant, ſive per milites exercitus, ſive per Senatum, ſive per Populum Romanum fieret, nunquam legimus à prædictis decreta electionum facta, & ad ſummos Pontifices tranſmiſſa fuiſſe: ſed potiùs è contra legimus, quòd decretum electionis Papæ poſt ejus electionem olim Romanis Imperatoribus tranſmitti ſolebat, ut patet 63. diſtinct. c. Agatho, & §. electiones.* Et Hieronymus Balbus Epiſcopus Gurcenſis de coronat. cap. 15. *Veluti in frequenti Juriſperitorum conſeſſu ſtudioſè quæramus, unde tam nova rerum facies eruperit, tantaq; labentis Imperii facta ſit immutatio: ut cùm per mille ſupra annos nullus, niſi prius interpoſita Imperii auctoritate, Pontificatum fuerit aſſecutus, ut perſpicuè habetur in c. in ſynodo, aliiſq; ca. LXIII. diſtinct. nunc fortuna immutata, & in contrarium reſtante, Cæſar alieno egeat adminiculo. Civilium legum Interpretes in l. bene à Zenone, C. de quadrienn. præſcr. hanc (ut putant) Imperii calamitatem deplorare non deſinunt, & cauſantur aſtu potius, doloque quàm æquo vel bono, tam certa diuturnaque privilegia Cæſares amiſiſſe, & (ut inquiunt Baldus & Albericus) ex longa imperii vacatione, atque interregno, necnon potentia prudentiaque Summorum Pontificum, & aliorum Romanæ Eccleſiæ Præſidum, tantum decoris & dignitatis Cæſaribus eſſe ademptum.* Plura ſuper hac re ſummi judicii Philoſophus Marſilius Patavinus in Defenſore pacis, quem ante annos quaſi trecentos ſcripſit, part. 2. cap. 26. pag. 383. & ſeqq. quæ loogum foret attexere. Quem me auctore leges Lector: dices, non luſiſſe operam: & ad rem eſt. Examinat enim perquam ſtudioſè decretalem illam Inoocentii III. argumentaque ejus confutare rationibus nititur.

§. 2. *Pravam illam conſuetudinem, quam Imperatores anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus, vel ſe moventibus decedentium Epiſcoporum, vel Abbatum Principum hucuſq; ſervaverunt, &c.*) In regalibus Imperii quondã numerabantur Epiſcoporum & Abbatum deſuogentium bona mobilia, ut aurum, argentum, pecunia, arma, cleinodia, &c. vel ſe moventia ut equi, pecudes, animalia domeſtica, feræ, &c. Quorum omnium heres fiſcus erat vel Camera Imperialis. Quod jus Imperatores inde à Carolo Magno uſque iſtum Ottonem obtinuerunt. Quo de capiendus locus Ekkehardi Monachi S. Galli in Caſibus ſui Monaſterii, cap. 1. de Hattone Archiepiſcopo Moguntino, qui ſub Ludovico IV. Arnulphi filio & Conrado Primo vixit: *Parvo poſt tempore confectus Italica febre, cruce non exacta, diem obiit. Egit tamen ille (Salomon Conſtantienſis Epiſcopus) pro anima ejus precibus & opibus quantumcunq; potuit, ſcrinia ejus* (Hattonis) *Palatio addicta ſibi non prodiderant.* Veſtigia ejus juris adhuc videre eſt in quibuſdam Ducatus Mediolanenſis ditionibus, quæ & Helvetii Confœderati premunt in Præfecturis Italicis, Luganenſi, Locarnenſi, &c. quæ olim juris Imperialia fuere ſub Proprincipe Mediolanenſi; in quibus Sacerdotum bona ab morientibus relicta noo Eccleſiis nec cognatis cedunt, ſed Præfecto. Unde eſt ut colligamus, non ubique Imperii Romani receptam fuiſſe hanc Ottonis conſtitutionem, etiam poſt confirmatum ſibi ab obitu Philippi Imperium, & ipſius Conſtitutionis ratificationem à Friderico II. factam in Aurea Bull. §. 4.

Friderici Barbaroſſæ Imp. Reſcriptum ad Emanuelem Imper. Conſtantinopolitanum, &c. Pag. 71.

HOc Reſcriptum ab operis typographicis huc locorum eſt rejectum, corrupto pariter anni numero, qui debet eſſe 1157. Referendum igitur ad pag. 58. reponendumque ante Hadriani IV. Litteras. Nam Radevicus auctor eſt, hæc geſta eſſe ante Comitia Biſuntina. Correctio.

Albertus Crantzius Canonicus Lubecenſis Metropol. Saxoniæ lib. 6. cap. 37. Auctoritas.

Radevicus Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imp. lib. 1. cap. 6. *Apud Herbipolim Conſtantinopolitani Imperatoris Legati coram Principe cum muneribus ſuam peragunt legationem: quia tamen verba eorum in quibuſdam faſtum Regalem, & Græcum in ſubornate ſermone videbantur ſapere tumorem, Imperator eos deſpexit: & niſi in melius commutata ſententia commodius ſibi proſpexiſſent, ſi fieri poterat ſalvo Nunciorum privilegio, diſſimulationem agente Principe, propè fuit, ut à quibuſdam ignominioſum & ærumnoſum accepiſſent reſponſum. Placatus tamen multis eorum precibus & lachrymis Imperator, veniam inſuper his donavit: accepta ſponſione, quòd deinceps ſpernentes ampulloſa, non niſi eam, quam deceret Romanum Principem, & Urbis ac orbis dominatorem, reverentiam ſuis ſalutationibus apportarent.* Crantzius d. cap. 37. *Quo tempore Emanuel Græcorum Imperator bellum cu Sultanum habuit, de quo Imperatori Occidentis ſic fertur ſcripſiſſe:* Teſtimonia.

EMANUEL *in Chriſto fidelis Imperator, Porphyrogenetus, divinitus coronatus, Regnator potens, Excelſus & ſemper Auguſtus, Moderator Romanorum magnificus, Nobiliſſimo & glorioſiſſimo Regi Alemaniæ & Imperatori, ut dilecto fratri Imperii noſtri, ſalutem & fraterni amoris affectum,* &c.

Imperator noſter non bene fiſus Conſtantinopolitano, & ægrè ferens nomen ejus in literis ſuo præpoſitum maximè quum moliretur contra Imperium Romanum, & plures ex Romanis corruptos in ſuam traxiſſet iſte ſententiam: nec ferre poterat, quòd ſe Romanorum ſcriberet Moderatorem, reſcripſi hac forma, &c.

FRIDERICI II. IMP.
AUREA BULLA.

CÆSAR Baronius Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſticorum tomo II. Anno 1097. §. 71. & ſeqq. ex libro Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ, & ex alio codice, qui inſcribitur liber Cenſuum. Auctoritas.

Idem Baronius §. 76. in fine: Rurſum verò poſt annos ſex huic per omnia ſimilem Auream Bullam dediſſe reperitur Honorio Papæ Tertio, totidem verbis conceptam, quæ in nominatis codicibus extat: in qua poſt teſtes deſcriptos hæc leguntur: Additio.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo decimo nono menſe Septembris, Indictione octava, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, Regni ipſius in Germania ſexto, & in Sicilia vigeſimo ſecundo feliciter. Amen. Anno Chriſti 1219.

Datum apud Agnon, per manus Henrici Regalis Aulæ Protonotarii, anno, menſe, & Indictione prædictis.

§. 7. *Procurationes ſive fodrum ab ipſis*) ſc. Ducatibus illis & Comitatibus Pontificis. *Fodrum* ergò ſignificat procurationes, id eſt, commeatus ſeu militarem annonam, & quæcunque ad expeditionem Imperatoriam requiruntur neceſſaria. Exegeſes.

§. 9. *Henricus de Calandina. Mareſcalcus Imperii Walterus, & Sepf.* } *Calandini* ſunt Bappenhemii, iidemque Mareſcalci Imperii. Quare videtur hic legendum: *Henricus de Calandinu, Mareſcalcus Imperii. Walterus de Sepf. Pincerna Imperii, & alii,* &c. Quanquam nihil, quod ſciam, de hac familia legerim, cui in officio hodie ſurrogati vivunt Domini de Limburg.

Pag. 75.

FRIDERICI II. IMP. EDICTUM, QUO CASSANTUR STATUTA ADVERSUS LIBERTATEM ECCLESIÆ PROMULGATA.

Auctoritas. IDem Baronius Cardinalis Annalium Eccleſiaſticorum tomo II. Anno 1097. §. 77. ubi ſubjicit: *Plura alia eodem edicto ſanciens in favorem Eccleſiaſticæ libertatis. Hac quidem Fridericus in deſtructionem malè erecta à Rogerio, vel ejus filio Wilhelmo, cognomento malo, Monarchia Siciliæ.* Sepulſio. Quæ ego, Baroni, non attingo. Sive enim pro Hiſpania, ſive pro Germanis; fruſtrà. Illi ſponte reſpondere tibi poſſunt; hi non curant hodie, quid Siciliâ fiat. Et audio jam eſſe in Hiſpanis, cui propriè ea cura. Ego quod pro ſacro Imperio poſſum, id facio: πολυπραγμοσύνην à me procul habeo. Laudo tamen, quiſquis is Hiſpanus, qui in eodem circo currit ad palmam.

FRIDERICI II. IMP. CONSTITUTIO PRO ECCLESIASTICA LIBERTATE.

Auctoritas. IDEM Baronius dictorum Annalium Eccleſiaſticorum tomo II. Anno 1097. §. 78. ex libro Collectionis Nicolai de Aragonia, quæ in Vaticana Bibliotheca ſervatur ſub numero CCCCXCVIII. Teſtimonium. Baronii verba: *Verùm non tantùm hac in regno Siciliæ, ſed quidquid per univerſam Italiam per Dominos & Magiſtratus præſumptum eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, idem Fridericus anno Domini M. CC. XX. abrogandum curavit, Conſtitutione hac edita.*

Lyſis. Audio, Baroni, & ajo fuiſſe. Sed quid? Nónne omnia illa, quæ ſuper inveſtituris, appellationibus Romanis, bonis decedentium Prælatorum, Romanæ Eccleſiæ dominiis, &c. imprudenter & juvenili fervori conſtituit, poſtea rebus cognitis de Principum Imperii, quà Eccleſiaſticorum, quà Laicorum, conſilio ac ſententia, conſtitutionibus editis mutavit, abrogavit, caſſavit, annullavit? Nónne ut Teſtamentis ritè factis, ita Conſtitutionibus quoque ſollemniter promulgatis poſterioribus eſt ſtandum? Itaque Conſtitutiones iſtas eatenus in Imperio admittendas cenſent noſtri Prudentes, quatenus non leguntur eſſe obrogatæ, vel derogatæ, vel etiam penitùs abrogatæ. Par eademque de Jure Juſtinianeo; eadem de Feudorum conſuetudinibus; eadem de vetuſtis Legibus Germanorum, eſt opinio Prudentium. Replicat Baronius, nullius eſſe roboris, nullatenus poſſe ſubſiſtere, & nullius penitus eſſe momenti, quod non concedente Pontifice ſibi juris Rex arrogat in Eccleſias. Hui medium terminum quàm ἀσύστατον! Sumis tibi medium apparentis neceſſitatis, Baroni, quod eſt falſiſſimum, ortum ex malè intellectis teſtimoniis, depravatis, & detortis: quod genus ἀνατρεπτικὸς ſyllogiſmus Hæreticos omnes & Schiſmaticos decepit. Verbum non addo: nam quæ ſit tua τῷ διαθεῖν ἄγνοια, totis iſtis conſtitutionibus demonſtratur.

Eandem ἀπάτην committis in Gregorii IX. Pontificis allato teſtimonio: quod quum ſit hoſticum, noſſe debebas, ſi quid ſaperes, contra adverſarium non poſſe produci, ſed pro adverſario. Jure, inquam, conſtitutum eſt, ne hoſtis contra hoſtem audiatur, in caſu quo negetur. Quanquam quid reum ex juris formula litigo, in qua te peregrinum eſſe & illi, qui Româ veniunt, nunciant, & ego reabſe experior. Diſce tandem ſapere, & hoc pariter, has conſtitutiones, Pontifices Romanos, Innocentium & Honorium Tertios, per ſub & obreptionem (quem luſum & Carolo V. Imp. feciſſe Hadrianum atque Clementem, Germani non dubitant aſſerere) ab juvene Imperatore impetraſſe. Unde certiùs poſtibi informatus, è re Imperii & Majeſtatis ſuæ eſſe cenſuit, publicis edictis revocare. Objectas Imperatoris Teſtamentum, in cujus capitibus à Matthæo Paris in Annalibus relatis, etiam hoc recitetur: *Item relinquo totam terram Eccleſiæ liberam, & volo quod jura Eccleſiæ reſtituantur,* &c. Pervoluravi Annales, in quibus hæc tantùm reperio: *Obiit circa eadem tempora, Principum mundi maximus Fridericus, ſtupor quoq; mundi & immutator mirabilis, abſolutus à ſententia, qua innodabatur, aſſumpto (ut dicitur) habitu Ciſtercienſium, & mirificè compunctus & humiliatus. Obiit autem die S. Luciæ, ut non videretur ea die terra motus ſine ſignificatione & inaniter eveniſſe. Condidit autem nobile Teſtamentum, quo Eccleſiæ per ipſum damnificata reſtaurarentur. Celata autem fuit mors ejus per aliquot dies, ne hoſtes ejus citò exultarent. Sed die S. Stephani facta eſt in publico manifeſta, & nunciata in Populo. Teſtamentum autem ejus nobiliſſimum ſcribitur in libro Additamentorum.* Hæc quidem in Majoris Hiſtoriæ Annalibus, ex quibus nihil aliud deprehendas in Teſtamento Friderici conſtitutum fuiſſe, quàm ut Eccleſiis damna ab ſe illata, propter Prælatorum contumaciam & feloniã, reſarciantur. Haut ſcio an Baronius uſus fuerit Minoris hiſtoriæ Annalibus, quos hîc fortaſſean eſt ut *Librum Additamentorum* appellet, quosque mihi necdum videre contigit. Interim ſatius ſit auctoritati

Mar-

Matthæi Paris] accedere, quàm novæ Baronii interpretationi: quum certum ſit conſtetque inter Hiſtoricos, nullum damnum ab Friderico Eccleſiæ Romanæ illatum. Neque enim damnum dare videtur, qui ſuo jure utitur. De Epiſcoporum ergo & Prælatorum Eccleſiis ſingularibus loqui rectè judicamus. Et confirmat noſtram opinionem reconditus omnis antiquitatis inveſtigator, Reipub. Colonienſis Archigrammateus, in Chron. Colonienſi, quod Anno Domini 1499. Coloniæ Agrippinæ impreſſum, ubi ita de Friderico ſcribit: Keyſer Friderich all was he int eyrſt mit der Kirchen: ind machte Keyſerliche Geſetze/ in den he geboit/ dat men der Kirchen gote ind ander Ordnung der Kirchen ſulde layſſen ander Geiſtlicheit ind Geiſtlicher Vryheit. So dede he doch groißlich dair weder. He zerbrach vill Kirchen ind Cloiſter in dem Könynckrych van Pulle ind Sicilien. He underwan ſich der Kirchen Gerechticheit. He ſatzte Büſchove/ ind entſatzte die der Pays geſatzt hadde/ ind verdreve die/ ind nam van dem Geiſtlichen Schetzgelt. Taceo nunc, quod Nauclerus in Chronic. generat. 42. ſcribit, neſciri quo loco vitam finierit Fridericus iſte, & an teſtamento facto ſtatuerit quid de Republica vel domeſtica.

FRIDERICI II. IMP. CONSTITUTIONES CONTRA HÆRETICOS. Pag. 76.

PETRUS de Vineis, Imperatoris ipſius Cancellarius Epiſtolar. lib. 1. cap. 25. 26. & 27. ex editione Simonis Scherdii JC. & Aſſeſſoris Imperialis Cameræ Spirenſis collate cum Manuſcripto optimæ notæ, quo me liberaliter donavit V. CL. Henricus Petreus JC. & Conſiliarius Illuſtriſſimi Ducis Brunſvvicenſis. Auctoritas.

Bonifacius Octavus Papa in ca. *ut inquiſitionis*, 18. Ext. de Hæret. libro ſexto. *Ut inquiſitionis negotium contra hæreticam pravitatem, ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus, leges quaſdam per Fridericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ perſiſtentem Eccleſiæ promulgatas (quatenus Dei & Eccleſiæ Sanctæ honorem promovent, & Hæreticorum exterminium proſequuntur, & ſtatutis canonicis non obſiſtunt) approbantes & obſervari volentes:* & quæ ſequuntur ad harum conſtitutionum declarationem & confirmationem. Has (inquam) ipſiſſimas approbat & obſervari vult Pontifex, non illas, quæ in decima collatione Feudorum relatæ ſunt: quippe quæ jam approbatæ ab Honorio III. in Academiis receptæ erant. Qua in re palpare video Felinum interpretem, & Bartolum quoque in l. *Aurelius*. 28. §. *idem quæſiit*, 12. *D. de liberat. legat.* Leopoldus à Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis de Zelo veter. Princip. Germ. cap. 2. *Idem Fridericus plures bonas & utiles leges ad dilatandam fidem Catholicam addidit pro exterminio hæreticæ pravitatis, quæ ſunt per Bonifacium Papam VIII. in quantum Dei & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promovent, & non obſtant ſtatutis canonicis, approbatæ, ut patet Ext. de Hæret. c. ut inquiſitionis, in princ. lib. 6. Quarum legum plures ponuntur in conſtitutione ejuſdem Friderici, ad decus & decorem, in ti. De ſtatu. & conſuetu. con. eccleſiaſt. liber. editis in §. Gazaros, §. ſtatuimus, §. ſi verò, & §. credentes, coll.* 10. Teſtimonia.

CONSTIT. II. Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni) Ivo Narbonenſis epiſt. ad Giraldum Burdegalenſem Archiepiſcopum apud Matthæum Paris in Annal. *Paterinis in civitate Cumea commorantibus conquerendo narravi, qualiter pro fide eorum præcipitatis in me ſententiis exulabam. Hoc illi audito gaviſi ſunt, & me felicem cenſuerunt, eò quòd perſecutionem propter juſtitiam toleraſſem.* Errat ergò Joan. Andreas in c. *excommunicamus*, 15. De Hæret. ſcribens, *ſic nominatos eſſe à nomine adinventis iſtam ſectam.* Errant etiam, qui confundunt cum Gazaris, nec ſcio, an non eodem impingant auctores Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. in cujus cap. 27. legitur: *Quia in Vaſconia, Albeſia, &c. Hæreticorum, quos alii Gazaros, alii Patarenos, & alii aliis nominibus vocant*, &c. Unde petitum eſt c. *ſicut ait*, 8. de Hær. Hi & *Bugares*. §. 2. *A quibus abeſt ſancta credulitas divinitatis æternæ*) Ergò æternitatem Dei non crediderunt Patereni. Pura Dei filii, quem ante incarnationem ex Maria virgine Deum fuiſſe negarunt quoque Artemonitæ, Samoſateniani, Marcelliani, Photiniani, Luciani. Bernardus Lutzenburgus in Catalogo Hæretic. effingit illis errorem damnati ſtatus conjugalis, qui Gazarorum fuit. Nam hi docuerunt, hominem in ſtatu conjugali non ſalvari. De quorum origine Matthæus Paris in Hiſtor. Major. conalib. in Henrico III. Anno Dom. MCCXXXVI. *Circa dies illos invaluit hæretica pravitas eorum, qui vulgariter dicuntur Paterini & Bugares, in partibus Tranſalpinis, de quorum erroribus malo tacere quàm loqui, adeò quod fidei puritatem in finibus Franciæ & Flandriæ auſi ſunt perturbando violare*, &c. Eorundem meminit Luthrenſis Monachus in Compilat. Chronolog. Pag. 77. Exegeſis.

CONSTITUTIO III. §. 1. *Patarenos*, &c.) Hinc ſumpta ſunt, §. §. *Gazaros*, §. *de ſtatut. & conſuetud.* &c. in 10. Collat. ſive Feud. lib. 5. & auth. *Gazaros*, *C. de Hæretic.* & cap. *excommunicamus*, 15. de Hæretic. Pag. 78.

Speroniſtas) In quibuſdam codicibus legitur, *Spetroniſtas*, quod & Lutzemburgus annotavit. Qui verò atri an albi fuerint, necdum ex incerto certus ut eſſem Hiſtorici fecerunt.

Leoniſtas) Ab auctore ſic appellatos, quisquis ille fuit. Sunt qui ab Leone IV. Imperatore, Conſtantini Hæretici filio, dictus autument: mihi quidem perridiculè, quum hæc ſecta in Gallia ortum non Græcia habuerit. Et ſoleant hodieque ſectæ ab auctoribus ſuis nominari. Hi ex Valdenſium officina prodierunt: quos contra ſcripſit F. Rainerus Or. Prædicatorii Ordinis: cujus liber exſtat in Catalogo Teſtium veritatis Flaccii Illyrici.

Arrianiſtas) Vulgò Arrianos, quorum nota eſt ab omni ævo damnatiſſima hæreſis, à cujus peſte cuſtodi Eccleſiam tuam, Domine JESU Chriſte, & vindica in iſtos diabolicos gigantes, qui Majeſtatem tuam ore blaſphemo eunt oppugnatum. Fiat, fiat.

Circumciſos) Non quod circumciderentur, ſed quod in Sabbato judaizarent, unde & *Inſabbatati* ſunt dicti. Valdenſium propago.

Paſſaginos) Quos & *Paſſagerios* dici Lutzemburgus ſcribit, corruptis deceptus codicibus ſcilicet: imperitè autem confundit cum Patarenis, quamquam nonnihil inter ſe convenerint, quod noſtri quoque ſeculi hæreticos factitaſſe notavimus & notamus.

Joſeppinos) In d. ca. *excommunicamus*, legitur *Toſeppinos*.

Albanenſes) Antoninus Florent. in Summ. Hiſtor. part. 4. tit. 11. c. 7. *Albanenſes, Bagnolenſes vel Baiolenſes, & Concordenſes vel Cozorenſes, in multis erroribus peſſimis concordant, licet in paucis diſcordent*, &c. Lerna hæreſeon, & Anabaptiſtarum fons, in quibus audio viginti & quod excurrit diverſos hodie rivos fluere.

Comiſtas) à Cuma civitate Italiæ ad lacum Larium, ſic apellatos, ut patet ex loco ſuprà laudato Ivonis Narbunenſis, qui hujus urbis ſectam vivis coloribus depingit. Fuere autem iſti ex Patarenorum genere præcipui & omnium callidiſſimi.

Valdenſes) Nota eſt eorum hiſtoria, notus auctor Petrus Valdus Lugduni primarius civis, qui circiter annum Dom. 1160. prædicare cœpit. Appellati porrò ſunt non tantùm *Valdenſes* illi homines, ſed etiam *Pauperes de Lugduno, Leoniſtæ*, & *Inſabbatati*, ut dictum eſt. Hodie maxima Eccleſiæ Europææ pars, horum Valdenſium dogmata, damnanda damnat, credenda credit ac docet, ut ex Auguſtana patet Confeſſione, publicis Impp. Caroli V. & Ferdinandi conſtitutionibus permiſſa.

Burgaros) Quos Matthæus Paris vocat *Bugares*, eoſdemque facit cum Patarenis. Ceteræ hæreſes ſunt ab auctoribus nuncupatæ. Quas quidem puto omnes ex eodem fonte manaſſe, ſed deinde diſcipulos alium alio leviter diſſentiri cœpiſſe. Quod ut fieri ſoleat, noſtra tempore vide & cognoſcea. In §. *Gazaros*, 5. *de ſtatut. & conſuetud.* In auth. *Gazaros*, *C. de Heret.* in cap. *excommunicamus*, 15. eod. tit. adduntur *Arnoldiſtæ*, quorum dux & auctor Arnoldus Brixianus, qui Conrado III. Imperatore Romæ docuit. De quo Bernhardus Clarævallenſis Abbas epiſt. ad Guidonem Legatum: *Arnaldus de Brixia, cujus converſatio mel, & doctrina venenum: cui caput columba, cauda Scorpionis eſt: quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere.*

Künig Heinrichs Conſtitution
Von den Pfalburgern.

Auctoritates. IMPRESSA in Bulla Sigismundi Imperatoris Auguſtæ Vindelicorum apud Joannem Bæmler Anno 1476. cum Bulla Caroli IV. Imperatoris, nunc auctior facta ex Manuſcripto exemplari Chartaceo Bibliothecæ Reipub. Gallopolitanæ apud Helvetios.

Teſtimonium. Sigismundus Imperator in Bulla Aur. cap. 3. So haben auch viel unſer Vorfahren Röm. Keyſer / und König ſolch Pfalburger zu halten hefftiglich verbotten / und ſonder König Heinrich in ſeinem Brief der 200. Jahr alt iſt / als man am Daten deſſelben Brieffs / das hernach ſtehet / wol mercket / den wir von Latein zu Teutſch machen laſſen / und die nottürfftigen Artickul von Wort zu Wort in dieſen Brieff haben ſchreiben heiſſen. Ergo Latinè ſcripta fuit hæc conditio, quæ utinam alicunde erui, & bono publico dari ſpes ſit.

Cap. 4. Die Burger / die Pfolburger genannt) de quibus Fridericus II. Rechten / cap. 9. Carolus IV. in Aur. Bull. cap. 16. Sigiſmundus in Aur. Bull. cap. 3. & in Reformat. lib. I. cap. Vide quæ ad ſequentem conſtitutionem dico cap. 9.

Keyſer

Keyſer Friderichs deß Andern RECHT.

Pag. 10.

IMPRESSÆ hæ Conſtitutiones Venetiis à Johanne Jenſon Gallico Anno Dom. 1476. juſſu atque mendato Friderici III. Imperatoris, unà pariter cum Ceroli IV. Autee Bulla, & ipſius Friderici Reformatione: item Baſileæ è Sebaſtiano Henric Petri Anno 1577. Opera atque ſtudio Nicolai Hæningeri Nos Venetam editionem, ut incorruptam & ab Imperatore approbetam, ſequi meluimus, quàm innovatam illam Baſilienſem. Auctoritates.

Auctor Chronic. Colonienſis in Friderico II. Diſſe vurß Keyſer Frederich hait eyn ſunderlich Boich gemacht in den Keyſerlichen Rechten van den Lehenguederen: Und hait geordenet Rechte dorch das gantze Ryche. Testimonia.

Godefridus Monachus S. Pantaleonis in Annalib. Anno MCCXXXV. *Curia celeberrima in Aſſumtione beatæ Mariæ apud Maguntiam indicitur, ubi ferè omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus pax juratur, vetera jura ſtabiliuntur, nova ſtatuuntur, & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus publicantur; excuſſus Regis contra Imperatorem cunctis aperiuntur.* *Regis*, ſcilicet Henrici, cujus eſt ſuperior conſtitutio. Hic enim Imperatori patri rebellis ab eodem capitur, in his Comitiis apud Principes Imperii accuſatur, quorum judicio depoſitus & carceris condemnatus, eorundem conſenſu & electione ſucceſſorem habuit in Regno Conradum fratrem, & ipſum Imperatoris filium ſecondogenitum. Dominicenus Monachus Colmarienſis in Annalibus Anno Dom. MCCXXXVII. *Fridericus Imperator Cunradum filium ſuum in Regem Teutoniæ coronavit.* Et Anno MCCLIV, *Rex Cunradus, filius Friderici Imperatoris, obiit: VVilhelmus de Holandia ſucceſſit.*

Cap. I. Da ein Sohn kriegt mit ſym Vatter.) Hoc & duo ſequentia capitula conſtituta ſunt ob rebellionem Henrici Regis, qui ab Imperatoris patris ſui obedientia ac fide deſciverat. Cui malo in poſterum cavendo his legibus & ſanctionibus ab Imperii Proceribus eſt proviſum. Exegeſis.

Sempermannen) Quos hodie fortaſſe diceremus Sentherrmannen/ quod eſt, ſi interpreteris, viros probos & moderatos vitæ pariter & fidei minimè ſuſpectæ, quorum teſtimonium erat irrefutabile & omni exceptione majus. Notum eſt autem, majores noſtros teſtibus omnes cauſas vel graviſſimas egiſſe & dijudicaſſe. Vide infrà §. 6. cap. 5. §. 1. & 3. Ad eandem faciem hodieque dicuntur Sentherren & fortaſſis etiam Centgraven/ qui morum cenſuræ ac judicio præfecti ſunt.

§. 2. Vrlenglichen angriffet) Baſil. edit. feindtlichen angreifft. Puto in Jenſoni Codice fuiſſe, Vrleuglichen: legendum autem, Vrhenglichen.

§. 3. Mit Syppe noch durch keyner Hantſchlacht) Baſil. edit. mit ſeiner noch durch keiner Handtſchlacht. Omninò perversè. Sic infrà cap. 5. §. 3. Leſſet er es aber durch Syppe oder durch kein Ding. Syppe/ id eſt cognatione; Handtſchlacht/ manu ſtipulata, hoc eſt, ſtipulatione vel pacto. Hoc enim vult Imperator, Sempermannos è teſtimonio dicendo ſe neque cognationis vel affinitatis proximitate neque alio ullo pacto obſtante excuſare poſſe.

§. 4. Von den Rad oder Hülffe ſol der Sohne &c.) κατ' ὕστερον πρότερον, pro eo quod dicere debuit, die ſollen dem Sohne Rade oder Hülffe der Dinge keins thun &c.

Cap. II. moge) aliàs, mage/ id eſt, agnatus. Hodie verò generaliter à noſtris Juriſconſultis pro cognatione dicitur Mageſchafft. Vattermägen/ agnati; Muttermägen/ cognati.

Cap. III. Vngenoſſen) Hodie apud Helvetios, apud quos ſolos ut aliarum rerum, ita veteris quoque juris Alamannorum veſtigia ſuperant, Vngenoſſen/ dicuntur ejoſdem ſervilis conditionis homines. Ita quidem è me rogati reſponderunt peritiſſimi eorum judices, quos Ammanos appellant. Ex uno tantùm grandævo, viro octogenerio, audivi, qui contra contenderet, affirmaretque, Vngnoſſame in conditione ſervili eſſe, matrimonii jus inter caſalem proprium & feminam caſalem alieni territorii. Gnoſſame verò eſſe jus matrimonii inter caſales unius territorii. Porrò Eygenlüte vocantur homines proprii; Dienſtman/ miniſteriales: illi, ſervilis vel mancipalis erant conditionis; hi libertinæ. Ergò & inter miniſteriales jus illud erat, quod vocant Vngnoſſame. Hæc non ignoranda ſunt ei, qui in judicio Rotwilenſi, & illo ſuperioris Ducatus Auſtriæ, toroque Sueviæ Alpgovianæ velit cauſas agere. Pag. 81.

Cap. IV. Es ſy da ze Huß) Baſil. Es ſeye dann zu Hauß.

§. 2. Und muß er durch ſinen vienden) Reſtituatur vox omiſſa, durch Not ſinen &c.

§. 3. an wederm) id eſt, welchem.

Oder mit ſinem Botten und vener.) Locus corruptus. Veneta editio legit: und yener mag ſich derſelbe/ &c. Baſileenſis hoc modo: mit ſeinen Botten, Mag ſich dann jehner/ dem da fürgebotten iſt/ &c. Vera lectio fuit, Botten und Diener. Mag ſich derſelbe/ &c.

Cap. V. §. 3. Leſet er es aber durch ſyppe durch keyn dinge/) Hœningerus emendat, Laſſet ers aber um Sipſchafft willen/ oder einicherley ding. Vetus fuit lectio, ſyppe oder durch keyn &c.

Cap. VII. Als deß Handtfriedes und Gewonheit ſy) Idem legit, als deß Handefriedens Brauch und Gewonheit ſey.

Pag. 82. Cap. IX. Von den Phalburgern) Varia hujus nominis ſcriptura. Phalburger/ nunc Pſalburger dicuntur, Pholburger/ Palburger/ Pſolburger/ de quibus ſupra ad Conſtitut. Heinrici Regis de Pfalburgeris. Sic nominavêre cives extraneos, liberæ conditionis homines, qui ſub Imperatore, Principibus, Comitibus, &c. prædia poſſidentes, ab Imperialibus & liberis Urbibus jus civitatis impetraverunt, ipſi civitati certis conditionibus adſcripti. Quo nihil frequentius quondam in Germania fuit, quum Comites, Barones, Nobiles, ſibi omnibusque ſubditis & territoriis ſuis jura Civitatum Imperialium ambirent. Vidi hujus pactæ civitatis aliquot vetera inſtrumenta ex quibus didici, ab Nobilibus id factum, qui vel à vicina Civitate ſibi prætimerent in bellis inteſtinis, vel à potentioribus preſſi auxilium ab eadem præſtolarentur. Nulla verò Provincia fuit umquam, in qua plures aut celebriores forent Pſalburgeri, atque in Alamannia, neque etiamnum deſierunt. Comites Sulcenſes pro Lantgraviatu Kletgoviano & Parenſi jus civitatis cum Tigurinis pacti hodieque obtinent. Pariliter Barones Hohenlaxii pro Baronatibus Saxenſi & Forſteckiano in Rheguſcia, & Burgeliano in Turgovia. Nobiles Schellenbergii, Rilchachii, &c. pro poſſeſſionibus ſuis in Hegovia cum Scaphuſianis. Alii alibi. Nec Nobiles tantùm, ſed & Populares ſui juris ſuæque ſpontis, tyrannidem ſuorum Dominorum experti, Civitatibus adſcripti: quin & minorum civitatum incolæ majoribus Urbibus, apud quam prædia colebant, numero civium adjuncti. Unde quæſtio non ignobilis orta, an illi prioris Civitatis jura amiſerint. Et deciſum legi, non amiſiſſe, quum ſuæ civitatis jura non videatur minuiſſe, ſed majori honore adauxiſſe: quemadmodum qui ex Nobili Baro, ex Barone Comes, ex Comite Princeps fit, minores illas dignitates numquam dicetur amiſiſſe, ſed potius cumulato honore in majus provexiſſe. Aliud dicendum putant, ſi liberæ & Imperialis Urbis Civis ſeſe pateretur acciri in numerum civium ſubditorum. Tum enim prioris Civitatis jura amitti volunt eſſe indubitati juris, quoniam ejus honorem ac dignitatem minuiſſe ac quodammodo videatur contempſiſſe. Quæ ratio in Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus jam pridem olim in Alamannia obtinuit, quanquam in quæſtione eſſe videam, an hi aut eorum liberi, redactis poſſeſſionibus, priſtinum ſtatum queant (ut loquuntur) reaſſumere. Quod ad civitates attinet, elegans eſt locus apud Cornelium Nepotem in Vita T. Pomponii Attici, civis Romani, cui Athenienſes *omneis honores, quos poſſent, civemque facere ſtuderent: quo beneficio ille uti noluit quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam alia aſcita.* Propter injuriam ſcilicet, quam Romanæ civitati faceret. Quo jure & hodie utimur. Nam omnium vel ſummarum Urbium cultores conſtat non amittere civium ſuorum jura ac privilegia, allectos in numerum Romanorum. Romanæ Urbis hanc præeminentiam ſibi hodie quoque vindicant Veneti in arrogatione Civium. Haut ſcio quàm juſtè, & morem genuit æmulatio. De Imperialibus Urbibus aliam habet rationem, quia ſuperiorem agnoſcunt Imperatorem, & ipſæ inter ſe aliæ aliis nobiliores exiſtant & privilegiorum dotibus excellentiores. Proinde neque alter alterius ſine præjudicio civis eſſe poterit, & ea in re æmulationi cautum. De ſubditis civitatibus ita jus fuit illo ævo. Exempli gratia: Hanovianus, Darmſtadianus, Hœchſtadianus, Cronbergenſes, &c. cives, ſalvo jure ſuorum oppidorum poterant numerum augere Civitatis Francofordianæ: ſed non econtrà. Nam qui Francofordianus civis illis oppidis ſeſe paſſus fuiſſet adſcribi, ſine dubio amiſiſſet jus ſuæ Civitatis. Nec Civitatum tantum, ſed & Regnorum ac Provinciarum obſervo Pfalburgerus fuiſſe. Hos prohibuit recipere Carolus Magnus in Conſtit. de Pace Theodonis villana §. 10. ubi vide. Porrò quod ad ἔτυμον attinet, non me expedio. Suſpicatur Freherus ψευδοπολίτας ſignare, cujus compoſitionis inſtar ſit in verbo *Balmond*, quo falſum tutorem dixiſſe veteres Theutones Nauclerus, Cujacius, & Cruſius auctores ſint.

§. 2. Montman) Et hujus vocis non una ſcriptura. Legitur enim diverſis in codicibus, Moutman/ Mitman/ Meitman/ Mietman; quo cum pari facit, Montluk/ Moutleut/ Mitlut. Ratio verum eſſe vincit, Montman/ id eſt, vir alienæ poteſtati ſubjectus, hoc eſt, homo proprius. Hoc enim pacto diverturi *Pfalburgeri* à *Montmannis*, ut illi ſint liberæ conditionis homines, hi verò ſervilis, de quibus accipienda videtur cap. 5. Conſtitut. Henrici Regis, ubi, qui hîc Montman/ dici paree Eygenleut/ jungique pariter cum Pfalburgeris. Ergò Montman dicitur à nomine mont/ quod vetuſtis Germanis poteſtatem & dominium ſignificabat, *mundium* Latinis inflexum. Balbus Catholico: *Mundium, dominium, à mundus.* Ineptè, quippe Italus. An ergò Montman ſunt homines proprii & mancipiales, die nachjagende Herren habent? An ex hac frequenti Imperatorum ſanctione origo inſtrumentorum, quæ vulgò vocant Mannrechtsbrief/ quaſi Montrechtsbrief/ quibus quis demonſtretur eſſe liber ac nullius juri aut dominio ſubjectus? In Legibus Longobardicis ſæpe occurrit *Mundus* vox, & plerumque ſignificat tutelam. Unde & *Mundoalios* ſive *Mundualdos* dixere, tutores, ab adminiſtrando dominio, quos nos hodie Vormund/ quaſi præfectos dominio. Et unmunding/ impubes, qui quòd ſe propter ætatem defendere nequeat, tutoris poteſtati ſubjectus eſt. Hinc & illa juris Alamannici formula, Er iſt noch nit mundtbar/ id eſt, nondum eſt ſui juris. Quæ me nunc

tere

ferè in aliam opinionem perducunt, ut putem, Montmannos dici, quos Alamanni nunc vocant Hinderſaſſen/ precarios incolas, qui tuitionem à magiſtratu habeant, jus civitatis non habeant. Judicat Lector.

Cap. X. Hobung) Baſil. Höherung/ perperàm.

Cap. XI. §. 2. Vrlengen) Baſil. Vßlenden.

Cap. XVIII. Vornen nach rauben) Vornen majores noſtri dixere, nos Brennen. Pag. 83.

Dryſtund als düer) Baſil. Dreyfach als theur. Legendum una voce, Dryſtund/ quod noſtri ruſtici, Dryſtet/ id eſt, triplum.

Cap. XXII. Und ſol ſin Huß zuführen) zuführen juncta voce ſcribendum eſt, pro, verbrennen.

FRIDERICORUM I. ET II. IMPP. CONSTITUTIONES DE JURIBUS AC PRIVILEGIIS DUCATUS AUSTRIÆ. Pag. 85.

ANDREAS Presbyter Ratiſponenſis in miniſterio S. Magni, in Hiſtor. Bavariæ, circa medium. Auctoritas.
Joannes Cuſpinianus Medicus ac Profeſſor Viennenſis, Aulæ Imperialis Ar h aier, Hiſtoricus ac Conſiliarius quondam Cæſaris Maximiliani I. Imperatoris in Auſtriæ deſcriptione.

Ibi hæc de Friderico Bellicoſo Duce Auſtriæ: *Et ut ſe conciliaret Imperatori Friderico,* Testimonia. *tempus expoſcebat, ne graviora pateretur; diris devovebatur, & Imperio Romano erat execrabilis. Delectis itaque ducentis equitibus ſplendide ornatis purpureo & albo nobiliore habitu, intrepidus Imperatorem Veronam usque adit: à quo benignè ſuſceptus, in gratiam recipitur ſubmiſſus, omniaque condonata ſunt illi, quæ priùs patrarat ſcelera: honorique priſtino reſtitutus accepit omnes iterum ablatas provincias, Auſtriam, Stiriam, & Carniolam, quam paulò antè obtinuit: & inſignia ab Imperatore munera, duodecim mulos excellentes Hiſpanicos bene ornatos, cum duodecim externis curatoribus animalium. Dehinc ut Ducem Auſtriæ, qui ab avo ſuo Imperatore Friderico I. ſerto puniceo* (leg. pinnito) *ſive corona roſtrato, & à filio ſuo Heinrico Rege Romanorum diademate & circulo aureo erat ornatus, magis honorificentiusque condecoraret, crucem auream, qualem Cæſares ſuis coronis geſtant, prioribus inſignibus adjecit, quo ipſum parem Regiæ dignitatis efficeret, ut inter cæteros Imperii Duces veluti Archidux ſplendeſceret. Nullus enim in univerſa Chriſtianitate Princeps, tot tantisque gaudet immunitatibus, privilegiis, eminentiis, ab Imperatoribus & Regib. Romanis conceſſis, quemadmodum Dux Auſtriæ, &c. Sed ne videar lateres lavare, & pro meo arbitrio fabulas comminiſci: ecce hujus donationis Friderici II. Imperatoris exemplar, cujus archetypon, in Archivis Principum Auſtriæ conſervatur, quod bona diligentia vidi & huc adſcripſi.* Carolus V. Imperator in Conſtit. Von Freyhaiten deß Hauß Oſterreich/ §. 44. Wie dann die vorgemelten Freyheiten/ Privilegien/ Gab und Gnad in etlichen unſern Vorfahrn Römiſchen Keyſern und Künigen Privilegien und Brieſen und Urkundung/ mit mehrer Außfierung lauter begriffen und außgedruckt seyn/ und ſonderlich in den nachgemelten Brieffen/ nemlich/ Künig Hainrichen deß Vierdten/ mit Inführung zweyer Brieff von Keyſer Julio und Nerone, Künig Hainrichen deß Fünfften/ Keyſer Friderichs deß Andern/ mit Inſerirung Keyſer Friderich deß Erſten/ Künig Rudolff/ Künig Albrechten/ Künig Hainrichen/ Keyſer Ludwigen/ Keyſer Karln deß Vierdten/ Künig Wentzla/ Künig Sigmunden/ und Keyſer Friderichen deß Dritten/ aller Römiſcher Keyſer und Künig/ mit ſampt andern Freyheiten und Handtveſten/ mit mehr Außführung und gründlichem Anzeigen begriffen ſeyn. Hæc Imperator: in quibus Regum nomina videntur eſſe tranſpoſita, & ad hunc modum reponenda: Khünig Hainrichen/ Khünig Rudolff/ Khünig Albrechten/ Khaiſer Ludwigen/ &c. Nam Hainricus Rex ille fuit filius Friderici II. Imp. cujus ſuprà dedimus conſtitutionem de Pfalburgeris. Quam verò hîc innuit Carolus conſtitutionem, eam Auſtriæ ſuæ inſeruit Cuſpinianus, datam Eſslingæ, Anno Dom. MCCXXVIII. Porrò Rudolphi I. Regis Romanorum confirmationem, quam ut perderem aliquando nactus fui, conſtitutam memini Anno Dom. MCCLXXXIII. Rheinfeldiæ. Hainrici verò IV. Confirmatio diplomatum Julii ac Neronis, in hunc modum verba facit.

PRIVI-

An. Chriſti 1058.

PRIVILEGIUM

Von

Konig Hainrich dem Vierdten/

Kayſer Hainrichs Sohn/ darin beſtettiget werden zween Haidniſch Brieff/ ainer von Julio Cæſare, der ander von Nerone, Margraff Ernſten zu Oſterrich geben/ im Jahr 1058.

zue Duenpuech.

IN dem Nahmen der Hailigen unzerthailbaren Dreyfaltigkeit: Amen. HAINRICH von Gottes Gnaden Röm. Konig/ ain Mehrer deß Reichs/ etwan Herrn Hainrich ſeeliger Gedächtnüs deß Römiſchen Kayſers Sun. Wann Kaiſerliche Hohe gezimet/ mechtiger Manne und edler Fürſten/ auch durch ihren uhebitten Willen/ gerecht bete zugehören: ſo haben wir die bede deß Hochgebornen und Edlen Fürſten/ Herre Ernſten Margraffen zue Oſterreich deß Hailigen Römiſchen Reichs fordern und getrewiſten Furſten/ und der Wolgebornen Frawen/ Frawen Agneſen Romiſchen Kaiſerine/ unſer lieben Mutter/ ſeiner Vorbitterin/ durch der Erhörung im gelaſten und wolten im gunſtiglichen nachhengen/ wann derſelb Furſt deß ehgenannten Reichs Ehre und Nutz ſchaffer und ſtetiglich betrachtet/ und auch in dem gegenwurdigen Jahre mit ſeinen Herrn ſtreitbarlich dieſelben Landt wider die Haiden behabt zu dreyen malen/ und ſie von dannen getrieben mit der Hilff Gottes mächtiglichen. Deſſelben Furſten bete das aiſchet/ daß wir in krefftiger Seäeck gewegen/ die Verleihungen und Handtveſten/ die dem Edlen ſeinem Margraffſchafftthum in Oſterreich von alten Haidniſchen Kaiſern verliehen ſind. Derſelben Handtveſten Laut hienach ſteen.

Von der erſte Handtveſte Sag laut alſo:

WIr JULIUS der Gepitter/ wir Kaiſer und Ehrer der Gotter/ ꝛc. wir Obriſter Mehrer Kaiſerlichs Landts/ wir Aufhalter der gemainen Welt/ entbietend dem Laudt Oſterreich gegunde/ ſeinen Einwohnern/ Romiſche Huld und unſern Fried.

Wir gebieten euch bey unſerm Sig/ daß ihr dem Hochgeborn Senator unſerm Oheim gewertig ſeyt/ Wann wir euch/ und ſeinen Erben/ und ſeines Hauß Nachkommenden/ gegeben haben in Lehensbeſitzung ewiglich zu behaben/ und laſſen jn und ſeinen Nachkommen das ewiglich/ das wir keinen Gewalt über ſie ſetzen ſollen. Wir geben auch ihm und ſeinen ehgenanten Nachkomnien alle Nutz deß ehegenante Oſterrichlichen Landts. Uber das ſo meinen wir denſelben unſern Oheim/ und all ſein Nachkommen zu Rathern in dem haimlichſten Romiſchen Rath/ alſo hin und hin kein ewig Ding oder Sach geſchehen ſoll ohn ſein Wuſſen. Geben zu Rom/ Haupt der Welt/ an Fritag/ unſees Reichs im erſten Jahr.

Und der ander Handtveſte Laut ſagt alſo:

WIr NERO Freundt der Gotter/ und ihres Glaubens ein Offner/ Gebietner Romiſch Gewalts/ aln Gepieter und Kaiſer und Meheer/ ꝛc.

Wir ſein uberain worden mit allem unſerm Senat/ daß gefreyt werden ſoll das Oſterlich Land für alle andere Landt: wann das und ſeine Einwohner für alle die deß Romiſchs Reichs unterthon ſeynd/ loblichen erleuchtet. Darum ſagen wir daſſelbig Landt ewiglichen gerueb und ledig aller Steur und Zinß/ deß jetzund auffgelegt iſt/ oder kundtlichen wurdet von Kai. Gewalt/ oder von uns oder von unſern Nachkommen/ oder kainen andern. Wir wollen auch daſſelb Landt ewigelichen frey bleib: auch gepieten wir von Romiſchem Gewalt/ daß mit keiner Widerwertigkeit das obgenandt Landt von jemand an ichte gelaidiget werde. Ob aber jemand wider das thäte/ alsbald er das begienge/ der ſoll ſein in Pan deß Romiſchen Reichs/ und nimmermehr zu kainer Zeit daraus komen. Geben bey * Indien/ an dem Tag Martis deſſelben groſſen Gotts.

* als Judam. al. Jedem.

* * *

Darumben ſo haben vorgenandt Konig Hainrich angeſehen/ und habend erdacht/ daß die Leut die in dem Unglauben ſteend/ Brieff geben andern Leuten die deſſelben Glaubens ſind/ unutz und unfruchtbarlich ſind den Leuten/ die da glauben an JEſum Chriſtum/ und in jren Landen um/ das haben wir den Wolgebohenen Furſten dem ehegenanten Ernſten Margraven zue Oſterreich und ſeinen Erben/ und dem Landt Oſterreich bekräfftigt und vernewen than die vorgeſchribene Brieff / die in Haidniſcher Zung geſchrieben worden / und die wir in Lateiniſch Sprach

verkert

verkert und verwendt haben/alſo doch daß dieſelben Brieff dem vorgenanten Margraff Ernſt/und ſeim Landt Oſterreich/ und ſeinen Nachkhomen/ Ehre und Frommen bringen und zuführen/ als ob ih[illegible] oder dis von Gottlichen oder Chriſtlichen Kaiſern gegeben weren. Daruber haben wir angeſehen mit lauter Begierd unſers Gemüts/daß der vorgenandt Durchleuchtigſt Fürſt/Ernſt Margraff zu Oſterreich/ als wol verdient und würdig iſt/ daß ihm das Hailige Römiſche Reich hülffbar ſeyn ſolle. Wenn er gelegen und geſeſſen iſt an einem Ort der Chriſtenheit/ und allzeit wercket und übet die Werck unſers HErren JEſu Chriſti / geben und verleihen wir ihme zu Hülff und Steur die Piſtumb mit allen ihren Güttern/ die unter langen Zeiten genent ſeynd und werend Juvavia und Larch/alſo daß doch das Land Oſterreich Vogt und Herren daruber ſenden ſollen. Darüber verleihen wir und geben dem offtgenanten Ernſten und ſeinen Nachkhomen und dem Land Oſterreich die Gnad / daß ſie das Schwerdt ihres Gerichts und die Panier oder den Fann ihres Landts offentlich vor dem Reich / und vor aller Welt / und dem Pöfel/führen ſollen und mögen/ wann und ſein Land offt und offt löblichen in Gottes Dienſt erleucht/ und würdiglich erſchienen. Und daß dieſe unſere Gab beſtändig und unverhalten allzeit bleib/ haben wir dieſen Brieff darüber ſchreiben laſſen/ und mit unſer ſelbs Hand / als unten geſehen wurdet / bekräfftiget / und mit Endtruckung unſers Inſigels bezeichnet/&c.

Fridericus divina favente clementia) Apud Aodream Presbyterum præfigitur hoc lemma: *Copia litterarum Friderici Imperatoris, quod Marchionatum Auſtriæ convertit in Ducatum, & Henricus Dux Bavariæ fit primus Dux Auſtriæ,* &c. Exegeſes.

Primus ejus nominis) Hæc ſunt ex gloſſemate Cuſpiniani, nec agnoſcit MS. noſter Andreas.

§. 1. Nec ea quæ legitimè geruntur) in MS. Andreæ legitur; *vel ea, quæ legaliter leguntur vel geruntur, nulla valeat refrag. conu. ne quæ tamen poſſit eſſe geſta rei dubitas, noſtra debet Imperialis authoritas præcavere.*

§. 2. Multorum religioſorum & Catholicorum, litem) in MS. additur, *& Katholicorum Principum, litem & contr. quæ inter dilectiſſimum pat. noſt. Heinr. Duc. Auſtriæ, & kariſſimum nep. noſt. Hein. Duc. Sax.*

Prædictus verò Dux Saxoniæ, &c.) MS. Exemplar ſequiùs habet hoc modo: *Dux autem Bavariæ reſignavit nobis Marchiam Auſtriæ cum omni jure ſuo, & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Marchio Liupoldus habebat ad Ducatum Bavariæ. Ne autem &c.*

§. 3. Quam cæteri Principes approbabant Marchion. &c.) Quæ ſequuntur usque ad finem, ita habet Cod. MS. *& omnibus Principibus approbantibus, Marchiam Auſtriæ in Ducatum commutavimus, & eundem Ducatum cum omni jure, præfato patruo noſtro Heinrico, & prænobiliſſimæ uxori ſuæ Theodoræ, in beneficium conceſſimus, perpetuali jure ſancientes, ut ipſi & liberi eorum poſt eos indifferenter filiæ & filii eundem Ducatum Auſtriæ hereditario jure à Regno teneant & poſſideant.*

Si autem prædictus Dux Auſtriæ, patruus noſter, & uxor ejus abſque liberis deceſſerint, libertatem habeant eundem Ducatum affectandi cui voluerint.

Statuimus quoque, ut nulla magna perſona in ejuſdem Ducatus regimine ſine Ducum conſenſu vel permiſſione, aliquem juſtitiam præſumat exercere.

Dux verò Auſtriæ de Ducatu ſuo aliud ſervitium non debet Imperio, niſi quod ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bavaria, evocatus veniat: nullamque expeditionem debeat, niſi fortè quam Imperator in regna vel provincias Auſtriæ vicinas ordinaverit.

Cæterùm ut hæc noſtra Imper. inſtitutio omni ævo rata & inconvulſa permaneat, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli, &c.

Dominus VVelffo. } MS. Cod. *Dominus VVelffo Dux.*
Dux Chunradus &c. } *Conradus pater Imperatoris Friderici filius Rex Ch.* & ſequentem verſum non agnoſcit.

Marchio Albertus de Staden) MS. *de Padem.*

Deopaldus) MS. *Diepoldus.*

Hermannus Palatinus, &c.) MS. *Heinricus Comes Palatinus Rheni. Otho* &c. Alia illa omnia non agnoſcit MS. Examplar, quæ in Cuſpiniaoi editione leguntur.

CONRADINI REGIS ROMANORUM QUERIMONIA.

Pag. 88.

Ex Manuſcripto Codice, quem Wolfbotelio ad me miſit V. CL. Henricus Petreus Illuſtriſs. Ducis Brunſuicenſis Conſiliarius. Germanicum exemplar exſtat impreſſum in Chronica Colonienſi, cauſa Coloniæ ab Johanne Koelhoff cive Anno Dom. 1499. Auctoritates.

Manuſcriptus Codex: *Triſtis querimonia Regis Siciliæ & Ducis Sueviæ, de injuriis ſibi per Pontifices Romanos illatis.* Continet idem Codex & alias ſuper hac re epiſtolas, quas in Rerum Germanicarum Scriptoribus [illegible] vulgaturi ſumus. Auctor Colonienſis Chrooicæ pag. CXCI. b. Dis is ein Sendbrieff/dair in ſich beclaget Conradinus van Gewalt der Kirchen ind andere. Teſtimonia.

Incipit dain Epiſtola: Conradus off Conradinus der Ander/&c. Cooradus ei verum nomen; Conradinus ab Italis confictum, vel ab ætate (nam penè puer periit) aut πρὸς ἀντιδιαστολὴν patris Conradi

Conradi Regis Romanorum. Ingerit idem Chronographus his verbis: **Conradus off Conradinus/ as die Walen ſprechen.** Ego hoc dandum vulgo cenſui, ut vulgatius illud nomen præfigeretur.

CONRADUS Secundus) in Regno ſcilicet Hieroſolymitano & Siciliæ: in Germanico verò Romanorum Regno Quintus. Succeſſiſſe autem patri in Regno, Hiſtoricorum fide relatum eſt. Chronographus ille Colonienſis: **Hie is zo wiſſen/ dat die Hyſtoria van dem Vurß Conradinus Herzogen van Swauen/ der zo eyme Rômmeſchen Konynge gekoren was/ ind was eyn erfur der Konynckryche van Jeruſalem ind van Sicilien/ is myrcklich ind is under den Hyſtorien Schryveren/ vill vart eyne geſchreven.** Nec a Germanis tantùm Rex, ſed & a Romanis quoque Imperator ſalutatus eſt. Henricus Stero Monachus Altahenſis in Annalibus MCCLXVIII. *Chunradus Rex invitatus diu à Lombardis & Apulis priori anno Italiam ingreſſus, adhærentibus & faventibus ſibi plurimis civitatibus, Romam ingreditur, ubi glorioſè tanquam Imperator cum magno tripudio ſuſcipitur, Domino Papa tunc apud Viterbium exiſtente.* Ba. Platina de vitis Pontificum in Clemente IV. *Is* (Conradinus) *Romam proficiſcens, Henricum Senatorem ad Pontem Milvium cum populo Romano obvium habuit, Imperatoris nomine ſæpiùs acclamato, timorene id fecerint, an ſtudio partium, haud ſatis conſtat.* Omnem ſcrupulum tibi demet ipſe Conradinus infrà §. 8.

Pag. 89. §. *Quod ſe noſtrum in eo bajulum prætendebat*) id eſt, tutorem. Utitur Gregorius Turonenſis in Hiſtor. Francor. non ſemel. Fredegarius Scholaſticus Chronic. cap. 86. *Otto quidam, filius Baronis domeſtici, qui bajolus Sigyberti ab adoleſcentia fuerat.* Aimoinus Hiſt. Franc. lib. 4. cap. 3. *Otto, Berone genitus patre, ſperabat ſe Comitem Palatii fieri poſſe, eò quòd bajulus fuerat Regis Sigeberti in ejus tenera ætate.* Erchanbertus videtur *pædagogum* vocare. Sic enim ſcribit in Breviario Regum Francorum & Majorumdomus: *Poſt non multum Rex præfatum Pippinum in Auſtriæ cum filio ſuo jam adulto Tagoberto miſit ibidem eum Regem conſtituendum, ipſumque ei in Majoremdomus ac pædagogum conſtituens.* Hic eſt, tutorem, qui propriè (ut Juriſconſulti definierunt) in corpus datur, non in bona.

§. 6. *Contra quos Dominus Papa crucem ſumendam fecerat prædicari, & Chriſtianos miſeros non ſolùm exhauſit rebus, ſed occidit innumeros, &c.*) Quod de Clemente IV. Conradinus, id de Pio II. Gregorius Heimburg in Appellat. pro Duce Sigiſmundo Auſtriæ: *Dicitur autem Papa Pius cum Cardinalibus ſuis ita decreviſſe. Cur hoc? niſi quia voluit Papa ipſe abuti poteſtate ſua, talliam imponendo, & ſub velamento militaris expeditionis in Turcam inſtaurandæ facultates Germaniæ illius, quæ eſt inter Coloniam Agrippinam & Auſtriam, ac rurſus inter Daciam & Alpes, quæ Germaniam ab Italia diſcriminant, medullitùs exhaurire. Nam ex illis ſolis finibus Oratores Mantuæ ad tractandum convenere. Illi quippe ſoli videbantur apti Papæ, quos luderet: Brabantia, Hollandia, Gelria, cum circumjacentibus, reclamarunt, clam illis quos ſuprà nominavi. Utcunque res acta ſit, nullus illorum interfuit tractatibus noſtris; ergò vim ſuam exſortem eſſe voluit aſſenſu illorum, quorum æra concupivit. Hinc profectò non ineptè nec ſupinè, Papa ipſe, negatis ſibi pecuniis, quas ſolas ardebat, ſuam ratus lædi Majeſtatem, vim aſtri conceptam, ſed totius Concilii expertem, adhibuit: ac imprimis ſuam dimenſus poteſtatem, ſimul & Imperatoris noſtri ſplendorem ante oculos ponens, putavit neminem reſiſtere poſſe vel audere conatibus eorum, &c.* Et de Johanne XXII. Huldrichus Mutius Chronic. German. lib. 24. ubi Ludovicus Bavarus Imperator *poſt Norinbergenſia Comitia Spiram rurſum convocat Principes, & illic multa agit de Pontificis Romani ficta expeditione in Turcos, & exactioribus iniquis, & adhortatur, ne velint tantam vim pecuniarum conferre in uſus nefandos, nam confidenter prædixit, non uſuros Pontificios ea pecunia ad debellandum Turcam.* Vide infrà Gravamina German. Nat. cap. 11. & Acta Comitior. Nurmberg. ſub Carolo V. in Gravam. cap. 3. §. 3. & 4. cap. 19. §. 27. cap. 20. §. 28.

§. 10. *Veſtram igitur dilectionem precamur attentè, &c.*) A quibus Principibus Imperii quid impetraverit, aſſignat Paduanus Monachus Chronic. lib. 4. his verbis: *Conradinus, filius Regis Conradi, Romanorum, Piſanorum, Senenſium, Papienſium, & Veronenſium literis & nuntiis excitatus, ad recuperandum paternum regnum cœpit cordis deſiderium ardentiſſimè applicare. Tunc Principes Alemanniæ, de quorum amicitia confidebat, ad colloquium invitavit: & poſt multa hinc & inde propoſita, eſt tandem majorum conſilio definitum, quod ipſe ſine mora deberet in Italiam proficiſci.* Eſt verò ſcripta hæc epiſtola Anno Domini 1267. qui numerus in margine expreſſus, adventum Regis ad Urbem notabit.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Hæc tibi interim, clariſſime Lector, boni conſule: Cætera, quæ magnis quidem feſtinationibus abſolverat auctor, dare tamen non potuimus temporum anguſtiis præcluſi, dabimus autem cum ſequentibus, Deo annuente.

PRINCI-

Principum Electorum Conſtitutio, qua ratificantur Donationes Rudolphi I. Pag. 92.

CÆSAR Baronius Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſtic. Tomo 10. Anno 996. §. 44. & ſeq. Nicolaus Serarius Jeſuita Mogontiac. rer. lib. 1. cap. 26. Auctoritates.

Baronii verba §. 43. *Extant litteræ Marchionis Brandeburgenſis unius ex Electoribus, quarum hic eſt titulus: Otto Marchio Brandeburgenſis univerſis præſentem paginam inſpecturis. Data autem, ut in fine habetur, Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, pridie Idus Sept. Anno ſexto Rudolphi Imp. Aliæ Joannis & Adalberti Ducum Saxoniæ, eodem titulo, dataque eodem Anno, die verò & menſe diverſo, nempe decimo quarto Kalendas Aprilis. Aliæ Ludovici Comitis Palatini Rheni, eadem die data & Anno, juxta quam præſcriptam ab iſtis formam & reliqui Electores ſcripſere, quibus omnes pariter confirmant donationes factas, vel innovatas à Rudolpho Romanorum Rege, & aliis prædeceſſoribus Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ. Extant ipſa in ſcripto codice eodem tempore unà cum aliis monumentis de donationibus & privilegiis à diverſis Eccleſiæ Romanæ collatis, quæ aſſervantur ſeorſum a Vaticana Bibliotheca Romæ in Caſtello St. Angeli loco tutiori, ubi ſelecta majoris momenti monumenta recondita habentur, ne pereant.* Teſtimonia.

Hæc eſt conſtitutio, quam velut cœlo delapſam venditant Pontificum adulatores. Dicendum enim tandem eſt, quod ſentio. Contentio eſt de origine Electorum. Eam ab ſolo Pontifice manaſſe, Pontificii affirmant, ab ſolo Imperatore, Cæſarei. Neutri, meo quidem animo, rectè. Etenim, te quæſo Baroni, quomodo id præſtitiſſe jus eligendi Gregorius Pontifex potuit, qui id ipſum non habuit? Antiquum obtines ψευδογράφημα, quum ais, Ottonem nec id ipſum habuiſſe, & cùm voluit, à Romano Pontifice illud expetiiſſe & impetraviſſe. Quod neque verum eſt, & pro medio termino, tanquam neceſſario & apodictico, tibi ſumis domeſtica Pontificum decreta. Sed præſtat, ne arte ſe præoccupatos, quàm viribus victos, conquerantur apud ſuos Baronius Philippinus & Serarius Loiolanus, ipſorum ſtrenuitatem, quatenus id fieri poteſt in hoc breviſſimo temporis articulo, experiri. Primus in campum producitur Innocentius III. in ca. *venerabilem*, Ext. *de Elect.* &c. quem Serarius, Baronii ſublegulus, auctoritate Illyrici omni exceptione majorem teſtem nominat. Scilicet qui ducenteſimo demum poſt Ottonem anno id per ſomnum ſibi (non dubito quin ægrotus) in contemplativo ſuo cerebro imaginatus eſt, quod ejus anteceſſores ignoravêre, Gregorius VII. acerrimus Imperatoris hoſtis, & æmulus ejus Hadrianus IV. At ne me dicatis temerè loqui, habeo aſſertorem harum vindiciarum longè graviſſimum. Tibi reſpondeo Serari, qui, quem expetiiſti, adeſt. Vacivæ fac ſint aures tuæ. Leopoldus à Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis, quem vos facitis Eccleſiæ Romanæ vaſallum etiam in temporalibus, in lib. De zelo veter. Princip. Germon. cap. 7. *Principes Germani, ad quos pertinet jus & poteſtas eligendi Regem Romanorum, recognoverunt Innocentio Papa Tertio, ut patet in decret. ſua ext. de elect. venerabilem, §. verum, quòd jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem Romanorum, ad Imperium poſtmodum promovendam, pertineat ad Eccleſiam Romanam. Item cùm idem Innocentius Papa in prædicta decret. venerabilem, aſſerat jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum ab Eccleſia Romana ad certos Principes Germaniæ proveniſſe, nec id in Hiſtoriis ſeu Chronicis noſtris geſta Regum ſeu Imperatorum continentibus reperiatur expreſſum: ſatis poteſt dici, quòd prædictus Innocentius Papa hoc aſſerit, propter recognitionem per aliquem ex Regibus vel Imperatoribus Germaniis, vel per Principes Electores ipſi Eccleſiæ Romanæ ſuper hoc factam.* Auditin' Baroni & Serari, quid iſte loquitur? Tantum abeſt, pro hujus verbis, ut jus eligendi à Pontifice acceperint Principes Germani, ut contrà jus confirmandi in Pontificem, tanquam in arbitrum, compromiſerint diſcordantes aliquando Electores, aut unus ex electis ſponte recognoverit, quæ res, ut intellexiſtis, ante Innocentium illum fuit inaudita. Et hoc jure utimur, ut Imperatorum ſingularia facta Majeſtati Imperii non præjudicent. Quod ad Clementem V. attinet, quia cum Concilio ſuo ſequitur auctorem Innocentium, eadem exceptione excluditur, qua petitione inſilit. In hac Principum Electorum conſtitutione nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Sed amabo vos, mi homines, qua in re Imperii juribus atque Majeſtati præjudicare debeat iſta per ſub & obreptionem obtenta Electorum confeſſio? Quid non in illa hiſtoriarum omniumque adeò literarum ignorantia perſuaderi ſibi paſſi ſunt creduli Germani? Qui ubi certiùs fuiſſent informati, numquam profectò hæc confeſſuri fuerunt. Quapropter ſequentes Electores melius informati & ſanius ſapientes illorum & ſimilium conſtitutiones, decreta, edicta, reſponſa caſſaverunt, irritarunt, & annullarunt, nulliusque penitus momenti atque valoris eſſe conſtituerunt. Ita enim ſcribunt Electores ad Benedictum Papam ex Comitiis Reinenſibus, §. 2. *Cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in unum ſuimus congregati, & diverſis deliberationibus & conſiliis præmiſſis, ſicut divina gratia placuit, omnes unanimes fuimus, & nullo penitus diſcrepante pro defenſione & recuperatione jurium, honorum, bonorum, libertatum, conſuetudinum ſacri Romani Imperii ac totius Chriſtianitatis, ad cujus regimen & defenſionem idem Imperium principaliter ordinatum dignoſcitur, diſpoſuimus & ordinavimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & firmavimus jurejurando per Sacramenta corporaliter à nobis & omnibus Coelectorib. noſtris præſtita; quòd jura honores, bona, libertates, & conſuetudines dicti Imperii, & noſtra nobis in electione Imperii competentia ex conſuetudine vel de jure, manuteneamus, defendamus, & illibata conſervemus*

h

vemus toto poſſe & viribus noſtris , contra omnes homines, cujuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant ; & quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum & perſonarum , aut præcepta, mandata, proceſſus , per quemcumque aut in quemcumque modum & formam prolati ſint, vel inanteà proferantur, contra Imperium & nos vel Coelectores noſtros ; per quæ dicto Imperio ac nobis & Coelectoribus noſtris in prædictis juribus , bonis, honoribus, libertatibus, & conſuetudinibus, præjudicatum ſit, vel in futurum poſſet præjudicium generari. Et §. ſeq. clarius ac expreſſius inter alia : *Cùm jure caveatur , & conſuetudine , cujus contrarium memoria hominum non exiſtit, ſit rationabiliter introductum, & ſine cujuſvis contradictione legitimè obſervatum , ſicut etiam in prædicto Parlamento per nos & alios Coelectores noſtros , præhabita diligenti deliberatione & diſcuſſione, ac conſilio multorum Principum , Comitum, Baronum , & Nobilium, eſt concorditer declaratum , & ſententialiter diffinitum ; Quòd vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer , vel à majore parte Principum Electorum , pro Rege Romanorum ab omnibus eſt habendus : & quòd nec nominatione , approbatione , confirmatione , conſenſu, vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii indiget , ſive titulo Regio aſſumendo : quodque jura & bona Imperii amminiſtrare & gubernare poterit, & de jure & conſuetudine , nulla Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta.* Locum non pigravi hoc loco iterare, ſi quem fortè piget ad ipſam epiſtolam interviſere. Quid jam, Baroni? etiamnum tibi jus electionis à Pontifice adeò ſine contradictione à majoribus receptum eſſe videtur, ut ſemper ipſi Electores & Imperatores ab eis electi ingenuè hoc ipſum profeſſi ſint, intellexerintque pariter, cùm viderit expediens eſſe Reipubl. Chriſtianæ. Perfricuiſti frontem, Baroni, qui tam impudenter fallis: & tu, Serari, præter ſpeciem ineptus es, qui Principum Electorum indoli jubeas perſuaderi τὰ ἀδυνάτως γιγνόμενα, quin τὰ μάτην πεφυκότα, imò τὰ μὴ ὄντα & non entia (ut Scholaſtici tui loquuntur) h.e. vitrea fracta & ægrorum Pontificum ſomnia, quæ illi meridiantes habuêre. Finge, mi Serari, te uni ex illis Principibus hæc annunciare, quid puras tibi dicturus eſt? Reddet, opinor, Plautinum illum verſiculum :

Ego verum amo, verum volo mihi dici : mendacem odi.

Audiviſtiſne quid Electores cum univerſis Imperii Principibus contra Benedictum Papam, & ſibi, quæ vos aſſeritis, arrogantem conſtituerint? Ite Lonſteinium ad Electores & Principes, qui Wenceslaum Imperatorem depoſuerunt ; & in verbis Exauthorationis vel tantulam mihi Pontificis Romani mentionem oſtendite, & ego oſtendam vobis ejuſdem auctoritatem, jura, ac poteſtatem, quæ vos fruſtrà nitendo parum idoneis teſtibus vindicatis. Attendite bonam meam fidem. Ipſius Papæ Bonifacii degradationis Bullam, quam ſupprimere poteram, ſtudio & de induſtria ſubjeci, quò conſpicuum arrogantis Pontificis ſomnium fiat manifeſtius, quàm vos inficiari poſſitis, ubi eum ſententia exauthorationis conferatur. Non eodem loci ponimus, quo Innocentii & Clementis decreta, unde eam exædificavit, parùm aſſentantibus Electoribus. Equidem Catholicus ſum, & præ me fero, ſed religionem amplector procul habitis inani fuco & ſuperſtitione. Itaque quid ille vel ille affirmet, ſuſque deque æſtimo ; quem veritas dictat, eum tramitem perſequor. Neque perſuaderi poſſum conſcientiam angi in rebus politicis, haut ſecus atque in œconomicis, præter ejus qui perversè & obſtinatè malus ſit. Et te quidem, Serari, amo ; ſed odi convicia tua. Diſcere ab auctore profeſſionis tuæ debebis, in multis conviciis non abeſſe vicium. Detrahe tuis libris conviciorum larvam, & quantulum putas corpuſculi tibi ſuperaturum? Principis * Comici dictum eſt, Serari.

* Plauti in Amphitr.

Virtute, dixi, vos victoris vivere
Non ambitione, neque perfidia.

Hoc animum adverte, atque aufer cavillas, aufer maledicta. Ego obaudio, & hæc mitto. Deſideras vel unum tantùm teſtem, qui ab Pontifice eſſe jus eligendi neget, vel ab Imperatore affirmet. Produxi paulò antè Bambergenſem Epiſcopum : nunc te ire velim ad Marſilii Patavini Defenſorem Pacis, part. 2. cap. 26. Cui hos comites jungo, à quibus ejuſmodi Comitiorum Imperialium Romæ celebratorum fragmentum refertur, in quo de eligendo à Germanis Imperatore ſanctionem ac legem ipſi Principes cum Imperatore ſanciunt, nulla Pontificis Romani facta mentione. Georgius Alienſecretarius Normbergenſis, in Chronico Univerſali, quod ante centum quinquaginta Annos ſcripſit: Als nun die Fürſten und Herren all bey dem Keyſer waren/ da ſprach der Keyſer zu ihn : Lieben Fürſten und Herren / ſo man einen Römiſchen Keyſer kiren und wölen ſoll / ſo iſt gar viel Fürſten und Herren / die ſich ſelb oder ihre Freund erwölten an das Reich / und möcht groß Zweytracht und Mißhell davon kommen. Darumb daß ihr das verſehen / ſo ſüllent ihr alſo wol thun/ und erwölent unter euch etlich Fürſten / die von ewr aller wegen nun und hernach mügen einen Keyſer erwölen. Und ye lützel der iſt / ye minder der Mißhall und Krieg mag under ſo gefallen / und ſo die eintrachtlich under ſich ſeyn in der Kieſung/ ſo myn Kriegs und Unvredens den Landen und euch davon kompt. Und ich rath auch / daß ihr dieſelben

ſelben Fürſten erwölent auß deß Reichs Amptleuten : Wann ſy allermeyſt wiſſen deß Reichs Gelegenheit. Sie frageten / wer die Herren weren? Er ſagt / das ſint die Herren in Duitſchen Lande / als Francken / Beyeren und Sachſen. Nach viel Red ward mit deß Keyſers und der Herren aller Will und Gunſt auffgeſetzt und beſchloſſen / daß der Kurfürſten ſollent ſieben ſeyn / und die ſieben Kurfürſten einen Römiſchen König einträchtiglich oder mit dem meyſten Part ſolten erwölen und kieſen. Und under ihn ſolten ſeyn drey / als geiſtliche Kentzler / und vier Weltliche / &c. Eadem leguntur in Archigrammatei Colonienſis Chronica Colonienſi ante centum & viginti, eadem in Johannis Bæmleri Chronica Cæſarum ante annos centum & quaſi quadraginta, excuſis. Vide, Serari, quàm dapſiliter munificus ſim: pro uno teſte, quem flagitaſti, en tibi quinque. Verumtamen, uti ſuprà à me dictum, neque ſolus Imperator eum Principus id conſtituit; neque ſolus Pontifex cum Cardinalibus decrevit, ſed univerſus Clerus Populuſque Romanus in Comitiis calatis. Qua de re ſuprà diximus ad Hadriani I. & Leonis VIII. Bullas. Ex eodem enim fonte manaſſe hoc decretum, unde ſuperiora illa duo, valde fit veriſimile; quippe ex eadem occaſione ortum, quam perpetuæ Romanorum rebelliones præbuere, nunc novos Pontifices, interim Reges eligendo ex Italis, Imperatore abſente, id unum animo agitantes, quo pacto jugum Germanorum excuterent. Ea re Imperator cum Pontifice motus, convocato populo, orationem in Comitiis ſine dubio habuit, in quâ, explicans rei totius circumſtantias, quàm juſtum, utile, ac honeſtum Reipubl. foret, oſtenderit, Senatum populumque rogarit, an ſic conſtituere placeret. Cujus rei ignoratione decepti videntur illi, quos adduxi, Hiſtorici. Calata autem Comitiis etiam antiquiſſimis temporib. Pontifices inierant, ſolemnibuſque præerat & in acta referebat Pontifex Maximus, auctore Lælio Felice apud A. Gellium lib. 15. c. 27. Et quanquam invitos conſenſiſſe legerim Romanos, tamen auctoritate Legis Regiæ, metu potentiæ Imperatoriæ, & reverentia Pontificiæ excommunicationis voluntatem ſuam diſſimulaſſe compertum eſt. Rem videtur quaſi per tranſennam vidiſſe ille, quem toties laudo, Archigrammateus Colonienſis : Mer die Romer / inquit, quamen niet ghern dairan / dat eyner van vyſſlendiger Nation / ind minre van Stam / als ſy ſagen / ſulde yr Here und Gebieder ſyn : doch endorſten ſy ſich niet dairwidder legen off van Unwerden machen dat Geſetze van der Kieſunge : ind dairtzo zwanck he ſy mit Gewalt / dat ſy idt volgen moiſten. Ind dairum hadden ſy dieſelven ſyn Ordenunge und Geſetze. Ind want he yn bouen lach mit Gewalt / und ſy enkunden ym niet angewynnen / der mit gewapenden Mannen ſere waill gerüſt was ind verwart : dairumb ſoichten ſy eyn anderen wech / darmit ſy ouch berôchtiget ſyn / ind lachten eine laege / wie ſy eme moichten vergeven / ind mit behendigheit / deß die Walen Meyſter ſyn / wart eme vergeven. Celebrata autem Comitia videntur poſt captam Romam, quum jam Creſcentius ſuſpenſus, Johannes Pſeudopontifex excæcatus, & Gregorius fuiſſet reſtitutus. Cui poſteà auctoritate Imperatoria, quam Populus Romanus in eum ſenatusconſulto, ut ſuprà vidimus, contulerat, Silveſtrum II. ſubſtituit. Quæ res nonnullos Romanorum animos offendit, ægrè moleſteque ferentium Pontificis pariter electionem, atque Imperatoris, ab unis Germanis occupari. Accedebat Imperatoris agitatio, qui Romanum Imperium, ipſiuſque caput Romam & Sedem Pontificiam, in priſtinum ſtatum redigere moliebatur. Quapropter Romani, qui tantam rem ad Senatum Populumque Romanum pertinere arbitrabantur, in Imperatorem conjuraverunt. Quam rem ita narrat vetus Auctor Thuringorum Chronici : Der Keyſer fur dan die Stat ztu Rome / und lebete freyzlich. Her wolde brenge das Riche unn den Stul ztu Rome weder an ſyne alden ſtat. Deß waren öme dy Romere weder / und beſeſſen ön uff dem Palas. Her quam doch mit groſen Noten von dannen mit dem Babiſte Silveſtro / &c. Atque hic eſt, Baroni, cui Otto iſte eam donationem fecit, quam ſuo loco inſeruimus, unde diſcas tandem licet, uter ab altero impetrare voluerit res & inſtituta Imperii, Imperatorne à Pontifice, an Pontifex ab Imperatore. Pol non rectè facis, qui ſenecta ætate tibi mendicas malum. Faceſſant porrò numeroſi tui Decretaliſtæ, Serari, qui cum Innocentio ſuo erraverunt, aut inſcientia hiſtoriæ, aut religionis ſpecie decepti ſunt, ut communem illam actionem ſoli Gregorio Quinto, qui pars fuit ejus, adſcriberent.

Quod ſi exquiratur uſque ab ſtirpe auctoritas, Plautus Trinum. Act. 1. ſc. 2.
Unde quicquid auditum dicant, niſi id appareat,
Famigerator jure fiet & cum damno & malo :
Hoc ita ſi fiat, publico fiat bono.
Pauci ſint faxim, qui ſciant quod neſciunt,
Occluſioremque habeant ſtultiloquentiam.

§. 2. *Per Dominum noſtrum Rudolphum*, &c.) Multa hujus donationis mentio, quam alii aliter interpretantur. Exegeſis. Paulus Langius in Chronic. Citicenſi Anno Dom. MCCLXXIII. *Rudolphus, ille devotiſſimus Rex, non minùs Deo quàm mundo militans, B. Petro & ſucceſſoribus ſuis, teſte Speculatore tit. De reſcrip. præſen. civitatem Bononiæ, matrem ſtudiorum, unà cum tota Æmilia dono dedit. Italia quippe, imò totus orbis, ſub Romano quondam erat Imperio. Unde & plerique alii Imperatores*

Germani leguntur provincias quaſdam Romanæ Eccleſiæ dediſſe, & eam in temporalibus ditaſſe, ut Pipinus pater Caroli Magni, & ipſe Carolus, item Ludovici, Ottones, Henrici, & alii ejuſmodi.

Aventinus in Annalibus: *Rudolphus illa lege atque omine* (ſc. ut ſuo periculo atque ſtipendio Palæſtinam, Ægyptum, Aſiam, Aphricam, eripiat Turcis, Saracenis, Tartaris) *primario Sacerdoti Bononiam, Præfecturas, Ducatus, urbes, Regiones Italiæ, hactenus Imperatoribus parentes (Romaniolam Martinus vocat) quæ quotannis millia drachmarum auri ſeptingenties penſitarent, conceſſit. Quemadmodum & Imperator Maximilianus anno abhinc decimo Principibus aperuit, edictoque dato ex Osnobriga XXII. Kalendas Auguſti, Anno Chriſti M.D. XI. conqueſtus eſt.*

Pag. 93.

Keyſer Rudolphi Conſtitution de Primis Precibus.

Authoritas. CAſpar Hedion Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 10. cap. 13. Under dieſem Rudolfo iſt der Brauch geweſen / daß die Keyſer primas preces auff die Pfrünnen geben haben. Dann alſo findet man ein Form ꝛc.

Alberti I. Imp. Conſtitutio de donationibus Romanæ Eccleſiæ factis.

Authoritas. CÆſar Baronins Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſtieorum tomo 10. Anno 996. §. 47. & ſeqq.

Teſtimonia. Ejus verba §. 46. *Sunt iſtæ poſt annos viginti quatuor data ab Alberto Imperatore; quibus deſcribitur juramentum fidelitatis ab eo exhibitum Bonifacio Octavo Romano Pontifici, & continetur confirmatio & ratificatio privilegiorum omnium per alios prædeceſſores Imperatores Eccleſiæ Romanæ conceſſorum. Quod cùm ſit valde prolixum, hic ſit ſatis ſummatim deſcribere; atque ea, quæ ad rem, de qua agimus, ſpectant, totidem verbis & ſyllabis reddere.* Benevenutus de Rambaldis Imolenſis in Libro Auguſtali: *Albertus Dux Auſtriæ, Rodulphi filius, victo & occiſo Adulpho, electus eſt in Romanorum Regem ab Electoribus, & a Bonifacio Papa famoſo petiit venire ad benedictionem & coronationem. Cui Bonifacius magnanimus Tyrannus Sacerdotum reſpondit: Ipſum indignum Imperio, quia occiderat Dominum ſuum Adulphum in prælio, & tenens coronam in capite, & ſpatam ad latus, dixit: Ego ſum Cæſar. Tamen poſtea orta graviſſima diſcordia inter Philippum Regem Franciæ & ſe, confirmavit Albertum, & vocaverat eum.* Clemens V. in c. *Romani Principes*, de jurejurando, lib. 2. tit. 9. *Imò tam quondam Albertus Rex Romanorum, immediatus prædeceſſor memorati Henrici, Bonifacio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro, tempore approbationis ejuſdem Alberti, quam Rodolphus pater ipſius, & alii prædeceſſores ejuſdem Romanorum Reges diverſis noſtris prædeceſſoribus juramentum fidelitatis & obedientiæ præſtiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum, juramento hujuſmodi ab eo recepto, de fratrum ſuorum conſilio (præſente Prælatorum & aliorum multitudine copioſa) auctoritate Apoſtolica recepit in ſpecialem ſuum filium & Eccleſiæ memoratæ, ipſumque in Regem Romanorum aſſumpſit, in Imperatorem poſtmodum promovendum.* Albertus Crantzius Metropol. Saxoniæ lib. 8. cap. 36. *Albertus Dux Auſtriæ, Rodulphi filius, victor magno prælio, in quo oppreſſus eſt Adolphus, ab Electoribus (id quod voluit, & neceſſe fuit) declaratur. Aquiſgrani coronatur: & miſſis in urbem Romam Oratoribus, voluntatem de ſe Electorum Principum Pontifici Bonifacio VIII. juſſit intimari, ut electionem de ſe factam confirmaret. Celebraverat jam Papa iſte primus à ſe inſtitutum jubileum magno ad Urbem concurſu. Uſque ad illum Pontificibus non venerat in mentem tam feſto negotio commovere Chriſtianiſmum. Legationem ad ſe factam ab electo Rege animoſius inſinuatam, rejecit Pontifex animoſior longè, quòd ſine ſua auctoritate electio facta robur non haberet. Nam utriuſque penes ſe unum gladii poteſtatem manere affirmabat, quod ipſo apparatu in eo qui (ut diximus) tum agebatur in Urbe, jubileo ſolenniter fertur oſtentaſſe. Primò quidem ſolenni die in Pontificalibus apparens populo, Apoſtolicam illis benedictionem impartitur: poſtera autem die Imperiali habitu, infula nihilominùs Cæſarea inſignis, gladium ante ſe nudatum juſſit deferri, & ſedens alta voce teſtabatur: Ecce duo gladii hic. Vides, ô Petre, ſucceſſorem tuum? Et tu ſalutifer Chriſte tuum cerne Vicarium. Vide quò aſcendit ſuperbia ſervi ſervorum tuorum. Sequenti tamen Anno Alberti electionem comprobavit, ex pacto, ſi Regem Franciæ impugnans ſe Regem gereret & Romanorum & Francorum. Implacabiliter enim Rex Franciæ Pontificem offenderat, quòd Pragmaticam ſanciens, Apoſtolicæ Sedis ſuum per Franciam minoravit honorem.*

Porrò quæ ad ſuperiorem Electorum conſtitutionem de jure eligendi Romanorum Imperatorem dicta ſunt, hîc quoque dicta exiſtimabis.

HEN-

Digitized by Google

HENRICO VII. RE DE ROMANIA
CANONICI DI MONZA.

Pag 94.

M. Franciſcus Sanſovinus Secretarius Magni Ducis Florentiæ del Secretario libro 4. pag. 112. editionis Venetæ. Auctoritas.

Monza eſt, quam Volaterranus *Modoetiam*, Guntetus vocat *Modionam*, lib. 8. Ligurini, his verſibus, qui huc faciunt: Exegeſis.

Tunc demum, victa Fridericus ab urbe receſſit,
Modionumque petens, priſco dignatus honore
Illuſtrare locum, ſacro diademate crines
Induit, & dextra geſtavit ſceptra potenti,
Hanc fortuna diu, Ligurumque potentia dives
Eximiam regni, proavorum tempore ſedem
Preſſerat, &c.

Porrò de tribus imperatoris coronis, ferrea ſcilicet, argentea, atque aurea, decantatior res eſt, quàm ut mea indigeat admonitione. Videatur tamen Hieronym. Balbus Epiſcopus Gurcenſ. de Coronat. cap. 3. & 21. Gloſſator in Clement. *Romani*, de *jurejurand.* meminit hujus Henrici Modoëtianæ coronationis. Et Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 1. *Primùm Mediolanenſes aggreditur, qui ubi arma viderunt, quibus parei eſſe non poterant, Turrianis ejectis vicecomites Regem in Urbem admiſere. Quum autem primam Aquiſgrani de more dudum coronam accepiſſet, ibi promeruit ſecundam, non Modoetiæ, ut veteret, &c.* Et mox: *Verum Henricus interim ferream imperii corollam Mediolani ſuſcepit, cujus muneris exequendi celebritas majori facta eſt impendio, quam cui ærarium Mediolanenſe ſufficeret.*

HENRICI VII. IMP. EPISTOLA DE
CORONATIONE ROMANA.

Chriſtianus Urſtiſius Mathematicus Baſileenſis in Germaniæ Hiſtoricorum illuſtrium tomo 2. in calce Conradi Vecerii Regii Secretarii de vita Henrici VII. Auctoritas.

Hanc epiſtolam Maſculi Imperatoris opponimus ſuperiori Alberti Primi, cujus parum gnava & improvidentia *exitus acta probavit.* Ex hac enim epiſtola ſatis eluceſcit, Henricum VII. Imperatorem Pontifici Romano præter coronationem nihil quidquam in electione ſua recognoviſſe, ut loquuntur. Quin & ipſum adeò Imperium in Germanos translatum ait à ſolo Deo, non à Pontifice Romano. Quod utinam extaret ejuſdem Imperatoris Conſtitutio *de ſancta Trinitate & fide Catholica*, Romæ peractâ coronatione adverſus criminationes Clementis V. Papæ ſancita ac publicè promulgata. Quam nobis an temporis vetuſtas, quæ omnia conſumit, an invidia nominis Imperatorii ſuppreſſerit, incertum eſt.

HENRICI VII. IMP. SENTENTIA
IN ROBERTUM SICULUM.

Albericus de Roſate JC. in Comment. ad L. quiſquis, C. ad Leg. Jul. Majeſtat. Marquardus Freherus Conſiliarius Palatinus Additionibus ad Hainrici Rebdorffenſis Annales Anno MCCCIX. Auctoritates. Teſtimonia.

Clemens V. Papa in Concilio Viennenſi, unde ca. *paſtoralis*, in Clement. de ſent. & re judic. *Sanè cùm jam dudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ Regem gravis fuiſſet materia turbationis exorta, aſſerente deinde Imperatore prædicto, quòd cum quibuſdam ipſius ſubditis Rex confœderationes & conſpirationes fecerat in ipſius Majeſtatis offenſam: quodque tractaverat & ordinaverat, ut civitates quædam ſub Imperii & Imperatoris ejuſdem obedientia conſiſtentes, contra eum & Imperium rebellarent, gentesq; ſui ipſius fulta ſubſidio, nonnullas alias Imperii civitates & caſtra (inde violenter ejectis ipſius Imperatoris officialibus) occuparunt, & pro ipſo Rege occupata tenebant: ac alias etiam in urbe & alibi in Imperii & in Imperatoris ejuſdem contemptum, & ſuæ Majeſtatis injuriam, & Reipub. detrimentum multa gravia fuerunt per Regem eundem, ac malitiam & inſtigationem ipſius, tam à ſuis ſtipendiariis quàm à ſubditis Imperatoris commiſſa. Prahabitis per Imperatorem eundem quibuſdam proceſſibus, contra eum abſentem tamen, quamvis legitimè (juxta Imperatoris aſſertionem) citatum: ac quòd ſupradicta erant notoria per*

Imperialem interlocutoriam declarat Imperator ipſe, Regem affirmans propter præmiſſa læſæ Majeſtatis criminis reum eſſe, in eum peremptorie (ut dixit) & ſufficienter citatum, ſed comparere contumaciter recuſantem, tanquam rebellem, proditorem, & hoſtem Imperii, ac reum criminis ſupradicti, privationis omnium dignitatum quocunque comprehenſarum titulo, & quibus ſe intitulabat Rex ipſe, auctoritatem quoque honorum, provinciarum, terrarum, bonorum, jurium, & jurisdictionum, tam perpetuorum quam temporalium, & ſi quando veniret in ſuam & Imperii fortiam, mutilationis etiam capitis ſententiam promulgavit, omnem ſupplendo defectum, ſi quis forſitan fuerat ex ſolennitate juris omiſſus in proceſſibus memoratis: præmiſſa (ut aſſeruit) faciens exigente juſtitia, & de Imperiali etiam poteſtate, &c. Hainricus Monachus Rebdorffenſis d. loco: *Tertio Anno Regni ſui idem Hainricus Imperator, ſuborta quadam diſcordia inter ipſum & Regem Rupertum tunc Apuliæ & Siciliæ, quandam ſententiam privationis in eundem Regem Rupertum pertulit.* Albericus eam *notabilem eſſe* dicit. Albertus Argentinenſis in Chronico: *Poſthac Cæſar Piſas rediens, citato ibi Roberto Rege, & habitis proceſſibus debitis, in eum tanquam in Majeſtatis læſæ reum, ac proditorem & hoſtem Imperii, privationis omnium dominiorum, & decapitationis, ſi unquam veniret in Imperii fines, ſententiam promulgavit. Quam ſententiam Clemens Papa poſt mortem Cæſaris revocavit, prout notatur in Clem. De re judicata, ca. paſtoralis cura.* Conradus Vecerius de vita Henrici VII. Imp. *Poſtquàm Cæſar Piſas acceſſit, legibuſque coërcere hoſtes aggreſſus, quos bello perſequutus fuerat, & aſperrima edicta in Thuſcos Roberti partium promulgavit, &c. tum de Roberto caſtigando tractatum. Cauſa cognita, deque conſilii ſententia ob læſam Majeſtatem Romani Imperii, paterno illum Regno Provincialique Comitatu excidiſſe pronuntiam. Quæ decreta poſtmodum, defuncto Henrico, Pontifex Maximus Joannes XXII. pro poteſtate reſcidit: eſtque ea res in publica monumenta redacta.* Videtur memoria lapſus Vecerius, Johanni adſcribens, quod à Clemente ejus anteceſſore perpetratum eſt. Idem Albertus Argentinenſis in Chronic. *Celebravit Clemens Papa Quintus poſt mortem Henrici Cæſaris Concilium Viennæ revocans ſententiam Imperatoris contra Robertum Regem prolatam: & eidem ſancto Imperatori perjurium impinxit*, &c. Udalricus ſive Conradus Welling Monachus S. Afræ Auguſtanus in Appendice ad Annales Stetoois, Anno MCCCXIII. *Hic Imperator tandem Regem Siciliæ ſibi rebellem crimen læſæ Majeſtatis declaravit incurriſſe, & ipſum Regem ad pœnam capitis condemnavit. Quam ſententiam Clemens V. Papa, ut Vicarius Imperatoris vacante Imperio, Hainrico mortuo revocavit, & nullam eſſe declaravit. Et poſt mortem ipſius Imperatoris idem Papa declaravit Imperatorem perjurum fuiſſe, nec memoriam eo mortuo de ipſo fecit.* De qua tamen Clementina quid ſit ſentiendum, docuit Carolus Molinæus JC. in Commentar.

Pag. 97. §. 5. *In noſtram & Imperii fortiam pervenerit*) *fortiam*, id eſt poteſtatem, Italicè *forza.*

Exegeſes. *Vita per capitis mutilationem privandum*) Vide l. *res capitalis D. de pœn.* & l. *tranſigere. C. de Tranſact.* cum l. *criminali, C. de juriſd. omnium jud.* atque l. 1. C. *ne Chriſtian. mancip.* &c. & Felinum in *c. ex literis*, xi. col. *de Conſtit.*

Pag. 98.

JOANNIS XXIJ. PAPÆ BULLA
CONTRA LUDOVICUM
IMPERATOREM.

Auctoritates. Teſtimonia.

JOANNES Aventinus in Annalibus, Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis.

Aventini verba: *Atque hæc ex utriuſque Principis Romani edictis, quæ in Bajoaria publicis Bibliothecis ſervantur, excepimus. Ea ſi à Chronicariorum mendaciis diſcrepaverint, illorum negligentia atque temeritas (qui amore atque odio cæcutientes, ac imperitia conſiſi fabuloſa, omiſſa publica inſtrumentorum auctoritate, ſibi conquirere permittunt) accuſetur: & ut poſſint illorum nugæ ſperni, tamen fides noſtra non debet. Quæcunque in diplomatibus reperi, incorrupta perfero. Igitur vigeſimus ſecundus hac Bulla Cæſarem afflat*, &c. Sunt verò non ipſius Pontificis verba, ſed Aventini, qui Bullam Pontificiam in hoc breviarium contulit. Albertus Argentinenſis in Chronico: *Papa Ludovicum ſuper eo, quòd nondum approbatus per ſedem Apoſtolicam, jura Imperii adminiſtraret, & Galeatium hæreticum foveret, Avinionem citavit, & non comparentem excommunicavit, & poſt annum ſimiliter de hæreſi condemnavit privationis juris electionis, Ducatus ſui & dominiorum, & aliis pluribus in eum, & filios, & fautores ejus, ſucceſſivè ſententiis promulgatis: quas Lupoldus* (Dux Auſtriæ) *undique ubi potuit in odium Ludovici procuraverat promulgare.* Hainricus Rebdorffenſis in Annalibus: *Idem Papa graves proceſſus ſententias excommunicationis in perſonam, ſuſpenſionis in conventum & can. interdictum in loca continentes fecit, & promulgavit contra Dominum Ludovicum de Bavaria IV. electum in Regem Romanorum, & ſe Imperatorem ſcribentem. In quibus ipſum jure, quod electione habebat, privavit, abſolvens ſibi omnes adſtrictos à juramentis, immò (quod plus eſt) ipſum declaravit fautorem Hæreticorum.* Archigrammateus Colonienſis in Chronic. Colonienſ. Der Pays loyde Konynck Lodowich gen Avion / dar van / dat he hadde Lamparden geleent / ee he Keyſer were worden. Konynck Lodowich enachte deſs niet / unn ſchrieff

dem

dem Pais/ ſint Cardinals hetten jn gewitt zo Rome in deß Pais Stadt / dar mit wer es ewe genoich. Der Pais meynt niet/ he ſouldt ſin wionge van eme ſelffs entfangen. Jdt was ouch vremde/ as mich dunckt/ dat der Pais den Koninck woulde laden in ein vremde herlicheit / ind dat he niet gen Rome ſelffs quam/ off jemantz dair ſende van ſint wegen/ ſo doch dat vur ind nar geſchiet is. Ein jeglich Hundt is koen vp ſiner miſten. Do der Koninck niet gen Avion quam/ nae dem as he geladen was / do dede jn der Pais zo banne. Vp den Banne ind vp deß Pais Brieue gaff der Koninck nitt. Dar von gaff der Pais vrdel/ dat der Koninck were ein uncriſten man/ ind ein Ketzer an dem gelouuen/ ind dreuwede eme/ he wolde jn entſetzen van dem Riche/ ind von allen ſinen Herſchafften ind Eren/&c. As etzliche Hiſtorien ſchriven/ ſo was Keyſer Lodowich ein goit ind dogenthafftig Man / dat he gheinen Pfaffen darumb ſtraffte off verſtieſſe. Dan he tzwang Biſſchoffe ind Prelaten/ dat ſi ihre lehen van eme moiſten intfangen: Want as in dem deill/ ſo waren ſi under ſiner gehorſamheit.

LUDOVICI IV. IMP.
APPELLATIO.

CAſpar Hedion in Rerum memorabilium Paralipomenis ad Abbatis Urſpergenſis Chronicon. Auctoritates.
Idem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 10. cap. 17.

Albertus Argentinenſis in Chronic. *Contra quas tamen proceſſus Ludovicum electus ex quibusdam cauſis rationabilibus appellavit, ipſamque appellationem eidem Papæ intimavit.* Testimonia. Hedion in Paraleipomenis: *Habentur adhuc hodie Pontificis & Cæſaris ſcripta, in quibus Papa egregiè gloriatur, quaſi poteſtatem habeat, Imperatores & Reges ordinare & deponere.*

Aventinus in Annalib. *Hæc ubi in Germania comperta ſunt, Ludovicus divini humanique conſultiſſimos quosque in Italia, Germaniis, Galliis, præcipuè Bononiæ atque Lutetiæ jure utroque atque ſacris literis peritos conſulit. Hi omnes reſcripſere, acta & dogmata Joannis adverſus Cæſarem, Chriſtianæ ſimplicitati & divinæ Philoſophiæ repugnare, Extant hujusmodi conſilia Theologorum in bibliothecis in membranis ſcripta contra vigeſimum ſecundum. Libros quoque edunt hi amici Ludovicio Marſilius Patavinus, Joannes Gandavenſis, Luitpoldus de Bebenourgk, Andreas Laudenſis, Myſta Fruxinenſis Auguſtæ Magiſter epiſtolarum, Ulricus Hangenor Auguſta artus ſacro Cæſaris ſcrinii Præfectus, Lantes Aligerius, &c.* Hedion in Paraleipomenis: *Diſcordiæ cauſam inter Joannem XXII. Papam & Ludovicum Bavarum ferunt fuiſſe quendam Ulrichum de Auguſta Secretarium, qui in quibusdam regiis literis Summum Pontificem vocavit beſtiam ortam à mari, & aliis convicius, idque ignorante Ludovico, eum proſciderit.* Et hic Ulricus Hagenor, aut vehementer fallor, aut eſt compoſitor & architecton hujus Appellationis. Meminit ejus & Albertus Argertinenſis, ubi eum connumerat in Legatis ab Imperatore miſſis ad Pontificem bis verbis: *Et Magiſter Udalricus Protonotarius Principis, Decretiſta.*

LUDOVICI IV. IMP. CONSTITUTIO Pag. 99.
DE IMPERII JURIBUS ET EXCELLENTIA.

ALbericus de Roſate Bergomenſis JC. in Comment. ad L. 3. C. *de Quadrienn. Præſcription.* Hieronymus Balbus Epiſcopus Gurcenſis & Caroli V. Imperatoris conſiliarius in lib. de Coronat. cap. 19. Marquardus Freherus conſiliarius Palatinus in Additionibus ad Hainrici Rebdorffenſis Annales Anno MCCCXXXIX. Auctoritates.

Hainricus Rebdorffenſis dicto Anno: *Ludvvicus ſolennes Nuntios mittit de conſilio Principum ad Papam Benedictum pro reconciliatione: Quibus ſine fine reverſis in Alemaniam, Principes Electores Imperii conveniunt, & per juramenta ſua diffiniunt: Quod electus in Regem Romanorum à majori parte eligentium, æqualem poteſtatem habeat in adminiſtratione Imperii, ſicut Imperator coronatus: & promittunt in ſimilibus hoc jus defendere contra perſonam quamcunque. Hæc diffinitio Principum ſolenniter publicata eſt eodem anno, menſe Auguſto in Francfurt, & diffinitum eſt per Principes ibi tunc exiſtentes; Quod quicunque de cetero ipſum Ludvvicum tenet excommunicatum, aut qui ceſſat à divinis propter ſententias Papales, proſcriptus ſit corpore & in rebus.* Testimonia. Petrus Herp Monachus Prædicatorius Francofordenſis in Chronico Francofordenſi: *Anno 1338. VIII. Idus Auguſti, in Saxenhauſen, Curia Fratrum Teutonicorum, hora prima, Ludovicus Imperator ornatu & ſedibus Imperialibus edidit legem talè: Electus Francofurdiæ in Regem Romanorum a Principibus Electoribus, adminiſtrationem Imperii*

ante confirmationem habet plenam. Quæ verbatim transſcripſerunt Joannes Latomus Decanus Collegii D. Bartholomæi apud Francofordianos in Annalibus Francofortenſibus, & Philippus Schurgius ejuſdem Collegii Canonicus lib. 1. Collectaneorum de Civitate Francofurtana. Balbus d. cap. 19. *Hac de re magna fuit olim colluctatio Pontificatu Joannis XXI. & ejus ſucceſſoris Benedicti XII. quum Ludovico Duce Bajovariæ Imperatore deſignato, demum omni ambiguitate per ſacrarum literarum Antiſtites maturè ſolerterque diſcuſſa, Ludovicus legem ſancivit promulgavitque, quam ad verbum hic adjeci, ne quis in eo amplius aberret, in quo omnis Imperii dignitas Majeſtasque continetur, &c.* Et recitata lege ſubjicit: *Quibus igitur cruciatibus Oldradi manes torqueri credimus, qui in quodam ſuo non tam conſilio, quam convicio, adeò petulanter in Cæſares debacchatur, ut omnem eorum auctoritatem radicitus evellere ſtudeat, quos non modò Regibus, ſed vel plebejis Magiſtratibus poſtponere audet, quo quidem nomine arguitur & Imperii calumniator impudens, & de Sede Apoſtolica non bene meritus. Quum enim Imperator ſit defenſor libertatis, propulſator injuriarum, publicè, privatim, moderator, pater, cuſtos unus: Oldradus mortalium omnium nequiſſimus eſt repertus, qui defenſorem libertatis, propulſatorem injuriarum, moderatorem, patrem, cuſtodem proſcindere & ſuggillare non eſt veritus: qui & dum in humanis ageret, ut publicus parricida, ut Majeſtatis reus culeo erat inſuendus, & nunc vita functus, perpetuo ac inextinguibili furiarum igne, proculdubio exuritur, in æternumque exuretur.* Jacobus Spiegelius JC. & trium Cæſarum Conſiliarius, in libello de Annis & vitis Imperatorum, &c. *Ludovicus IV. Bavarus, iniquè ferens & excellentiam Imperatoris, & Imperii jura per Romanos Pontifices infringi, maturo conſilio, etiam eorum, qui illius ſæculi literarum ſacrarum Antiſtites habiti ſunt, inter hos Marſilius Patavinus & Ocamus fuerant, de Imperatoris præcellentia, Juribusque Imperii Conſtitutionem ſancivit: quæ tamen recepta non eſt, imo potius ceu hæretica à Romanis Pontificibus, qui D. Petri ſedem per annos Imperii ejus inſederunt, execrata eſt. Volebant illi, penes ſe ſummam auctoritatem & jus eſſe, tam approbandi quam deponendi Imperatoris: quod tandem ipſe rei exitus ſatis probavit.* Antonius Verderius in Supplemento Bibliothecæ: *Ludovici IV. Imperatoris Conſtitutio de Juribus Imperii.* Meminit ejus & Albertus Crantzius, cujus verba infrà ad Apologiam adducimus, qua cum confundit hanc Conſtitutionem.

Exegeſis. *Datum in Oppido noſtro de Frankenfurt*) Apud Balbum legitur: *Datum in Colonienſi civitate Alemaniæ, die, &c.* Quæ videntur eſſe verba à Balbo paululùm ad elegantiam ſuam detorta, quum in ipſa Conſtitutione legiſſet: *Datum in Colonia civitate noſtra Imperiali, die, &c.* Quæ Comitia biennio pòſt celebrata fuere. Et certum eſt ex hiſtoriarum Comitiis, frequentiſſimos ſuper hac re fuiſſe conventus inſtitutos. Et refert Rebdorffenſis hujus Conſtitutionis acta ad Annum 1339. quo Conventum Francofordiæ inſtitutum fuiſſe etiam Auctor Colonienſis Chronici ſcribit: Anno vurſ. (ſcilicet MCCCXXXIX.) dede Keyſer Lodowich beroiſſen in der Vaſten ein Keyſerlichen dach zo Franckfort. Ind quamen dair alle Fürſten viſs Duitſchland: Item Koninck Edwart van Engelant/ &c. Ita eſt: primo loco debebat poni Apologia contra calumnias Johannis XXII. quippe quam legerint hora nona matutina fuiſſe propoſitam: altero deinde hæc Conſtitutio, quæ poſtinde in Comitiis Colonienſibus videtur fuiſſe ratificata: tertio demùm Electorum epiſtola. Nam quid, præterquam de Vicariatu Imperii, Eduardo Angliæ Regis filio, delato, & erectione Comitatus Gelriæ in Ducatum, in Quadrageſimalibus anni XXXIX. Comitiis Francofortenſibus actum fuerit, nondum habeo compertum.

Nunc, ſi divinare licet, videtur & hujus Conſtitutionis ſcriptor atque architecton fuiſſe idem ille Ulricus Hangenor, quem ſuprà diximus.

Pag 100.

Principum Electorum Epiſtola ad Papam de Juribus Imperii.

Auctoritas. Marquardus Freherus de Keſſingen Conſiliarius Palatinus in Additionibus ad Hainrici Rebdorffenſis Annales, ex libro membranaceo Bibliothecæ Palatinæ poſt Chronicam Martini Pœnitentiarii Papæ.

Teſtimonium. Hujus epiſtolæ his verbis meminit Albertus Argentinenſis ejuſdem ad Pontificem gerulus, in Chroni: *Quarum* (reſponſionum, quæ ſequuntur) *copiam & conjurationis Principum cum Papa tuliſſem, exponendo, Epiſcopum Argentinenſem non poſſe plus reſiſtere Principi ſuo, quin minus ab eo regalia faciendo homagium recognoſcat, &c.* Conjurationem Principum vocat hanc eorum ſententiam de defenſione jurium Imperii.

LUDOVICI IV. IMP. APOLOGIA CONTRA PAPAM. Pag 101.

JOannes Naucletus Præpoſitus Tubingenſis in Chronic. generat. 45. Caſpar Hedion in Rerum memorabilium Paraleipomenis ad Abbatis Urſpergenſis Chronicon, Huldrichus Mutius Hugvvaldus German. Chronic. lib. 24. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis, Marquardus Freherus Germanicarum rerum ſcriptorum tomo 1. in Appendice. Auctoritates.

Albertus Argentinenſis in Chronic. Poſt hæc Ludovicus Princeps, anno Domini MCCC. XXXVIII. Regni ſui XXXIV. Imperii verò XI. die octava menſis Auguſti, in Franckfurt vocata Curia, decretum quoddam, de conſilio quorundam Fratrum Minorum, confectum ſub ſigillo ſuo magno, edidit, in quo inter alia declaravit, proceſſus quondam Domini Joannis Papæ nullos; & quod Papa non poſſit contra Imperatorem talia attentare, cum juriſdictiones ſint diſtinctæ, januis ſua Curia affigebat, cum jurium approbatione; ubi & præcepit per Principes invadere Prædicatores. Quarum copiam & conjurationis Principum cum Papa tuliſſem, &c. Ergo, uti ipſe prædicat, & Decretum, id eſt conſtitutionem; & Reſponſiones, id eſt Apologiam; & copiam conjurationis Principum, id eſt epiſtolam, Albertus iſte Hiſtoricus juſſu Epiſcopi ſui ad Papam perferenda accepit Avenionem. Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 15. Ludovicus, &c, in Germaniam revertitur, conventuque Regni convocato permagnifico in Francofordiam, ad quem etiam vocaverat Reges Imperio non parentes. Venerat Rex Angliæ, Imperio nihil debens: aderat Rex Bohemiæ Johannes, Henrici VII. filius, Cæterique Regni tam ſpirituales, quam ſeculares Principes. Ibi conſtituta ſunt multa, quæ ex dignitate Imperii tum ſunt viſa. Inter alia verò, quod electus à Principibus, aut à majore aut saniore parte, adminiſtrationem habeat citra aſſenſum Pontificis. Nam ea, quæ præter hæc introducta ſunt, nec divino jure, nec ulla Patrum ordinatione, ſed blanda quorundam aſſentatione, & Romanorum ſpontanea ingeſtione Pontificum provenerint. Electus inſinuetur Romano Pontifici, quòd ſit Princeps Catholicus, juſtus, Imperio dignus, petaturque coronatio: quæ (niſi obſtiterit manifeſta cauſa) ſi negatur, ſumatur conſecratio à quovis Catholico Pontifice. Nam omnes illæ ſolennitates per Eccleſiam introductæ fuerunt. Quis enim Romanus Pontifex conſecravit Conſtantinopolitanos Imperatores? & quis ante Karolum multos Chriſtianos Cæſares? & ante Conſtantinum Ethnicos quis ſacravit Imperatores? Deinde ordinatum eſt, quod Imperator præſtabit Pontifici & Eccleſiæ defenſionis, devotionis, & humilitatis, non fidelitatis, homagii, aut ſubjectionis juramentum: quia temporalis dominii Papa Imperatori nihil tribuit, imò Eccleſia ſumpſit omnia illa ab Imperio. Gladius enim uterque nihil habet commune, quum alter animam, alter ſolum corpus conficiat. Ibique decreto firmatum eſt, quod vacantis Imperii adminiſtrationem Pontifex habeat, nulla ſcriptura, nulla ratio, ſed ſola uſurpatio introduxit. Hæc tum Principibus in cœtum Imperii congregatis viſa fuere in rem Chriſtianam obſervanda. Sed luit Germania pœnas diviſionis ſuæ: quæ ſi unum ſentiret, pareretque ſuo capiti (quomodo in Anglia & Francia Principes Regi) rectè illi omnia ſuccederent: nunc verò experitur, quod verbo Veritatis diſcere & cavere debuit; Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Huldrichus Mutius dicto loco. Cum autem excommunicatio Ludovici, quam adverſus eum Pontifex Joannes XXII. promulgarat; jam rata magis haberetur, quam unquam anteà, Imperator inops conſilii ubique quærebat conſilium: conſulebat autem etiam Monachos, qui apud Principes ob doctrinam & probitatem adhuc in pretio erant. Conſulentibus igitur quibuſdam Monachis Ordinis D. Franciſci, convocat Francoſurdiam Principes, & illinc ex Comitiis decretum ſub ſigillo ſuo edidit, & promulgavit contra proceſſus Joannis XXII. Pontificis, quod ad verbum ſic ſonat, &c. Et poſteà: Hoc decretum, ut vocant, ſcriptum & editum ex conſilio quorundam Fratrum Minorum, eſt ingens turbatio in Eccleſia ſecuta. Pontifex enim econtra bullis horrendis & multis fulminavit, quibus conſcientiæ miſerrimè tortæ ſunt, &c. Hedion in Paraleipomenis: Anno Domini MCCCXXXVIII. Octavo die menſis Auguſti, Ludovicus Imperator Comitia celebrans in Franckfurt, ſcripto publico acta Joannis XXII. contra ſe rejicit, ſpectans ad c. Imperator, XC. diſt. ubi habetur, quod nec Imperator jura Pontificatus nec Pontifex jura Imperii ſibi uſurpare debet: & quod Imperator non habet Imperium à Papa, ſed à Deo. In quo ſcripto fuſe & fortiter oſtenditur, Proceſſus Joannis XXII. exceſſus fuiſſe in præjudicium Electorum Principum ac totius Germaniæ. excommunicationis fulmen non ſemper ferire; Joannem contra Deum & omnem juſtitiam agere, qui mandavit, ne obedirent ſubditi Imperatori: Vanumque eſſe quod dici ſolet, Papam non habere ſuperiorem; & quod Concilium ſit ſupra Papam, & quod defenſio juris Imperii ſit à jure divino & fide Catholica. Ideo appellatio Cæſaris ad generale Concilium juſta fuit. Hinc magna turbatio conſequuta eſt in Imperio per Alemaniam maxime in Suevia, & Ducatu Wirtembergenſi, poſt promulgationem hujus Imperialis ſcripti, &c. Flaccius Illyricus in Catalogo: Francofordiæ ad Mœnum, in publicis Comitiis, publicè propoſuit Cæſar ſuam excuſationem contra Joannis XXII. excommunicationem. In qua (quod præcipuè à nobis annotari debet) diſputat, politicum & ſpirituale Imperium ſeu gladium eſſe penitus diſtincta, Papam nullum omnino jus habere ſupra Cæſarem, imò contrà omnem animam debere eſſe ſubjectam ſuperioribus poteſtatibus. Præterea oſtendit, Papam ſe non legitimè citatum, multo minus auditum, modis omnibus injuſtè damnaſſe: Ac ſimul judicem & accuſatorem in ſua propria cauſa eſſe velle, &c. Verùm adſcribamus ſane ex vetuſta membrana ipſum ſcriptum Ludovici contra Papam Johannem.

Joannes

Joannes Latomus in Annalibus Francofurtenſibus: *Anno 1338. VIII. Auguſti &c. Et eodem die Reſponſiones Ludovici prædicti ad objecta Papæ Johannis XXII. Sigillo Imperiali ſigillata, foribus Mariæ Eccleſiæ S. Bartholomæi ſunt affixa. Habebat autem Romanus Pontifex hic ſuos quoque Commiſſarios, qui ad VIII. Aug. affigebant ad eandem Eccleſiæ januam anathema & proceſſus contra Ludovicum, cum ſeveriſſimis comminationibus in omnes, qui illi communicarent.* Philippus Schurgius lib. 1. Collectaneor. de civitate Francofurtana: *Anno 1338. Octavo Auguſti, Francof. proceſſus Ludovici contra Sedem Apoſtolicam publicantur, & Eccleſiæ Mariæ foribus appenduntur.*

Scriptor. Porro de fabro hujus Apologiæ haut difficilis conjectatio eſt. Quippe conſtanti Hiſtoricorum conſenſu traditur, à Monachis Minoritanis eſſe compoſitam. At horum Generalis fuit Michael Ceſenas, vir pro illo ævo & doctus nec juris utriusque expers, qui à Pontifice Joanne excommunicatus ad Imperatorem confugit: Apud quem in honore atque pretio cùm eſſet, ejus rogatu videtur hanc apologiam inſtituiſſe. Certè inter eos numeratur, qui pro Imperatore contra Pontificem libros ediderunt. Et à Marſilio Occamoque diſparilitas ſtili abdicat.

Exegeſis. Albertus Crantzius Metropol. Saxoniæ lib. 3. cap. 91. *Conradus ultimus de genere Karoli pervenit ad Imperium: Quem Italici ſcriptores (Si Diis placet) inter Imperatores non numerant, quia Italiam non tenuit. Ergo tot Conſtantinopolitani Imperatores non erant ex eadem cauſa, nec noſtri temporis Cæſares dicentur Imperatores, qui Italiam non habent.* Item lib. 3. cap. 3. de Henrico Aucupe: *Sed neque hunc dignantur Italici ſcriptores Imperatoris nomine, quòd benedictionem Papalem non haberet: Non quia contemneret, ſed pro humilitate Princeps modeſtus evitavit. Dicant igitur, ſi ideò Imperator non eſt, quia à Papa conſecratus non eſt: quis conſecravit Auguſtum, & omnes ab eo Auguſtos usque ad Karolum Magnum, niſi ille, per quem Reges regnant, & potentes juſta decernunt? Si non eſt Romanorum Rex aut Imperator, quia Italiam non tenet, cedant hac nomine Conſtantinopolitani, ex quibus pauci Italiam habuerunt: cedant & noſtri temporis Imperatores. Proinde non fraudemus optimos Principes honore ſuo, ſcimus, quo ordine Pontifices ad eam ſe conſecrationem ingerebant. Romanorum ſine controverſia Conradus & Henricus erant Reges, etiamſi (ſi ita vis) non fuerint Imperatores. Mirum tamen hoc, illis denegari nomen Regibus, quod ante Cæſares permiſſum eſt civibus Romanis, &c.* Item lib. 8. cap. 35. *Adolphus de Naſſovv, tùm inter Electores, ut Alberto filio Rodulphi Imperatoris proximi anteferretur, obtinuit. Contentus autem (ut pleriqne alii) regia corona (quam Aquisgrani promeruit) Imperialem non accepit, quod Italia tumultuous jam contemnere videbatur Regem Romanorum. Nec Adolphus illum viderat fructum, ut omnibus Regni viribus Italiam penetrans, Papam in Urbe conſalutaret.*

Archigrammateus Reipublicæ Colonienſis in Chronic. Colonienſi in Luduvico IV. Bavaro, pag. CCLVIII. b. Die Keyſerliche Gewalt hanget niet van dem Pays. Want unſe HEre JEſus Chriſtus gaff Sent Peter gheyn Gewalt / dann zo bynden ind zo entbynden ouermits penitentie ind abſoluere zo geuen van ſünden. He gaff eme niet / dat he Provende verlenet / off dat he Konynckrych / Schloeſſe und Stede hedde / off dat he Keyſer off Konynge ſetzde ind entſetzde. Want hedde Chriſtus Sent Petern die Gewalt gegeuen / ſo hedde he und Sent Paulus billich den Keyſer Nero affgeſetzt / der eyn quaet ſchalck was / ind Vervoulger der Chriſten. Idt is ouch niet zo vermoyden / daß Conſtantinus Primus off Otto Primus, aff ander Keyſere / alſus hoich haven willen begiffrigen mit zylichen Goideren off Privilegien mit Vryheyden den Byſſchoff zo Rome / dat he ſy moege ſetzen / off entſetzen. Ouch vynt man dat nyrgens geſchreuen / dat Chriſtus Sent Peter offt den anderen Apoſtolen dat gegeuen haue. Ind dairum ſpricht Sent Bernart zo Eugenius dem Pays: Wairumb underwynt yr uch ander herlicheyden? Wairumb ſtreckt yr vre ſichelen in eyn vremden Acker? Den Apoſtolen is verboden die herſchapie: ind wiltu ſy beyde hauen / ſo verluyſtu ſy beyde &c. Ind wiewail der Pays den Keyſer ſaluet ind wyet / ſo is he doch dairumb niet under dem Pays. Want der Propheta Samuel ſaluede ind wyede Konynck Saull den GOtt gekoren hadde: mer dairumb intfinck he dat Konynckrych van dem Propheten niet &c. Ind is niet gehoirt off geleſen / dat die Keyſer off Konynge vur Otto dem Fyrſten plaegen dem Panſen eyn Eyt zo doin. Mer nu zertzyt nae dem as dat Keyſerdom is ledich geſtanden / ſo ſyn vill Schriffte gegeuen vur recht / und in dat geiſtliche Recht geſatzt / die alzo genauwe ſcheren der Keyſerlicher Majeſtat und dem Rich / beyde intghyn deſſeluen gebitde / herlicheit / ind goider.

Item van der gyricheit ind houardie der Panſe ind der Cardinals zo der ſeluer zit ſaget daß vurß Boich / daß die vrß der maiſſen groiß ſchedlich und ſcheutlich was. Want ſi plaegen vp zo boeren die vrucht ind rente / ſo wanne ein Biſſchoff ſtarff / van dem ganzen Biſdom ein gantz jair lanck / ind wat der Biſchoff ließ / dat namen ſi ouch. Ind dat ſelue geſchiede ouch hie zo Coellen / as dat dan geſchreuen ſteit by der Biſſchoffs zyden. Deßgelichen mit den Abdien ind allen anderen Prelaturen: ind dat wart geboden vp die peen deß Bans / ſo wer dat niet hielde in Duitſchlandt / in Franckrich / in Engelant / in Behem / in Polant / in Vngarien / ind in anderen

deren

Digitized by Google

deren Koninckrichen. Item wart geſchetzt ind geſetzt vp ein vglich Biſchdom ein ſumme geldes; der dat hauen woulde / moiſt dat ſelue gelt dair legen / off he moicht deß niet kriegen. O wat groiſſer untzellige ind vngeleufflíche Schetzung wirt bracht allein vyſſ Duitſchlanden zo Rome / dat gewert hait umbtrint nu zertzyt CC. jair / der vur mails eins noch gheins plach zo ſin. Hæc ille; quæ tandem Aviſamenta & Gravamina illa, quæ infra damus, Germanis extorſerunt.

Pertinet hoc, quod de electiune & confirmatione narrat idem Chronographus in Lothario II. Imperatore, de Friderico I. Archiepiſcopo Colonienſi: He wart Biſchoff gemacht me van gunſt deß Keyſers / dann rechter Kur deß Capittels. Ind dat quam dairvan. Want die Keyſere hatten do noch den Pais / Biſſchoff / ind alle Prelaturen zo confirmiren. Want bis zo der ſeluer tzit (ſc. Annum Domini MCXII.) gauen die Keyſer den Biſſchoff den Stab und den Rinck / und moicht geinre dat Paißdom off ein Biſchdom &c. beſitzen as einer gekorn was / ſonder conſent ind confirmacie deß Keyſers / as men dat clairlich mach ſien by den Paiſſen hie vur geſchreuen / as ouch Karolus Magnus gegeuen wart ind Otten dem Cryſten. Mer nu is dat anders wurden / ind is dat Roemeſche Rich ſere under die voeſſe komen. So hat die ghene / die vurmails plaegen andere zó zolaiſſen und zo confirmiren / die moiſſen nu warden die confirmacie van einen anderen / ind werden mit den voeſſen gekroent tzo eins Grichen der groiſſer underwerpunge. Quibus conſonant illa, quæ leguntur paulò antè in eodem Chronico, in Henrico V. Der Keyſer nae ind ſin Vader namen vur ſich ind tzogen an / dat Sy ein ſulche gerechticheit (tzo ſetzen Paiſſe ind Buſchoue ind die tzo confirmeren und deſsgelichen van anderen Prelaturen) gehatte hette van langer zit ouer die dryhundert iair / as van Carolus Magnus tzit her ind ouch vurmails / als dat Rich by den Griecken was / ind dat hedden verhengt ind tzogelaiſſen ouer die xlvj. Paiſſe / &c.

§. 6. *Neceſſum eſt quod aſſignetur illi, qui citandus eſt, tempus & locus ad comparendum ſecurus, &c.*) Nemo enim debet citari ad locum non tutum, nec citatio aſſignata loco notoriè non tuto citatum arctat. Si enim propter conſervandam famam quis non tenetur comparere in loco turpi, multo minus quis tenetur, ſi periculum mortis, vel perſonalis injuriæ immineat. Ad impoſſibile enim nullo jure quis obligatur: Sed illa habentur impoſſibilia, quæ ſine ſalutis periculo non poſſumus, & ideò ad talem locum ire quis non compellitur. Item non ſolum debet eſſe ſecurus locus, ad quem quis citatur, ſed etiam per quem neceſſario iter peragendum eſt. At Imperatori Avenionem citato contendendum erat per provincias Regis Francorum, hoſtis ſui inſenſiſſimi, ut ex Hiſtoriis patet.

Porrò qui pleniorem interpretationem hujus Apologiæ deſiderat, is me auctore legat Marſilii Patavini Defenſorem Pacis ſuper eapſe inſtitutum, & Johannis de Gauduno Informationem de nullitate proceſſuum Papæ Johannis XXII. quam quidam Marſilio, alii Ockamo tribuunt: quorum non eſſe diverſitas ſtili evincit. Joannem autem de Gauduno ſive Janduno ſive Gandavo tale quid ſcripſiſſe, Hiſtorici tradunt. Henricus Rebdorffenſis in Annalibus: *Idem Papa quendam Magiſtrum Peruſiis Johannem de Gauduno, & alium Marſilium de Padua, qui aliquos libros peſtiferos & contra honorem Eccleſiæ compoſuerant, condemnavit, quos prædictos Ludovicus in ſua familiaritate tenuit. De quorum conſilio appellationem contra proceſſus Papæ interpoſuit, cum multos articulos inſeruit.* Multi autem & alii docti viri tunc Cæſarem defenderunt, & Papam oppugnarunt, ejusque errores confutarunt, præter quos ſuprà ex Aventino memoravi. Michael de Ceſena Generalis Minoritarum ipſius Apologiæ, ut quidem videtur, de fratrum ſententiis formator, Wilhelmus Okam, Frater Bonagratia Minorita, Franciſcus Petrarcha, alii.

KAROLI

Pag.105.

KAROLI IV. IMP. AUREA BULLA.

Auctoritates. PLuries impreſſa hæc Bulla, eademque multifariam. Et Latine quidem omnium primum, quod ſciam, in Calce tomi primi Conciliorum Coloniæ MCCCCXXX. Tum Moguntiæ apud Ivonem Schœfer Anno 1548. Poſtinde Francofurdiæ apud Chriſtian. Egenolphum ſtudio atque opera Juſtini Gobleri JC. Præterea Antverpiæ Anno 1566. Tandem à Jacobo Cujacio JC. emendata Biturigibus in Appendice librorum de Feudis. Nos dedimus editionem Palatinam ex autographo procuratam Heidelbergæ Anno Dom. MDXCIV. &c. ſtudio cujusdam docti viri collatam cum editione Moguntina Anno 1575. vulgata. Germanicè quoque omnium primum excuſa fuit, quam editionem repræſentavimus, Venetiis juſſu atque mandato Friderici III. Imperatoris à Johanne Jenſon Gallico Anno 1476. repetita Auguſtæ Vindelicorum ab Johanne Bæmler eodem Anno, & Spiræ cum privilegio Caroli V. Imp. Anno 1529. in cæteris Conſtitutionibus Imperialibus. Cujus libri hic eſt index: Auß beuelch Kaiſerlicher Maieſtat Statthalters und Regiments im Hailigen Rich und mit Kaiſerlicher Freyhait iſt gedruckt diß Buch / ſo inhelt alle und yede deß Richs Ordnung / ſampt der Gülden Bull und Abſchyden / beſunderlich auch die Artickel und Ordnungen / ſo yezu zeyten aufgericht das Kayſerlich Regement und Cammergericht belangen / wie dann ſolchs zum Teyl der Abſchid deß Richstags zu Worms innhelt / darmit die menniglich bekündiget

Teſtimonia. und gemain werden mogen. Et hæc fuit ſumma atque prima invulgatio Receſſuum Imperii.

In manuſcriptis & vulgatis libris plerisque præfigitur hoc epigramma, ſed ἄδηλον: quod non nemo putat ipſius Imperatoris eſſe:

Omnipotens æterne Deus, ſpes unica Mundi.
Qui cæli fabricator ades, qui conditor orbis,
Tu populi memor eſto tui: ſic mitis ab alto
Proſpice, ne greſſum faciat ubi regnat Erynnis,
Imperat Allecto, leges dictante Megæra:
Sed potius virtute tui, quem diligis, hujus
Cæſaris inſignis Karoli, Deus alme miniſtra
Ut valeat, ductore pio per amœna vireta
Florentum ſemper nemorum ſedesque beatas,
Ad latices intrare pios, ubi ſemina vitæ
Divinis animantur aquis, ac fonte ſuperno
Lætificato ſeges ſpinis mundatur ademptis,
Ut meſſis queat eſſe Dei, mercisque futura
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

Wernherus Rolewinck Carthuſianus Monachus in Faſciculo temporum: *Carolus Quartus Imp. multa ſtatuit, & præcipuè legem favorabilem pro perſonis & rebus ſpiritualibus, quæ adhuc Carolina dicitur.* Paulus Langius in Chron. Citicenſi. An. Dom. MCCCXLVII. *Fuit iſte Carolus vir multarum linguarum & literarum peritiſſimus, juſtusque ac rectus, & timens Deum, bonos diligens, & malos odio habens. Is ob juſtitiam nonnullas leges condidit, quæ adhuc extant, & Carolinæ dicuntur.* Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 29. *Karolus Romam profectus, à duobus ibi Cardinalibus ad hoc miſſis conſecratur. Jam Imperator in plenitudinem poteſtatis evectus, quum videret multa in Conventu Imperii ſine ordine geri, nec ſatis ad liquidum conſtitit, quo quisque more res in cœtu adminiſtraret: reformanda omnia curavit, ſibique deſumpſit, multa conſtituens, quæ usque in hodiernum obſervantur, & aureo ſigillo deſuper literas decernens, appellari juſſit Conſtitutionem Imperialem, BULLAM AUREAM. Sed hunc inſtituit ordinem quod in ſeſſione publica Imperatoris Archiepiſcopus Treverenſis Archicancellarius per Gallias (hoc eſt, omnem Imperii provinciam citra Rhenum, quæ olim non parva fuit) & regnum Arelatenſe, è diverſo à fronte Imperatoris conſideat. Moguntinus autem in provincia ſua & Cancellariatu ſuo, à dextris Imperatoris: & viciſſim à ſiniſtris, alter è duobus. Nam ut Moguntinus per Germaniam ſic Colonienſis per Italiam primatum tenet. Rex Bohemiæ à dextris Archiepiſcopi, & illum ſequitur eodem latere Comes Palatinus Rheni. A ſiniſtris Archiepiſcopi Dux Saxoniæ, & illi Marchio Brandenburgenſis. In publicis autem proceſſionibus eodem ordine incedent: Treverenſis ante Imperatorem, & alii Archiepiſcopi à latere, juxta modum dictum. Rex Bohemiæ ſine medio ſequitur Imperatorem. Quod ſi Imperialia deferuntur inſignia, Dux Saxoniæ enſem portans, ſtatim ante Imperatorem, medius inter ipſum & Treverenſem: à dextris Ducis, Comes Palatinus au-*

reum

Digitized by Google

veum malum, à ſiniſtris Marchio cum ſceptro. Nam Ducem, Marſcallum vocant, hoc eſt, belli udminiſtratorem, Palatinum, Dapiferum, Marchionem, Camerarium. Officia ſua in Regis coronatione exequentur hoc ardine. In Regia vel Imperiali curia, qua de magnificentia Regni vel Imperii publice & ſalenniter peragetur, primus Dux Saxaniæ Marſcallus plurimam avenam publica jubeat effundi, eam jumento ſedens ingreſſus, argenteam menſuram, cum cylindro ſimili metallo, ſimul duodecim urgenti marcharum in pondere præferat: poſt avenam menſuret: eam tradat primum venienti: abiens Dux Vicemarſcallo (is eſt ſenior domus de Pappenheym militarium) equum cum menſura & cylindra, uſibus ejus & lucro deputanda relinquat. Marchio deinde Camerarius equo vectus inſigni, jumento deſiliens, lavacrum ex argento duodecim in pondere marcharum argenti teneat, aquamque det manibus Regis vel Imperatoris. Tollet max Vicecamerarius de Franckenſteen equum & lavacrum ſuis uſibus. Inde Palatinus Dapiſer, jumenta invectus, quatuor argenti ſcutellas duodecim marcharum inferat, & jumento deſcendens Principi inclinans anteponat. Magiſter Coquinæ de Nartenberg jumentum ſuis uſibus & ſcutellas tollat. Demum Rex Bohemiæ ſi adſit, equo ſimiliter invectus, poculum argenteum duodecim marcharum præferat Regi vel Imperatori, inclinans porrigat. Inde excipiat Vitepincerna de Limberg Militaris, Regis equum cum pocula ſuis uſibus ſervitura. Sedente jam Rege ad menſam, præcedent tres Archiepiſcopi, is medius, in cujus provincia res geritur, cæteris latera ejus ſtipantibus: præ ſe ferant baculum urgenti marcharum duodecim in pandere, in quo ſigilla Regalia vel Imperialia ad præſentiam accubantis præferant: quæ ille accipiens, reddat illi majus, qui rem medius geſſit, quad appenſum collo geſtabit in hoſpitium. Baculus Imperiali Cancellaria proveniet: ad quem etiam ſigillum referatur ex Archiepiſcopo. Si tamen Vicarii prænaminati non aderunt, tedee abſentium proventus conſuetus Curiæ miniſtris. Menſa Regalis vel Imperialis, ſex pedibus ſublimior cæteris. Si adſit Regina vel Imperatrix, ejus ſit à dextris accubitus, tribus cæteris ſublimior gradibus. Electorum ex ordine ſeptem menſæ, ſic æquali paſſu ſtatuentur, quomodo eſt conſeſſus eorum. Ad earum nemo Principum menſam accedat, nec liceat cuiquam accumbere, quandiu fuerit aliquid ſuperagendum ex Comprincipibus.

Cap. I.

C*Apitula* vocantur in libris com ſcriptis tum editis, quà Latinis quà Germanicis. At io Conſti- Exegeſes tut. Friderici III. Deß Fünffjährigen Landfriedens appellantur *Articuli*.

Quandocunque futuris temporibus neceſſitas ſive caſus electionis Regis Rom.) Puta, exceſſus defuncti Regis vel Imperatoris, ut infra §. 19. c. clare exprimitur. Crantzius Metropol. Saxon. lib. 8. cap. 2. de Pontificis Romani in Fridericum II. odio: *Papa ſcripſit Electoribus de novo Imperatore deligendo. Illi reſcripſerunt, non eſſe ſui juris aut arbitrii, Imperatori nolenti ſubſtituere, ſed vacanti ſedi Imperatorem conſtituere.* Quo ille reſponſo accepto; quum omnes videret fruſtra tentari, ſingulos cœpit aggredi, & primom quidem Archiepiſcopos, quos penes coronationis ritus ac ceremoniæ hodieque conſiſtuut, cœpit aggredi. Quo de idem Crantzius dicto lib. cap. 5. ſcribit: *Gregorius Papa per hæc tempora inſolentias Friderici Imperatoris metuens contra Eccleſiam, Principes Electores ſuper alterius pro illo aſſumptione ſolicitavit: ſed nihil profecit, quia quidam ex Principes reſcripſerunt, non eſſe ſui juris, Imperatorem ſubſtituere, ſed tantum electum à Principibus coronare. Hoc fuit reſponſum Colonienſis ac Moguntini.* Ideo ait, Principibus, quia tum jos eligendi necdum penes Septemviros, ſed vero cunctos univerſi Imperii Principes atque Comites erat, tam Eccleſiaſticos quam Sæculares. Qua de re ſupra ſuo loco annotavimus. Neceſſitatem eligendi præter mortem quandoque depoſitio imponit, quandoque ceſſio. Depoſitio tum demum joſta ac legitima videtur, ſi eam cauſetur diſſoluta, perditiſſima & flagitioſiſſima Regis, ſive Imperatoris vita, dilapidatio & abalienatio bonorum Imperii, ejuſdemque limitum deminutio, & proſtitutio honorum: ignavia & deſidia extremæ moreſque effœminatiſſimi: & hæc quidem noo ſingula, ſed conjuncta, ut ab Electoribus Wenceſlao ſunt impacta. Ceſſio eſt ſpontanea, cujuſmodi legimus olim fuiſſe Lotharii Primi Imperatoris, & parentum memoria Caroli V.

Cap. II.

§. 3. *Extunc tranſactis eiſdem triginta diebus, ammodo panem manducent & aquam* &c.) Idem Pag. 108. de Electoribus Pontificis Romani conſtituit Gregorius X. Papa in Concil. Lugdunenſi, his verbis: *Si eundem Pontificem in civitate, in qua cum ſua Curia reſidebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes conveniant, & in eo ſinguli ſingulis tantum modo, niſi illi, quibus ex patenti neceſſitate duo permittuntur haberi contenti ſervientibus Clericis vel laicis, prout elegerint, unum conclave nullo intermedio pariete, vel alio velamine, inhabitent in communi,*

Digitized by Google

ni, & quod diebus certis non facta proviſione de paſtore decurſis, panis, vinum, & aqua tantum eiſdem Cardinalibus, donec ſubſequatur proviſio, miniſtretur. Quam diætam, quum nimis rigida videretur Cardinalibus, immutavit poſtea Clemens VI. Papa, decrevitque, ut *ſingulis præter panem, vinum, & aquam in prandio & in cœna, duntaxat unum ferculum ſeu miſſum carnium unius ſpeciei tantummodo, aut piſcium, ſeu ovorum cum uno potagio de piſcibus, vel carnibus principaliter non confectis, & decentibus ſalſamentis habere valeant ultra carnes ſalitas, & herbas crudas, ac caſeum, fructus ſive electuaria, ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad condimentum fieret vel ſaporem: nullus vero eorum de alterius ferculo veſci poſſit*, &c. Videatur ipſa Conſtitutio, relata in Concil. Conſtantienſis ſeſſion. 41.

Cap. III.

Pag. 109. D*E ſeſſione Treverenſis, Colonienſis & Moguntini Archiepiſcoporum*) De ſuperiori loco ſeſſionis multa olim eademque acerrima conflictatio fuit inter Archiepiſcopum Moguntinum & Abbatem Fuldenſem, quæ tandem ſub Henrico III. Imperatore in cruentum certamen prorupit. Qua de re legantur, quæ ſcribit Naucierus in Chronic.

Verum par & æquum Principibus viſum, ut Abbas, qui Imperatricis eſt Cancellarius cederet Archiepiſcopo Imperatoris Archicancellario. Porrò in ordine trium Archiepiſcoporum primum locum obtinet Moguntinus, eumque jam ab antiquo, quadam quaſi præſcriptione, quam nequaquam fuit, cum interpellare niteretur Colonienſis. Adſcribam de hac præeminentia locum ex Chronico Colonienſi, ubi de Pipino Caroli Martelli filio verba facit: Hie is ʒo myrcken/ as ich geleſen have/ dat vyſſ dem dat Sent Bonifacius Ertʒbyſchoff ʒo Mentʒ ſaluende Pipinum den Verden zo eynt Konynge ouer Franckrych/ dat Pipinus den ſeluen Byſchoff ind alle ſyn naevolger widderumb darmit begifftiget hait/ dat he/ ind eyn yglich nae eme/ ſy der ander Ertʒbyſſchoff nae dem Pays. Ind dairumb wanne ſciſma is off gheyn Pays/ ſo kroent eyn Byſſchoff van Mentʒ eyn Roemſchen Konynck/ as dat zom dicker mail geſchiet is. Deß zo eyner orkunde ſyn ʒo Mentʒ in dem Doym vill ſteynen bilder der Byſſchoffe gehauwen/ ind an die Pyler der Kyrchen geſat. Ind dat ſelue hait ouch beſtediget Carolus Magnus. Ind dat hait ouch gehalden Otto III. in der Inſetʒunge der Kurfürſten/ dat in der Kure eyns Roemſchen Könyncks/ ſall he die eyrſte ſtymme hauen/ ind die ouerſte wyrdicheit in dem Roemſchen Rych/ als ouch in der Gülden Bulle Karoli deß IV. Doe van beroirt wirt. Ind dat hait mich dicke verwondert/ ee ich das geleſen hadde/ wye Mentʒ bouen Coellen und Trier geſatʒt würde/ ſo doch die ʒwey ander Ertʒbyʒdome umb ander vill Sachen dat ſelue ouertreden.

Cap. IV.

R*Ex Bohemiæ, cum ſit Princeps coronatus, & unctus, primum* (Hartmannus Maurus JC. & Cancellarius Archiepiſcopi Colonienſis de Coronat. Caroli V. Imp. apud Aquiſgran. *Tametſi ſecundo loco menſa Regi Bohemiæ ſtrata præparataq; fuiſſet, vacua tamen edulio permanſit. Non abſurdum erit hic paucula de regno Bohemiæ adnectere, cognitu forte non indigna. Quanquam Rex Bohemiæ perraro adſit Conventibus tractatibusq; Electorum, neq; fœdera pro manu tenenda communi dignitate cum eiſdem proximis ſæculis percuſſerit, non operas Imperio voluntariaſque collationes præſtet, neque gratuita onera ferat, non denique in circulis illis, in quos Imperium digeſtum atque partitum comprehendatur, tamen Elector Imperii, & tertium in Conſilio Electorum tempore electionis Regis ſuffragium adhibet: ita quod impune præteriri non poterit ob pœnam, quæ in Aurea Bulla exprimitur. Et cum tempore electionis Divi Maximiliani, eo quod forte non ſatis conveniebat inter Fridericum Cæſarem & Regem, præteritus fuiſſet, adeo non diſſimulanter tulit, ut pœnam Aureæ Bullæ, in quam inciderunt Principes, acerrime interpellando poſtulare non ceſſaret, armaq; præter hoc ſe illaturum minaretur, redireq; aliquandiu in gratiam, litiq; renunciare pertinaciter recuſaret niſi ea conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ jus illud Imperatorum, quod Reges Bohemiæ Imperatores in Italiam in perſonis euntes ſequi coguntur: aut loco ejus ſervitii octingentos ducatos, quoties Imperatorem Alpes tranſcendere contigerit, exolvere. Illo negato, à Cæſare Friderico tandem ſub pacto atq; conventione ulterius ipſos nequaquam prætereundi Reges Bohemiæ, ſub pœna quingentarum marcarum auri, deciſum tranſactumque fuit, & Ladiſlaus Rex, ratificata electione Maximiliani quæſitæ liti jurique renunciavit, Principibus hac etiam excuſatione utentibus, electionem Maximiliani non ex prædeſtinato Frankfordiæ, ſed urgentibus de cauſis perceleriter atq; ſubitarie celebratam. Habet Bohemus illam prærogativam quoq;, quod Archipincernæ officium, non amota corona, explere poteſt.* Hæc ille, in quibus poſtremis verbis aut hallucinatur Maurus, aut negativa eſt delenda, ut patet ex §. ult. hujus capituli. Porrò cum his confer, qui ſequitur, Alberti Crantzii non contemnendum locum de Rege Bohemiæ.

Et poſt eum continuo Comes Palatinus Rheni ſecundum ſedendi) idem Maurus dicto loco: *Poſt Bohemum ex ordinatione Aureæ Bullæ Comes Palatinus accubuiſſet, verum eo neglecto ſecundam à læva poſt Moguntinum menſam habuit. Et quia Aurea Bulla ſuo tenore, aut benevolentia aut conniventia, atq; diſſimulatione Principum, non ſemper ad amuſſim ſervatur, ob hoc forte futuris tempeſtatibus novus aliquis de frivolis rebus labor Imperatori adcreſcet.*

§. 3. *Pri-*

§. 3. *Primò quidem interrogabit à Treverenſi Archiepiſcopo* &c.) Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 8. c. 5. *Electio ſecundum quoſdam ex deſignatione Tertii Ottonis ad certos Principes Germaniæ pertinet, inter quos Treverenſis, Moguntinus, Colonienſis Archiepiſcopi. Trevirenſis enim licet omnem ſuam ditionem in Galliis teneat, Elector tamen conſtituitur: quia illa tempeſtate omnis illa Germaniæ provincia annumerabatur. Teſtatur hodie lingua, qua utuntur, promiſcua. Ferunt Treverim, pro ſua antiquitate venerabilem, quod Nini Babyloniorum Regis filius eam extruxerit temporibus Abrahæ, fugiens Semiramidis novercæ incontinentiam. Cæterum hoc indubitatum eſt, à temporibus Petri Apoſtoli ſemper eam fuiſſe Chriſtianam. Palatinus Comes inter alios eligit, quia Dapifer eſt: Dux Saxoniæ, quia Marſcallus, & Marggravius, quia Camerarius: Regem Bohemiæ annum erant in differentia cæterorum ſextum, ab initio annumeratus erat Teutonis, quia in ſolo Germanico ſedet, circumfuſus Germanis: ſed nunc, quia nationem ſpecialem fovet, & regnum ejus in ſchiſmate eſt, ad electionem non vocatur. Ottonis quidem Tertii tempore paruit Imperio: & quoniam Quartus Karolus, qui eam rem ponebat in ordinem, dans Auream deſuper Bullam ſuper ordine, officiis, miniſterio ſingulorum, Rex erat Bohemiæ, non præteriit Bohemiæ Regem in hac deſignatione, licet filius ejus Wenceslaus eum ordinem primus ruperit per ignaviam ſuam, etiam Romanorum Regno deſtitutus, ut ſuccederet Robertus Bavarus: & deinde frater ejus Sigiſmundus, qui adeò roperit rem Bohemicam turbatam Schiſmate, ut reparari non poſſet; inde eſt illa in electione omiſſio Regis Bohemiæ: nec ille, credo, magni facit.* Ita quidem ætate Crantzii, quæ quo pacto fuerint poſt id ordinata & conſtituta, ſupra ex Hartmanno Mauro retulimus. Ex quo etiam hoc addas licet. *Egit Maximilianus* (Primus ſcil. *Coloniæ cum Principibus Electoribus, ut Archiducibus Auſtriæ, exemptis alioqui,* (de qua exemptione videatur Franciſci Petrarchæ epiſtola ad Carolum IV. Imperatorem) *honos ille haberetur, ut ipſis ſuffragii quoque latio tempore electionis Regis eſſet. Sed Principes, ne antiquiſſima inſtituta majorum commutarentur, precibus Maximiliani votoque abnuerunt.*

Cap. V.

E*Sse debet Proviſor ipſius Imperii cum poteſtate judicia exercendi*, &c.) Quod munus communi Pag. 110.
Principum voluntate ac conſenſu primum Rudolpho Comiti Palatino Rheni collatum circiter annum Domini MCCL. Ita ſcribit Georgius Alt Nornbergenſis in Chronic. Bey dieſen Zeiten machten ettlich deß Reichs/ und beſunder die geiſtlichen Churfürſten/ von mancherley Zwileſſtigkeit wegen/ wider König Albrechten Bündnuß und Verſchreibung miteinander. Den beſchuldigten ſie/ daß er Adolffen ſeinen Herrn in eim Krieg umbbracht hätt. Deßhalb er dann Königlicher Ehre unwürdig wäre. Darumb ſetzeten die andern fürnemſten Teutſcher Nation Hertzog Rudolffen Pfaltzgrafen bey Rhein zu eim Richter deß Römiſchen Reichs/ alſo daß er hinfüro zu künfftigen Zeiten aus ſeiner Tapfferheit daſſelb Ampt vollführen ſolt/ auff daß die Römiſch König bewegt würden nichtzit Ubels oder ſcheltung würdiges im Reich fürzenemen/ dardurch ſie der Römiſchen Königlichen Höhe unwürdig geſchätzt werden mochten.

Cap. VI.

J*Uxta præſcriptum ordinem atque modum, à dextris & à ſiniſtris immutabiliter teneant loca ſua, eiſque vel eorum alicui in quibuſcunque actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus, eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ullatenus præferatur*) Hanc ordinationem ſuperbia Caroli Burgundi, nullo præſentiæ Imperatoris reſpectu, auſa eſt convellere.

Sed præſtat adſcribere verba Joannis Antonii Campani, Oratoris Pontificii ex epiſtola quam in Comitiis Imperii ſub Friderico III. Imp. Ratiſponæ celebratis perſcripſit ad Cardinalem Papienſem An. Dom. MCCCCLXXI. *Oratores Burgundi*, inquit, *cum poſt Legatos Electorum collocati, atque ideo deſpecti priore conſeſſu viderentur, redire in ſubſellia recuſabant. Electores, abſentibus collegis, qui aderant, quanquam ſumma cum modeſtia, dignitatem tamen communem tuebantur; Burgundi potentiam ſui Principis, & in Galliis & in Germania maximam: Electores parem nobilitatem ac vetuſtum morem objiciebant, ſeq; è corpore Cæſaris cum eſſent, ne Regibus quidem, ſi qui adeſſent, cedere oportere contendebant. Quæ contentio cum tres prope horas conſumpſiſſet, non antea eſt ſublata, quam Burgundi alteris ſubſelliis ad frontem Cæſaris inter Oratores Regios locarentur. Tum demum & ipſi auxiſſe Principis ſui dignitatem, quod in ordine abſentium Regum ſederent, & Electores, ſervaſſe æſtimationem ſuam, quod excluſi à primis ſubſelliis Burgundi eſſent, videbantur.*

Cap. VII.

§. 1. *Nec non Comitem Palatinum Rheni*) De cujus ſucceſſione vide infra Bullam Sigiſmundi Imperatoris.

Ducem Saxoniæ) Ut verba compendifaciamus, placet audire Albertum Crantzium Metropol. Saxon. lib. 12. cap. 4. ſcribentem : *Johannes Dux inferioris Saxoniæ, Bernhardi filius, per hac tempora accepta uxore de domo Brandenburgenſi, filia Friderici ſenioris Principis Electoris, affinitatem iniit, qua ſperaret ad honorem, quo depulſus erat, aliquando redire. Nam ſuperioris Saxoniæ Principes, ipſi Miſnenſes Marchiones, quum ex Sigiſmundo Imperatore avunculo ſuo Ducatum cum Electura dignitate ſuſcepiſſent, non ſunt paſſi vel titulum renovare apud veram lineam Ducum Saxoniæ: quamvis Karolus IV. Sigiſmundi pater, eam fecerit etiam inter tum diſſidentes Principes concordiam, ut alternis vicibus ad electionem utrique vocarentur, Sed id vel ignorare, vel abolere alii volebant. Per hunc vero ſocerum ſuum in ſpem venerat Johannes ad ea, quæ juſtitia ſua depoſcit, aliquando redire.* Sed neque id Johannes Dux obtinuit, & alter Johannes Fridericus Electuram perdidit Anno Dom. 1547. collatam Mauritio Duci à Carolo V. Imperatore in Comitiis Auguſtanis anno ſequenti. Qua de re videatur Schleidanus lib. 19. & ſeq.

Marchionem Brandenburgenſem) Neglexit tamen hanc conſtitutionem *Fridericus Marchio Brandenburgenſis, Imperatori Sigiſmundo inter charos amicos habitus. Ei quatuor filii fuerunt; Joannes, Fridericus, Albertus, & alter Fridericus. Joanni, qui Primogenitus eſſet, Electoratus Imperii debebatur: ſed judicium patris Fridericum prætulit, qui ſecundogenitus erat, & aptior ad obeunda Imperii munera videbatur. Prius itaque quam moreretur, hæreditatem ſuam inter filios diviſit. Fridericum Electorem inſtituit: neque malè judicavit. Nam Fridericus inter Principes Germaniæ ſapientia clarus habitus eſt, cujus conſilio multa ſæpe provinciæ pacatæ ſunt, juſti quoque ac honeſti tenax habetur,* &c. Æneas Piculomineus Senenſis Cardinalis de Europæ ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap 31. Atque ita vides & hîc quoque Johannem Electura excidiſſe, ut quis rimari velit neſcio quid myſterii fatalis in hoc nomine.

Pag. 111. §. 2. *Frater ſenior ejuſdem primogeniti, tutor eorum & adminiſtrator exiſtat,* &c. *decem & octo annos,* &c. Hinc concludunt Doctores, Principi etiam invito curatorem dari. Non rectè, meo quidem animo, quum non loquatur Imperator de curatione, ſed tutela, quæ non decimo quarto anno, ut olim, ſed octavo decimo finiatur in hac legitima adgnatorum tutela. Itaque ſi tutor intra ultimum quatriennium moriatur, qui ſuccedit, pariter tutor, non curator dicitur. Et noſtris moribus, fere ignorata curatione, tutelam continuari ad legitimam ætatem, auctor eſt Gail. in Obſervat. Qua de re videantur, quæ ſcribit Marq. Freberus in Aſſert. legitimæ adminiſtrat. Friderici IV. Palatini Electoris.

Cap. VIII.

D*iuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium*) Conſentit etiam MS. ſed convenientior lectio eſt, *diuturnitate temporum & moribus utentium præſcripta.* Sic infra loquitur cap. 9. *Sicut hoc antiqua laudabili & approbata conſuetudine diuturnique ac longiſſimi temporis curſu præſcripta noſcitur obſervatum.*

Cap. IX.

Pag. 112. §. 2. *Theolonea*) Moguntina editio, *theolonia*, ut & infra c. 17. §. 2. Barbare utrobique, pro *telonia.*

Cap. X.

§. 2. *Sub omnibus modis & conditionibus*) τὸ *modis* & Moguntina editio agnoſcit, & ipſe Imperator infra cap. 11. §. ult. in fine.

Cap. XI.

S*Tatuimus etiam ut nulli* &c.) Huic privilegio Electores Rheni jam dudum tacite renuntiaſſe perhibentur, quia ſemper detulerunt appellationibus in Camera, & eo ipſo, quia impetrarunt privilegia ſuper certis ſummis, quæ circumferuntur impreſſa. Itaque ab Electoribus Archiepiſcopi hodie appellari poteſt immediate ad Cameram. At à Camera non ad Pontificem Romanum. Et conſtitutum eſt, ut *appellans ad Summum Pontificem à ſententiis Cameræ, etiam in cauſa pia, & tutelari, tanquam contemptor juriſdictionis Imperatoris, mulctetur in centum marcas auri puri cum expenſis.*

Pag. 113. §. 3. *Ducem Saxoniæ*) Etiam hodie appellatio ab Electore Saxoniæ propter hoc privilegium non admittitur, licet quidam Dominorum Cameralium inde appellari poſſe putent, non ut ab Electore, ſed ut à Duce Saxoniæ. Eſſe vero in hoc privilegio illud obſervatu dignum notant Doctores, quod ſuper nullitate agi poſſit in appellatione, ut in cauſa A. contra R. nullitatis Anno 1591. relata in Symphoremate.

Cap. XXIV.

Infrà ſcriptæ leges promulgatæ ſunt in Curia Metenſi) Albertus Argentinenſis in Chronic. Anno Dom. MCCCLVI. *Eodem anno venit Carolus Imperator ad civitatem Metenſem in Adventu Domini* &c. *Erat enim ſolennior Curia, quàm de aliquo Imperatore ſcribitur temporibus retroactis multis.* Ex hoc autem loco error natus valde vetus, ut plerique exiſtimarent Auream hanc Bullam in Comitiis Metenſibus fuiſſe conſtitutam, contra auctoritatem ipſius Imperatoris in præfat. Et hîc nihil aliud dicitur, quam leges hoc capite comprehenſas in Curia, id eſt Conventu, Metenſi eſſe ſancitas. Quem errorem jam errarunt Sigiſmundo Imperatore, hujus Caroli IV. filio, in cujus Aurea Bulla ita legitur: Und die hinzulegen/ der Allerdurchleuchtigſt Fürſt/ Herr Carl Röm. Keyſer/ unſer lieber Herr und Vatter ſeeliger Gedächtnuß/ durch Friedes und Gerechtigkeit willen/ in dem Geſätze ſeiner Käyſerl. Gülden Bullen vor Zeiten zu Metz gemacht/ und beſchloſſen von den Pfalburgern/ &c. Joan. Trithemius Abbas Spanheimenſis in Chronic. Hirſaugienſ. Anno Dom. MCCCLVI. *Carolus Imperator ex Italia reverſus, in civitate Metenſi Conventum habuit ſolennem Principum, ubi omnes totius penè Regni Principes concurrentes, Regalia ſua de manu Imperatoris ſuſceperunt. Multi etiam ex Gallia illuc Principes ac Nobiles convenerunt*, &c. *In eodem Conventu Principum Metis habito*, &c. *Bullam dictam Auream, quia ſigillo ſit aureo roborata, de Imperatore Romanorum delegendo idem Carolus indicta conventione Principum ad utilitatem Reipublic. de conſenſu omnium Principum Electorum & Regni conſcribi fecit & confirmavit.* Auctor Chronic. Colonienſis: Anno Domini MCCCLV. as Keyſer Karll wederumb van Rome in Duytſchlant komen was/ ſo zoich he mit der Keyſerinne zo Metz/ umberint Kyrſtmyſſen/ ind bleyff dar dat Hogetzyt. Ind Anno MCCCLVI. beſchreyff he die Kuerfürſten dair by yn zo komen. Do quamen alle Kuerfürſten und ander vill Fürſten/ Graven/ Ritter ind Knecht. Deßgelychen vyß Franckrych quamen ouch zo Metz vill Fürſten und Herren &c. Item vp der Dachfart ind Hoff mit rait ind conſent ind bewilligung der Kuerfürſten/ ind intgemeyn aller Fürſten van Duytſchlanden/ ſatzte deſer Keyſer Karll IV. die Gullen Bulle &c.

§. 1. *Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt*) Idem Auctor in eodem Chronico: Karolus der IV. hait Hoff gehalden mit den Kurfürſten zo Metz groiſſer Majeſtait in bywеſen deß Konyncks van Franckrych Anno Domini MCCC. ind LVI. Jair/ ind hait geſatzt/ und vp den Criſtdach doin offenbaren dat Geſetze/ ind heiſcht die Gülden Bulle. Ind dairin is eyn punctyn/ ind ſpricht alſo: So wer mit einigem Fürſten oder anderem Voulck overtrede die ſacramentliche vereinigunge oder der hylliger dinge beſetzunge/ off ſinen raet geve zo dem doit der eirwirdigen ind erlüchten unſer und deß helligen Rychs Fürſten/ geiſtlich off wertlich Kuerfürſten off ouch anderen derſelven/ want ſy deyll unſers lychnams ſint/ &c. Sed hanc extenſionem & porrectionem ad cæteros Imperii Status in nullo exemplari nec Latino, nec Germanico reperi, & verba Imperatoris præciſe de ſolis Electoribus loquuntur, intelligendaque ſunt. Falli videtur homonymia vocis *corporis*: in corpore ſcilicet Imperatoris, cujus membra ſunt Electores; & corpore Imperii. h. e. Reipublicæ, cujus membra ſunt etiam cum cæteris Statibus, Civitates liberæ, de quibus Chronographus non moleſtandis, lædendis aut, alienandis agit.

Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum, puniri jura voluerunt) Tota hæc conſtitutio concinnata eſt ex L. *quiſquis* 5. C. *ad L. Jul. Majeſtat.* Videatur Jul. Clarus in §. *læſa Majeſtat.* nu. 25. & Carcber. in Pract. tit. *de homicid.* §. *circa*, num. 4.

§. 7. *Inſtaurari poſſe*) Tò *poſſe* agnoſcit etiam MS. cum ſtructuræ ratio *poſſit* exigat, ut §. ſeq. *hoc crimen inchoari poſſit.* Pag. 118.

§. 8. *Memoria ejus damnetur*, &c.) Ex l. 6. & l. ult. D. *ad L. Jul. Majeſtat.* d. l. *quiſquis*, 5. C. eod. Hunc locum, ut & alia hujus Conſtitutionis, infra Majeſtatis, quæ Electorum eſt, dignitatem poſuerant Jo. Harprecht tract. Crimin. ad §. *publica*, 3. nu. 34. Inſtit. *de public. jud.* & ejus collectarius Ludov. Gilhauſen Arbor. Crimi. cap. 2. tit. 2. num. 7. Contendunt enim Electoralem dignitatem cum Conſiliaria, contra Imperatoris mentem qui ſuæ dignitati facit æquiperabilem, à qua eam acceperit.

Porrò ex quo quis tale crimen contraxit) Rei hujus criminis, ſimul de eo cogitare cœperint, amittunt honorum ſuorum proprietatem, ut nec alienare poſſint, nec libertatem dare; nec debita exigere. Et ſi quid horum fecerint, pro infecto habendum ſit. Hic eſt verus & germanus hujus verſiculi ſenſus, qui contrario planè ſenſu, id eſt corrupte, ut alii hujus Conſtitutionis multo plurimi, legitur in Germanico exemplari Receſſuum Imperii, ex noſtro reſtituendus.

Nec ei ſolvere jure debitorem decernimus) Ut & omnibus ab Imperatore proſcriptis. Vide ſupra Henrici VII. ſentent. in Robert. Siculum, §. 6. in fine.

Cap. XXV.

S*I ceteros Principatus congruit in ſua integritate ſervari*) Auctor Chronici Colonienſis in Ottone III. ita hunc locum interpretatur: He will in der Bullen / dat die gantzheit ind wat tzo ſyner lychnam gehört / ungeletziget blyve / niet eynich gelyt auetzoſnyden off tzodeylen / noch under geyner geſtale entledet ſullen werden. Et poſtea ubi agit de privilegiis Civitatis Colonienſis: Is clair tzo myrcken van vryheit der Stadt in dem lychnam off Corpus diß hylligen Roemiſchen Rychs / mit anderen Konyngen / Hertzogen / Greven / Marckgreven / Landgreven / Vryen / Rittern / Steden / Dorpern / ind Boumenne / dar van eyn ycklich an der tzail iiij. hait / dair vp dat hillige Roemiſche Rych gefundert is. Dar Coellen eyn gelyt deß Corpus is / as mit namen eyn Bouwhert deß hilligen Rychs bißher gehalden is. Ind als geſchreuen is in Legibus, in den Geſetzen dee Keyſer Reichten / ſo wirt ſtrenglichen verboden / dat man die gelider deß hilligen Rychs vry ind ungeletzt ſal halden in dem lychnam / ſunderlinge niet tzo entleden off tzo krencken vp die pyne deß ſwerdes als crimen læſæ Majeſtatis. Loquitur pro Civitate ſua, cujus libertati inſidiabantur Archiepiſcopi Colonienſes: ſed loquitur ἀπροσδιονύσως ad hoc capitulum.

Cap. XXVII.

Pag. 119. §. 1. *Dux Saxoniæ agat officium ſuum*) Cujus & illud eſt officium, ut in Campis, in adventu Imperatoris vel expeditione, omnibus Statibus præferatur, ordineſque inſtruat. Juvat appingere, quod Hartmannus Maurus JC. & Cancellarius Archiepiſcopi Colonienſis ſuper eo ſcribit. In libello de Coronatione Caroli V. Imp. de adventu ipſius Aquiſgranum: *Inepta altercatio* (inquit) *atq; concertatio inter Legatum Ducis Saxoniæ Principem de Anhalt, & Ducem Juliacenſem, uter eorum præequitaret, incidiſſet*, &c. *Dux etenim Juliacenſis, quia propè quadringentos equites inſtructiſſimos in campis habebat, non ſuſtinuit ſuos inter Germanos equites nullis ſecundos noviſſimo loco ordinari. Saxones verò ad antiquum morem, repertaſq; ſchedulas, quæ eis ſuffragabantur, provocantes obſirmatè urgebant, aſſerentes ſe quidem permiſſuros ut Juliacenſes cum viginti quatuor modò equitibus, in fideì publicæ eo loci ex jure præfecturæ dandæ, ſive ſalvi conductus atq; commeatus ſignum, præcederent, quemadmodum retroactis temporibus omni ratione affirmabant factum, injurioſq; eſſe Juliacenſes, ſi ultra hoc pergerent, Principi eorum Archimarſcalco Imperii (cui, Statibus in campis Imperii & expeditioni exiſtentibus, competeret prærogativa præcedendi, ordineſq; inſtruendi) contra irrefragabilem vetuſtiſſimumque morem, petita denegare. Nec potuit hæc pertinax pluſculis verbis habita contentio, quæ rem interturbavit, diu ſedari. Multa igitur deſuper collocuti, hanc unam viam (ut materia tumultus ſubduceretur) tandem invenere, quod Dux Juliacenſis cum ſuis copiis è veſtigio civitatem abſque eo, quod hoſpitia ſubintrarent, ante omnes pertranſiret.*

§. 3. *Accedat ſuper equo* &c.) Albertus Argentinenſis in Chronic. de Conventu Metenſi: *Fuerunt ibi Principes Electores, & Officiales ſeu Miniſteriales Imperii, quorum quilibet miniſtrabat Imperatori ſidenti in menſa in officio ſeu miniſterio ſuo proprio. Quilibet autem veniebat ſuper equo uſq; ad menſam: Deſcendente verò de equo coram menſa, hiſtrionibus & mimis dabatur equus: & alia plures ſolennitates fiebant ibi, de quibus longum eſſet ſcribere. Erat enim ſolennior Curia, quam de aliquo Imperatore ſcribitur temporibus retroactis multis.*

Cap. XXVIII.

I*N qua præter Imperatorem Romanum duntaxat vel Regem, die ſolemnis Curiæ, nemo penitus collocetur*) Trithemius in Chronic. Hirſaugienſi An. Dom. MCCCLVI. ubi de ſæpedicta Curia Metenſi: *Aderat in hoc ſolenni Conventu Principum quidam Archiepiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad confirmandam pacem totius Regni, qui ob reverentiam Summi Pontificis ſolus cum Imperatore in una menſa cibum ſumebat, cæteris Principibus Electoribus, juxta cujuslibet officii rationem, miniſtrantibus ſemel, & poſtea in locum ſuum ſecundum conſuetudinem reſidentibus.*

Pag. 120. §. ult. *Præterea conſummatis* &c.) Hæc paragraphus in Colonienſi editione tom. primo Conciliot. & Cujaciana ponitur hoc loco, quo eam præſentat autographum: at Francofordiana Gobleri & Moguntina rejecerunt in finem ſequentis capituli XXIX.

Cap. XXIX.

E*Xenna*) alii, *encenia*. Aptius, *xenia*; quo nomine Græci appellant dona hoſpitalia. Præterquam ex vulgari Græco *exenia* dixerint, quemadmodum *Exiphilinus*, *Ecatharina*; &c. pro, Xiphilinus, Catharina.

§. 2. *Sexaginta marcas argenti*) Alii, *ſexaginta tres marcas*, ut mox illico; *ſexaginta trium marcarum.*

CAP. XXX.

P*Uta Regis Boemiæ, &c. cum veriſimiliter Teutonicum idioma ſibi naturaliter inditum ſcire præſumatur*) Valde in id incubuiſſe fertur Carolus IV. ut Germanicam linguam in Bohemia, quoad ejus fieri poſſet, promoveret ac propagaret. Et narrat de eo Chronographus Colonienſis: Ind kunde vünff Spraechen: Under den hadde he Duitſche Spraeche allerliefſt. Darumb hait he Duitſche Spraeche in Behem und in ſinen Landen vaſt gemeirret. Want zo Prage ind in allen Steden durch Beheimerlant / ſprach jederman dae zerzit allermeiſt. Duitſch Sprach / dae vur deß Keyſers Ziden niet dan Behemiſche Spraeche was. Doch meyn ich want ſin Vader ouch ein Duitſchman was / dat zo deß ſeluen Zit dat begonnen ſi wurden. Porrò pro, *ſcire præſumatur*, alii habent, *ſciri præſumatur*; meliùs, *ſcire præſumantur*. Pag. 121.

Infrà quartum decimum ætatis annum) Pleræque veteres editiones Germanicæ habent, under vier und zwentzige Jaeren. Omnino perperam, & rectè emendatum in Reichs Abſchieden. Annum deſignat Platonicum: cujus Philoſophiæ videtur ſtudioſus fuiſſe Imperator. Certè ei à quibusdam magiæ ſtudium inde impingitur. Nec præteriit in ejus vita Hiſtoriographus Colonienſis, qui de eo in hunc modum ſcribit: Ind was ein geleirt wiß Fürſte. He hadde lange zo Pariß in Franckrich geſtanden ind ſtudieet: ind konde die ſwartze Kunſt / als ezliche ſagen. Et facilè adducor ut credam, hanc Auream Bullam ab ipſo Imperatore inſtitutam fuiſſe atque perſcriptam.

§. 2. *In filios, ſi quos habuerint*) ita cæteræ quoque editiones: ſed convenientius erit, ſi legatur, *ut filios*.

In calce editionis Venetæ legitur: *Hic finit Bulla Aurea Caroli Quarti Romanorum Imperatoris.* In Auguſtanæ: Hie endet ſich Künig Karoli deß Groſſen guldin Bulle. In meo veteri Manuſcripto:

Hie hat die gulden Bolle ein Ende /
GOtt uns ſi Genade ſende.

In editione Colonienſi: *Expliciunt Leges & Conſtitutiones Imperiales, ſub Aurea Bulla Caroli Quarti Romanorum Imperatoris.*

Kayſer Karols IV. CASSATIO PRIVILEGIORUM, &c. Pag. 138.

EX Farragine Privilegiorum de non appellando, cui index: Privilegien oder Freyheiten / welche Römiſche Kayſer und Könige / ꝛc. Allergnädigſt mitgetheilet haben / ꝛc. Liber vulgatus Francofordiæ.

WENCESLAI REGIS ROMAN. EPISTOLA AD REGEM FRANCIÆ. Pag. 139.

CHriſtianis Urſtiſius Baſilienſis Germaniæ Hiſtoricorum illuſtrium tomo 2. in fine. Auctoritas.
§. 1. *Ambaſiatores*) Legatos, vox Francis, Italis, & Hiſpanis uſurpata. Exegeſis.

Principum Electorum Sententia exauthorationis Wenceslai Regis Rom.

JAcobus Kongelshovius, vetus ſcriptor, in Chronico Germanico, ex quo Latinè tranſtulit idem Chr. Urſtiſius dicto loco. Auctoritas.

Hartmannus Maurus JC. & Cancellarius Archiepiſcopi Colonienſis, de Coronat. Caroli V. Imp. apud Aquisgran. *Intrarunt poſteà Senatores civitatis, & qui in Magiſteriis municipalib. conſtituti, cum albis bacillis comitiva quadraginta equorum. Hi ex uſurpato more, Regiam Majeſtatem, ubi ad fines eorum perveniſſet, ſumma cum obſervantia devotiſſimeque exceperunt. Reges quoque Romanorum coronandi decretum electionis Magiſtratui oſtendunt, antequam patiuntur Regem electum in ſolium Regale ſublimari. Ideò eùm tam Pontificis juſſu, quàm Principum Electorum unanimi conſenſu, VVenceslaus Imperator ob ſocordiam atque nequitiam, ſcripta ſententia, quam vidi atque legi, depoſitus, & in ejus viventis locum Rupertus Comes Palatinus ſuffectus fuiſſet, in ſedem tamen Regiam eum collocari nequaquam permiſère, prætexentes præſtitam fidelitatem; pœnam tamen contumaciæ paulò poſt multo ære mulctatos iuiſſe non ignoro.* Teſtimonium.

Pag. 140. Exegeſes. §. 1. *Contra nominis ſui dignitatem damnosè factas*) Videatur c. *intellecto*, 33. *de jurejurand.* & Bartol. ad l. *prohibere*, §. *quod planè*, D. *Quod vi aut clam. Nominis*, intellige Auguſti, quod ab augendo deducere Interpretes juris ſuprà diximus: Mehrer deß Reichs.

§. 2. *Sicut & locus conveniendi quenquam*, &c.) Namque Camera Imperialis ſequebatur tum Aulam Imperatoris: aut eo in peregrinis provinciis abſente, Vicarii Imperialis,

Pag. 142.

BONIFACII IX. PAPÆ BULLA
DEGRADATIONIS WENCESLAI, &c.

Auctoritas. IN Actis Concilii Conſtantienſis, quæ ad me Wolfbutelio tramiſit CL. V. Henricus Petrejus, V. I. D. & Conſiliarius Ducis Brunſuicenſis ac Luneburgenſis, inter plurimos ſermones & epiſtolas ante & poſt Concilium recitatos ac perſcriptas, in quibus multa continentur lectu non indigna & cognitu perquàm utilia, nec invidebo, cum licuerit, bono publico, etiam iſtæc legitur cum inſcriptione: *Degradatio VVentzelai Imperatoris ac Regis Bohemorum.*

Teſtimonia. Paulus Langius in Chronic. Citiaenſi, Anno Dom. MCCCC. *VVenceslaus Imperator non coronatus, ſicut nec meruit, propter ſegnitiem atque laſciviam ab Electoribus eſt depoſitus ab Imperio, & loco ejus Rupertus Dux Bavariæ & Palatinus Rheni Romanorum Rex deſignatus eſt. Coloniæ ab Archiepiſcopo coronatus eſt, & ab Bonifacio Papa confirmatus.* Audi verò, quid dicat Erphesfordenſis ſcriptor in hiſtoria de Landgraviis Thuringiæ, cap. 142. *Anno MCCCC. Electores* (inquit) *Imperii plures Convocationes habuerunt tam de Principib. & Regibus Franciæ, Angliæ, Civitatum Italiæ, & omnium Principum Alemaniæ, contra Regem VVenzeslaum Bohemiæ ac Regem Romanorum malitioſum & criminoſum, & facta Imperii minimè curantem, & nimis negligentem. Tandem quatuor Electores, ſcilicet Epiſcopus Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis, Comes Palatinus Rheni, propria auctoritate (ut dicitur) abſque conſenſu & conſilio Papæ & multorum Principum Alemaniæ & aliquorum Electorum, prædictum Regem VVenzeslaum, tanquam minimè valentem pro Rectore Imperii, depoſuerunt: & Rupertum Ducem Bavariæ & Heidelberg elegerunt, ſecundum conſuetum modum eligendi Regem, & conſueto loco, & cum eo obſederunt civitatem Franckfort per ſex hebdomadas. Quibus finitis ipſum coronaverunt in Franckfort una corona, & alia, quam non poterant habere in Aquisgrani, coronaverunt eum ſolenniter in Colonia.*

§. 1. *Terrarum orbem diſpoſuit ſub diſtinctione regnorum*) Eccleſiæ ſcilicet & Imperii, hoc eſt, Papæ & Imperatoris. Hunc in rebus politicis, illum in Eccleſiaſticis, conſtituit ut præeſſent. Non ineptè quidem, imò veriſſimè, dextrè ſi intelligas. Sed σοφιστικῶς abutitur argumentis Bonifacius. Nam quoniam Dei vices affectat Papa, delegatæ ſuæ poteſtati vel ipſum Imperatorem aſſerit ſubeſſe. Quam & ipſe Bonifacius ſibi in Wenceslaum atque Rupertum vindicat argumento hoc elenchico diſtinctionis regnorum. Quo & Sigiſmundus Imperator utitur infrà epiſt. ad Regem Franciæ §. 1. quam cum hoc loco contendiſſe nunquam pœnitebit. Certè ſine illa §. quid ſibi Bonifacius velit, non quivis aſſequi aut collimare ad ejus ſcopum.

Pag. 149.

SIGISMUNDI IMPERATORIS
BULLA DE PALATINIS.

Auctoritas. EX Archivo Sereniſſimi Electoris Palatini edita Heidelbergæ Anno Domini cIɔ. Iɔ. xcII. & iterata Anno ſequenti. Sunt autem bina exemplaria; quorum primum dedit in electione Regia, alterum in Coronatione Imperiali, juxta auream Bullam cap. 2. §. 5. & ſeq.

Pag. 145. Exegeſis. §. 7. *Decem & octo annorum cenſeri volumus*) Quæ eſt plena pubertas, Langobardis *legitima*, l. 1. & l. *ſi infans*, De *prohibit. alien. min.* Vide & ca. 1. *De pace tenend.* &c. lib. 2. Feud. & *De pace Conſtant.* §. 17. & ſuprà Friderici I. Conſtit. *de pact. convent. cum Mediolan. b. 2.*

Conſulatur Marquardi Freheri Aſſertio propriæ gubernationis Sereniſſimi Principis, Domini Friderici IV. Comitis Palatini, S. R. I. Archidapiferi, Electoris & Vicarii, Ducis Bajoariæ, &c. quæ tibi commentarium exhibet in totam hanc conſtitutionem.

):o:(

SIGIS-

SIGISMUNDI IMP. EPISTOLA AD REGEM FRANCIÆ. Pag. 146.

IN Actis Concilii Conſtantienſis, quorum ſuprà mentionem feci, à CL. Petreio Conſiliario Brunſuicenſi ad me miſſis, cum hac inſcriptione: *Epiſtola Regis Ungariæ miſſa Regi Franciæ ad invitandum eum ad Concilium.* Auctoritas.

§. 2. *Cujus etiam Canones ſanctorum Patrum, &c.)* c. venerabilem, 34. *De elect. & electi poteſt.* & Clemen t. un. *de jurejurand.* Exegeſis.

SIGISMUNDI IMP. EPIST. AD CONCIL. CONSTANTIENSE. Pag. 147.

IN eiſdem Actis Concilii Conſtantienſis, cum hoc lemmate: *Litera Regis directa Concilio.* Auctoritas.

Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 10. cap. 29. *Jam Bohemia perfidiam oſtenderat: jam Romana Eccleſia diuturno ſchiſmate lacerata in unum diu caput conſentire non poterat. Sed peregre ſenſatus Princeps, plurima Regna obiens, ut in diebus ſuis pax redderetur. Penetravit Franciam, viditque Regem ejus. Navigavit in Angliam, & ubique ſemina jecit futuræ pacis.*

AVISAMENTA CONSTANTIENSIA. Pag. 149.

MAtthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis. Auctoritas.

Idem Krantzius Metropol. lib. 11. cap. 24. *Cùm Mindenſis Epiſcopus ad Conſtantienſem Eccleſiam eſſet translatus, arbitrati Canonici, ſui juris eſſe Eccleſiæ ſuæ conſulere de novo Pontifice, niſi veteri libertate electionem ineant, Præpoſitum ſuæ Eccleſiæ præficiunt: ſed ea tum non erat facultas Eccleſiæ liberæ. Nam apud Sedem Apoſtolicam, unde eſt impetrata translatio, etiam obtenta fuit Eccleſiæ relictæ proviſio. Sic enim ſtatuerunt Pontifices, ut quotquot Eccleſiæ majores vel minores apud ſedem eandem vacnentur, proviſio ſpectare debeat ad ſummum Pontificem. Bene Petrus laxavit retia, bene duxit in altum, & traxit rete plenum magnis piſcibus. Unde meritò audivit etiam in hoc caſu à communi Domino: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Num potens ſum, tibi dare provincias & regna? tu dubitaſti. Num potui orbem ſedibus tuis ſubjicere? Quare dubitaſti? Nonne Domini eſt terra & plenitudo ejus? Ecce Magna pars Italiæ tibi tributaria eſt: per univerſam Germaniam & Hiſpanias de Eccleſiis & majoribus beneficiis diſponis: in Francia idem facturus, niſi nova adinventio Pragmaticæ ſanctionis obſiſteret. Ex Anglia & Polonia uber tibi proventus eſt, quia omnes inde capita tibi ſunt cenſualia. Ungaria mittit aurum, nec detrectat Illyricum, &c. Ergo laxa, Petre, retia; anguſta interim ſunt: laxa, ut fiant capaciora. Duc in altum, quia ad littora nulli ſunt piſces: in altitudine maris, in profundo nationum, ubi ſunt piſces, quos capias. Duc in altum: nam in Judæa anguſtiis non eſt quod impleat ſagenam. In omnem terram cum ſono exivit imperium tuum, ut non ſit, unde meritò poſſis dubitare. Amplificarunt per tempora ſummi Pontifices magnificè ditionem Eccleſiæ, non per emenritam Conſtantini donationem, quæ nunquam facta eſt, ſed per munificentiam aliorum Principum, ſive de Gotis, ſive de Longobardis, ſive per Magnum Carolum: quod latiùs alibi oſtendimus. Amplificarunt in Eccleſiaſticis rebus per reſervationes, confirmationes, & proviſiones, fimbrias ſuas. Laxarunt retia, & omnia in ſuam traxerunt poteſtatem. Mirabitur quiſquis Annales antiquorum temporum legerit, temporum mutationes, tum in cæteris, tum maximè in Eccleſiaſtica poteſtate. Sed nemo diffidat aliter iſta, quam dante fieri Spiritu ſancto, cujus nutu juſta potentes decernunt, cujus eſt Regnum & Imperium: nec fruſtrà colluctati ſunt Romanis Imperatoribus.* Exegeſis.

CONRADI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI EPISTOLA. Pag. 154.

IN Collectione ſive Farragine variarum varii generis Epiſtolarum, quam Wolfbutelio ablegatam peculio meo juſſit eſſe comitas atque liberalitas viri non ſine magno ejus merito toties à me laudati, laudandique: dum ipſæ literæ, de quibus ille eſt optimè meritus, laudabuntur. Auctoritas.

Nicolaus Serarius S. I. Theologus Moguntinus, Moguntiac. rer. lib. 5. in hoc Conrado: *Cùm adverſus Bohemos belligerare ſtatuiſſet Imperator, hunc ſuum in ipſius Imperii adminiſtratione decennalem*

nalem eſſe juſſit Vicarium. Quod initio quidem Principibus nonnullis diſplicuit, ſed ita ſe illa in dignitate geſſit, ut nullum ullis querimoniæ locum relinqueret. Johannes Latomus in Catalogo Epiſcoporum Moguntinenſium.

Pag. 155.

AVISAMENTA MOGUNTINA

Auctoritas. MAtthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium Veritatis, ubi agit de Gravaminibus Germanicæ Nationis contra Sedem Apoſtolicam.

Teſtimonium. Idem Flaccius in Friderico Cæſare: *Tempore Baſilienſis Concilii, nempe Anno Domini 1441. habuit is Cæſar Conventum Imperii Moguntiæ, ubi præcipuè deliberatum eſt de rebus Eccleſiaſticis, nempe de Concilii Baſilienſis auctoritate, & minuendis oneribus ſeu exactionibus, quas Papa Eccleſiis Germanicis totique Germaniæ imponebant, quibusque eam penitus exugebant. Nam Papa Baſilienſe Concilium, quod priùs ipſemet indixerat & confirmarat, evertere volebat. Id pernicioſum Germani ac Imperator Eccleſiæ & Imperio fore putantes, de reſiſtendo ejus audaci tyrannidi deliberabant. Volebant præterea tolli omnes annatas, reſervationes, item omnes ſumptus pro palliis, confirmationibus, aliasque malas Papæ artes, quibus Germaniam deglubebat. Habeo Articulos ejus deliberationis. Extat Epiſtola Friderici Imperatoris ad Regem Galliæ in fine Clemangis impreſſa; qua eum hortatur, ut ad illum Conventum conveniat, aut ſaltem aliquos eximios viros Legatos mittat, quò de rebus Eccleſiæ deliberare inter ſeſe poſſint. At contra Papa per Legatos à Gallo petiit, ne vel ipſe eò proficiſceretur, vel ullos Legatos eò mitteret ſe inconſulto. Omninò apparet ex utraque contraria petitione, & præſertim ex prædicta Friderici Epiſtola, eum Cæſarem magnum quippiam de rebus Eccleſiaſticis, magnoque ſtudio in animo voluiſſe. Graviter certè orat & obſecrat Regem Galliæ, ut velit perpendere ſummas Eccleſiæ difficultates, & ad deliberandam de eis ſanandis ad prædictum Conventum venire, &c. De hoc Moguntino Conventu vide Commentaria Sylvii de Baſilienſi Concilio, ubi prolixè de eo leges. Molinæus ſcribit, bis inſtitiſſe acriter Ordines Imperii apud eum, ut cohiberet Romaniſtarum rapacitatem: ipſamque Imperatorem id facere primùm ſeriò conatum: ſed mox à Romanis, & præcipuè à Sylvio mollitum elanguiſſe; ut ſane fuit homo lentus & remiſſo animo.* Itaque pro hujus opinione, quæ eſt veriſſima, Aviſamenta hæc ad Fridericum III. Imperatorem referenda ſunt, non autem Sigiſmundum, ut perperam in Germanico exemplari ſcriptum eſt, ubi omninò pro Sigiſmunden reponendum eſt Friederichen. Locus eorum proprius, quà inſeri debent, eſt inter Epiſtolam Friderici Imp. ad Regem Galliæ & Baſler Concili-Ordnung, pag. 202.

Exegeſes. *Anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, Moguntiæ*) In numero ipſi erravimus, decepti falſa Sigiſmundi adjectione in exemplo Germanico. Vulgò tantum legitur: *Milleſimo quadringenteſimo, Moguntiæ, &c.* quem numerum mancum ac truncatum eſſe, res ipſa clamat. Idem error epiſtolam quoque infecit; quæ cum ſcripta ſit Anno Regni primo: id vero cœperit anno Dom. MCCCCXL. certiſſimo argumento evincitur, hic ſcribendum eſſe; *Anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo, Mog. &c.* in quem cadebat feſtum illud Purificationis Mariæ, quod nos Germani vocamus Marien Liechtmeß.

Cap. II. *Quia Baſilea hucusque non eſt nominatus aliquis locus pro futuro Concilio celebrando*) De quo extat Decretum Martinum Papæ in Concil. Conſtantienſi, ſeſſ. 44.

Pag. 158. Cap. X. *Ac pallio*) Pro quo hodie triginta millia florenorum ab Archiepiſcopis penduntur, certè à Moguntino. Vide Gravam. German. Nat. in Remed. §. 1. 2. & 3.

Pag. 166.

Keyſer Sigmunds gülden Bulle.

Auctoritates. EDita primum Auguſtæ Vindelicorum apud Johannem Bæmler Anno Dom. 1476. deinde Anno ſequenti Venetiis apud Johannem Jenſon Gallicum juſſu ac mandato (ut præfertur) Friderici III. Imperatoris, tandem Ambergæ in ſuperiori Palatinatu, hoc Anno 1607. Nos editionem Venetam ut integriorem repræſentavimus.

Teſtimonia. Antonius Verderius in ſupplemento Bibliothecæ: *Sigiſmundi Imperatoris Aurea Bulla.* Verius ergo antiquæ illæ editiones, quàm nova Ambergenſis, quæ nomine Reichs Abſchied proſcripſit. In fine editionis Auguſtanæ: Hie endet Keyſer Sigmunds gülden Bulle. Vidi & veterem aliquando editionem Norimbergæ (niſi memoria fallit) procuratam, quæ *Reformationem* inſcripſit, quam erroris con-

vincit

vincit ipſa Imperatoris ſubſignatio, quæ in hunc modum habet: Mit Vrkunde deß Brieffs/ verſiegelt mit unſer Königlichen/ anhangenden gülden Bullen.

Cap. V. Von zweyen rechten Muttermågen) id eſt, cognatis: quia partus ſequitur ventrem apud Alamannos, qui nunc Suevi & Helvetii. Vide Chartam Sintperti, Alamannicar. rer. tom. 2. pag. 35. Pag. 168.

§. 3. Oder zu Montlüten) Hæc incluſa videntur eſſe, juhente §. ſequente.

Cap. VI. Armgefryten Mannen) id eſt, libertis vel libertinis. Arm/ manum notat; fry/ liberum. Hinc Armfry/ manumiſſus, qui Legibus Alamannorum vetuſtis, *liber colonus*.

Videtur autem & hujus epiſtolæ ipſe Imperator conditor atque ſcriptor eſſe, cui ſummam linguæ Latinæ cognitionem tribuit Chronographus Colonienſis, his verbis: Der Koninck verſtonde wail ſeuenrehande ſprachen. Ind binnen der ſeluer Zit/ dat der Koninck zo Collen was/ dede he ein lange ſchoine Rede zo Latin vp dem Sale vür aller Pfaffſchafft ind Fürſten/ Geiſtlichen und wertlichen/ ind vür manchem geleirden Manne/ ind für ander wiſen Lüden. Ind mallich verwunderde ſich des. Ind all wer he ouch ein groiß geleirt Doctoir geweſt/ he hedde id niet eirlicher noch beß künnen doin. Ind ſachten alle/ dat he ein geleirt verſtendich wiß Fürſt were/ ind ein wolſprechende Mann. Ind enmochte anders niet ſin/ der hillige Geiſt enwerckde durch den Fürſten.

Reformation Keyſer Sigmunds.

Pag. 170.

EXcuſa primum Auguſtæ Vindelicorum ab Joanne Bæmlero Anno Domini MCCCCLXXVI. Sabbatho ante feſtum S. Galli, item Baſileæ Rauracorum ſtudio atque opera Chriſtiani Urſtiſii Mathematici & Nicolai Hænigeri von Tauberkönigshofen apud Sebaſtianum Henricpetri Anno Domini M. D. LXXVII. cum hoc titulo: Reformation oder Ordnung aller Ständen/ geiſtlicher und weltlicher/ der Allerdurchleuchtigſten und Großmächtigſten/ ꝛc. Röm. Keyſer. K. Friderichs deß andern: K. Sigmunds: K. Friderichs deß Dritten: K. Maximilians deß Erſten. Under welchem Keyſ. Sigmunds vorhin zu unſern Zeiten nicht viel geſehen worden. Erſt jetz von newem vberleſen/ und auß einem vhralten Buch widerumb an Tag gegeben. Allen Ständen/ geiſtlichen und weltlichen/ gantz nutzlich zu leſen. Mit Kay. May. Gnad und Freyheit. Nos Auguſtanam editionem ut vetuſtiorem, ita integriorem repræſentavimus. Porrò numerus marginalis eſt corruptus, ad hunc modum reſtituendus, 1434. Auctoritates.

Johannes Trithemius Abbas Spanheimenſis in Chronic. Hirſaugienſ. MS. tomo II. nondum edito: *Anno M. CCCC. XVI. Sigiſmundus Rex in Concilio generali apud Conſtantiam perſonaliter exiſteas, crematis jam igne Hereſiarchis Johanne Hus & Hieronymo; metuinsque ne Huſſitarum error, quem per Boemiam contra divitias & honores Dei ſimul & Eccleſiaſticam dignitatem prædicaverant, in omne tandem Germanicum ſerperet regnum ſummis conatibus laborabat, ut novam Cleri quandam introduceret reformationem. Sunt qui ſcribunt, eum non ſatis in hac reformatione ſinceram pro ſacerdotibus mentem habuiſſe ad finem: quod ex eo patet libello, quem Fridericus quidam ejus miniſter, Huſſita potiùs quàm Chriſtianus, Cleri hoſtis & adverſarius, in lingua Teutonica nomine ipſius Regis Sigiſmundi compoſuit, & Reformatorium Cleri prænotavit; in quo modum deſtruendi Eccleſiam & Clerum omnem potiùs quàm reformandi commendarit. Verùm Patres & Domini Cardinales, Epiſcopi, & cæteri fidelium Rectores, qui aderant, conſiderantes quod propoſitus reformandi modus omni Clero, & maximè Prælatis utramque juriſdictionem habentibus, eſſet in omnimodam deſtructionem eitò & indubitanter futurus, unanimi conſilio Regi contradixerunt propoſito: qui ex abundantibus ſub reformationis prætextu intenderet facere mendicantes, quaſi non fuerint olim in Eccleſia ſancta Dei plurimi & ſine numero Pontifices, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Sacerdotes, & Clerici, quorum ſanctiſſima vita & converſatio in medio divitiarum (ut ita dicam) relucens Evangelicam populo fideli oſtenderit perfectionem. Ut vero importunitatem Regis vincerent ratione, dixerunt Reformationem Cleri non poſſe fieri, niſi prius & Presbyteri Papam, & caput haberet Eccleſia. Fuerunt multi ſæculares & laici, quorum corda incenderat avaritia: qui ut bona Clericorum (Huſſitarum exemplo) ſuis applicare uſibus potuiſſent, magnis apud Regem precibus inſtabant, conſulentes ut inchoatum opus Reformationis intermitteretur. Malleat enim hi petrones iniqui, miniſtros Eccleſiæ mendicos eſſe quàm divites, non Deum ſed bona Clericorum avidè ſitientes. Unde (ſicuti ex memorato Reformationis clarè patet libello) Regis intentio fuit, ſummo Pontifici, Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, Monachis & Clericis legem neceſſariæ hujus vitæ poſſidendi reſtrictam conſtituere, & unicuique pro conditione ſui ſtatus certam pecuniarum ſummam in annuos ſumptus aſſignare; quidquid autem ſupereſſet Eccleſiæ redituum fiſco importaretur communi, & in uſus ſervaretur bellicos contra Turcas Chriſti adverſarios pugnandi.* Johannes Bæmler Auguſtanus in Chronica Imperatorum, in Sigiſmundo: Zuletzt ward geordnet ein Concili gen Baſel/ da machet er ein Reformation/ wie ſich in der H. Chriſtenheit führo halten ſolt. Welche Reformation von Wort zu Wort eigentlich in dieſem Buch geſchrieben ſtehet: wiewol die nicht beſtåt ward durch verachten und ſperren der Håubter. GOtt der HErr ordne die heiligen Kirchen in einem Standt/ der jm löblichen ſey/ Amen. Caſpar Hedion Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 11. cap. ult. in fin. de Sigiſmundo Imp. Dieſer Keyſer/ damit er von den Båpſten unbekümmert were/ hat er ihn gute Wort geben/ mit Erzeigung aller Dienſtbarkeit/ und ließ ſich drucken/ biß die Testimonia.

Huſſiten

Huſſiten auffſtunden. Da bedorfft der Bapſt ſein / und hette der Keyſer mehr Lufft dann vor. Es kame zu einem Concilio, darinn ſie ihm trutzlich entgegen giengen / wie auch zu Baſel: und hetten ihm gern deß reformiren geben / das er im Sinn hatt. Alſo ward all ſein Anſchlag zu Waſſer. Eugenio halff er im Concilio zu Baſel zu allen ſeinen Ehren / den er nachmals ſo ſpötlich hielt / daß er ihn ſechs Monat warten ließ / ehe er jm die ſchuldig Keyſerlich Kron wolt mittheilen. Dieſer Eugenius iſt auch der Verräther / welcher als er ſahe / daß das Concilium wider ſich einen Fürgang wolte haben / beweget er den Delphin in Franckreich / daß er mit Heerskrafft in das Elſaß zoge / und diß an viel Orten verwüſtet / und alſo ein Aufflauff macht / daß das Concilium auff muſt brechen / und kam damit der Reformation für / und rache ſich an den Fürſten / ꝛc. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo teſt. Veritat. *Cæſar Sigiſmundus paraverat Reformationem quandam, quæ jam vulgari ſermone impreſſa extat, qua voluit in Conſtantienſi Concilio Papæ, ejusque Spiritualium ſuperbiam, pompam, & ſimonias nonnihil reprimere. Sed, ut ſcriptores quidam teſtantur, admodum callidè à Papa deceptus eſt, piusque ejus conatus eluſus. Accidit autem idipſi eò acerbiùs, quòd non ſine graviſſimis laboribus, ſumptibus, & periculis, orbem penè totum peragraverat in quærendis & deponendis trib. Papis: jamque eo rem ſuo ſudore perduxerat, ut novus Pontifex eſſet electus, de quo ſibi nihil non multi pollicerentur. Putabat igitur ipſe, poſſe jam Eccleſiam piè utiliterque reformari; ſed ſua opinione nimium falſus eſt. Vafra enim commenta dicitur Pontifex Cæſarem ejusque pium inſtitutum eluſiſſe. Dixit (commendato tamen accuratè priùs ejus ſtudio in uniendo reformandaque Eccleſia) ſibi vehementer ejus conſilium probari, ſummaque ſe id ope adjuturum: ſed jam tantum temporis non reſtare, quantum ad tantam rem opus ſit. Oportere enim ſe quàmprimùm Romam proficiſci, ut templa illa ſanctiſſima, tamdiu propter proximum Paparum ſchiſma neglecta, inviſat & inſtauret, ut Urbem penè in ſolitudinem redactam frequentari curet. Dilabi adhuc patrimonium Petri, quod ſuam præſentiam vehementer flagitet. Illis procuratis, ſe poſteà quam primùm (ſc. ad Calendas Græcas) iſtius ſanctæ & neceſſariæ Reformationis memorem fore: communicatoque cum Cæſarea Majeſtate conſilio, eam promoturum. In quo & illud obſervandum eſt, Henricum Token, qui ante CXX. annos floruit, & in Concilio Baſilienſi nomine Archiepiſcopi Magdeburgenſis legatione functus eſt, ſcribere, Cæſarem & Germanicam Nationem inſtitiſſe Conſtantiæ, ut Reformatio fieret, antequàm novus Pontifex crearetur: ſed Cardinales non permiſiſſe, quòd (ut ille inquit) ſciebant, quòd poſteà nihil fieret. Lepidum quoque Cæſaris de ea Reformatione dictum narratur, cum conſultaret cum quibusdam ſpiritualibus de inſtituenda Reformatione, ac illi dicerent, oportere incipere à Minoritis, reſpondit ille, Non à Minoritis, ſed à Majoritis, volens indicare, primùm Papam, Cardinales, & Epiſcopos reformari oportere, ut curatio à fonte mali incipiat, poſteà demùm inferiores reformentur. In fine iſtius impreſſæ Sigiſmundi Reformationis, eſt viſio quædam ejusdem Imperatoris, in qua cùm alia mundi calamitates prædicuntur, tum etiam ſpiritualibus gravis afflictio prophetizatur. Indicatur enim, quòd Papa ac ejus ſpirituales ſint ſumma ſuperbia, falſitate ſeu perfidia, ſumma injuſtitia, turpiſſimis libidinibus, maxima avaritia, contaminatiſſimi: non imitari eos Apoſtolos: ac denique vendere & Eccleſias, & ipſum ſanguinem Jeſu Chriſti, ex eoque quæſtu ventrem & inguina, luxum & faſtum ſuum magnificè fovere. Nec quenquam prælatum eſſe, aut etiam fuiſſe, inde à Nicolao III. id eſt jam CCC. Annis, qui à Simonia liber extiterit. Vide exemplar hujus Reformationis impreſſum Auguſtæ Anno Domini* 1484. *Quo ipſa editionis vetuſtas fidem et facit.* Hocingetus in præfat. ad Franciſcum Rechberger: Der Keyſer eilet ſelbs nach Baſel in aller Stille / ſo bald er mocht / kam im Octobre deß 1433. Jahrs dahin / da er auch ſieben gantzer Monaten bleib / handlet ſo viel / daß ſich Eugenius auff ein newes ergab / das Concilium wider beſtettiget / und ſeine Legaten zu preſidieren dahin abſendet. Summa da hat Ihr Kay. Majeſtat kein Müh / Koſt und Arbeit geſparet / allzeit der Hoffnung / es ſolt doch einmal die Chriſtenheit gebeſſert werden. Als der fromm Keyſer nun vermeynet / der Weg were darzu bereitet / und ſich die Vätter gantz wol zur Sach zu Baſel ſchickten (dann es ſeynd da etliche nothwendige und nutzliche Decret gemacht worden) ſchied er Anno 1434. wider vom Concilio, befahle ihn die Sach zum höchſten / andere Reichsgeſchäfft zu verſorgen. Die Sach gieng ziemlich nach ſeinem Begehren / biß er Anno 1437. Todts verſchied. Allda fieng Eugenius (deß Hoff man ſchon durch etliche Decret zu regiſtrieren angefangen) ſich hefftiger dann zuvor wider das Concilium zu ſetzen / darumb er auch nachmahln entſetzet ward / Anno 1439. ꝛc. Dieſes hab ich alſo kürtzlich von Keyſer Sigmundt und ſeiner Mühe und Arbeit wöllen erzehlen / damit menniglich ſehe / wie trewlich er in dem Weinberg Chriſti deß HErren gearbeitet / und ſein Ampt / darzu er von GOtt berufft iſt geweſen / mit höchſtem Fleiß (wie wir

dann

Digitized by Google

dann ſolches in dieſer Reformation offentlich ſehen und abnehmen) verrichtet. So viel nun dieſelbige anbelangt/ iſt ſie zum Theil noch dem uralten Teutſchen gantz dunckel und unlauter. Alſo/ daß an manchem Ort der Sententz und Statuten gantz unverſtändlich ſeyn geweſen. Darinn hab ich all mein Mühe und Fleiß nach meinem geringen Verſtand/ ſo viel mich gut beduncket/ gebeſſert/ doch die Sententz und Statuta gar nicht verfälſcht oder verändert/ ſonder ſie laſſen bleiben nach aller Form/ wie ich ſie in dem uralten Buch hab gefunden. Hierinn iſt mir nit wenig behülfflich geweſen/ mit Rath und That der hochgelehrt/ weiß und fürnemb Herr Chriſtian Urſtiſen/ der freyen Kunſt der Mathematic Profeſſor allhie zu Baſel/ durch deſſen Rath und Anſtifftung diß mein Fürnehmen beſchehen. Auß was Urſachen aber ich die gulden und Chriſtenliche Reformation/ ꝛc.

Ipſe Imperator Sigiſmundus de hoc ſuæ Reformationis inſtituto ita meminit in epiſt. ad Regem Franciæ, §. 2. *Maximo deſiderio jamdudum tenebamur, ut diebus noſtris videre poſſemus unicam Chriſti ſponſam, Katholicam Eccleſiam, feliciter reformatam: poſteà verò cùm ad Imperialia gubernacula fuiſſemus aſſumpti, id quod erat nobis in deſiderio, tranſivit in praeceptum, &c.* Pag. 171.

Cap. 1. Simoney) Hoeningerus annotat. Simoney hat den Namen von Simon dem Zauberer in der Apoſtel-Geſchicht/ und gleichwie derſelbig umb Gelt von den Apoſteln begehrt die Gnaden die Sünd zu verzeihen: Alſo hat es auch in der Römiſchen Kirchen überhand genommen/ deß ſich der mehrer Theil nichts überal ſchämbt. Dann ſie ſündigen gantz freventlich: ſuchen darnach Verzyhung umb Gelt/ und behalten nicht deſto minder die Pfründe. Exegeſes.

Dieſelb Simoney hat allen geiſtlichen Stand vergifft) Hugo de Trimberg, quod ſub Adolpho & Alberto I. Impp. vixit. im Renner ca. 20. **Von der Grigkeit**/ ſpricht:

> Sindt nun die Welt ſo falſchhafftig iſt/
> So förcht ich daß der Entichriſt/
> Bald werde geboren: dann jetzt ergeht
> Viel/ das von ihm geſchrieben ſteht.
> Wir ſehen viel ſeiner Cappelan/
> Welche mancherley Cappen an
> Tragent/ ohne Gehorſam heute
> Die dicke einfältige Leute/
> Betriegent :------ ꝛc.

Deß erſten iſt in deß Bapſt Hof) Idem Hogo, dicto cap. 20.

> So naget nun Rom die Chriſtenheit/
> Das Pfaffen und Leyen iſt offt leyd.

Es iſt bey zwey hundert Jahren) An forte legendum eſt, **zehen hundert Jahren**? Deinde abjecto puncto continuandum: **Als**

Cap. III. §. 10. **Es ſey der Bapſt/ Cardinal/ ꝛc.**) Exſtat in Bibliotheca S. Andreæ Brunſvigæ, epiſtola Chriſti ad Concilium Conſtantienſe, ſecundo Concilii Anno ſcripta, cujus ſumma & verba hæc fermè ſunt: *Quòd Concilium promittens reformationem Eccleſiæ, nec tamen reformans Papam & Curiam, ſimile ſit fabulæ Æſopicæ, cùm parturiunt montes, naſcitur ridiculus mus. Quare reformationem à Papa aliisq; ſummi ordinis ſpiritualibus inchoandam eſſe.*

§. 11. **Man fährt über Meer/ und fiche an die Heyden/ und gar viel ſterben und verderben umb den Glauben/ ꝛc.**) Joannes Bæmler in Chronico Imperatorum, de Carolo Quarto: In der Zeit antwurt der Keyſer/ und ſprach: Ich erkenn wol/ daß ich mit Gut und mit meiner Frund Rath und Hülff möcht ein groſſe Meerfahrt machen/ und das H. Land gewinnen/ als etlich mein Fordern haben gethan: aber darumb verdürb manig Ritter und Knecht auff dem Meer/ und unter den Heyden/ der Weib und Kind daheimen hat/ die zu Wittwe und WaySen würden/ und möche ohn groſſen Schaden armer Leut nit ärgern. Wann das heilig Land haben Chriſten Keyſer dick gewonnen/ und kam doch mehr Schadens davon/ wann Nutz. Wann ſo ein Keyſer das H. Grab und das H. Land gewünn mit groſſer Arbeit/ und es wol beſetzt und behüt mit Chriſtenleuten/ ſo dann der Keyſer herwiederumb über Meer fährt/ und mannig frum Mann auff dem Meer verdirbt/ ſo machen ſich dann die Heyden auff/ und erſchlagen und vertreiben die Chriſten mit den das H. Land beſetzt was/ und zogen es wieder an ihren Gewalt. Davon ſo das H. Land mit groſſer Arbeiten würd gewonnen/ ſo möche man es doch nit lang behüten/ und in Gewalt haben und beſchirmen/ ohn groſſen Schaden: und deß wil ich über ſeyn. Pag. 172.

§. 15. **Da aber aller Gepreſt auffgeſtanden iſt**) Hugo de Trimberg dicto libro, cap. 18. **Von der Thörin/ ſpricht:** Pag. 173.

> **Was in der Chriſtenheit iſt gewirret/**
> **Und rechter Glaube ſo iſt verirret/**

k Das

Digitized by Google

Das iſt der hohen Prelaten Schult /
Die mit groſſer Ungedult /
Groſſe Ding wöllen überkommen /
Daß Land und Leut nicht nement Frommen.

Joſaphat eines Keyſers Sun von India / ꝛc. Videatur Hiſtoria Barlaam Eremitæ & Joſephat Regis Indorum, quam S. Johenni Damaſceno adſcribunt, Græcè & Latinè edita.

Auguſtinus ſpricht:) Videatur Poſſidonius, ſive is Poſſidius ſit in Vita S. Auguſtini, & infra hujus Reform. lib. 2. cap. 24. §. 3.

Pag. 174. Cap. VI. §. 7. Es ſoll auch niemandt / ꝛc.) Curie Romane debet eſſe Pythegorica & ἀυλὴ ἴφη, & ipſe quoque Pepe, ἀυλὸς ἴφη, ſi ad ſtatum Eccleſiæ primitivæ reformetur.

Pag. 176. Cap. IX. §. 3. Diß ſind nit Gelübde / ꝛc.) Perticula negative, nit / videtur delenda ex §. ſeq.

§. 6. Sy ſullen auff der Haupt-Kirchen / ꝛc.) Ex B. Auguſtini ſerm. 1. De communi vita Clericorum.

Pag. 177. Cap. XII. §. 2. Die liegen im Hof / ꝛc.) Notantur Gratiarum exſpectativerum concurſus, earumque effecta eſſe, patrimoniorum damna, homicidie, &c. Videantur Aviſement. Mogunt. cap. 7. Conſtantienſ. cap. 6. Gravam. German. Nat. in concluſ. ad Cæſar. Majeſt.

Sie leihen underweilen Stallknechten Pfarren / ꝛc.) Vel ipſi aſino. Thomas de Walſingham in Hypodigmate Neuſtriæ, Anno 1345. *Hoc Anno obiit Richardus de Bury, Epiſcopus Dunelmenſis, cui ſucceſſit Thomas de Hurfeld Regis Secretarius, mediantibus Regis literis apud Papam, in magnum ipſius Regis opprobrium, &c. Sed à Cardinalibus quibuſdam calumniantibus, dictum Thomam fore levem & laicum ſic reſpondit: Verè, ait ſi Rex hac vice ſupplicaſſet pro aſino, obtinuiſſet.* Caſpar Hedion Eccleſiaſt. hiſt. lib. 11. cap. 25. Julius Secundus ein ordentlichen erwöhlten Frommen zum Abt abſchuff / und ein ſeiner wolverdienten Kriegsmann an deſſelben ſtatt zu Abt ſetzet: römer ſich nachmals / er hett ein Wunderzeichen geübt / auß einem verlohrnen Kriegsmann einen geiſtlichen Prelaten gemacht.

§. 3. Daß man einen umb fünff oder zehen Schilling tödtet) Ex Conſtitut. Friderici I. cap. 1. §. *injuria*, de pace jurament. firm. Die kleine Dieb henckt man / die groſſen und geiſtlichen / ſo Gottes Gut ſtehlen / läſt man ungeſtrafft. Sic ſemper – *Vexat cenſura columbas.* Laurentius Juſtinianus Patriarcha Venetus de Inſtitut. & regimine Prælatorum, cap. 16. *Falluntur aut ſui elati opinione, vel vana honoris ambitione, ſeu immoderata divitiarum cupiditate. Reiiciendi ſunt tales, & tanquam indigni ſpernendi, quia ceci, fures, & predones ſunt, &c. Fures autem, dum honores de re Eccleſiaſtica appetunt, quos Dominus in Evangelio prohibuit dicens: Nolite vocari ab hominib. Rabbi. Non enim licet Chriſtianum, honorem deſiderare, quum ſcriptum ſit: Soli Deo honor & gloria. Quamobrem quicunque honoribus ac dignitatibus ſublimari concupiſcit, quod tantummodo Deo congruit, ſpiritualis cenſendus eſt fur.*

Pag. 178. §. 5. Hohen Schul) Hoc dicit, Decanos Academiarum, præſidentes ſive Rectores, juremento aſtringendos eſſe, ſe nulli ſtudioſo, niſi præmiſſo examine, teſtimoniales ſive commendetitias literas conceſſuros.

Pag. 179. Cap. XVI. §. 3. Als man zu Orient lebt und in Hiſpania / ꝛc. Vide diſt. 28. & ejus Abbreviatum editioni Gregorii XIII. præfixum.

Cap. XIX. Sy geen als die Layn in weiſſen Schuhen / in Mäderin Kleydern / die geiſtlich Leut nit tragen ſolten) Quam veſtium luxuriam in Canonicis taxavit quoque Imperator Carolus IV. in Conventu Principum Moguntiæ habito Anno Domini 1359. Qua de re ita ſcribit Joannes Nanclerus, Præpoſitus Tubingenſis, in Chron. volum. 3. generat. 46. & ex eo Caſpar Hedion in Paralipom. Chron. Urſpergenſ. *Circa hac tempora Carolus Imperator Moguntia Comitia habet cum Archiepiſcopis, Moguntinenſi, Treuirenſi & Colonienſi. Aderant quoque Saxonia & Bavaria Duces. Iſtuc Pontifex miſerat Legatum Epiſcopum Cavalcenſem pro ſubſidio Camera. Quem cùm Imperator, præſentibus Principibus, audiviſſet, reſpondit; Domine Legate, Papa miſit vos ad Germaniam, in qua magnam pecuniam corraditis, ſed in Clero nihil reformatis. Adſtabat autem Cuno de Falckenſtein, Canonicus Moguntinenſis, cum capitio precioſo, aureis & ſericis liguturis conſuto. Cui Imperator; Præſta mihi capitium tuum: & depoſito ſuo capitio, Imperator induebat capitium Cunonis, ſuumque vilius Cunoni dedit, dicens Principibus: Annon in capitio Cunonis ſimilis ſum plus Militi quàm Clerico? Deinde reſtituit capitium Cunoni, vertitque ſe ad Gerlacum Archiepiſcopum Moguntinum, & ait; Domine Archiepiſcope, vobis præcipimus ſub ea fidelitate, qua nobis adſtringimini, ut abuſum in veſtibus, calceis, capillis, ac vita uſu tollant. Quod ſi non fecerint, mandetis fructus beneficiorum ſuorum occupari, & fiſco noſtro præſentari, quos in honeſtiores uſus convertemus.*

Pag. 186. §. 5. Es ſoll jedermann ſein Arbeit thun / ꝛc.) *Qui non laborat, non manducet*, verbum eſt Pauli Apoſtoli 2. ad Theſſ 3. De Philippo Cominæo Comite Argentoniæ ſcribit Auctor Vitæ: *Au temps de ſa proſperité il a voit couſtumierement en la bouche ceſte ſentence, contre les Gentils-hommes faineants: Celui qui ne travaille point, qu'il ne mange point.*

Cap. XXI.

Digitized by Google

Cap. XXI. §. 1. Man ſoll den Notari brennen) Notarii falſatii pœna ignis, contra jus commune, Pag. 182.
de quo Mynſing. Obſervat. cent. 6. cap. 65. Jul. Clarus ſentent. lib. 5. §. *falſum*, ou. 16. & Notæ noſtræ ad S. Valerianum.

Cap. XXIII. §. 4. S. Bernhard hett einen Mönch) Videndus Alanus Monachus in Vita S. Pag. 183.
Bernhardi.

Cap. XXXV. §. 7. Früh im Tag drey Zeichen läuten) Quod inſtitutum primò cœpit An. Dom. Pag. 187.
1317. Sic enim ſcribit Petrus Herp. Dominicanus Monachus in Chronic. Francofurt. *Eodem Anno pulſus Ave Maria in omnibus Eccleſiis eſt inſtitutus*; Quæ præſcriptis verbis repetunt Latomus & Schurgius.

Die weltliche Reformation deß hochlöblichen Keyſer Sigmunds) Inſtituta primum Franco- Pag. 188.
fordiæ in Comitiis Imperialibus. Albertus Crantzius Metropol. Saxon. lib. 11. cap. 25. *Imperator tempore Concilii Baſilienſis indixit Principibus Regni Francofordia Conventum in diem Nicolai, ad reformandum Imperii quoque ſtatum in capite & membris: ut eo in ſuum ordinem redacto, cogitarent omnes, quomodo Eccleſia quoque tum vacillantis gradum ſolidarent. Convenere frequentes, & cunctis examinato pondere penſatis, invenerunt articulos ſedecim qui indigerent reparatione: ni fieret, omninò Imperium collaberetur. Sed jam dudum Itali collapſum & extinctum reputavere. Condixere autem, ut in primum D. Gregorii diem, iterum in eum locum convenientes, determinarent, qua medio quiſque tempore deliberaſſet. Sed erat graviſſima conditio reformandi. Jam enim patrimonium Imperii direptum, ab aliis tenebatur, diſtributum inter Principes Electores: ipſeque Imperator jurejurando aſtrictus non repetere, quid faceret?* Idem Wandaliæ lib. 11. cap. 35. *Sigiſmundus Romanorum Imperator Conventum ſolennem agebat Principum utriuſque ordinis in Franckfordia, ſuper multis in Romanorum Imperio fluentibus ſine ordine, ut reformationi aliquando intenderetur. Conſtituit enim ſumma prudentia vir induſtrius, jam avo maturus a ſuo ordiri gradu, hoc eſt, a culmine: ut omnia componens, ceteris juſtiori cauſa immineret. Ergo primùm de Imperiali faſtigio jubebat attendere, ut à capite edatur ratio, quid ad Imperatorem pertineret, qua vigilantia, quæ inſtantia, qua ſingulorum in ſuis juribus defenſio: tum viciſſim quid à ſuis debeatur Imperatori, qua obſequia, quæ obedientia, qua ſubjectio: tum de Imperii juribus, ut illa aliquando in eis locis recuperentur: de Imperii nervis, de vectigalibus: ſine quibus ne inferior quidem Principatus poſſet conſiſtere. Sed hac omnia admonere potuit: caterùm quibus cogeret renitentes, & juſſioni non parentes, illi cenuere, quibus hac ipſa imperaret. Quis enim leonibus, urſis, & lupis (ut ille in figura monſtrabat) extorquebit aquila primarias pennas? Commonuit præterea quemque ſui ordinis, ut Regni Principes juſtitiam foverent, itinera publica ſecura præſtarent, latrones inſectarentur. Comites, Barones, Milites, unumquemque pro ſuo gradu juſſit eſſe commonitum: & uſque ad defenſores Civitatum, municipiorum, & oppidorum, officia diſtribuit: ſatis quidem intelligens per prudentiam Princeps, quibus eſſet opus, ſi modo adeſſent, quibus illa à nolentibus & invitis extorqueret. Sed quoniam neque Principes Electores, neque alii Proceres Regni, ſatis cumulati aderant, juſſit rem omnem in diſquiſitionem ſecum quemque ponere, & in proximam D. Georgii diem in eundem redire locum: ut intereà, qui abeſſent, commoniti ad eundem Conventum prodeant. Sic agitur inter Germanos, ut cœtus ſemper ex cœtu oriatur, quaſi fœtus ex matre. Sed tantundem alio Conventu Princeps oculatiſſimus futurum prævidebat: noluit tamen committere, ut ſua vice in Regni adminiſtratione quicquam omiſſum putaretur vel diceretur.* Joannes Latomus Decanus S. Bartholomæi Francofurdiani in Annalibus Francofurt. *A. D. 1422. Facta eſt hic generalis Reformatio a Sigiſmundo Imperatore & Statibus, quæ extat apud Receſſus Imperii.* Fallitur & videtur aliquid inaudiſſe de illis, quas ſuprà commemoravi, editionibus. Nam Receſſibus nunquam fuit inſerta.

Cap. II. §. 4. in fin. Das halten Keyſerliche Recht) Videatur Jo. Bertachinus in tract. de Gabellis, & Horat. Lucius in tract. de Privileg.

Cap. IV. Hilff mir/ſo hilff ich dir) In margine annotatur, Proverbii quandam ſpeciem habere, Pag. 189.
quocum paria faciant illa Latinorum: *Tace mihi, tace tibi.* item; *Mutuum ſcabunt muli.*

Cap. XXII. §. 2. Sünd verunreint das Erdreich) exempla referunt Cæſarius Haiſterbacenſis in lib. Exemplorum, & Thomas Brabantinus de Proprietatibus apum.

§. 4. Von jeglichem Handwerck/ rc.) Hæc obſervantur tantum in macello & foro piſtorio, Pag. 195.
nec niſi carnes & panes taxantur. In quibuſdam locis ſolent & vina taxari, nonnullis etiam piſces, pro locorum natura & rerum ipſarum ratione.

Cap. XXIV. §. 4. Etliche Reichs-Städt haben geworben in dem fordern Jahr) Ante conſum- Pag. 197.
mationem ſcilicet hujus voluminis, & interpretationis abſolutionem, quæ facta eſt Anno Dom. 1440. quum Anno ſuperiori Principes Imperii ad Reformationem ſollicitaſſent Imperatorem Albertum II, in Conventu, Moguntiæ poſt electionem celebrato.

§. 5. Darumb iſt er Prieſter) Huldr. Mutius German. Chron. lib. 29. de hoc Friderico: *Poſt juramentum, alba veſtitus in album Canonicorum S. Petri eſt acceptus, hocque modo Canonicus factus, &c.* Jacobus Britanniæ Rex lib. 3. ad Filium.

Cap. XXV. §. 5. Wir wolten uns auch laſſen finden) ſcilicet Friderich von Landskron/ſcriptor & interpres hujus reformationis.

Pag. 102.

FRIDERICI III. IMP. EPISTOLA
AD REGEM FRANCIÆ.

Auctoritates.

ÆNeas Sylvius in Commentar. de Baſilienſi Concilio poſt Diſputationem Nicolai Clemangæ. Matthias Flaccius Illyricus in Catalogo Teſtium veritatis, Marquardus Freherus Conſiliarius Palatinus Germanicarum rerum ſcriptorum variorum tomo 2.

Teſtimonium.

In veteri codice legitur: *Sequuntur nonnulla, in quibus patet approbatio ſacri Concilii Baſilienſis, & Pragmaticæ Sanctionis à Rege Francorum.* Deinde ſubjiciuntur iſti Articuli: *De facto Eccleſiæ Ambaſſiatores Eugenii in craſtinum adventus Regis fuiſſe auditos; qui inter cætera quatuor petierunt. Primò, ut Rex reprobaret Concilium Baſilenſe à tempore tranſlationis in Ferrariam, & approbaret Concilium Ferrarienſe, & in eo acta. Secundò, ut nullo modo depoſitioni Domini Eugenii conſentiret, ut electionem per Baſilenſe Concilium factam de Duce Sabaudiæ, imò eam reprobaret, &c. Tertiò quòd in illam civitatem Moguntiam nullo modo, inconſulto Papa, mitteret. Quartò quatinus Pragmaticam Sanctionem vellet ſuſpendi & tolli, & quòd Dominus Eugenius provideret. In craſtinum auditi ſunt Ambaſſiatores Felicis, & locutus fuit ſolenniſſimè & cum gratitudine omnium Dominus Thomas de Corcellis; qui per duas horas tenuit, & valde Regi placuit. Prælati & alii per ſex dies deliberaverunt, & finaliter fuit reſponſum. Ad primum, quòd Rex tenuerat Concilium Baſilienſe pro Concilio, ad ipſum Ambaſſiatores miſerat, multa bona pro fide & moribus conſtituerat, quæ Rex approbabat; nec unquam congregatum Ferrarienſem pro Concilio habuerat, aut habebit. Quoad depoſitionem Eugenii, & electionem Felicis, numquam eas approbaverat, aut approbat, imò tenuerat Dominum Eugenium pro Papa, & adhuc tenebat & volebat, quod ſibi in ſuo Regno obediretur, niſi aliud in Concilio generali celebrando juxta annum in aliquo loco Galliarum fuiſſet ordinatum: & quod requirebat Papam, quatinus illuc mitteret dictum Concilium, & convocaret, & celebrari procuraret, & quòd in eo perſonaliter intereſſet. Quoad mittendum Moguntiam, & ad illam civitatem, ipſe adviſaret tempore opportuno quid agendum. Quoad Pragmaticam Sanctionem, eam inviolabiliter volebat obſervari & cuſtodiri, &c.* Conradus Geſnerus in Bibliotheca: *Friderici Romanorum Regis ad Carolum Franciæ Regem Epiſtola, in qua is ac cæteri Eccleſiæ Proceres admonentur, ut Moguntiam veniant, ibidemque de rebus dubiis conſultent. Excuſa Coloniæ Anno Dom. 1535. cum Baſilienſi Concilio Æneæ Sylvii. Item, querela ſuper depoſitione Papæ & Cardinalium.* Vide ſuprà Aviſamenta Moguntina, quæ debebant hanc Epiſtolam inſequi, hoc loco inſerenda.

Exegeſis.

M. CCCC. XXI. menſis Maji, regni noſtri anno primo.) Numerus perſpicuè falſus. Nam & Carolus VII. ad Regnum Francorum pervenit Anno demum M. CCCC. XXIII. & ipſe Fridericus ad Regnum Romanorum, M. CCCC. XL. Reſcribendum ergo hoc loco, M. CCCC. XL. qui fuit Regni ejus annus primus. Tum deinde, *die XXI. menſis, &c.*

Pag. 102.

Baßler Concili Ordnung.

Auctoritas. Teſtimonium.

CAſpar Hedion Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib. 11. cap. 22.

In præcedenti cap. 21. legitur: Damit nun die greifflich Widerwärtigkeit hierin gemerckt/ ſo werden deß Baßlers Concilii Beſchluß/ ꝛc. Quas quidem Concluſiones utinam eſſet qui Latinè exhiberet, quò cum Concordatis Principum juſtius, atque Hedion fecit, contenderentur: Interim, dum illud fovere licet, videamus decretum ejuſdem Concilii ſuper Annatis, quod in principio ſeſſionis XXI. propoſitum eſt hujuſmodi: *Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis, in Spiritu S. legitimè congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. In nomine Spiritus ſancti Paracleti ſtatuit hæc ſancta Synodus, quòd tam in Curia Romana quam alibi pro ſeu in confirmatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum proviſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione, etiam à laicis facienda inſtitutione, inſtallatione & inveſtitura de Eccleſiis etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiiſque Eccleſiaſticis quibuscunque, nec non ordinibus, ſacra benedictione ac pallio, de cætero nihil penitus antè vel poſt exigatur ratione literarum, bullæ ſigilli, annatarum, communium & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum, * deportatuum, aut quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujusvis conſuetudinis, privilegii, vel ſtatuti, aut alia quavis cauſa vel occaſione directè vel indirectè: ſolùm ſcriptoribus, abbreviatoribuſque & regiſtratoribus literarum, ſeu minutarum, pro ipſorum labore competenti ſalario ſolvendo. Huic autem ſacro Canoni ſi quis exigendo, dando, vel promittendo, contraire præſumpſerit, pœnam incurrat adverſus Simoniacos inflictam; & in ipſis dignitatibus ac beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat. Obligationes quoque promiſſiones, cenſuræ, ac mandata, & quicquid hujus ſaluberrimi decreti in præjudicium fieri contingat, nullas obtinere vires, atque irrita cenſeantur. Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex, qui præ cæteris univerſalium Conciliorum exequi & cuſtodire Canones debet, adverſus hanc ſanctionem aliquid faciendo Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ juxta canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores digna ultione puniantur.* Hæc

* al. deportuum.

in

by Google

in decreto illo Baſilienſi: quæ quidem eò adſcripſi libentius, quando hiſce Concluſionibus videntur facere fidem, quarum breviarium Germanicè inſtituit Hedion. Pro quibus etiam facere videntur, quæ ſcribit Paulus Langius Monachus in Chronic. Citizenſi ad hunc modum: *In quo* (ſc. Concilio Baſilienſi) *quidem pro reformatione totius Eccleſiæ, & in capite & in membris, multa ſalubriter & rigidè fuerunt conſtituta & præcipuè contra Simoniacos & concubinarios ſtrictiſſime animadverſum. Expectationes & reſervationes beneficiorum prorſus reprobatæ, & ſub graviſſimis cenſuris annatæ interdictæ & prohibitæ, etiam in Curia, ne videlicet deinceps pro inveſtitura de Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisque quibuſcunque, nec non ordinibus ac pallio, nihil penitus antè vel pòſt exigeretur.* Vide Molinæi verba, quæ ad concordata appoſuimus.

Keyſer Friderichs Reformation.

Pag. 205.

Auctoritates.

EDita Auguſtæ Vindelicorum ab Johanne Bæmler Anno 1472. Norimbergæ Anno, &c. 75. Venetiis apud Johannem Jenſon Gallicum cum privilegio ipſius Friderici Imperatoris Anno &c. 77. Spiræ cum privilegio Caroli V. Anno 1529. Baſileæ apud Sebaſtianum Henricipetri Anno, &c. 77. & Moguntiæ pluries. Nos Venetam ut vetuſtatis integriorem repræſentavimus.

Teſtimonia.

